



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Th.1823



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Ex  
Infima Classe Grammatices

Ad  
Medium

Gradum Facienti  
Secundo

Probo ac Ingenio Adolescenti  
Alexandro de Meulenaere  
Bruxellensi.

Victus Alexander, vitor qui diceris orbis,  
euc jaces: hosti cedere turpe pūta.  
Quare age, fac unum superes, eris alter ab illo  
vitor; Alexander Maximus esse potes.

Gandavi  
In Gymnasio Sociis IESV  
g. Septembris 1753.

3



S A N C T I  
R E M I G I I E-  
P I S C O P I R H E-  
M E N S I S  
E X P L A N A T I O N E S  
E P I S T O L A R V M B E A T I P A V L I A-  
P O S T O L I

E X V E T E R I M. S. M O N A S T E R I I  
*S. Cecilia Roma trans Tyberim nunc primum in  
lucem data,*

O P E R A E T S T U D I O

R. P. I O A N N I S B A P T I S T Æ V I L L A L P A N-  
*di Cordubensis, Societatis IESV Theologi.*



M O G V N T I A

Cum Gratia & Priuilegio; Typis Ioannis Albini.

Anno Domini M. D. XIV.

Digitized by Google



DEDICATIO.



ADMODVM RE-  
VERENDO AC RELI.  
GOSISSIMO IN CHRISTO  
PATRI AC DOMINO  
D. VALENTINO,

SACRI CISTERCIENSIS ORDINIS MO-  
nastry Erbacensis in Ringgauia

ABBATI ET ANTISTITI DIGNISSIMO DO-  
mino ac Patrono suo apprimè colendo.

**N**etus est verbum, Admodum Reuerende ac Religiosissime in Christo Pater ac Domine,  
*Quod medicorum est,*  
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*  
Ceteri, quibus vel amplior est Gratiarum Arca, vel opimius rerum nouarum penu, peregrina Tibi benevolentiae tragemata meditentur ; ego domesticis & intestinis assuetus , è Typographio Typographicá apporto. Commentarium scilicet perpetuum , annis abhinc mille , eoque amplius à sanctissimo olim Rhemorum Antistite REMIGO in Diui Pauli epistolas apud Gallos elucubratum , nunc in Germania nostra Typis aliquando meis recusum , Nominisque Tui patrocinio vnicè consecratum.. Maiora scio R. P. T. à me deberi, si tot hactenus officiorum meritis aliqualem referre gratiam adnitar; sed nec *Omnia possumus omnes*, nec prolixa Patroni liberalitas exæquari se vel gratissimi clientis testificatione sinit. Æqui proinde bonique hoc , quicquid est, accipe, Religiosissime Præful; in speciem quidem pere exiguum, reuera autem amplissimum, si non tam exilis membrana suis pro pagellis lo-

## D E D I C A T I O.

quatur , quam pro doctrinæ reconditioris dignitate scriptoris  
sanctitudo. Cui sanè perquam iniurius sim , si calatum eius,  
tam Augusti Gentium Doctoris afflatu calentem , diuinosq;  
illos à sacro Spiritu dictatos apices , vltra crepidam , vt aiunt ,  
prælumve meum ausim dilaudare. Tu , Religiosissime Präfatu ,  
pro singulari Tuο in D. Paulum , diuosque Cœlites amore , de-  
liba subinde sacratissimos hosce Commentarios , reperiesque  
profectò Rhemensi Falerno nil esse hederâ opus. Nec , si *dulce*  
*solum patria est* , ea Te aspernaturum reor , quæ ex ipsa Re-  
ligiosissimi Ordinis vestri matrice quasi , altriceque Galliâ  
profluxere. Vale admodum Reuerende & Religiosissime  
in Christo Pater : Deus Te opt. max. diuusque Remigius , cu-  
ius Tibi pignus hoc , & amoris monimentum transmitto ,  
Dioecesi nostræ , Ordinique vestro vniuerso sospitem saluumq;  
tutetur , vt , quemadmodum hic ipsos septuaginta quatuor an-  
nos Rhemensi Ecclesiæ Antistes præfuit ; ita Tu illum lon-  
gæuo tranquillissimæ ætatis , exactissimarumque virtutum cur-  
riculo propè consequaris. Moguntiæ 26. Mart. Anno 1614.

R. P. V.

*Addictissimus*

*Ioannes Albinus.*

S. LEO-



S. LEONIS PP. IX. EPISTOLA  
ad Francos.

LEO EPISCOPVS  
SERVVS SERVORVM DEI  
FRATRIBVS, ET FILIIS CATHOLICIS  
PER VNIVERSVM REGNUM FRANCORVM CON-  
stitutis salutem, & Apostolicam bene-  
dictionem.



Ompertum charitati vestræ credemus, quod post consecrationem nostram, illam videlicet, qua benignitas Dei humilitatem nostram sanctæ Romanæ Ecclesiæ præesse voluit, Germaniam, Galliamque visitauimus, ac Rhemorum urbem adcuntes maximo voto, & summa deuotione Ecclesiam beati Remigij (vt longe ante desiderauimus) Deo annuente, & eiusdem sanctissimi viri patrocinantibus meritis, cum magna gloria dedicauimus, atque post consecrationem Ecclesiæ in eadem synodus celebrantes, plurima ad utilitatem christianæ religionis necessaria consilio Coëpiscoporum nostrorum suorum, assensu etiam, & laude cleri, & populi, quorum innumera multitudo ad tantæ deuotionis celebritatem confluxerat, statuendo confirmauimus. Quæ omnia capitulis digesta, inter canones haberi præcipimus, & postea in omnibus synodis, quæ habuiimus, id ipsum confirmare curauimus. Et quoniam beatissimum Remigium gentis Francorum prædicatorem & apostolum scimus, venerari, & honore illum, quem Dominus in terris, & in cælo mirificauit, prout possumus, debemus, præsertim cum semper in nostro pectore inde ipsius amor feruentius ardeat, quod pretiosissimum corpus ipsius sanctissimi viri propriis manibus transf-

## EPISTOLA AD FRANCOS.

rentes in locum sibi præparatum, miraque pulchritudine exquisiti operis decoratum reposuimus. Vnde vestrām admōnere volumus dilectionem, vt sicut nos in cius obsequiis perpenditis gratulari, ita & vos causa nostri amoris, maxime quo ex debito paterni honoris solemnitatem eius, quæ est Kalend. Octobris, celebrem habeatis, quia etsi aliis non est Apostolus, tamen vobis est: nam primitiæ apostolatus cius vos estis in Domino. Hunc itaque honorem Patri, & Apostolo vestro exhibete, vt iuxta promissum Domini, longæui super terra viuire, & eiusdem patris precibus æternæ beatitudinis fœlicitatem mereamini possidere. Valete.

*Hanc epistolam S. Leonis PP. IX. ad Francos ex autographo archivij Rhemensis Ecclesia desumptam Gerardus Voßius inseruit in opere S. Leonis Magni, una cum alijs utriusque pontificis epistolis.*

SIDO-



SIDONIUS DOMINO PAPAE  
Remigio salutem.

Vidam ab Aruernis Belgicam petens (persona mihi cognita est, causa ignota, nec refert) postquam Remos aduenierat scribam tuum, seu bibliopolam pretio fors fuat, officiove demeritum copiosissimo velis nolis, declamationum tuarum schediae emūxit: qui redux nobis, atq; oppido gloriabūdus (quippe praeceptis tot voluminibus) quidquid quaq; mercari paratis detulerat (quod tamen cuius nec erat iustum) promunere ingessit, cura mihi è vestigio fuit, iisq; qui student, cum merito lecturiremus, plurima ē vere cuncta transcribere. Omnia assensu pronūciatum, pauca nunc posse similia dictari. Etenim rarus, aut nullus est, cui meditaturopar assistat dispositio per causas, positio per literas, cōpositio per syllabas. Sed hoc opportunitas in exemplis, fides in testimoniosis, proprietas in epithetis, urbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis, structura vero fortis ē firma, coniunctionumq; perfectarū nexus, casuris insolubilibus: sed nec hinc minus lubrica, ē leuis, ac modis omnibus erotunda, que collectoris lingua inoffensam decenter expediatur, ne salebrosas passa iacturas per cameram palati volutata balbutiat. Tota deniq; liquida prorsus, ē ductilis, veluti cū crystallinas crustas, aut onychinas non impacto digitus ungue perlabitur: quippe si nihil cū rimosis obicibus exceptū tenax fractura remoraretur. Quid plura? Non extat ad prasens viui hominis oratio, quā peritia tua nō sine labore transgredi queat, ac superuadere. Vnde ē prope suspicor Domine Papa propter eloquiū exundans, atq; ineffabile (venia sit dicto) te superbire: sed licet bono fulgeas ut conscientia, sic dictionis ordinatissima: nos tibi tamen minime sumus refugiendi, qui bene scripta laudamus, et si laudanda non scribimus. Quocirca desine in posterū nostra declinare iudicia, que nihil mordax, nihilq; minantur increpatorum. Alioqui si distuleris nostram sterilitatē facundis facundare colloquiis, aucupabimur nūdinas in uolātum. Et ultiro scrinia tua conniūtibus nobis, ac subornātibus, effractorum manus arguta populabitur. Inchoabisq; tunc frustra moueri spoliatus furto; si nunc rogatus non moueris officio. Memor nostri esse dignare Domine Papa.



## TESTIMONIVM NOTARI<sup>II</sup> publici.



T quia Ego Ioan. Franciscus Vgolinus Perusinus causarum curiæ Cameræ Apostolicæ Notarius præsentem copiam in totum foliorum seu chartarum descriptarum ducentarum nonaginta sex incipientem in Patris ac Nati pariterque flaminis Almi primum queritur, &c. & finientem ad cōtemplationem supernæ visionis Christo Duce pertingere mereamyr, Amen. Extractam & transumptam ex quodam libro veteri prægrandi manuscripto existente apud Moniales & Monasterium sanctæ Cecilie Regionis trans Tyberinæ in chartis ducentis pergamenis conscripto Anno incarnationis Dominicæ millesimo sexagesimo septimo, indictione quinta, quinto Idus Februarij Luna vigesima secunda, ut in primo & secundo folio eiusdem libri continetur, cooperto crassis tabulis corio cōnectis, carie & tincis prævetustate corrosis. In quo quidem libro continetur explicatio Epistolarum Beati Pauli Apostoli Reuerendissimo Domino Remigio Remis Episcopo auctore, cum eodem libro, ex quo transumpta fuit, auscultauit, & cum eo concordare reperti, præterquam in quamplurimis dictiōnibus & verbis in corpore ipsius scripturæ perme iuxta ipsummet originale correctis & emendatis, sine tamen aliis additionibus & annotationibus in marginibus suprascriptæ copiæ appositis in ipso originali non existentibus, quæ ad maiorem correctionem & emendationem modernæ Orthographiæ descriptæ & annotatae reperiuntur. Ideo præmissa signauit, subscripsi & publicauit, remanente dicto libro in possessione & manibus earundem Monialium & Monasterij in testimonium & fidem veritatis rogatus & requisitus. Romæ die tertia mensis Aprilis Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, indictione Undecima Pontificatus sanctissimi D. N. PP. Clementis Octauii Anno septimo.

Ioan. Franciscus Vgolinus curia causarum  
Cameræ Apostolice Notarius ss.

**N**os Marcellus Lantes Protonotarius Apostolicus, sanctissimi Domini Nostri Papæ, eiusque Camerarij, curiæque causarum Cameræ Apostolicae generalis Auditor, Romanæque curiæ Iudex ordinarius, Vniuersis, fidem facinus, & attestamus retroscriptum D. Joannem Franciscum Vgolinum, qui de præmissis fidem facit, & illa subscriptis, & publicauit, fuisse, & esse publicum, legale, authenticum, & fide dignum curiæ nostræ præfate notariorum, eiusque scripturis & instrumentis publicis, & aliis similibus sic ab eo subscriptis in Iudicio, & extra, ac vbiique locorum semper adhibitam fuisse, & in præsenti plenam & indubiam adhiberi fidem. In quo- rum, &c. Datum Romæ, ex Palatio nostra solita residentia Die tertia Aprilis 1598.

Ott. Heltius ss.



# IO. BAPTISTA VIL.

## LALPANDVS LECTORI S.

**N**isi quas nuper edidi Ezechielis explanationibus, urbisq; ac templi Hierosolymitanus apparatu non raro S. Remigium attulit B. Pauli apostoli epistolae interpretantem, cuius exemplum singulari Dei beneficio, & quidem veritate insigne natus eram. Iam vero illud ipsum typis excudendum sedulo curavi, ne tantum bonum publica utilitatib; videar intulere. At quia non defuere nonnulli, qui an esset hoc opus Remigij Remensis dubitarint, cuius rei censurationem initio esse reddendam, conandumq; mihi pro viribus ostendere, quibus adductis argumentum opus hoc non nisi Remigio Remensi episcopo ascribendum putem. Et sane qui priorem huius operis prefationem scripsit, siue idem sit Remigius totiusq; scriptor operis, siue diversus, admiratur, a nonnullis an sit Pauli Apostoli nec ne epistola ad Hebraeos, propsterea in dubium revocari, quod in ea nomen Apostoli, ut in ceteris, non cernatur inscriptum. Tandem prolati aliorum & quidem doctissimorum virorum sententijs, hac una omnibus ratione responder. Si propterea, inquit, Pauli non est epistola, quia eius non habet nomen, ergo nullius erit, quia nullius nomine inscribitur. Quod si si iure miratur dubitari, verum illa sit Pauli epistola, quod eius nomine careat, quanto magis miraretur, si iam de hisce in omnes Pauli epistolas commentarii cernerent dubitari, an sint a Remigio Remensi Episcopo conscripti, quum habeant ante annos prope sexcentos eiusdem viri sanctissimi nomen inscriptum? Verum appareat id esse versuti bonorum omnium hostis commentum, quippe qui quum Orthodoxa Ecclesia amplificationem ferre non possit, variae affidunt rationes communis citur atq; consilia, quibus ei facilius eripias grauissima veterum patrum monumenta, tamquam firmissima veritatis propagacula atq; prasidia. Est id proprium videlicet potestatum tenebricosarum, ut clarissima hac sydera conentur obruerit, qua splendore pulcherrimo & salutari, quem ab immensa illa luce solis iustitie mutuantur, mysticum eiusdem Iesu Christi corpus illustrant. Quod si minus queant id afferri quod volant, (quod profecto nunquam asequentur) ut ipsum penitus obscurant, lumen certe illud imminuere nituntur, quod scriptorum nomen clarissimum eorumdem operibus & scriptis afferret. Evidenter ut primum ad meas peruenit manus hoc volumen Magni Doctoris genitum, que a Doctore Francia atq; eius nationis apostolo Remigio explanantur, fateor me statim ita animo affectum esse, ut & quanti esset hic tamdiu ab ditis Thesauris faciendus, mecum ipse repusarem, & finaliter cupiditate illud in lucem edendi non exigna incitarer. quia cupiditas sum etiam vehementius augebatur, quum se inter mea studia occasio interdum aliqua offerebat exquirende loci cuiuspiam S. Pauli apud eumdem explanationis. Vbi sane admirabar tantam suam in brevitate perspicuitatem, tantam in asequenda germana sententia facultatem, tam exquisitam deniq; curam, ac diligenciam in religionis, fideique nostra capitibus, Apostoli autoritate ac testimonio confirmandas. Huc accessit gravissimum orationis doctissimorumq; virorum iudicium, quibunc nostrum hac certe in re propter doctrinam similitudinem censuerunt cum egregio theologorum magistro Augustino posse conferri. Cuius in docendo vestigia Remigius ita persequitur, ut quaevis tot voluminibus summa ubertate dicenda complexus, hic in parva contulisse & in unum prope opus omnia coniessisse videatur. Cuius editio videtur ad hanc temporan; sine praecipua Dei prominentia reservata: ut luce clarius bareci- ci huius etatis inopes atq; infelices inferarum latebrarum incole cernant, celeste hoc Ecclesia regnum subinde de suis proferre thesauris noua & vetera, atq; ita vetera. ut propter ipsam etemperis longinquitatem oculorum acie interdum fugere videantur, sorum prasertim, qui non satius ab omni labore sunt peruersarum affectionum ac perturbationum semoti. Quare quum sic ex-

P R A F A T . I O

ploratum, et que ab omnibus comprobatum, esse hoc opus Remigij; vetus tamen est quæstio vi-  
tria: tandem Remigij fit, Episcopi ne Remensis, qui Regem Clodouenum, atq; universam prope  
Galliam ad Christiculam traduxit, & incunse sexto apôstoli Christi aduenum etate floruit, i-  
demq; magni illius patriarcha Benedicti equalis fuit; an alearius Remigij Antisiodorensis Mo-  
nachi ex eiusdem sanctissimi viri Benedicti familia uno prope sacculo posterioris, quem ne Epi-  
scopum quidem fuisse constat: ut recide clarissimus Anualium scriptor Cardinalis Baronius a-  
nimaduertit. Quanquam non desunt qui hanc etiam appellant episcopum, idq; muneris, quod  
ad priorem Remigium spectat, per errorem fortasse alterius huic Remigio tribuant.

Est quidem, ut supra dicebam, hac dubitatio vetus apud Scriptores illos, quos Platina in vi-  
ta lermosi Papæ recenset. Verum equidem hunc ipsum librarium, qui hoc exemplum descripsit,  
quod ad nostras manus peruenit, illis ipsis scriptoribus arbitror antiquiorem. Cuius library eo est  
etiam maior autoritas, quodcum esset Monachus in S. Cecilia cœnobio, quod iam est sacris  
Virginibus attributum, siquidem fuisse ei rei mendacium aliquod aspersurus, id videtur  
potius fuisse facturus, ut in sui ordinis Monachum Remigium eam laudem ab Episcopo  
transfunderet, quam ut Monacho creptam affingeret Episcopo. Huc accedit & aliorum li-  
brariorum autoritas, à quibus in vaticana bibliotheca varia extant huic ipsius exempla de-  
scripta, in iis eadem est earum explanatio, & explanatoris videlicet S. Remigij Episcopi Remen-  
sis appellatio, id quod nos conferendis primis certe, extremisq; verbis earum cuiusq; explana-  
tionis facile compemus. Atq; adeo in verissima Cassinensi monachorum bibliotheca, quos  
propterea nuper adiij, unum atq; alterum codicem manu exaratum vidi: cumq; hoc nostro con-  
ferens, non modo in veroq; reperi easdem lucubrationes summa fide descriptas, verū & eiusdem  
Remigij Episcopi nomine omnes inscriptas. Vnde nos explanationem epistola decerpsumus ad  
Philemonem, & in eam partem, quam hic inserimus ad Titum, aliaq; nonnulla, qua in hoc no-  
stro exemplo desiderabantur, ac suis quodq; locis indicabuntur. Quin & varie in variis eius-  
dem celeberrimi cœnobij libris homilia, que Remigij Episcopi nomen atq; inscriptione retinent,  
affirmantur. Facile ut appareat & per ea tempora Remigium Episcopum ita passi honoris ergo  
solutum appellari, ut non aliis posset nisi Remorum antistes Franciaque universæ Apostolus  
inelli: & eandem postea appellationem quam diuissime permanessisse: ut iam vel in Roma-  
no Martyrologio cernamus hunc Remigium sepe, Episcopum duntaxat, retenta veteri con-  
suetudine, nuncupatum. Quapropter vehementer est mihi benignus lector hortandus, ne  
quibusdam aures prabeat, qui per speciem sapientie omnia in dubium vocare conantur.  
Ita enim suos chiq; libros veteribus scriptoribus tum sacris, tum profanis eripiemus, atque adeo  
recentioribus quoque: quorum fere nullum est aliud hoc tempore testimonium, nisi scriptoris  
nomen in libri inscriptione propositum. At quarat fortasse quispiam, quid causa sit, cur  
id sit in dubium renocatum, aut potius cur non omnibus hac sit probata veritas, ipsius  
libri titulo atque inscriptione communica? Evidem ex istimo, si ab eodem ipso libri auto-  
re sive scriptore titulus nomenq; fuisse adscriptum, neminem fuisse ita impudentem futurum,  
qui id negare auderet: sed modestia fortasse causa, ut alij permuli Scriptores veteres fe-  
cisse traduntur, suum à Remigio nomen puro fuisse suppressum: quod sit à posteris deinde additū  
nimis studio sancti viri memorie conservanda: quo tempore fieri potest, ut huic modi con-  
troversia nascereatur. Nisi forte altera haec dubia dicata, quod quum esset solum Remigij  
nomen adscriptum, quumque iam dubi essent clari viri cognomines, dubitari ceperum sit, utri  
eorum esset hoc opus adscribendum. Quia videlicet est quæstio, quam hoc loco suscepimus ex-  
pendendam. Et quamquam satis illam posset per ueteris huius exemplaris inscriptione profigare,  
quod à nobis & S. Cecilia cœnobio iam profertur in lucem, & aliorum, quae in vaticana, ut dixi,  
Bibliotheca & Cassinensi servantur, in quibus Episcopi Rhemensis nomen exprimitur, non ta-  
men desunt, qui cum doleant fortasse tantam esse operis huius autoritatem, multis argumentis  
& quidem ipsorum iudicio firmissimis, hanc nostram sententiam oppugnare conentur. Ac pri-  
mum quidem stylis similitudinem nobis obiiciunt in hoc videlicet opere, atque in eo quod in  
psalmos Antisiodorensis Remigij nomine circumfertur. Neque enim isti conferre ne dum pra-  
ferre, ut arbitror, audebam usque adeo veterum codicum autoritati recentium testimonium,  
quatum hosce in epistolas Pauli, sum in psalmos Davidis libros non dubitant Antisiodorensis tri-  
buere. Verum esto. Sin hec duo in certe opera ita similia, ut eidem omnino sint scriptori accepta  
referenda, que nos tandem ratio cogit, Antisiodorensi potius illa, quam Rhemensi tribuere, ea  
cerse ex parte, quam Remigij nomine indignam non esse perspicuum? At enim dicit quis-  
pam satis

## AD L E C T O R E M.

piano satis id iam est omnium sententia comprobatum. Imo vero tanto id est admirandissimum magis, licuit ergo Euchario Ceruincio typograpbo sex & sexaginta nec pluribus ante annis Remigij Antisiodorensis monem adscribere operi ex uno duntaxat exemplo deprompto, quod melius nomine omnino caruisse; quam tamen nomen nescio cuius Maneboldi preferret; licuit eundem Episcopi honorifica appellatione donare? licuit illi, vetere inscriptione sublata, nomam substituere, una Abbatis Spanheimensis autoritate, nulla prolatâ ratione, nulla conjectura? Idque recipietur ab omnibus, omnium indicio comprobabitur & Nobis vero fides non habeatur, qui neque permittamus, neque addimus nomen, verum illud modo defendimus ac tuemur, quod ei adscriptum ante quadraginta supra quingentos annos reperimus? Quid quod nos non leuibus coniecturis adducimur, ut credamus non esse hoc opus à Monacho Benedictino, sed ab ipso Episcopo Remensi conscriptum? Ac primum quidem in verso undevigesimo quinti capituli epistola ad Ephesios, virum sanctissimum Benedictum appellat ys verbis: iuxta illud Beati Benedicti: si semper ad psallendum, ut mens nostrâ concordes vocî nostra; quo loco si in eius familia fuisset hic Remigius; ampliore illum, atque honestiore, Patris videlicet, Magistrine appellatione usurpum fuisse quis non videat? Quin etiam sepe oblatam occasionem de monachorum rebus agendi; semper preservavit, quas tamen aut expendere, aut collaudare, aut corrigere tam in ipso huius explanationis inicio, tam alibi posuisset: quum tamen de Episcopali dignitate differat, quam ad apostolicum munus ait pertinere: quod ei nomen & ab Hincmaro eiusdem successore, & ab aliis optimo iure tribuitur. Cuius projecto sententiam videtur sanctus Pont. Leo Nonus in epistola inicio proposita sequi, ubi eundem Remigium Apostolum Francia nominat. Agit idem noster ysdem locis de ys, qui simoniace ad episcopalem honorem evanescunt, eosque S. Ambrosii verbis accusat. Agit itidem de ys, quos et si homines diligunt, diuino tamen instincti numine diligunt. quo loco suam ipse videtur electionem significare voluisse, quā iuuenis quidem adhuc, cœlestibus tamen videntis est electus; ut nullus populo dubitandi locus diuinam esse electionem huiusmodi relinqueretur. Contra verò non esse hunc monachum S. Benedicti, vel inde coniugere licet, quod quum in hoc toto opere eiusdem S. Benedicti testimonium proferat, neque Patris, ut dixi, neque Magistri illum nomine impertit; ut equum esset, si eum sui ordinis institutorem agnosceret, in quem ipse videlicet esset adscriptus. Quid? audiamus eundem in cap. 14. epist. ad Rom. dum illa verba persequitur. Alius iudicat diem inter diem, ille, inquit, iudicat, id est, discernit, & differentiam facit inter diem, & diem, qui alernis diebus à carnē, vel à vino abstinet, alernis non abstinet. Verbi grātia: sunt modo multi, qui secundā, quadā, & sextā feria à carne, & vino abstinent, tertia, quinta, & septima comedunt carnem, & vino indulgent, aliis iudicat, id est, discernit, & eligit omnem diem in abstinentia carnis vel vini, sicut eremita, & multi Monachorum. Ex quibus projecto verbis scriptorem non fasce Monachum quis non intelligit? alioquin se ipse quoque in Monachorum numero recensuisset, qui se à carnium esu non arbitratu suo, sed monastica legis iussu continerent. Neque aliter fecisset, ac paulo post in eadem epistola fecit, quum ait: si ergo Christus dignatus est suscipere ad fidem suam Iudeos blasphematores, & nos gentiles idolatras, &c. Qui se in ebnis-corum coniecit numerum; unde ortus erat; cur is non se Monachum supra fastaretur, se Monachorum institutum proficeretur?

Verum qui nihil aliud videntur scire nisi dubitare, etiam de sancti huius viri eruditione ac scientia dubitant. Aiunt enim quum permulta quidem atque illustria de eius virtute, morumque sanctitate testimonia proferantur, non tamen videri de doctrina itidem præstantia testimonia extare similia, quæ tamen doctrina præstantia apprime in his te de quibus agimus, scriptis elucet. Atque huiusmodi homines, quo maiore force esse comprehensionē digni sunt, quod eam doctrinæ laudem ei detrahere coventur, quam permultis est nominibus atque optimo iure promeritus; hoc magis nobis vel inuiti facient, quod haec scripta eiusmodi esse confitentur, ut nibilo minori; quam singulari ac prope divisa Remigij doctrina conueniant. Quocirca non erit opinor alcerum, ut hos quoque, siue placemus, siue errore liberemus, pauca de multis testimonia gravissimorum virorum de huius prope singulari eruditione proferre. Ac primum quidem quid Gregorius Turonensis de illo scribat; audiamus. Erat enim (inquit) S. Remigius Episcopus egregie &

## P R A F A T I O

*Scientia, & Rhetorica apprime imbutus. Quid venerabilis Beda? nonne in suo Martyrologio duobus illis versiculis videtur satius huic nostri sanctissimi viri sapientiam posteritati testam reliquisse?*

Francos qui primus docuit, domuitque feroce,  
Remigius proprio octimbrem praesignat honore.

*Ei sane par fuit, ut qui nationem eradicione band ceteris inferiorem salutari doctrinae potuisse imbuere, eum doctrina gloria longe ceteris antecellere. Non temere igitur Hincmarus Remensis Ecclesia Archiepiscopus cumdem, ut ipsius verbis utar, scientie multiplicem, atque adeo cherubinis ipsis persimilem fuisse confirmat. Quantaque scientia, inquit, repletus extiterit, dictis, & factis suis, & testimonio S. Papa Hormisda perpetuum esse poterit. Hoc de Remigio sanctus presul. Et sane ubi accedit huicmodi Pontificis maximi testimonium, cuius summa est non anterior modo, sed morum etiam vitaque sanctitas Ecclesia uniuersa probata, ut illa non falli, bac vero nolle fallere certiores redamur; nulli mortalium sine contumacia nota sentire aliter licet. Veruntamen ad tantum summi, sanctissimumque Ponsificis testimonium, alterum si minus graue, certe clarius atque amplius liberte adiycere: quoniam videtur rotius concilij Episcoporum sententiam continere. Num Episcopi Gallia, ac Belgica provinciarum, inquit Hincmarus, causa fidei ad synodus conuenerunt, B. Remigium undecumque doctissimum, & in scripturis sanctis eruditissimum, atque in ecclesiasticis dogmatibus exercitatum ad idem concilium venire petierunt. Hac tenus ille. Ergo Remigius mirifice concilium illud, & doctrina sua luce collustrans, & fidei constancia confirmans, & rebus gestis etiam supra natura vires exornans. Quibus rebus permotus Arianus quidam hereticus primam quidem sancti Episcopi presenlia, & maiestate percussus obmutuit, deinde etiam eiusdem clementia & oratione mutatus, atque adeo disertus effectus, in eodem concilio catholica fidei admirabile testimonium dedit. Verum ne his quidem fortasse testimonios erunt illi contenti, qui semel caperint obfirmato unimo hunc esse librum sancti Remigii Remensis Episcopi per negare: nec dubitatibus, credo, illud affirmare, ut sapiens is vir fuerit, nec sciri tamen quicquam ab eo esse literarum monumentis traditum, vel certe ignorari hunc librum ab eo fuisse conscriptum. Qua duo simul mihi breviter censcio confiranda. Eodem Sidonium Apollinarem in ea epistola, quam initio reculi, lego afferentem se multa declamationum volumina huicse grauiissimi patris habuisse, quorum voluminum illos regabo, an ullum viderint aliquando? Quod si respondere non potuerint, quid illis concionibus, siue declamationibus factum sit; ipse quoque continuo respondebo etiam barum in epistolas Pauli lucubrationum memoriam intercidisse. Idem praterea Remensis Archiepiscopus Hincmarus, quem sapius honoris causa nomino, iure magni cuiusdam voluminis exaratis iacturam deplorat, quo prater cetera S. Remigii vita continebatur, eiusque iactura causis allatu, ita concludit. Hoc enim, inquit, in hac Ecclesia Remensi nouissimo saeculi tempore de libro memorato, sed & de aliis accidit; quod antiquo tempore de authenticis scripturis enenisse S. Ioannes Chrysostomus in homilia nona Evangelii secundum Matthaeum memorat. Hoc ille. Sans hac argumenta profecto firmissima, coque magis, quod sunt Ecclesia uniuersa consuetudine comprobata: que in horis nocturnis, quas die illi sacro, atque solemni persoluit, ea quoque recitat verba pulcherrima, queque maxime videntur ad rem nostram pertinere. Primus omnium doctrina, & miraculus Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Eius orationem mortua puella renixit. Multos interpretatus est diuina scriptura libros. In his igitur libris hoc etiam eruditissimum lucubrationum volumen esse numerandum, prater tot veterum testimonia, que initio protulimus, mihi quidem unum Illustrissimi Cardinalis Bellarmini instar est omnium. qui in libro secundo de Eucharistia capite trigesimoquinto Remigium, inquit, floruit in Galia tempore Clodonis Regis, ad initium anni Domini quingentesimi, & in hac verba scripsit in commentario capituli decimi prioris ad Corinios. Panis, inquit, quem frangimus in altari, nonne participatio corporis Domini est! & qua sequuntur. & in libro tertio capite decimoquinto, iterum Remigium afferit Remensem in eundem locum. Que verba omnia sunt ex his exemplari decerpia, quod nunc priorum nostra opera prodit in lucem. Et sane eo est*

## AD LECTOREM.

Etiam amplissimi huius Cardinalis autoritas maior, quod ad eius egregiam, praeclaramque doctrinam, quam aque probi suspiciunt, atque improbi pertimescant, nescio quid extimatio[n]is additur ac dignitatis; quum per id tempus in ea sententia fuerit, quo fidei armis instructus, saeculis omnibus inspectantibus tum elapsis, tum venturis, Dei verbo tanquam gladio districto cum omnibus Ecclesia sacrosancte hostibus confitebat: qui ei nequaquam pepercissent, si quem calumnia, vel obirectioni patefactum aditum offendissent. Quare nos quoque non mediocriter in suscep[ti]o[n]e consilio confirmamur, ut hoc opus tamquam Remigij Remensis legitimam factum, sine detractorum metu, amicis exponamus; quod vir ita prudens, ac doctus pro tali non verius est ipsis etiam inimicis exponere. Aduersus hec argumentorum tela satis existimant aduersarij se fore munitos, si ad quandam se arcem reperirent, ad quam siquidem ipsis pateret aditus; equidem manus darem, nosque victos esse confiterer. Verum prudentem spero lectorem aperte satis esse perspecturum, eos iniuria illad argumentum usurpare, quo multo magis nostra sententia confirmatur. Profert, inquit, scriptor harum in Epistolas Pauli disputationum scriptores alios Remigio ipso Remensi recentiores. Hanc ut obiectiōnem diluam, duo mihi censeo discutienda, nempe qua etate noster hic vixerit, quaque ceteri, quos ille in hoc volumine nominat. Ac primum quidem Sigibertus scriptor verus, & grauis Remigium natum anno Domini quadrage[ns]imo supra nonum & quadragesimum, Episcopum creatum quadringentesimo septuagesimo primo, denique quingentesimo & quadragesimo quinto mortuum esse testatur. Et quamquam Illustrissimus Baronius Cardinalis de hoc eiusdem felicissimi obitus anno dubitat, non tamen ab eo longe abesse contendit. Quod certe ad id quod agimus, nobis est satis. At quod ad alterum caput spectat, equidem partim legi, partim curauis hoc opus uniuersum perlegendum, notandoque diligenter Scriptores omnes, qui in eo proferuntur, & profecto singulorum personis atatibus, omnes facile Remigio Remensi vetustiores esse comperio: si unum, aut alterum, de quibus dubitare lices, excepitis. Evidem ne longam hic de singulis attēxam disputationēm; lectorem ad eius epitomēm, vel potius catalogum ecclesiasticorum scriptorū regiam, qui est initio propositus catechismi Petri Canisii, viri cum primis nostra sodalitatis patribus eruditionis religiosarumque virtutum laude clarissimi. In eo catalogo distincte anni tum à Christo nato pastorum principe ac Deo nostro elapsi, tum singuli Romani Pontifices Christi Vicarij, atque successores, tum Imperatores, qui ad hec usque tempora Romanum imperium obtinuerunt, aliaque huiusmodi scitu dignissima describuntur. Verum ut ad rem redeam, meminit Remigius in primis Origenis, qui vixit anno à Christi ortu ferme 200. S. Cypriani, qui 237. S. Hilaryj, qui 300. Didymi, qui 350. S. Basili, qui 355. S. Ambrosii, Hieronymi, Ioannis Chrysostomi, qui omnes ferme anno 366. floruerunt, Augustini, qui 400. Cassiani, qui 423. Prosp[er]i, qui 466. in quibus nullus relinquitur dubitandi locus; quippe quam satis compertum sit omnes esse Remigij etate superiores. Quocundam praterea testimonia Remigius profert, de quibus quod fuerint eius aequales, dubitatio posset aliqua suboriri. Quocirca singulorum rationes videntur esse ponderanda. S. Benedictum Monachorum in occidente patriarcham appellat; qui non modo an Remigij etate vixerit, verum etiam an eidem notus fuerit, dubitare non licet. Nempe Petrus Diaconus in libro de viris illustribus cœnobij Cassinensis capite undecimo S. Benedictum epistolas duas, earumque alteram ad Remigium Remensem Episcopum dedisse testatur. Cuius epistole causa, & à Fortunato, & ab Hincmaro in eius vita videatur illa tradi potissimum. Nam puella illa Tolosas, quam Remigius & a mali demonis tyrrannide eripuit, & ab interita revocavit in vitam, primo ad Petri & Pauli Apostolorum limina, post ad S. Benedictum à parentibus deducta erat; A quo adiutorius & coadiutor ait se intercessione Remigij recessurum. Atq[ue] ita puellam Benedictus ad Remigium cum suis literis remisit, a quo electo damone curata est. Cassiodorum vero, quem semel tantum appellat, non longe ab extrema epistola ad Hebreos, hoc est, in extremis hisce luctationibus Pomerius, ut scribit Genebrardus, prope extremo Anastasi imperio vixisse confirmat. Is in Eusebij Chronico imperium in iij anno salutis 493. decepit 513. quum sex supra viginti annos imperasset. Qui annus Remigij obitum annis permultis precedit, quippe quum ab eodem

## P R A E F A T I O

Remigio affirmet Baronius Vedastum sanctissimum virum Astrebatensum Episcopam  
anno salutis 542. fuisse consecratum. A quo stat Sigebericus affirmans ad annum usque  
545. vitam produxit Remigium. Quibus annis facile potuit Cassiodori scripta perleger-  
re. Iam vero de Gregorio, quem Beatum nominat, aliqua esse videtur quæstio difficilior.  
Nam quia nullam ei præterea notam Remigius, vel cognomen adiungit, quo interno-  
sci queat, contendens aduersarij magnum significari Gregorium, quem in S. Petri cathe-  
dra anno ferme Domini 590. sedisse accepimus, annis post Remigium quinque supra qua-  
draginta. Ab non ita rem se habere, neque Gregorium Magnum, sed alium à Remigio ci-  
tari, videtur ex hisce ipsius Remigij verbis in versiculum unde vigesimum secundi capituli  
prioris ad Corinthios epistola posse constare. Renera, inquit, magnam uitatem præstite-  
runt hereses sancta Ecclesia, non per se, sed dum doctores excitauerunt, qui quasi dor-  
miebant. Nequaquam enim tantam copiam librorum haberet sancta Ecclesia, & tan-  
tam cognitionem de Deo, nisi hereses exorta essent, à quibus excitatus est Hieronymus,  
Augustinus, Hilarius, Gregorius, aliisque Doctores sancti, qui multa conscripserunt con-  
tra hereticos. Hac ille. Iam quis ignorat, ut è præclaris sanctissimi Doctoris Gregorij  
Magni scriptis multa eliciantur saluberrima ad hereticos redarguendos, nihil tamen ab  
ipsis, data opera, aduersus hereticos fuisse literis consignatum? Id quod ab altero Grego-  
rio Nazianzeno Episcopo factitatum esse nouimus, qui & propterea Theologi cognomen  
est adeptus, de quo Gregorius presbyter hac scribit. Vbi enim peruersum cuiusdam A-  
rianorum secta dogma protalisset, Hac consentio, inquit, universum Romanum occupa-  
uit orbem, sed perissimum Byzantii preualebat. Deus igitur Spiritus sanctus Gregorium  
excitauit Theologum, quum misereretur eorum, qui sub eo peribant dogmate, & tan-  
quam ad Moysem dixit. Videns vidi vexationem populi mei, qui in Aegypto est, &c.  
Et descendit, ut eos liberarem, quapropter nunc adesto, ut te mittam in Aegyptum. Ta-  
li igitur adhortatione virum commouet, ut Byzantium nauigaret. Haec tenus ille. At e-  
nim quia à Remigio verba præferuntur in cap. 6. epistola prioris ad Corinthios versicul. 9.  
de orationibus, & sacrificiis videntium, defunctorum animis profuturis, eadem apud  
Gregorium Magnum leguntur in quarto libro dialogorum. Quid enim? Nonne Ponti-  
fex maximus potuit eadem verba ab eodem Gregorio Episcopo mutuari, unde Remigius  
ante deprompsiterat? præsertim quia Remigius ipse, dum quartum caput interpretatur prioris  
ad Thessalicenses epistola versic. 13. S. Augustinum in eamdem propemodum sen-  
tentiam affert, ex quo nimurum potuit Magnus mutuari Gregorius. Huc accedit, quod  
Remigius summum Pontificem solitus est Pontificem Apostolicum appellare, quam certe  
honorablem appellationem S. Gregorio Magno non denegasset tot eis nominibus iure opti-  
mo debitam. Quare quum Remigius noster, & alijs disciplinis imbutus, & vero lin-  
gue Graeca, ut ex hisce monumentis liquet, peritus fuerit, quando Gregorium nominat,  
sive Theologum, sive fortasse Nyssenum, sive etiam Thaumaturgum nominare dicendum  
est. Atque ut hanc tandem partem absolutam, in caput tertium epistola ad Philipenses  
versicul. 3. in exemplo nostro hac verba scribuntur. Beatus Beda loquens in quodam lo-  
co de dictis Apostoli, ubi ait, unusquisque in suo sensu abundet, &c. Quid ergo, in-  
quit, si hereticus est, debet in suo sensu abundare! minime. Non de heretico loquitur,  
sed de Christiano. Hac ibi. Quem profecto locum adduci non possum, ut credam carere  
mendo library. Primum quidem, quia in eo commentario, quem Beda in epistolam edi-  
dit ad Romanos, ex qua sunt illa verba desumpta, nihil scribie, quod simile videatur.  
Atque ut alibi id scriberet, non continuo Bedam crederem à Remigio nostro præferri.  
Nam si præferret, perspicuum esset hosce commentarios non esse Remigij Remensis Episco-  
pi. Beda enim post elapsos annos à Christo septingentes vixit, post Remigium vero annis  
ferme quinque supra centum, & quinquaginta. Quid porro esse causa dicamus, cur in  
tanto ecclesiasticorum scriptorum numero, qui inter Remigium & Bedam tot fere facultis  
floruerunt, unus Beda, isque semel tantum à Remigio nominetur? Quod si nominare ve-  
lit, cur præter morem omnium prope scriptorum ipsius etiam tempestatis, qua viuebat ad-  
huc Beda, non eidem venerabilis cognomen attribuit, sed Beati? nam ut Beatus merito sit  
appellantus, non tamen ita ab ullo sole appellari, ne à Tritemio quidem, etiam quum id  
agit, ut Illustres viros sui ordinis laudes. Quocirca ut hac vitemus incommoda, fatea-

AD LECTOREM.

mar, necesse est à Remigio non Bedam eo loco, sed B. Benedictum esse nominatum, & fortasse compendiaria nota causimodi B. Bened. ut quum ex eius forte exemplari aut veritate, aut casu aliquo duo littera media syllabe intercidissent, librarius addita de suo prima Alphabeti littera, Beda descripsit. Quod unum satis erat, ut Lectorem in errorem induceret, debitamque tanto viro gloriam denegarent, qui tantum nobis thesaurum cuncta cara reliquit, firmissimum doctrina catholica propugnaculum, pulcherrimum scrofa Ecclesia ornamentum. Hac habui, qua te, amice Lector, admonendum censui. quia si a quo animo, ut spero, acceperis, non dubito, quin sic recte ac sincere hac re de re cum antiquitate universa indicatus.



IN PA-





# IN PATRIS AC NATI PARI TERQVE FLA- MINIS, ALMI.

ARimùm queritur quemadmodum post Euangelia, quae supplementum legis sunt, & in quibus nobis exempla & praecepta viuendi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolas ad singulas Ecclesias destinare ut initia nascentis Ecclesia nouis causis existentibus ut presentia, atque orientia resecaret via & ut postfuturas excluderet questiones, exemplo propheta rum, qui post editam legem Moysi, in qua omnia Dei mandata legebantur; nihilominus tamen doctrina sua rediuita semper populi compressere peccata & propter exemplum libros ad nostram memoriam transmiserunt. Deinde queritur cur non amplius quam decem epistolas ad Ecclesias scripsit? Decem sunt enim cum illa, qua dicitur ad Hebraeos: nam reliqua quatuor ad discipulos specialiter sunt porrectæ, ut ostenderet nouum non dispare à veteri testamento, & sic contra legem non faceret, has ad numerum decalogi mandatorum suas epistolas ordinavit, & quod ille praeceptis ad Pharaonem instituit liberatos: totidem hic epistolis à diaboli, & idolatria servitute edocet adquisitos. Nam & duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane, quam ad Hebraeos scripsit, quidam Pauli non esse contendunt, eò quod non sit eius nomine titulata, & propter sermonis, stylique distantiam, siue Barnabe iuxta Tertullianum, aut Luca iuxta quosdam, vel certè Clementis discipuli Apostolorum, & Episcopi Romana Ecclesia post Apostolos ordinati. Quibus ita respondendum est: Si propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit; quia nullius nomine titulatur: quod si absurdum est, ipsius magis credenda est, que tanto doctrina sua fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebraorū Ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris legis, & veritate Christi reddere rationem, ne odium nominis fronte pralati utilitatem excluderet lectoris. Non est sanè mirum, si eloquentior videatur in proprio, id est Hebraeo, quam in peregrino, id est Graco, quo

cetera epistola sunt scriptae sermone. Monent enim iam quosdam, quare Romanorum epistola in primo sit posit a cum eam primam ratio non manifestet. Nam hanc se proficidente Hierosolymam scripsisse testatur. Cum Corinthios, & alios ante iam, ut ministerio, quod secum portaturus erat, colligere adhortatus sit, unde & intelligi quidam volunt ita omnes epistolas ordinatas, ut prima poneretur, quamvis posterior fuerit destinata, ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant, ut non intelligerent Dei segregatia, & non suis meritis esse saluatos, & ob hoc duo in se Populi conflictarent, sed circa illos indignari afferit confirmari, gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam Dei scientia gratiam esse concessam, & non tam omnes increpat, quam cur peccantes non reprobent. Sicut dicit; Auditur inter vos fornicatio. Et iterum. Congregatis vobis cum meo spiritu, tradere huiusmodi Satanæ. In secunda vero laudantur, & magis, ac magis, ut proficiant commonentur. Galate jam nullius criminis accusantur, nisi hoc tantum quod callidissimis Apostolis crediderint. Ephesij sane nulla reprehensione, sed multa laude sunt digni, quia fidem Apostolicam seruauerunt. Philipenses etiam multo magis colaudantur, quia nec audire quidem falsos Apostolos voluerunt. Corloffenses tales erant, ut cum ab Apostolo visi corporaliter non fuissent, haec laude digni haberetur. Et si corpore absens inquit, sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens, & videns ordinem vestrum. Thessalonenses nihil minus in duabus epistolis omni laude prosequitur, eo quod non solum fidem inconcussam seruauerint veritatis; sed etiam in persequitione ciuium fuerint constantes inuenti. De Hebreis vero quid dicendum est, quorum Thessalonenses, qui plurimum laudati sunt, imitatores facti esse dicuntur? sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores, facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa: eadem enim passi estis & vos a contribulibus vestris, quæ & illi à Iudeis, apud ipsosque que apud Hebreos commemorat, discens. Nam vinctis compassi estis, ut rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.

In anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi  
Millesimo Sexagesimo Septimo, Indictione V.  
IV. Idus Septembris Luna XXII.

1. Cor. 3.  
vers. 1.  
ibid. vers.  
4

Colof. 2.  
vers. 5.

Thessal. 2.  
vers. 14.  
Heb. 10.  
vers. 34.

# ITEM DE ROMANIS ALIVD ARGVMENTVM.

**R**omanis, qui ex Iudais, gentibusq; crediderant, hi superba contentione volebant se alterutro superponere. Nam Iudei, nos sumus, aiebant populus Dei, quos ab initio dilexit, & fuit. Nos circumcisi ex genere Abraham ex stirpe sancta descendimus, & notus retro apud Iudeam tantum Deus. Nos de Aegypto signis Dei, & virtutibus liberati: mare sicco pertransiimus pede, cum inimicos nostros grauiissimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit Dominus manna in deserto, & quasi filii suis, cælesti pabulum ministravit. Nos die, noctuq; in columna nubis, ignisque præcessit, ut nobis in inuio, iter ostenderet. Atque ut cetera eius circa nos immensa beneficia taceamus, nos soli digni fuimus Dei legem accipere & vocem Dei loquenter audire, eiusque cognoscere voluntatem, in qua lege re promissus nobis est Christus, ad quos ipse etiam testatus est, dicens, non veri nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: *Cum vos canes potius quam homines appellauit. Eorum ergo est, ut hodie idola deserentes, quibus ab initio deseruistis, nobis comparemini, & non potius in proselytorum locum legis auctoritate, & consuetudine deputemini & hoc ipsum non merebamini, nisi quia larga semper Dei clementia vult vos ad nostram emendationem admittere.* Gentes etiam contrariò respondebant. *Quanto vos maiora erga vos Dei beneficia narraueritis, tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis: semper enim his omnibus existitis ingratiti: nam ipsis pedibus, quibus aridum mare transistis, ludebatis ante idola, qua recepistis: & pro ipso ore, quo paulo ante ob necem aduersarij Domino cantaueritis, simulacra vobis promisisti. Illis oculis, veneranda, quibus Deum in nube dignè conspicere solebatis, manna vobis fastidio fuit, & semper in deserto contra Dominum murmurasti, ad Aegyptum, unde vos manus valida eiecerat, redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra prouocatione Dominum irritauerunt, ut omnes in eremo morerentur; nec plus ex senioribus eorum, quam duo homines terram re promissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus cum etiam si illa minimè fecissetis, de hoc solo nemo vos dignos venia judicaret, quod Dominum Christum, prophetarum semper vocibus vobis re promissum non solum suscipere noluistis, sed etiam morte pessima per remistis; quem nos ut cognouimus, statim credidimus, cum nobis antè de eo non fuerat predicatum. Unde probatur, quod idolis ser uiuimus, non obstinationi mentis, sed ignorantia deputandum. Qui enim agnitus illico sequimur, olim utiq; sequeremur, si ante cognouissimus. Sic autem vos de genere & nobilitate jactatis, quasi nō mo-*

*March. 15<sup>a</sup>  
ver. 24.*

D

rum imitatio magis, quam carnalis nativitas filios nos faciat esse  
sanctorum. Denique Esau, & Ismaël cum de stirpe sint Abraham, mi-  
nime tamen in filios reputantur. His taliter altercantibus Apostolus  
se medium interponens, ita partium dirimit questiones, ut neutrum  
eorum suam iustitiam meruisse ostendat, ambos vero populos & sci-  
enter, & grauiter deliquisse, Iudeos, quod per prævaricationem le-  
gis Deum in honore auerunt: gentes vero, quod cum cognitum de  
creatura creatorem ut Deum debuerint venerari, gloriare eius in  
manufactæ mutauerint simulacra. Utrosque etiam similiter ve-  
niā consecutos, aequales esse verissima narratione demonstrat, pra-  
sertim cum in eadem lege prædictum & Iudeos, & gentes ad Christi  
fidem vocandos ostendit. Quamobrem viciissim eos humilians ad  
pacem, & concordiam cohortatur.

Explicit prologus.

INCL



# JNCIPIVNT VER. SANCTI DAMASI EPISCOPI VRBIS ROMÆ.

Amdudum Saulus procerum præcepta sequutus,  
Cum Domino patrias vellet præponere leges,  
A Abnueret sanctos Christum laudasse prophetas,  
Cædibus assiduis cuperet discerpere plebem,  
Cum lacerat sanctæ matris pia fœdera cæcus,  
Post tenebras verum meruit cognoscere lumen.  
Tentatus sensit, posset quid gloria Christi.  
Auribus ut domini vocem, lucemq; recepit,  
Composuit mores, Christi præcepta sequutus.  
Mutato placuit, postquam de nomine Paulus,  
Mira fides rerum subito trans æthera vectus.  
Noscere promeruit possent quid præmia vitæ.  
Conscendit raptus martyr penetralia Christi.  
Tertia lux coeli tenuit paradisus euntem  
Colloquiis domini fruitur, secreta reseruat  
Gentibus, ac populis jussus prædicere vera  
Profundum penetrare maris noctemq; diemq;  
Visere cum magnum satis, & vixisse latentem  
Verbera, vincla, famem, lapidem, rabiemq; ferarum  
Carceris inluuiem, virgas, tormenta, catenas  
Naufragium, lacrymas, serpentes dita venena.  
B Stigmata non timuit portare in corpore Christi.  
Credentes docuit, possent qui vincere mortem.  
Dignus amore Dei viuit per sæcla Magister.  
Versibus his breuiter fateor beatissime doctor  
Sancte suos Damasus volui monstrare triumphos.

*Expliciunt Versus.*

A ;

Anno

Anno Dominicæ incarnationis Millesimo  
Sexagesimo Septimo indictione V.

Scriptus est liber iste.

Deo gratias.

**R E M I G I V S   E P I S C O P V S   R E M I S .**  
*exposuit epistolas Sancti Pauli Apostoli  
luculentissimone.*

Quicunque istum librum rapuerit, aut furatus fuerit, vel aliquo  
malo ingenio abstulerit ab Ecclesia Sanctæ Cæciliæ,  
sit perpetua damnatione damnatus, & ma-  
ledictus, nisi reddiderit, vel  
emendauerit.

**F I A T . F I A T . A M E N . A M E N .**

**C A P V T**



## CAPVT I.

# EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI AD ROMA- NOS.

Paulus commendato suo munere Euangelico, ob magnum prædicandi Euangelii zelum, optabat Romanos inuisere. ostendens Ethnicos qui ex creaturis Deū cognoscentes, illius cultum à se abiecerant, colendo creaturarum imagines, merito à Deo desertos: & in poenam illius in abominanda, quæ hīc recensentur, incidisse scelera.

**P**AULUS, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, + quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis + de Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, + qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri: + per quem accepimus gratiam, ε&g; Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, + in quibus estis ε&g; vos vocati Iesu Christi: + omnibus qui sunt Roma, dilectis Dei vocatis sanctis. Gratia vobis ε&g; pax a Deo Patre nostro, ε&g; Domino Iesu Christo. + Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in uniuerso mundo. + Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filij eius, quod sine intermissione memoria vestri facio + semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendo ad vos. + Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratia spiritualis ad confirmandos vos: + id est, simul consolari in vobis, per eam quæ inuicem est, fidem vestram atq; meam. + Nolo autem vos ignorare fratres: quia s&pe proposui venire ad vos, ( ε&g; prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam ε&g; in vobis, sicut ε&g; in ceteris gentibus. + Gracis ac Barbaris, sapientibus ε&g; insipientibus debitor sum: ita (quod in me) promptus est ε&g; vobis, qui Romæ estis euangeliare. + Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omnicredenti, Iudeo primum, ε&g; Graco, + Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. + Reuelatur enim ira Dei de cœlo, super omnem impietatem ε&g; iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in in-

## AD ROMANOS

19 iustitia detinent: † quia quod notum est Dei, manifestū est in illis. Deus  
 cal. b. II enim illis manifestauit. † Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per  
 ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius.  
 21 Ephes. 4 virtus, & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. † Quia cum cognouis-  
 c. 17. sent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed  
 euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor  
 eorum: † dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. † Et mutau-  
 22 23 runt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corru-  
 24 ptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. † Pro-  
 pter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immundi-  
 25 26 tiam: ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis: † qui commu-  
 tauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & seruierunt  
 creature potius quam Creatori, qui est benedictus in secula, Amen.  
 27 D † Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae. Nam fœmina  
 eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est contra  
 naturam. † Similiter autem & masculi, relicto naturali usu fœmina  
 exarserunt in desideriis suis in inuidem, masculi in masculos turpitu-  
 dinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semet-  
 28 29 ipsis recipientes. † Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia:  
 tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conue-  
 niunt, † repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, ne-  
 quitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, su-  
 30 31 surrones, † detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos,  
 inuentores malorum, parentibus non obedientes, † insipientes, incom-  
 32 33 positos, sine affectione, absq; fædere, sine misericordia. † Qui cum iusti-  
 tiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt,  
 digni sunt morte: & non solum quia faciunt, sed etiam qui confen-  
 tiunt facientibus.

## IN NOME DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI INCIPIT SUPER EPISTOLIS BEATI PAVLI APOSTOLI.

A  
 In Casinæ.  
 si: à Corin-  
 tho ciuita-  
 te Metro-  
 poli.


 Chaia regione Græcorum, scripsit Apostolus Paulus Romanis hanc Epis-  
 tolam, quos non ipse, non Petrus, non quilibet duodecim Apostolorum  
 primum instruxit, sed quidam Iudeorum credentium, qui ab Hierosolymis Romam venientes, vbi Princeps orbis residebat, cui erant ipsi subiecti: fidem,  
 quam apud Hierosolymam didicerant Romanis Euangelizauerunt. Causa autem  
 scribendi hanc Epistolam hæc probatur existisse. Orta est contentio inter Iudeos  
 credentes, & gentiles etiam ad fidem conuersos. Iudei siquidem credentes pro-  
 pter sanctos Patres, à quibus originem ducebant, & propter legem, quam soli inter  
 cæteras gentes acceperant, despicebant gentiles ad fidem venientes, utpote idolo-  
 latræ, superstitioni hactenus deditos: dicentes propter obseruantiam legis, cui ser-  
 uierant, meruisse accipere se gratiam Christi, fidemque Euangelii. Econtra gentiles  
 præferebant se nihilominus Iudeis, improperantes eis mortem Filij Dei: simulque

protesta-

protestabant se idolis venerationes minimè exhibuisse si legis præcepta, Cap. viii.  
sequuntur.  
 aut Prophetarum oracula habuissent. Omnibus igitur his præbuit se Paulus Apo-  
 stolus medium, omnes illorum contentiones destruens, quæ in prologo huius  
 Epistole narrantur, & quasi bonus concionator, extenta manu illos alloquens,  
 omnes ad vnam concordiam adduxit. Ostendens nullum eorum suis méritis esse  
 saluatum, sed per gratiam Iesu Christi, quia omnes & Iudei & gentiles sub peccato  
 tenebantur. B Epistolæ A. Græco vocabulo, latinè dicitur supermissa, vel addita sic-  
 ut epigramma superscriptio. Epitaphium super sepulchrum. Epi. siquidem sonat su-  
 per: stola vero missa. Epistolæ autem istæ idcirco dicuntur supermissæ, vel additæ:  
 eo quod super vetus testamentum, & gratiam Euangelii, vbi perfecta salus consistit,  
 ab Apostolo sunt missæ credentibus ad resecanda præsentia atque orientia vitia: &  
 vt si quis transgressus fuerit Euangeliū, hic inueniat medium salutis, quatenus vin-  
 dictam Euangeliū possit effugere, redditus illi per dignam poenitentiam. Non digni-  
 tatis causa, quod super excellent: sed ad completionem positam scriptæ sunt. Episto-  
 la autem ista non illum ordinem tenet in corpore Epistolarum, quo scripta est: sed  
 causa dignitatis Romanorum, qui tunc temporis vniuersis gentibus imperabant,  
 primatum obtinuit. Hoc autem totum factum est non ab Apostolo, sed potius ab  
 illo, qui omnes eius Epistolas sub uno corpore curauit colligere. Notandum autem  
 quia sicut Moyses legislator populo Israëlico à Pharaone liberato; decem præce-  
 pta legis tradidit: ita Paulus Apostolus credentibus in Christum; & à Pharaone spi-  
 ritali eritis decem Epistolas scripsit. Nam quatuor reliquas ad discipulos misit, duas  
 videlicet Timotheo: vnam Tito, vnam Philemoni. Pauli. Cal. Post.  
 Paulus, vt Hieronymus  
 dicit; à primo spolio, quod sanctæ Ecclesiae contulit, à Paulo videlicet Sergio Pro-  
 tosule quem apud Cyprum conuerterit, hoc sibi nomen imposuit. Vt sicut Parthicus,  
 qui Parthos superauit & Germanicus, qui Germaniam vicit, quilibet Dux Roma-  
 norum est dictus: sic ab eo Principe, quem prius superauit, appellatus sit Paulus.  
 Beatus Augustinus dicit modicum interpretari Paulum, id est, humilem. Vnde ipse  
 dicit: *Ego sum minimus Apostolorum omnium.* Dicitur & apot. paula secundum quof-  
 dam, id est, à cessatione persecutionis, vel certè vt quidam dicit binomius intelligi-  
 tur fuisse, & plurimi inueniuntur duobus nominibus vocati, sicut Oziás, qui & A-  
 zarias in veteri testamento, in nouo vero Matthæus, qui & Leui. Vnde & C  
 Paulus in-  
 maleficebat, & confundebat Iudeos, vel etiam more sanctorum commutationem me-  
 ruit binominis, vt Abraham, & Iacob, & Simon, qui & Petrus vocatus est à Deo, vt  
 qui persecutor vocatus est Saulus, id est infernalis, post prædicator effectus dicitur  
 Paulus id est, humilis Christi discipulus. Apostoli. Apóstolus grecè, latinè dicitur  
 missus, & iste à Dothino audiuit longe mittam te ad gentes. Apostolorum autem  
 genera sunt quatuor, primum est, quod neque ab hominibus fit, neq; per hominem,  
 sed à Deo tantummodo, de quorum numero fuerunt Moyses, Esaias, aliquique quam-  
 plurimi Prophétarum, duodecimque Apostoli; Quia quamvis ab hominē Christò  
 essent missi, tamen ipse homo erat & verus Deus. Moysi ergo dictum est: Eaf. qm.  
Exod. 3.  
vers. 10.  
*Mittam te  
ad Pharaonem.* Esaiæ quoque: *Quem mittam, & quis ibit è nobis?* & ille, ecce ego, mitte  
 me, & Dominus: vade inquit, ad populum istum, secundum quod à Deo quidem est,  
 sed per hominem: de quorum numero extitit Iosue, qui Deo præcipiente, atque vo-  
 lente per Moysem missus est. Alii quoque quamplurimi, qui electione populi vitæ  
 meritis Deo volente electi sunt. Voluntas n. populi, plerumq; voluntas Dei est. Ter-  
 tiū, quod ab hominē tantummodo est, & non à Deo. Cum fauore hominum aliquis  
 eligitur non pro bona conuersatione, neq; causa religionis, sed nobilitatis parentela,  
 vel pretio subrogatur in sacerdotis dignitatem. De quoru numero vnde dicit B. Am-  
 broſ. O Episcope hisi centum solidos dedisses, hodie Episcopus non es. De istorum  
 numero etiam erant illi, de quibus dicitur in lib. Reg. qui temporibus Ieroboam im-  
 plebant manus suas, & siebant sacerdotes Idolorū. De istis ergo talibus dicit Dominus per  
 Prophetam: *Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.* Quartum  
 quoq; genus est Apostolorum, quod neq; à Deo, neq; per hominem fit, sed à ſemel-  
 ipſo tñ constat. Vt sunt Pseudoprophetæ, & Pseudoapostoli; dicentes: *hac dicit Domi-  
 nus, enī Dominus non misericors eis.* Scindunt autem inter hos omnes, quosdā tantæ digni-  
 tatis esse, vt apostolatus, & Prophetæ honor sublimentur. Vt fecit Moyses, Esaias, Ios-  
 annes, D  
Ezech. 8.  
vers. 10.  
G

## AD ROMANOS

4

**Matt. 11.** annes quoniam Baptista, de quo dicitur: *Ecce mittit Angelum meum ante faciem tuam*, de quibus fuerunt etiam Apostoli, qui præmnia electorum, & tormenta reprobatorum suis auditorib. prædixerunt quosdam vero prophetæ honore tantum insignitos. **AD ROMANOS.** Romanos appellat hic Apost. qui ex Iudeis, gentibusque credentes in partib. Italiæ habitabant. Interpretantur autem Romani sublimes, siue tonantes, Quia illo tempore, quo Apostolus hanc Epist. eis misit cunctis gentibus principabatur, ideoque sublimiores erant omnibus populis, & intonabat præcepta publica, & priuata, eorumque fama in omniū hominum resonabat ore. De nomine Apostoli iam superius dictum **Ioh. 15. v. 15.** est. Sed querendum est cum Dominus dicat: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos.* **Cal. Apo-** **stolus se** **Appeller.** Quare Apostolum seruum appellat, ad quod dicendum, duo genera esse seruitutis. Vnum videlicet timoris, alterum amoris. Est quidem seruitus timoris, quia timet seruus dominum suum, timet ab illo flagellari si per omnia voluntati eius non obediuerit. Et est seruus amoris filiationisque, qua seruit bonus filius patri, timens eius offendit. **Quo** scilicet genere seruitutis vocat se Apostolus seruum Iesu Christi. De qua & ipse Dominus ait. **Cum feceritis omnia, qua præcepta sunt vobis, dicite servi inustiles sumus.** Hoc est non seruitute timoris, & pena seruulis servi, sed amoris, & filiationis, quo instar filii non vult offendere Christum. **I e s v.** Hoc nomen est ab Angelo humanitati impositum, dicente illo ad Mariam: *vocabis nomen eius Iesum.* Iesus, autem latino eloquio saluator, vel salutaris interpretatur. Cuius nominis etymologiam exponens Angelus dixit: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Sin vero nomen Deitatis illius, requiris, verbum, Patris vocatur. Christi. Christus græcè, latine dicitur Unctus, hebraicè Messias. Siquidem unctus est ipse non oleo visibili: sed oleo inuisibili plenitudine videlicet Spiritus Sancti. De quaunctione dicit Psalmus. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitia.* Aliis olim fuit adiectum hoc nomen, sacerdotibus videlicet, Regibus & Prophetis, sed Iesu factum est proprium. **Vocatus Apostolus.** Est vocatio generalis, de qua dicitur: *multi sunt vocati:* & est specialis, de qua ait in quodam loco idem Apostolus: *Quos vocavit: hos, & inservientes canit.* Secundum quod vocatus est Paulus Apostolus, id est missus. Notandum autem idcirco nomen apostolatus ab Apostolo in omnibus Epistolis esse positum, ut maioris honoris & dignitatis essent eius Epistolæ apud auditores. **Segregatus.** Segregatus dicitur electus ad Euangeliū Dei prædicandum, vel segregatus, id est, à grege separatus à ceteris videlicet discipulis non mente, sed corpore, quia cor unum, & animam unam habet cum ceteris. Segregatus est corpore ab aliis, Spiritu sancto præcipiente. **Segregate mihi Barabam & Paulum,** & destinatus est gentibus totius prædictor, verbi gratia: Sicut homo extendit brachium ad operandum non tamen idcirco præciditur reliquo corpore. Ita Paulus Apostolus destinatus est quidem gentibus ad prædicationem; Sed tamen non ideo separatus est à ceteris Apostolis mente, & desiderio, & cum reliqui Apostoli singulis in locis prædicassent, verbi gratia: Andreas Achaiam. Thomas Indianam. Matthæus Æthiopiam. Ille omnibus gentibus & omnibus regnis prædictor exstitit. Vnde ipse dicit: *qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes.* Quod tale est, ac si alius verbis diceret, qui Petrus constituit magistrum voluit Paulum præficere omnibus gentibus. **In Evangelium Dei.** Marcus dicit: *Initium Evangelii Iesu Christi.* Iste contra Euangeliū Dei, subaudi, patris esse affirmat. Quare fit ista diuersitas? quia ut filius ait, omnia patris sua sunt, & sua patris, ideoque una Euangeliū communiter possidet, id est bonum nunciū. Nam sicut una substantia est patris, & filii, una potestas, una Deitas, ita una Euangeliū est patris, & filii: *Quid est ergo Euangeliū?* bonum nunciū, ut diximus. Et quid est melius nunciū, quam omnipotentem Deum trinitatem habere in personis, unitatem in substantia. Patrem ingenitum, filium genitum, Spiritum sanctum procedentem ab utroque annunciare. Natiuitatem quoque Christi sibi diuinitatem ante saecula, sibi humanitatem in fine temporum, miracula illius, passionem resurrectionem, ascensionem ad caelos, aduentum illius ad iudicium resurrectionem generalē, gloriæ electorum, damnationem, reprobatorum ad ista omnia prædicanda segregatus est Apostolus. **Quod Euangeliū ante promiserat per Prophetas suos.** Sicut promisit Deus pater per Prophetas filium suum ad salutem generis humani in mundum esse venturum; sic promisit, & S. Euangeliū. Notandumque, quia cum dixisset per Prophetas statim subintulit suos. Prophetæ non nomen commune est, & accipitur aliquando pro malo. Nam sicut fuerunt in veteri testam. Prophetæ boui, qui Spiritu sancto afflati multa mysteria sibi diuinitatem ostensa predixerunt, ita fuerunt & falsi dicentes. **Hec dicit Dominus cùm Dominus non misericordias.** Vnde per Esaiam dicitur. **& Propheta loquens mendaciam**

# C A P V T I.

ipse est cauda. Non ergo per istorum ora promisit, sed potius per illorum, quos ipse in veritate misit. Vide dicit per Hieremiam. Disponam, inquiens domini Israhel, & domini Iuda Testamentum nostrum: id est, Euangelium. Et iterum. feriam, inquit, vobis cum pactum sempiternum. Psalmista quoque qui legem Moysi iam habebat exorabat dicens: Legem, subaudis, Euangeli, constitue mihi. In Scripturis sanctis: de filio suo. Sunt Scripturæ non sanctæ, ut sunt dicta Philosophorum: Platonis, siue Aristotelis. Carmina Poetarum, Homeri, siue Virgili, aliorumque Poëtarum gentilium. Scripturæ vero sanctæ appellantur lex, & Prophetæ, atque Psalmi, quia sanctificant obseruatores suos: Prohibenda vitia, & commendando virtutes. Quæ scripturæ sanctæ, vel quod Euangeliū de filio Parris, id est, de Christo sunt, quia illū annunciant. Multi sunt quidem filii Dei secundum adoptionem: de quibus Ioannes dicit: Quia Ioh. i. v. 12  
quorumque receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sed unus est proprius naturalisque Dominus Iesus Christus. De quo ipse pater. hic est, inquiens, Filius meus charissimus. Et de quo Apostolus subdit. Qui factus est ei, id est Deus o Patri Matt. 3. v. 17.  
Filius ex semine David secundum carnem. Dominus Iesus ex duabus substantiis diuina, scilicet, & humana in unitate personæ suæ subsistens, verus est Deus, & verus homo. Secundum quod Deus est, non est factus, sed genitus, quia non est creatura. Secundum autem carnem, factus est ex semine David, qui fuit de tribu Iuda, de cuius progenie descendit beatissima Virgo Maria; ex cuius semine formata est caro Dominica opere Spiritus sancti in utero virginale: unde conuenienter dicit Apostolus, qui factus est Deo Patri, Filius ex semine David secundum humanitatem: Qui predestinatus est, id est, præordinatus, & præfinitus I  
Filius Dei in virtute. Subaudi, diuinitatis, & in potentia verbi, à quo assumptus est homo in unitate personæ. Origines dicit, qui destinatus est Filius Dei, dicens distinari illum posse, qui est, prædestinari, qui non est. At vero secundum beatum Augustinum melius est dicendum, qui prædestinatus est Filius Dei: quia non de verbo loquitur hic Apostolus, sed de homine, qui non erat antequam factus esset: Humanitas enim quæ non erat antea, illa est prædestinata, & præfinita, siue præordinata sine suis meritis, ut filius Dei esset. Assumpta à verbo in virtute diuinitatis, & potentia verbi, & unita illi in unitate personæ: Secundum spiritum sanctificationis. Spiritus sanctificationis appellatur hic Spiritus Sanctus, quia sanctitatem præstat Angelis, & hominibus iustis, qui etiam formauit, vivificauit, & sanctificauit ipsum hominem in utero virginali ex semine Virginis sine semine viri. Considerandum est autem, quia non fuit ei Spiritus sanctus pro semine. Nec dicimus illum Patrem esse humanitatis; ne dicantur duo esse patres, quod omnino nefas est dicere. Non enim omne, quod nascitur ex nobis, utique filius noster est. Verbi gratia. Capillus nascitur de capite, & tamen non ideo filius capitinis recte dicitur. Pediculi quoque ex nobis nascuntur: & tamen filii nostri nequaquam dicuntur. Ita ergo & ille homo assumptus à verbo de Spiritu sancto est conceptus. Id est, operante spiritu sancto formatus. Sed tamen non est filius Spiritus sancti. Iungatur ergo, beato Augustino ita docente: Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute diuinitatis, & potentia verbi ex resurrectione mortuorum. Primus resurrexit, & primus coelos penetrare. Destructor enim mortis imperio ipse primus omnium mortuorum electorum surrexit. Iuxta quod Ioannes de illo dicit. Qui est primogenitus mortuorum, & Princeps regum terra & primus dormientium Christus. Et sicut primus resurrexit ita & primus coelos penetravit. Dat fidelib[us] suis post adiutum ingrediendi. Alter secundum beatum Ambrosium merito dicit illum prædestinatum esse Filium Dei in resurrectione, siue per resurrectionem: quia dum potuit verus Filius Dei esse, quando in morte illius multa miracula accidentia compulere, dicere verè Filius Dei erat iste. Siquidem antequam K  
suspenderetur in ligno pro salute generis humani, & moreretur, multaque miracula fierent in passione illius, quæ Euangelium narrat, à paucis cognoscatur Filius esse Dei. In tantum ut Apostoli quoque dum comprehendenter relido illo fugerunt: Sed postquam sol obscuratus est in morte eius, terra contremuit, monumenta aperta sunt; velum quoque templi scissum est, & resurrexit, cognitus est esse verus Filius Dei, siue etiam quando post resurrectionem suam, ascensionemq; Ioh. Apo- cal. i. v. 5.  
misit Apostolis spiritum sanctum, qui inflamat, cœperunt loqui omnium gentium linguis

Linguis magnalia Dei. Tunc potius est cognitus esse verus filius Dei ab his, videlicet, de quibus Lucas dicit, quod una die crediderunt tria millia, altera die quinque millia. Digna autem consideratione animaduertendum est, quia non dixit Apostolus ad salutem qui praedestinatus est filius Dei in virtute ex resurrectione mortuorum. Sed adhuc addit, dicens ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, id est, tantum modo electorū ad se pertinentiū. Simulq; nobis demonstratur, quia sicut resurrectionē suam procurauit, ita quoq; multorum mortuorum corpora, & animas secū resuscitauit tam illorū, de

Matth. 27. verf. 52. quib. dicitur multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt, quā etiam omnium electorū. Ex quorum ergo resurrectione apparuit Christū verē filium Dei esse Iesum Christū, id est, ex illorū, qui ad se pertinebant, quos ipse resuscitauit ad vitā, & de quibus idem Apost. dicit. *Vi sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Nam de resurrectione multorum reproborum Iesu Christi nihil hic dicitur. Potest & ita coniungi: *Paulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus ex resurrectione mortuorum Iesu Christi.* Omnes quidē Apostoli ante passionē Domini sunt vocati ab ipso. Paulus verò post resurrectionem eius, per quē accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Gratia dicitur gratis data, & gratiā hic debemus intelligere fidem, & remissionem peccatorum, vel patientiam omnium laborum, pro qua remunerabimur in futuro. Quā omnia nullis precedentibus meritis gratis data sunt cunctis fidelibus.

M Sicut idem egregius prædicator dicit *gratia salvi facti estis.* Apostolatus vero nomine debemus intelligere legationē prædicationis, quā ipsi soli Apostoli, eorūq; sequaces acceperūt, qui similiter post illum, officiū prædicationis tenuerūt. Et ne quis putaret quod in una gente tantummodo Israëlitica accepisset legationem prædicationis. Dicit in omnib. gentibus ad obediendum fidei accepiisse illos apostolatū, id est, ut omnes gentes obedient fidei Euangeli, & Christi, quod vnum est. Fides autem dicitur eo quod fiat, ut promittitur constat enim inter Deum, & homines. Verbi gratia tempore Baptismatis profitemur nos credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christū & in Spiritum sanctum. Abrenunciare quoq; diabolo, & omnib. pompis eius, omnibusq; operibus eius. Si hoc obseruamus, fidei obedimus, sin autem infidelitatis redarguimur. Fides igitur est, ut diximus confessio S. Trinitatis, & solidum fundamentum religionis qua veraciter credimus id, quod nequaquam videre valemus. Si autē quod credimus, iam videmus. Fides iam nō est habenda, sed cognitio. Nonandumq;

Ioann. 2 o. quod pro nomine Christi, id est, nominis eius Dei se acceperūt Apostolatum. Sic enim ait eis Dominus. *Sicut misit me Pater, & ego misso vos,* id est, sicut me misit Pater in nomine suo, ita & ego vos vice nominis mei mittō ad prædicationem. Vnde & idem Apostolus alias dicit pro Christo, id est, vice Christi legatione fungimur. Itemq; obsecramus

N 2. Corin. 5. verf. 21. pro Christo, reconciliamini Deo. In quibus subaudi gentibus estis & vos Romæ habitantes

verf. 21. Iudæi & gentiles vocati Iesu Christi, id est, ab illo vocati estis super nos, ut in eo creditis, vel etiam in hoc vocati estis illius, quia ab illo nomen Christianitatis promeruistis.

VI ver. VII. omnibus, qui sunt Roma dilectis Dei, vocatis sanctis, dilectis Dei dicit, id est, electis ad fidem & gratiam. Quod auem dicit vocatis sanctis, sic videntur, quando vocati sunt, sed non conuenit. Qui erant peccatores, & iniustissimi, vocatis sanctis, id est, ad hoc electi, & vocati sunt sanctificati per Baptismum. Tale est, & illud, quod in Cantico Zacchariae patris beati Ioannis canitur. *Visitauit, inquit, & fecit redemptions plebis sua.*

Luc. i. v. 68. Non enim inuenit illam esse plebem suam, sed visitando, & redimendo ver. 1. & 7. suam fecit esse. Subaudimus, ut quidam volunt, salutem optant, dicentes ita: *Pax*

*lus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus omnibus, qui sunt Roma dilectis Dei, & quia ad hoc vocati sunt, ut sancti sint, salutem optat.* Erit hic ponenda distinctio, si vero sine subauditione salutis intellexerimus accipientes hoc, quod sequitur pro salutatione media distinctio erit, ubi dicitur vocatis sanctis. Plena vero distinctio protrahenda est vsq; Dño Iesu Christo. *Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Subaudi, sit gratia vobis, id est, fides, & sal, qua remittuntur peccata tempore baptismatis, & pax, qua reconciliamur Deo Patri per sanguinem Filii sui. Quidam volunt ita distincte intelligere, ut dicatur gratia vobis à Deo Patre, qui gratis misit filium suum, & pax à Dño Iesu Christo, cuius passione reconciliamur tam Deo, q; Angelis, sed melius utrūq; à Patre datum intelligatur, utrumq; à filio, quia gratia, & pax à Patre, & filio æqualiter confertur. *Spiritus vero sancti persona idcirco retinuit, quod in donis suis cum*

Comprehendit, id est in gratia, & pace. Ait enim veritas Samaritanæ mulieri, *scires donum Dei*, id est spiritum sanctum, quia enim per eum diuinitus honorantur electi. Ideò, ut diximus in donis suis intelligitur, gratia enim, id est remissio peccatorum, quam percipiunt credeentes in lauacro baptismatis, per quam reconciliationem merentur: æqualiter à tota Trinitate præstantur. *Primum quidem gratias ago Deo meo pro omnibus vobis.* Hucusq; solutatio, post solutationem verò sequitur statim texus epistolæ. Beatus Apostolus in exordio suæ epistolæ gratiarum actiones exorsus, adimplerat utique mandati sui, quod dixit alibi. *In omnibus gratias agite, gratias, inquit, ago id est laudes refero Deo meo pro vobis.* Benè autem addidit meo, quia cum omnium rerum unus sit deus per naturam, eo quod sit creator omnium. Illis tamen propriè per gratiam Deus dicitur esse, qui merito fidei, & iustitiae eius cultores se esse probantur, sicut Beato Paulo, aliisq; fidelibus. Hinc est illud *Ego sum Deus Abraham, Dens Isaac, & Dens Jacob per gratiam, & vita meritum.* *Quia fides vestra annunciatur in universo mundo.* A toto partem accipere, Neque enim totus mundus illorum fidem annunciat, sed per plures mundi partes diuulgabatur nouam fidem euangelii eos percipisse ut pote, qui tunc temporis penè omnibus gentibus dominabantur, Ab illis enim, qui Romanum veniebant, indeq; ad propria repedabant eorum fides multis nunciabatur gentibus, fides autem dicitur, eo quod fiat, id est sicut promittitur, ita debeat adimpleri; Sin autem non fuerit adimplata, jam non est fides. *Testis enim mihi est Dens.* Vi letur contra dominicum præceptum jurare Apostolus, quo dicitur: nolite jurare omnino. Sed quia veritatem jurare necessitate compellente non est peccare, ut Beatus Augustinus dicit, coactus Apostolus, ut crederetur ab Auditoribus, dum jurat, non peccat; tamen est non jurare, qui nunquam jurat, nunquam perjurum perpetrat. *Tu seruo in spiritu meo.* Non ait, adoro, sed seruo. Sunt quidam, qui corpore, & voce Deum, aut homines, facte adorant, sed non spiritu, id est mentis affectu. Plus ergo est dicere cui seruo in spiritu, quam adoro, quia intelligitur hic seruitum amoris, & integræ dilectionis. *In euangelio filii eius,* Idest in prædicatione Christi euangelium, ut diximus, bonum nuncium sonat; dicit enim pœnitentiam agere, appropinquans enim regnum cœlorum, prædicare autem conceptionem, & nativitatem Christi, & reliqua dispensationis eius mysteria euangelizare est. *Quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Si ne intermissione dicit; quia omni die, omni nocte orationi incumbens eorum memoriam faciebat. Nam aliter haec verba stare non valent; his enim omnibus indiget homo mortalitegmine induitus. In hoc verò, quod orationi instabat in semetipsum primum opere prætendebat. Homo siquidem mortalis erat adhuc apostolus Paulus, ideoq; indigebat operari, comedere, atq; dormire, quod ipse alibi suis auditoribus exhortando præcepérat. *Sine intermissione orate inquiens, Obscurans;* *Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos;* *Si quo modo, id est aliquo modo, tandem ad ultimum vel vix.* Benedicit obscurans si aliquo modo vix. *Aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos;* quoniam ibidem sunt quidam qui de permissione, non voluntate prosperum iter videntur accipere ad malum si quando homicidium, aut aliquod scelus festinat perpetrare. Sed Apostolus omnia prosperè, quæ sine voluntate Dei eveniunt nihil impendit, & pro nihilo deputat. Nam aliter pròspérum iter se posse habere non putabat; nisi eum voluntas Dei, quæ omnia nouit, & in omnibus bonis nos præuenit, præcedit, & fuet, illuc eum duxerit, ubi fructum aliquem habet. *Desidero enim vos ridere.* Ideo dicit desiderare ad illos, ut illos ad amorem suum excitaret, ut & illi desiderarent ipsum. Desiderabat autem illos, ut aliquid gratiæ prædicationis, & miraculorum illis largiretur, sicut sequentia manifestant. *Desidero, inquit, videre vos, ut aliquid gratia spiritualis impariar vobis, ad confirmandos vos,* id est ut confirmemini fidem vestram doctrina, & prædicatione, atq; miraculorum virtute, suppleamq; meo aduentu, si quid minus habetis infide, vel etiam, ut doceam vos perfectam charitatem habere ne ab iniicem dissideatis, & discordiam habeatis, sicut nunc audio; *Id est simul consolare in vobis per eam, que iniicem est fidem vestram, asque mea.* Consolantur magistri de profectu discipulorum, quando scilicet stabilimentum fidei reperiunt in illis. Econtra consolantur discipuli, dum aduentu magistrorum cumulatur illis gratia spiritus sancti.

## AD ROMANOS.

13. sancti, vel dum suam scientiam, & fidem magistrorum scientiae, & fidei concordare, & comparticipare intelligunt. *Nolo autem vos ignorare fratres, quoniam sepe posui venire ad vos.* Idem & volui, & disposui, (*& prohibitus sum usque adhuc.*) Prohibitus est Paulus Apostolus à Deo, ne antea Romam veniret, quam gentibus circa Hierosolymam positum sacrum administraret euangelium. Deinde vero per Macedonia, Asiamq; minorem prædicando Illyricum veniens, quæ est prima pars Europæ, Tandem juxta animi sui votum perueniret Romam. Cùm ergo Apostolus dixisset sèpè destinare venire ad illos, poterat aliquis illorum ei obuiare interrogando, ac dicere. *O Beate Apostole cur disponebas venire ad nos peccatores?* Ad hæc ille; *Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in ceteris gentibus. Gracis, ac Barbaris sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Sapientes appellat Iudeos, & Græcos, à quibus omnis sapientia diuina, & omnis philosophia mundana exordium sumpfit. Insipientes vero, & Barbaros, & alias gentes, sicut sunt Teutonici, Brittones, aliique qui illorum comparatione indocti, & quasi sine literis erant. Nam sicut ab Hebreis acceperunt, Latini omna diuinam scripturam; ita & à Græcis omnem philosophiam secularē; Et cum in hanc sapientiam floreret, siquidem sapientes omnes nos reliquas gentes Barbaros vocabant. Quorum superbiam confundit Apostolus, dum in sequentibus præponit eis Iudeos, sed considerandum est, quid acceperat Apostolus, vt horum debitor esset. Idem sapientium, & Insipientium. Non ab ipsis acceperat aliquid, sed à Deo hoc donum acceperat, vt omnium gentium linguis loqueretur. Quibus eisdem gentibus fidem Christi, vt pote debitor, prædicare debeat, vel certè in hoc erat debitor omnibus gentibus. Quia sicut Beatus Augustinus in expositione epistolæ ad Ephesios dicit, præ omnibus Apostolis sapientiam diuinam percepit, Et quare hoc nisi, vt omnibus Principibus, omnibus Philosophis per sapientiam sibi datam resistere posset. Vnde & de illo Dominus ait ad Annianum: *vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus.* Sapientibus debitor erat, vt eis profunda, & alta mysteria de Christi diuinitate panderet; Sicut ipse dixit alibi. *Sapientiam loquimur inter perfectos. Insipientibus vero debitor erat, vt secundum capacitatem illorum eis verba mysteriorum committeret.* Quibus ipse dicebat non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Insipientibus vero in hoc erat debitor, vt illorū insipientiam patienter ferret. *Ita quod in me promptū est,* id est manifestum, & vobis, qui Romæ estis, euangelizare. Ordo verborum est pariterq; & sensus, quia Sapientibus, & insipientibus debitor sum, vobis quoq;, qui Romæ estis, multo promptior est mea voluntas ad euangelizandum, & sicut de fide omniū gentium, ita etiam de profectu fidei vestræ opto magnus, sublimisq; fulgere. *Non enim erubesco euangelium* sub intellige, prædicare quidam credebant in filium Dei, & verecundabantur prædicare, quod natus esset ex foemina, quod crucifixus, quasi nolentes iniuriam facere Dei filio. Sed hoc non erubescet Paulus, qui dicebat. *Non erubesco euangelium* prædicare ac si diceret aliis verbis non erubesco filium Dei prædicare fine temporum natum, quem scio ante omnia sœcula æqualem Patri genitum. Non erubesco mortuum prædicare, quem scio superata morte tertia resurrexisse die, & deinde cœlos penetrasse. Et quasi diceret aliquis. Quarenon erubescis euangelium? ait, *virtus enim Dei est in salutem omni credenti Iudeo primum, & Græco.* Virtus Dei euangelium in salutem omni credenti homini, quia per illam fidem, & operationem, quam euangelium annunciat, decreuit Deus saluare genus humani. Præferuntur modo Iudei, Græcis, vel quia ante illos leges diuinas, humanaq; habuere, vel quia enutriti, in lege cito per cognitionem legis peruererunt ante illos ad fidem euangeli manifestum, quando post Ascensionem Dominicam, prædicantibus Apostolis crediderunt ex eis una die tria millia, altera die quinq; millia, & deinceps multa millia siue etiam in hoc præfert Iudeos Græcis quia ipsi Apostoli à quibus Græci doctrinam fidemq; euangeli quæ à magistris percipiebant, natura Iudei erant. Notandum autem nomine Iudei omnes Iudeos credentes debere intelligi & nomine græci omnes gentiles debere comprehendendi. Iustitia enim Dei in eo, id est in Euangilio, reuelatur ex fide in fidem. Iustitia Dei, id est Iustificatio, qua iustificat in se credentes in euangilio manifestatur, dum dicitur, *qui crediderit & baptizatus fuerit salvus, id est iustus erit.* Hæc est iustitia, qua omnes credentes dono patris,

Bider.

vers. 13.

vers. 14.

Acto. 9.

vers. 15.

1. Corint. 2.

vers. 5.

vers. 15.

Q.

vers. 16.

Marc. 16.

vers. 15.

tris, & filij, ne spiritus sancti iustificantur. Quæ idcirco Iustitia Dei dicitur, qui eam impertiendo fidelibus iustos eos reddit, & hoc ex fide sub intelligence legis id est sancti euangelij, si ad Iudeos referas. Qui enim in lege vnius Dei notitiam, & fidem habuerunt, sicut dicit in exodo, quod crediderunt Domino, & Moysi seruo eius, facilius ex fide, & cognitione vnius Dei ad euangelium transeuntes, fidem sanctæ Trinitatis percepérunt. Communiter omnes credentes ad fidem verborum, quando ad fidem rerum, quia quod promittit euangelium fideliter exhibebitur specie præmiorum, quando, quod modo tenemus in fide, & spe, tunc possidebimus in re. 1. Ioan. 3.  
vers. 2.  
v.  
Iuxta quod beatus Ioannes dicit. *Carissimi filii Dei sumus in spe, & nondum apparuit quid erimus in re. Scimus autem cum apparuerit similes ei erimus, videbimus eum sicut es.* xvii.  
*Sicut scriptum est: Iustus autem ex fide visit.* Hoc exemplum in oraculo Habacuc prophetæ continetur. Ex fide igitur, quæ concipitur corde, profertur ore, & bonis operibus exornatur, vivit Iustus vita æterna. *Fides autem sine operibus mortua est.* Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustiam hominum. Ira Dei appellatur isto in loco vltio Dei Iudicij, & vindicta diuina, quam omnibus reprobis inferet Dominus in die illa dicens eis. Ite in ignem æternum, quæ vindicta diuina de cœlo manifestabitur, quia inde veniet Dominus ad Iudicium. Sicut ipse per se ipsum dicit. Filius hominis veniet, vt reddat vnicuique secundum opera sua. Vel certe vindicta diuina de cœlo manifestatur hoc est de Ecclesia per tubam euangelij, quia ea, quæ de die Iudicij, & de Domini aduentu diximus inibi continentur. Cœli enim nomine Ecclesia censetur. Sicut ipsa veritas dicit, *Simile est regnum cœlorum decem virginibus, in apocalypsi quoque Ioannis multis in locis cœli nomine designatur.* Potest & absolute intelligi, quod dicitur diuina vindicta de cœlo manifestari. hoc est de euangelio, de quo Dominus dicit. *Simile est regnum cœlorum fermento, quod abscondit mulier in farine satis tribus, donec fermentaretur totum.* Reuelabitur inquit diuina vindicta super omnem impietatem, & iniustiam hominum. Impietas idolatriam significat, vt habetur in Zacharia. Impietas sedebat super talentum plumbi. Iniustitia est, qua contra Deum, & proximum quis iniuste agit. Et est sensus vindicta Dei, quam in euangelio Dominus comminatur veniet super omnes idololatras, & peccatores. Sequitur. *Eorum hominum dico, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Simplex veritas Deus inuisibilis est, cuius regimen iniustitia detinuerunt, cui cultum soli Deo, creaturis corruptilibus impendendum iudicauerunt. Veritatem Dei in iniustitia detinebant, qui veri Dei religionem, atque honorem iniustæ creaturæ quantum in ipsis erat attribuebant. Dicentes lapidi Deus meus es, & ligno, tu me genuisti. *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis.* Hinc jam contra Philosophos istius saeculi ex maxima parte loquitur Apostolus & est sensus. Idcirco ira omnipotentis veniet super reprobos, maximè super Philosophos, quia quod notum est, propriè Dei esse, scilicet quod ipse sit solus verus Deus creator omnium rerum, manifestum est illis Philosophis. Ex pulchritudine enim visibilium Dei operum cognitio opificis, & maiestas innotuit Philosophis. Quod tam speciosæ creaturæ speciosiorem haberent creatorem. Sicut fertur ab Hebreis de Melchisedech, quod considerata mundi fabrica unum Deum excellentem creaturis esse dixit, & ideo excellentiora id est panem, & vinum Deo obtulit vero. Deus enim illis reuelauit siue per naturale ingenium, & orationis donum, atque acumen studij, siue per occultam inspirationem reuelauit ei Deus, quia non hoc est creator, quod creatura. quia creator est Deus, creatura vero est factura Dei. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi pereant, qua facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Quod est dicere inuisibilia sacramenta omnipotentis Dei à creatura mundi, id est ab homine maximeque à Philosophis gentium per ea, quæ facta sunt visibilia, intellecta, siue præcepta, & cognita conspiciuntur non oculis corporeis, sed mentis oculis intelliguntur. Per ea enim, quæ facta sunt visibilia, intellecta sunt eius sacramenta inuisibilia. *Sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas sub audis per ea, quæ facta sunt visibilia, conspiciuntur mente ab illis Philosophis, ita ut sint inexcusabiles.* Virtus Dei est, quæ cunctas creaturas gubernat, diuinitas, quæ vniuersa replet. Ideo ergo omnipotens Deus per naturale ingenium, & per ea, quæ facta sunt visibilia, dedit Philosophis cognoscere multa de diuinitate sua. Ut illi adorantes Idola creaturam videlicet pro creatore inexcusabiles sunt, &

March. 10.  
vers. 1.

March. 13.  
vers. 33.

XVIII.

XIX.

S

xx.

xx.

non possint dicere, quod Deum ignorauerint. Virtus enim Dei, quæ scripturæ est, & diuinitas ; quæ nihilominus æterna est ex coniecuris creaturæ ostenditur.

**xxi.** *Quia cum cognouissent Deum per naturale ingenium, vel creaturam visibilem, non fecerunt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauuerant in cogitationibus suis, id est vani effecti sunt à sua sapientia propter suam superbiam, & ad pristinos errores redierunt, adscribentes sibi facultatem à Deo datam sapientiæ, & obscuratum est cor illorum inspiens.* Deum non glorificauerunt, siue non honorauerunt, quia maiestatem illius publicè non prædicauerunt, neq; docuerunt illum solum esse colendum abiectis idolis.

**T** Gratiæ non egerunt, id est laudes non retulerunt illi pro demonstratione summi ineffabilis boni. Cor quoq; illorum, quod illuminatum est per naturale ingenium, & per Dei gratiam, postquam cœperunt idola, & creaturam adorare pro creatori, obscuratum est per ignorantiam. Quid enim tetrius, aut tenebrosius quam serpentes pro Deo vero coli ? *Dicentes enim sapientes à semetipuis facti sunt.* In hoc cum ab illis non esset sapientia, à se ipsis eam se habere putauerunt:

**xxii.** Quod contulit illis diuina gratia gratis abstulit vtiq;, dum essent ingrati. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Omnis creatura, quæ mutari potest in melius, aut in deterius corruptibilis est. Verbi gratia: homo corruptibilis est, quia corruptitur per senectutem, per infirmitatem, ad extremum etiam quando per mortem redigitur in puluerem. Deus verò omnipotens, qui non potest mutari, aut in melius, aut in deterius, sed semper idem, & æqualis manet, incorruptibilis solus existit, cuius gloriam, & culturam, quæ soli illi conuenit, qui Deus est ; mutauerunt homines in similitudinem aliorum hominum, vt Assyrij, qui simulacrum Beli, patris Nini Regis, pro Deo colebant, & Babylonij id ipsum, quem vocabant Bel. Sidonei, Iudei, & Philistæ beelsebub, & non solum in similitudinem hominis mortui, & corruptibilis, sed etiam in similitudinem volucrum. Secuti Romani, qui colebant accipitrem: in similitudinem quoq; quadrupedum: Sicut Ægyptij, qui colebant apim, hoc est Væcam albam: in similitudinem quoq; serpentium, sicut Babylonei, qui colebant Draconem, & Ægyptij, qui colebant Crocodilum, qui est serpentis antiquus natans in aqua, vt pisces palcens in terra vt bos. *Propter quod id est, quia cultum, & religionem falsis imaginibus tradiderunt, & noluerunt ei gratias referre pro collatis sibi diuinitus donis.* *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditia.* Id est tradi permisit à se ipsis, vel ire secundum desideria cordis eorum in immunditia, *vt contumelias, id est turpitudinibus libidinum affiant, siue turpent corpora sua in semet ipso.* Idcirco permisit eos ire in desideria cordis eorum, vt grauius punirentur. Quomodo permiserit Deus illos ire secundum desideria delectationum suarum in sequentibus plenius refertur. *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruierunt creature potius, quam Creatori, qui est benedictus in sæcula.* Veritatem Dei in mendacium commutauerunt, id est cultum, & religionem Dei veri idolatriam. Veritas etenim est Deus, mendacium vero Idolum. Aliter. Veritatem Dei in mendacium commutauerunt, quando veram creaturam à Deo factam per mendacium dicebant esse, quod non erat. Solem enim, & lunam dicebant mendaciter Deos esse, denegantes, quod erant: quia non sunt Dij, sed solummodo creaturæ in veritate. Creatura quippe à Deo facta vera creatura est, sed non est ea vera veritas, quæ Deus est, quoniam non est Deus. Si ergo ille est benedictus in sæcula, illi vtiq;, qui cultum, & religionem eius Idolis impendebant, etunt maledicti in sæcula. Et temporales, id est defectum, & corruptibilitatem patientes. Iuxta, quod Psalmista de illis dicit. *erit tempus eorum in sæcula.* Quod est defectus, & corruptibilitas eorum manebit in sæcula, quia semper corpora eorum corruptentur à vermicibus & igne. Sequitur. *Properea tradidit illos Deus in passiones ignominia.* Properea inquit, quia veri Dei religionem in mendacium commutauerunt, tradidit illos Deus, id est tradi permisit, vel ire in passiones, & flagitia ignominia. Ignominia dicitur quasi sine nomine dignitatis, inde dicitur ignominiosus, qui definit habere dignitatis nomen, quando in aliquo criminе deprehenditur, sicut ignobilis sine bono nomine, & infamis sine bona fama. Quales erant illi, de quibus subiungitur. *Nam fæmina eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contravatural.*

Psal. 80.

vers. 16.

**V** **xxvi.** *mutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contravatural.* Similiter autem, & **xxvii.** *mutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contravatural.* *Nam fæmina eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contravatural.*

masculi relatio naturali usu fæmine exarserunt in desiderii suis; Masculi in Masculos tur-  
 pitudinem operantes. Naturalis unus est, ut vir, & mulier in uno concubitu coeant,  
 contra naturam vero est, ut masculus masculum polluat, & mulier mulierem. Si quis  
 relata coniuge cum alia concubuerit, turpitudinem quidem operatur, & peccat,  
 sed non contra naturam. Quis vero cum ipsa coniuge in alio membro, quam decet  
 concubuerit, contra naturam operatur, & grauiissimum scelus perpetrat. Et merce-  
 dem, quam oportuit in semetipsum recipientes. Id est quia primum Deum cognoscen-  
 tes non honorauerunt, iusto iudicio Dei mercedem mutuam erroris sui recepe-  
 runt, ut non seruarent sibi honorem, traditi passionibus turpisimis. Siue etiam  
 mercedem æternæ damnationis receperunt, quam promeruerunt pro talibus ho-  
 noribus, de qua idem egregius prædicator alias dicit, *stipendum inquiens peccati Rom. et  
 mors est, & sicut non probauerunt, id est non elegerunt, nec dilexerunt Deum habere  
 in notitia, tradidit illos Deus, id est in e permisit; In reprobum sensum, ut faciant ea, que  
 non conueniunt, hoc est, quæ & diuinæ & humanae leges prohibent.* Illi dicuntur  
 Deum habere in notitia, qui eum semper tamquam præsentem timent, & dum  
 considerant eius præsentiam ubique esse, peccare non audent. Illi autem dicun-  
 tur illum non habere in notitia, qui nolunt considerare præsentiam illius ubique,  
 ut sine timore liberius peccent. *Repletos omni iniuritate.* Iniurias est, quæ a-  
 nomia dicitur. quicquid contra legem Dei fit. Nam nomos lex, anomia vero qua-  
 si sine lege, & dicitur iniurias mentis acerbitas, dum malum mente concipitur;  
 peccatum est perpetratio mali; iniurias autem, & peccatum ita distinguitur,  
 quod iniurias ad mentis acerbitatem, siue duritiam refertur, ut diximus, pecca-  
 tum autem ad prolapsionem corporis. *Malitia* est fraus, aut astutia, quando vi-  
 delicet, quod corde concipitur, opere adimpletur; Cogitatio prauæ mentis, mali-  
 tia dicitur malitiæ votum, vel opus malignitas appellatur. *Fornicatio* à fornicibus  
 id est arcuatis domibus, quæ fornicess appellantur, vbi publicæ meretrices pro-  
 sternebantur. Fornicator autem est, cuius publicū & vulgare est. *Avaritia* est cupi-  
 ditas rerum inexplebilis, vel adulterium. Et est in hoc loco non solum ad pecuniam;  
 sed etiam ad coitum referenda. *Nequitia* est superbia, vel audacia peccati. Vnde di-  
 citur ego noui nequitiam cordis tui. *Inuidia*, inuidus, dicitur, qui alterius felicitate torquetur, & scinditur in duplum passionem. Cum aut quod ipse est, ali-  
 um esse non vult, aut aliud videns esse meliorem, dolet se non esse consimilem.  
 Inter inuidiam autem, & zelum hoc distat, quod zelus, vel æmulatio unum sunt, a-  
 liquando in bonam partem ponitur, ut ibi zelus Domini exercituum faciet hoc.  
 Ponitur & in malam partem, sicuti de Ioseph legitur, quod æmulantes, siue zelantes  
 eum fratres sui, id est inuidentes illi, vendiderunt illum: Inuidia vero semper in  
 malam partem accipitur. *Homicidium* dicitur ab homine, & cædo, verbo. Vnde di-  
 citur homicida, hominem cædens. Rectè autem post inuidiam statim subse-  
 quitur homicidium, quia ex inuidia procedit homicidium. Verbi gratia. Diabo-  
 lus cernens hominem ad hoc factum, ut locum gloriæ acciperet; quem ille super-  
 biendo perdiderat, inuidia ductus interficit illum anima. Similiter Cain inuidia  
 commotus contra fratrem suum Abél, quod respexit Dominus ad illum in-  
 flammando munera eius; ad ipsum vero non respexit munera eius inflam-  
 mando interficit illum. *Contentio* est ubi non ratione aliquid, sed animi pertina-  
 cia defenditur, vel ubi veritas non queritur, sed animositas, id est superbia fa-  
 tigatur loquendo contra alterum sine aliqua utilitate, contentio maxima po-  
 test dici. *Dolus*, Inter dolorem, & dolum hoc distat, quia dolor ad infirmitatem  
 corporis pertinet, dolus vero est mentis calliditas dictus ab eo, quod deludat,  
 verbis factis; inter dolum autem, & insidias, & fratremon hoc interest, quod dolus  
 animo fit, insidiae loco, siue zelo, fraus circa fidem mutuam; Malignitas est ma-  
 litia opus quæ & malevolentia dici potest. *Sussurrones*. Sussurro de sono locutio-  
 nis nomen accepit, qui non in facie alicuius, sed in aure loquitur detrahendō, &  
 est onomatopœia nomen de sono factum. *Detractores*. Quidam codices ha-  
 bent detractores, sed falso scriptum est, detractionem aliorum bene gesta opera,  
 vel in malum malitiosè mutare, vel inuidendo fallacij fraude diminuere. Cum  
 autem mala dicuntur, bona sunt, aut parua bona, quæ magna sunt. *Detra-  
 bento*

## AD ROMANOS

here enim dicitur, qui aliquid alicui subtrahere comprobatur, & diminuere. *Deo odibiles sunt qui Dei odium incurunt.* Contumeliosi dicuntur, qui veloces sunt in verborum iniuriis, & aliis aut factis, aut in verbo iniuriam faciunt. Verbis scilicet conuiciando, aut aliquid improperando si factis verò flagellando. Vnde legimus de Apostolis, quod flagellati in conciliis. *Iabant gaudentes, quoniam digni habebit sunt pro nomine IESU contumeliam pati,* id est flagellationem, & opprobrium. Superbus est peruersæ celsitudinis appetitor, & qui præcellere vult alios. Vnde vocatur græco vocabulo. ὑπερφανος id est superapparens elatus est, qui effertur super mensuram suam, vel qui maiorum institutis non acquiescit. *Inuentores malorum.*

**¶ Acto. 5.  
¶ xxxi.** Qui multa mala adinueniunt sicut illi erant, de quibus haec tenus supradiximus. Parentibus non obedientes. Parentibus terrenis non obtemperant. qui verò Deo patri inobedientes existunt, *Insipientes* sunt, stulti, & fatui, atq; à Sale sapientia immunes. *Incompositi*, id est inordinati, & lascivii, qui omnia sua inordinate, & lasciuiose peragunt. Omnis enim insipientis incompositus, id est in ordinatus. *Sine affectione*, id est sine dilectione Dei, & proximi. Est affectio, quæ ponitur pro afflictione, vt in euangelio, vbi dicitur, quod seruos contumeliosos affectos, id est afflictos occiderunt. Et est affectio, quæ ponitur pro dilectione, vt in praesenti loco. *Absque fædere.* Hoc est sine amicitia & pace *sine misericordia* sunt, qui nec sibi, nec aliorum miserentur. Primum enim necesse est, vt nobis misericordiam impendamus, deinde verò aliis. Vnde dicit Salomon, *fili miserere anima tua placens Deo. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerant, quoniam, qui talia agunt digni sunt morte.*

**Eccles. 30.  
¶ xxxii.** *vers. 24.* Omne quod turpe est, Deo displicet, & Philosophi licet mala agerent: Tamen in hoc erant consentientes iustitiae Dei, quia in aliis ipsa vitia reprehendebant. Iustitia quippe Dei est, quæ odit, ac detestatur vitia, & docet virtutes. Quam iustitiam illi cognoverunt, qui vitia Deo displicere intellexerunt, & tamen in hoc ignorare dicuntur, quia non intellexerunt, quod qui talia opera agunt, qualia ipsi agebant, digni sunt morte æternæ damnationis. Et quasi non intellexerunt, dum sine timore peccauerunt. *Non solum, qui ea faciunt subaudi, digni sunt morte, sed etiam, qui consentiunt facientibus.* Qui facit peccatum, & non consentit dignus est morte. Qui non facit, & consentit in subditis non puniendo, dignus est morte. Qui vero faciunt, & consentiunt dupli digni sunt morte.

## CAPVT II.

Iudeos redarguit qui ex data sibi lege Gentes condemnabant, eadem ipsi patrantes, cum Deus unicus redditurus sit juxta ipsius opera, adeò vt etiam Gentes, ea quæ legis sunt naturali lumine præstantes, pro circumcisio[n]e habenda sint, eosq; iudicaturæ, qui ex sola legis cognitione & carnis circumcisio[n]e gloriantur, contraria legi operantes.

**¶ March. 7.  
¶ 2.2.** *Ropter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas. Ita quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis qua iudicas. + Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. + Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, Ego facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? + An diuitias bonitatis eius, Ego patientia, Ego longanimitatis contemptus? ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? + Secundum autem duritiam tuam, Ego impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ira, Ego reuelationis iusti iudicij Dei, + qui reddet unicuique secundum operae eius: + ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, Ego honorem, Ego incorruptionem querunt.*

**B** *¶ March. 16.  
¶ 27.*

vitam aeternam: tuis autem, qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. + Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operatis malum, Iudei primum, et Graci: t gloria autem, et honor, et pax omni operantibus bonum, Iudeo primum, et Graco: t non enim est acceptio personarum apud Deum. + Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. t Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. + Cumque enim Gentes, qua legem non habent naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: t qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendantibus, t in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christum. + Si autem tu Iudeus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo. + Et nosti voluntatem eius, et probas utiliora, instruclius per legem, t confidis te ipsum esse ducem eorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, t eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege. + Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui pradas non furandum, furaris: t qui dicas non moechandum, moecharis: qui abominaris idola, sacribegium facis: t qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis Deum inhonoras. (+ Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est.) + Circumcisio quidem profecta, si legem obserues: si autem prauaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. + Si igitur praeputium iusticias legis custodiat: nonne praeputium illius in circumcisionem reputabitur? + Et indicabit id quod ex natura est praeputium, legem consummans, te, qui per literam et circumcisionem prauaricator legis es. + Non enim qui in manifesto, Iudeus est: neque quae in manifesto in carne est circumcision: t sed qui in abscondito, Iudeus est: et circumcision cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

**P**ropter quod, id est, quia non solum ille dignus est morte qui facit peccatum, sed etiam qui consentit; Inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas hinc non tantum gentilem quemlibet alloquitur, sed omnes generaliter Praelatos, Iudeos alloquitur, quia illi reprehendebant, & damnabant gentiles quasi idololatras, & peccatores gloriantes se ad gratiam Euangeli propter obseruantiam legis meruisse venire. Praelatos, quia in aliis peccatum iudicant, & reprehendunt intelligentes esse peccatum, & in se non damnant, cum faciunt id ipsum. Sic etiam intelligendum est de omnibus, qui aliorum vitia reprehendunt, & in se eadem non emendant: in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Hoc ita est intelligendum si reprehendis, & iudicas alium, & te ipsum ab his vitiis, à quibus illum reprehendis, obserues, & ab aliis te ipsum liberas. Si vero eadem opere impletas, aut maiora, à quibus reprehendis fratrem tuum

tuum, in quo illum iudicas, quādoque iudicaueris. Et recte qui eadem facis, que iudicas.  
*Scimus autem, quia iudicium Dei est secundum veritatem, id est, sine personarum acceptione, In eos, qui talia agunt; hoc est, qui talia faciunt, quae in aliis reprehendunt in praesenti seculo attendunt homines, personas potentium, diuitum propinquorum in iudicio, sed Dei iudicium in hoc est verum, quia ipse, qui verax est non attendit personas, sed vitę meritum. Existimamus autem hoc omni homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?*  
*An diuitias bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis eius contemnis; an ignoras quoniam benignitas, id est, valde bona pietas Dei ad paenitentiam, te adducit? Ad Iudeos quidem loquitur specialiter, qui reprehendebat, & damnabant gentiles, quasi idololatras, sicut iam superius diximus. Se autem dicebat hoc promeruisse ad fidem Christi venire. Generaliter vero deus aliquid quitur tam Iudeos, quam gentiles. Et est sensus, si seruus, aut subiectus tuus non valet effugere iudicium tuum. O homo humana tantummodo sapies. Quomodo tu poteris effugere iudicium omnipotentis Dei. Diuitiae bonitatis Dei sunt, quibus vniuersum mundum quotidie peccantem non statim punit, expectat illum ad poenitentiam, sed insuper illi benigna largitate sole, & pluia largitur, quas plerumque homines contemnunt, siue despiciunt, dum ei gratias non referunt. Attentia est, qua superbiam, & procaciitate peccantes non statim punit. Longanimitas quae alibi sustentatio, siue sustinentia vocatur, qua per infirmitatem, & fragilitatem, & non deliberato animo peccantes diu portat exspectans illos ad poenitentiam. Si autem duritia tua, & cor impenitens thesaurizas, id est, reseruas, & multiplicas tibi iram in die irae. Hoc est, vindicta in die iudicii, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Bonis bona, & malis mala, dies irae & reuelationis, siue manifestacionis iudicii ipsum iudicium, & manifestatio iudicis omnipotentis Dei intelligitur. Cor durum, & impenitens in scripturis diuinis dicitur, cum mens humana velut cera frigore iniqtatis obstricta signaculum diuinum imaginis non recepit, illud scilicet quod Dominus in anima nos habere docet, dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et de quo Psalmus. Signatum est, inquit, super nos lumen vestrum Domine. Iis quidem secundum patientiam boni operis, & gloriae, & honoris, & incorruptionem querentibus vitam eternam. Ordo verborum est, & sensus cum subauditionib. his quidem, qui sum patientiam boni operis modo laborant, aut vivunt querentibus. scilicet vita eterna. Id est, iudicium Dei expectantibus, qui de bono suo non modo, sed in futuro mercede querunt, gloriam, & incorruptionem dabit in die iudicii gloriae claritas dabitur eis, quia fulgebut sicut sol in regno Patris sui. Honor, quo filii Dei erunt, sicut dicit Ioannes. Carissimi filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus; scimus autem, quia cum apparuerit similes ei erimus; videbimus enim eum sicut es. Incorruptionem quoque dabit illis, id est, immortalitatem, quia erunt omnes electi incommutabiles in anima, & incorrumpibles in corpore. Iis autem, qui ex contentione subaudiunt, sunt, id est, qui Dei iudicium reprehendunt, & qui non acquiescent veritati, id est, Evangelio, vel Christo; credunt autem iniquitati, hoc est, mendacio, omnique malo, vel etiam diabolo eius voluntatem adimplendo. Ira, id est, iudicium veniet, & indignatio, hoc est, vindicta siue severitas damnationis. Tribulatio quoque veniet eis de reatu conscientiae & consideratione peccati, & angustia deserta poenitentia. Haec autem omnia venient in omnem animam hominis operantis malum Iudei primum, & Greci. In omnem animam dicit in totum hominem a parte totum intelligens, ut illud. Descendit Jacob in Aegyptum in animabus septuaginta, vel animam dicit, quia primum peccatum concipitur in animo cogitando, ac deinde perpetratur opere. Sed timendum, nimisque cogitandum quod dicit in omnem animam hominis operantis malum haec est eventura. Nulli enim parcit omnipotens Deus, non Angelum non amicem. Peccauit siquidem Angelus, & projectus est de coelesti sede. Peccauit homo expulsus est de paradiisi gaudiis. Peccauit Moyses ad aquas contradictionis, ideoque non est ingressus terram reprobationis. Idcirco autem Iudeus gentili culpa antefertur, quia ipsi, qui legem Moyse ante habuerunt, grauius peccauerunt legem naturalem, & legem scripturam praetvaricando. In gloria vero non causa honoris preferetur Iudeus gentili, sed creditat in tempore. Gloria autem, quia fulgebant iusti, scilicet sol in regno Dei. Et honor, quo erunt filii. Et pax, id est, remissio peccatorum, siue recollectionis, qua reconciliamur Deo Patri. Omnipotenti bonum, subintellige, venit. Primum Iudeo, deinde gentili, quia primitus Ecclesia ex Iudeis fuerunt. Non nam est personarum acceptio apud Deum. Tunc esset personarum acceptio, siue distantia apud Deum.*

Matth. 13.  
vers. 43.

X.

XI.

Si propter Abraham Iudeos eligeret, & gentiles diu idola colentes abiiceret, vel si remuneraret, Iudæum benè viuentem & negligeret gentilem recte credentem, & recte operantem; *Quicunque enim sine lege Moysi, vel Euangelii peccauerunt, sicut pagani sine lege peribunt,* quia non requiritur ab illis lex, peribunt tamen, quia legem naturalem spreuerunt, at qui Euangelium noluerunt recipere. *Et quicunque in lege Moysi positi peccauerunt, per legem iudicabuntur,* quia sunt præuaricati: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur,* hoc est, iusti habebuntur, & iusti apparebunt, sicut ille volebat, de quo dicitur: *Volens iustificare semetipsum* Luc. 10. vers. 29. id est, volens iustus apparere. Qui audit legem, & non adimplerat præcepta legis, non solummodo iustificatur propter auditum. Qui vero est auditör legis, & factor utique ille iustificatur per legem. *Cum enim gentes, qua legem non habent naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus.* Hoc dupliciter intelligi potest, cum gentes, qua legem scriptam non habent, quæ lex scripta præcipit illis, quibus data est, ipsi utique ostendunt habere scriptam naturalem legem in cordibus, & ipsi sibi sunt lex, quia illa faciunt, quæ lex docet, licet illis non sit data, verbi gratia: Saraceni, qui neque legem Moysi, neque legem Euangelii habent, dum naturaliter seruant, ne homicidium faciant, neque adulterium perpetrent, cæteraque, quæ lex scripta in se continet, ipsi sibi sunt lex, quoniam opera, quæ faciunt scriptam legem in cordibus suis ostendunt. Lex dicit non occides, his, qui legem non accepit, si non occidet ipsi sibi est lex, aliter cum gentes, quæ legem Moysi non habent per doctrinam Euangelii imbuti naturaliter, ea faciunt, quæ lex Moysi præcipit, ipsi sibi sunt lex, qui habent eandem legem Moysi scriptam in cordibus suis in ipsa ratione omnipotentis. *Testimonium reddente illius conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, & quando hoc: in die cum iudicabit Deus occultahominum secundum Euangelium meum.* Id est, secundum quod ego annuncio vobis per *Iesum Christum*, per illum enim iudicaturus est Deus Pater mundum, sicut ipse dixit, *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio*, sicut stylo imprimuntur notæ in cera, sic quædam notæ malorum, aut bonarum cogitationum figuntur in mente, & conscientia nostra, quæ aut accusabit, aut certè defendet nos in die iudicii, quando non solum aperta, sed etiam quæ nobis sunt modo occulta, iudicabuntur. In hoc ergo testimonium nobis prohibet conscientia nostra, quia manifestabit nobis vtrum plura peccata sunt, an bona opera, & vtrum vetera, an noua, vtrum deleta per pœnitentiam, an nouis sceleribus cumulata. *Si autem tu Iudeus cognominaris subaudi à Iuda Patriarcha, & quiescis in lege, illam legendō, meditando, & secundum tuam falsam doctrinam intelligendo, & gloriariſ in Deo;* hoc est, in vnius Dei notitia & nosti voluntatem Dei per ipsam legem, & probas vtiliora, instructus per legem, & cætera usque ad id te dico habentem formam scientiæ, & veritatis in lege, id est, similitudinem quidem habentem scientiæ, quia in Christum non credis. Ad infidelem nunc loquitur Iudæum, qui gloriat, quasi in cognitione vnius Dei, & in circumcitione, & probat vtiliora in lege Moysi, & putat se ducem esse cæcorum, id est, gentium, quæ erant cæcæ infidelitate, ignorantia, & peccatis. Sicut & illi fuerunt olim, quibus idem Apostolus loquitur. Fuiſtis aliquando tenebra. Benedicit, quia probat vtiliora, in lege Moysi. In lege quidem naturali vtilia sunt, quæ dicit, quod tibi non vis fieri, alii ne feceris. Sed in lege vtiliora, quia ibi est cognitio Dei, in Euangeliō autem vtilissima. Gentiles enim quodammodo vtilia cognoscēbant per naturalem legem: Iudei vtiliora per legem naturalem & per legem Moysi scriptam: fideles autem in nouo testamento vtilissima cognoscunt, quia habent fidem sanctæ Trinitatis. *Qui ergo alium doces, te ipsum quare non doces?* Hoc increpatiū est legendū, & cum subauditione huiusmodi. Tu vero Iudæe, qui alium doces, te ipsum quare non doces? *Qui prædicas non furandum, quare furaris bona alterius?* vel etiam qui prædicas legem, quare furaris de lege spirituali intelligentiā. *Qui dicas non mæchandum, quare mæcharis.* Mæchus est adulterer, & non solum ille dicitur Mæchus, qui vxorem alterius violat, sed ille, qui cultum, & religionem, quæ soli Deo conuenit, quantum in se est, falsis superstitionibus tribuit. Et est sensus. Qui dicas non debere vxorem alterius adulterari, quare adulteras? vel qui dicas Deo seruiri debere, quare deseruis vitiis: *qui abominaris, id est,* Ephes 5. vers. 8.

xii.

xiii.

xiv.

xv.

D

xvi.

xvii.

D

xxi.

xxii.

respuis, vel odio habes *idola*. Quare facis *sacrilegium*? legere, siue sublegere, est furti, inde sacrilegium dicitur sacrarum rerum furtum, verbi gratia: *Quisquis de thesauro Ecclesiae, vel de substantia Deo famulantiū aliquid occulte abstrahit, sacrilegiū perpetrat.* Spiritualiter vero sacrificium est sacrorum verborum praeuaricatio. *Qui in lege gloriariis.* Quare per praeuationem legis Deum in honoras Deus in honoratur, dum voluntas & iussio illius calcatur & pro nihilo ducitur. Sic dicitur in honorari rex, vel quaelibet potestas dum Epistola illius non obseruatur, praeceptumque non custoditur. *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est in Esaia.* Captiuatur populus in Babylone, & inter Assyrios, ceteraque gentes nomen Dei per illos blasphematur, qui dicebant hostes illorum cum irrisione, ecce, quem Deum colebatis, qui non valuit vos liberare de manibus nostris. Verè idola nostra videtria fuerunt Dei vestri. Similiter quando deprædatur sancta Ecclesia ab hostibus, & quando illi, qui non nomen sanctitatis debent habere, male viuunt. Blasphematur nomen Dei, quia dicunt Iudei, atque pagani; ecce populus Domini, ecce appetit quales seruos habet, Iesus vester. *Circumcisio quidem prodest si legem* custodias. Circumcisionem hoc in loco pro ipso genere gentis accipe, hoc est, pro genere Abrahæ, à quo ille populus originem carnis trahit, à quo etiam ipsa circumcisio exordium sumpsit. Hanc enim habet Apostolus consuetudinem, ut Iudeum, circumcisionem, gentes autem præputium appelleret. Et est sensus, o Iudee tunc prodest tibi, ut de genere sis Abrahæ & de genere circumcisionis; à quo ipsa circumcisio exordium sumpsit, si legem spiritualium intelligens credis in Christum, cui lex testimonium perhibet, & circumcisionem non carnaliter, sed spiritualiter obseruas. Alioquin non prodest esse de genere Abrahæ, sed magis obest tibi, promittens enim lex Christum, dicit per Iacob: non deficit Princeps ex Iuda, neque dux, de femoribus eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, & per ipsum legislatorem Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris tanquam me ipsum audietis iuxta omnia quaecunque dixerit vobis. De circumcisione quoque spirituali in diebus, inquit, nouissimis circumcidet Dominus cor tuum, & non carnem tuam. *Si autem præuaricator legis sis,* id est, si non credis in Christum, quem lex promittit, et si circumcisionem spiritualiter non seruas, *circumcisio tua præputium facta est,* id est, talis es, qualis & gentilis, qui non habet legem; Quia qui debueras esse Iudeus credendo Christum, & legem spiritualiter implendo similis effectus es gentili, ideoque in gentilitatem reputaberis. Vnde dicit Dominus per Prophetam *Charmel in saltum reputabitur.* Circumcisio videlicet in gentilitatem. *Si igitur per præputium legis iusticias custodiat nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?* Sensus iste est, si gentilis quilibet legem custodiat credendo in Christum circumcisionem spiritualiter obseruando, ceteraque, quæ lex præcepit spirituali intelligentia custodiendo. Nunquid gentilitas illius non reputabitur in circumcisionem vtique, quia verus Iudeus erit, id est, confitens Deum. Vnde Propheta dicit *conuertetur Libanus in Charmel,* id est, gentilitas in circumcisionem verā. Libanus enim interpretatur dealbatio. Charmel vero scientia veræ circucisionis; Libanus ergo in Charmel versus est, quando gentilitas dealbata in baptismate locum Iudeorū obtinuit scientiam veræ circumcisionis habens. *Et iudicabit te, quod ex natura est præputium legem consummans.* id est perficiens, *Qui per literam, & circumcisionem præuaricator legis es.* Præuaricator legis est, qui in Christum non credit: ex superioribus ista pendent. Et est sensus. Nunquid ille qui naturaliter gentilis est & legē consummat, siue perficit, & obseruat non iudicabit, vel damnabit te comparatione scilicet melioris facti, qui per literalem intelligentiam, & circumcisionem carnalem legem præuaricaris? Vtique damnabit te, sicut diximus. Quia ille spiritualem intelligentiam in legem scrutando requirit. Tu semper carnali intellectu delectaris superficiem tantummodo lingendo. *Non enim qui in manifesto, & in publico Iudans est.* Subaudi placet Deo, *neque circumcisione, que in manifesto, & in carne est placet Deo, sed qui in abscondito,* id est, qui in corde Iudeus est, ille placet Deo; *Et circumcisione cordis in spiritu, non in litera* placet Deo. *Cuius Iudei law non ex hominibus, sed ex Deo est:* Circumcisio carnalis, & manifesta, atque secundum literam expoliatio carnis est, & illa laudatur ab omnibus Iudeis. Circumcisio vero cordis, & spiritus est ablatio infelicitatis, & susceptio fidei Christi, atque expoliatio vitiorum. *Et est sensus, quia tantummodo genere, &*

xxiii.

xxiv.

xxv.

E

Gen. 49.  
ver. 10.Mat. 29.  
ver. 17.

xxvi.

F

Mat. 29.  
ver. 17.

xxvii.

G

xxix.

Nomine est Iudeus. Et circumcisio carnaliter obseruat. Non placet Deo, neq; meretur laudari ab illo, quamvis ab omnibus laudetur. Qui vero in occulto in corde Iudeus est, id est, confitens Deum, & in corde est circucisus ab omni infidelitate, ab omni mala voluntate, & cogitatione, placet Deo, & meretur laudari ab illo. *Ergo bone serue, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

## C A P V T III.

Quodam modo precellunt Iudei propter factas illis a Deo promissiones: quae cōplebuntur quanq; nonnulli eorū fuerint increduli: oēs autem & Iudei & Gentiles peccato sunt obnoxiiā quo non liberat lex, sed fides in Christum propitiatorem, ut non sit cuiquā de legis operib. gloriandum.

**V**id ergo amplius Iudeo est? aut qua utilitas circumcisionis?  
 + Multum per omnem modum, primum quidē quia credita sunt illis eloquia Dei. + quid n. si quidam illorū non crediderunt? + Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. +  
 Est autē Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est:  
 • Ut iustificeris in sermonibus tuis: *Ego vincas cum iudicaris.* + Si autē iniquitas nostra iustitiam Dei cōmendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? (+ secundum hominem dico.) Absit.  
 Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? + Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc *Ego* ego tanq; peccator iudicor? + *Ego* non sicut (blasphemamur, *Ego* sicut a- iunt quidam nos dicere) faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio iusta est. + Quid ergo? precellimus eos? Nequaquam. Cau-  
 sati enim sumus, Iudeos *Ego* Gracos omnes sub peccato esse, + sicut scri-  
 ptum est: Quia non est iustus quisquam: + non est intelligens, non est requirens Deum. + Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. + Sepulchrum pa-  
 tens est, gutture eorum, linguis suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum: + Quorum os maledictione, *Ego* amaritudine plenū est: + Veloce pedes eorum ad effundendum sanguinem: + Contritio,  
*Ego* infelicitas in vijs eorum: + *Ego* viam pacis non cognouerunt: + Non est timor Dei ante oculos eorum. + Scimus autem, quoniam quacūq; lex loquitur, ijs, qui in lege sunt, loquitur: ut omnes obstruatur, *Ego* subditus fiat omnis mundus Deo: + quia ex operibus legis non iustifi-  
 cabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati: + Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata a lege *Ego* Prophetis. + Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes *Ego* su-  
 per omnes qui credunt in eum: non enim est distinctio: + Omnes enim peccauerunt, *Ego* gentis gloria Dei. + Iustificati gratis per gratiam ip-  
 sius, per redemptions, que est in Christo Iesu, + quem proposuit De-  
 us propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitia sua, propter remissionem precedentium delictorum + in sustentatione  
 Dei,

- Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. + ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei. + Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. + An Iudeorū Deus tantū? nonne & gentiū? Imo & gentiū. + Quoniam quidē unus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputiū per fidē: + Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

March. 25.  
vers. 21.

A

I  
II.

III.

Gen. 13. v. 15.

Gen. 22. v. 18.

Psal. 131.  
vers. 11.

Gen. 50. v. 6.

B

IV.

Gal. 5. v. 6.

v.

C

**Q**uid ergo amplius est Iudeo? Subaudi quā gentili, propter circumcisionē, aut quā utilitas est circumcisionis. Multum per omnem modū id est, per multas causas. Primum quidē, subaudi, in hoc profuit illis, quia credita sunt illis eloquia Dei. Erant apud Romanos Iudæi & gentiles in Christum credentes, sed plus habuerant Iudei ante Domini aduentum, quā gentiles; quia illis credita sunt eloquia Dei, & est sensus, quā bona p̄ceperit Iudæus propter circumcisionē plus quam gentiles, aut quā maiōr utilitas est Iudeo circumcisionē, quam gentili, incircumcisio? Multum profuit ei per multas causas, quia meruit legem accipere, manūam de coelo suscipere, int̄tare in terram omnib. meliorem, regnum, Sacerdotium possidere. Unde dicit Apostolus, quod primum profuit eis, quia legem, & Prophetam meruerunt accipere. Quidenim, Subaudi, nocuit, si quidam illorum non crediderunt: Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuavit? Absit. Hoc tripliciter potest intelligi, Quid, inquit, nocuit Iosuæ, & Caleph, aliisque, qui terram re promissionis meruerunt accipere. Si sexcenta millia non crediderunt, sed p̄ierunt propter suam incredulitatem. Nunquid incredulitas, & perditio illorum fidem Dei, id est, promissionem Dei euacuavit, aut inanem fecit? Quia dixit Deus ad Abraham: Terram istam tibi dabo, & seminituo, nihil eis nocuit, quia ipsi non frustrati promissione Dei. Aliter. Si quidam illorum non crediderunt, sed mortui sunt in deserto. Nunquid mors illorum promissionem Dei inanem fecit, quam promisit Abrahæ, dicens de Christo in semine tuo benedicentur omnes gentes, minimè, quia remanserunt ex ipsis, de quorum progenie Christus postmodum est natus. Aliter. Quamuis multitudo Iudæorum in aduentum Christi non crediderit, tamen non est euacuatum; quod promissum fuerat Dauid. Defructu ventris tu iponam super sē. Jēdem tuā, quia super credentes ex Iudæis sedē Principatus Christi accepit. Sed neq; illud euacuatum est, quod promisit Deus per Prophetam. Si fuerit numerus filiorum Israel, quasi aræna maris reliquiæ saluæ fient. Est autē Deus verax, omnis autē homo mendax. Deus autē verax est, quia promisit illis dare terrā re promissionis, opere compleuit. Similiter, q̄ promisit Abrahæ de Christo, q̄ in semine eius benedicenda fierent oēs gentes, & q̄ promisit Dauid de fructu laborū eius sēffurum regem super sedem regni eius, & per alium Prophetam de salute reliquiarū totū compleuit. Omnis autē homo cōtradicens promissionib. Dei mendax est, vel omnis homo in quantū à seipso est mendax, in quantū verax à Deo. Sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonib. tuis, & vincas cōiudicari. Iustificeris, id est, iustus prædiceris, & verax in tuis promissionib. & vincas explendo illas, dū iudicaris à populis. Dauid postq; effectus est adulter, & homicida uxoris accipiendo, & illum gladio filiorū Ammon interficiendo, dicebant multi vacua efficiet, promissio omnipotens Dei, quā facta est ad Dauid, q̄ ex semine illi Christus esse nasciturus, q̄a non conuenit nasci Christū de homicida, & adultero, sed falsum erit, q̄ sibi pollicitū asserebat, quod si & Christ⁹ de eius semine fuerit natus in iustū, atq; indignū erit, vt de maleficio, & peccatore homine originem ducat, qui & contra humilitatem confitetur peccatū suum dicens: Tibi soli peccauis, quia rex sum, & malū coram te feci, & deprecatur, vt Deus, q̄ promisit, opere cōpleteat contradicentesq; mendaces ostendat. Aliter iustificeris indulgentiā peccati dando ad te cōuersis, sicut promittis, & vincas remittendo peccata dū dicēris non posse dimittere. Si autē iniquitas nostra iustitiam Dei cōmendat, quid dicemus? Erant quidam minus perfecti, qui dicebant velle D E V M, vt nos peccemus, quoniam ipse solus comparatione nostra iustus appareret, & dum peccatum nobis dimitteret, quod misericors pateret,

ideo etiam velle eum ut nos menemur, vt ipse solus verax inueniatur, quod si ita esset iniustè damnaremur ab illo, qui malo nostro cresceret, magnusque fieret. Contra illos tales loquitur Apostolus personam stulti hominis assumens, simulque sapiens peruersam illius intelligentiam destruentis. Si, inquit, iniquitas nostra & mendacium Dei iustitiam, & sanctitatem, atque veritatem commendat, id est laudabilem facit, quid dicemus? commendatio aliquando pro laude ponitur, vt in hoc loco, & alibi, vbi idem Apostolus ait: *Ego debui à vobis commendari, id est, laudari.* Subiungit ergo, & ait: *Nanquid iniquus est Deus, qui infert iram?* id est vindictam, & est sensus, si nostra iniquitas, & mendacium Deo laudem facit, & si quanto amplius peccamus, tanto ei placet, & eo amplius ipse solus iustus, & verax apparet, Nunquid iniquus est Deus inferendo vindictam pro malo, quod ille vult, vt faciamus secundum quod stultissimi dicunt omnes nos, ille vult, vt peccemus, sicut quidam stultorum dicunt, quod nefas est insuper cogitare, quando damnat hominem peccatorem, iniquus est, quia recte iudicat, potius enim deberet illum honore, cuius iniquitas laudabilem facit, sed quia hoc verum est subdit Apostolus. *Secundum hominem dico,* id est, secundum intelligentias carnales hominis, qui nihil boni cogitare valet. Addit adhuc: *Absit.* hoc iungendum superius, vbi dixi: *Nunquid iniquus est Deus, qui infert vindictam?* Absit, subaudi, hoc, vt aliquis fidelium cogitet, quod Deus iniquus sit, & quod nostra iniquitas faciat illum laudabilem. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Id est si Deus hoc vult, vt nos iustissimus, quare iudicabit Deus homines, qui quando peccant eius voluntatem adimplent, & quorum iniquitas cum laudabilem facit. *Sic enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc, & ego tanquam peccator iudicor?* Et est sensus. Si Deus meo mendacio verax apparet, & dum mentior ipse solus verus est prædicator. Quare me damnat, & iudicat tanquam peccatorem? hæc verba non dicuntur affirmando, sed potius denegando, nec debet hoc aliquis pro veritate accipere, quod Deus, qui naturaliter, & essentialiter iustus est, misericors, & verax nostro peccato, nostroq; mendacio crescat in laudem, & iustitiam, quia non placet ei quæcumque peccamus, aut mentimur. *Et non prædicamus, sicut blasphemamur ab infidelibus, & sicut aiunt quidam nos dicere infidelium faciamus mala vt veniant bona, quorum damnatio iusta est.* Quidam simplicium, minusque perfecti audientes prædicationem Pauli, aliorumq; Apostolorum, quia dicebant vbi abundabit iniquitas, superabundabit gratia, quæ sententiola in sequentibus exponenda est, vbi debuerunt accipere salutem, & vitam ibi acceperunt damnationem non recte intelligentes illud; Dicebant enim, faciamus mala, sicut Apostoli nostri prædicant, quia quanto amplius maiora crimina commiserimus, tanto amplius maiora bona percipiemus, & maiorem gratiam, quia Deus hoc vult vt peccemus, vt habeat quid dimittat. Ac per hoc ipse misericors, iustusque appareat, contra tales protulit Apostolus hanc sententiam. Quidam dicunt, quod nos ista dicimus, sed non sumus tales, quales dicimus, & blasphemamur, neque docemus illa, quæ dicunt nos dicere, quorum damnatio iusta est, si illi in talibus permanserint, vt per mala sperent accipere, & insuper quia mendacium de nobis sentiunt. Nos autem non debemus dicere faciamus mala, vt veniant bona, sed fecimus mala, & venerunt bona per gratiam Dei, & nunc faciamus bona, vt veniant meliora. *Quid igitur? præcellimus eos? nequaquam.* Reuertitur iterum ad superiora, vbi dixit: Quid est amplius Iudæo, quam Græco? quid igitur dicimus præcellimus eos. Nunquid excellentiores sumus nos Iudei gentilibus? nequaquam. *Quid non est personarum acceperio apud Deum, sed in omni gente, qui timet illum, acceptus est ei.* Causas enim sumus Iudeos, & Græcos, id est, causam ostendimus eis, & diximus omnes, & Iudeos, & gentiles sub peccato esse. Quia Iudei prævaricando legem naturalem & scriptam, & gentiles naturalem, & scriptam transgrediendo inuenti sunt peccatores. Sicut scriptum est. *Quia non est iustus quisquam.* Subaudi a se, vel in omnibus malis hominibus Iudeis, & gentilibus non est iustus quisquam. Tale est, & illud: *Testimonium eius nemo accipit,* cum multi electorum acceperint, reproborum vero nemo. *Non est intelligens Deum, non est qui requirens illum;* ille intelligit, & requirit Deum, qui voluntatem illius sciens, studet ei placere. *Omnes & Iudei, & gentiles declinaverunt,* id est recesserunt a Deo, voluntatem illius non faciendo. *Simul inutiles facti sunt, id est,*

D  
vi

vii.

viii.

E

ix.

*Rom. 2:  
ver. 11.  
Act. 10:  
ver. 35.*

x.

*Ioh. 3. v. 32  
XI.  
XII.*

nihil facti sunt creaturam adorantes pro creatore. *Non est qui faciat bonum aliquod;* & non peccet. *Non est usque ad unum;* id est, præter Christum, vel usque ad Christum. Sic enim soliti sumus dicere, ager ille pertingit vsq; ad ritare. Quo dicto non comprehendimus mare, quia ager non intrat in mare, sed locum pertingentem vsq; ad mare. Non est ergo, qui faciat bonum vsq; ad Christum, id est quo vsq; ad illum veniat credendo, per quem datur fides, & facultas operandi bonum. Nisi enim ad Christum veniat credendo in illum. Aliter bonum opus implere valet, ut est agendum.

**F** **xiiii.** *Sepulchrum patens est guttae eorum,* hoc de Iudeis propriè intelligitur, quamvis & de Philosophis possit accipi, sepulchrum ad hoc patet, ut mortuorum accipiat corpora, tales sunt, qui alios suis erroribus, & suasionibus decipiunt, & ad malum deglutiunt interficientes eos in anima sicut scribae, & Pharisei, & philosophi gentium, quorum ora, & fauces ad hoc patebant, ut simpliciores quosque sua prava doctrina interficerent. Aliter sepulchrum patens quilibet existit, qui malum aperit iudiciis cogitando meditatur. Ac deinde præsentia sine aliquo metu, ac verecundia operatur. *linguis suis dolosè agebant.* Dolosè agebant Iudei, quando volebant Dominum callidè suis sermonibus decipere, dicentes. *Magister scimus, quia veras es,* & cætera talia. *Venenum aspidum sub labiis eorum:* aspis mordendo infundit venenum, quod penè omnibus venenis acerbius est. Ita Iudei quodammodo mordendo infundebant venenum erroris, & suasionis, dum loquendo, & blandiendo interficiebant suos auditores in anima, & non solum in alios, sed etiam aduersus Christum crudelissima eorum malitia extitit. Sub labiis autem dicit, id est in corde, vbi concipiuntur semina malitiae, & blasphemiarum, ac postmodum proferuntur ore, iuxta quod veritas dicit, *de corde exirent cogitationes male, & cætera, Quorum os maledictione plenum est, & amaritudine.* Os Iudeorum plenum erat maledictione, in fidelitatis, peruersaque doctrinæ quando dicebant de Christo. *Demonium habes,* & quando maledixerunt cæco dicentes, *Tu discipulus illius sis,* & filius fabri es, & Samaritanus & cætera talia, quibus verbis prouocabant Deum ad amaritudinem, vel certè amaritudinem referamus ad Domini passionem, Os Iudeorum repletum fuit amaritudine, Quando clamauerunt dicentes *crucifige crucifige eum, reus est mortis.* *Veloces fuerunt pedes eorum ad effundendum sanguinem,* quia semper fuerunt prompti ad effundendum sanguinem prophetarum, & Iustorum, & non solum occiderunt seruos, sicut Esaiam, & Ezechielem, & Hieremiam, atq; Zachariam, sed etiam Dominum prophetarum. Ergo quia hoc fecerunt, venit super eos *constritio,* id est afflictio à Romanis, quam pertulerunt in corporibus, *& infelicitas in viis eorum,* id est miseriā, quam sustinuerunt in corpore, & anima pro viis, id est actionibus suis malis, *Et viam pacis non cognoverunt,* id est mediatorem Dei, & hominum, qui pacem afferens mundo dixit ego sum via, non cognoverunt ad hoc, ut in euna crederent. Ignorantes eum ad hoc venisse, ut per suam passionem reconciliaret illos Deo patri, vel viam pacis dicit, id est actionem iustum non elegerunt, ut agerent dignam penitentiam, per quam pacificamur Deo juxta quod Dominus dicit; *penitentiam agite, appropinquauit vobis regnum caelorum.* Non est timor Dei ante oculos eorum. Timorem Dei præ oculis mentis semper habet, qui Deum, & Dominum præsentem semper, & vbiq; considerat esse, & dum præsentiam illius recolit peccare metuit. Ideoque nequaquam illum offendit, sed quia Iudei istum timorem ante oculos non habuerunt, ideo offenderunt, *Scimus autem, quia quæcumq; lex loquitur, ius qui in lege sunt loquitur.* Lex generaliter appellatur vetus testamentum, aliquando tamen in tria diuiditur, ut in euangelio habetur, quod aperuit Deus discipulis sensus, ut intellegent omnia, quæ de eo scripta erant in lege Moysi, & prophetis, & psalmis, Aliquando vero in duabus, ut ibi, *lex, & propheta usq; ad Ioannem,* id est usq; ad Christum, cui Ioannes testimonium perhibet nonnunq; Psalmi lex vocantur, sicut Dominus ait in lege vestra scriptum est. *Ego dixi discipulis, & alibi, sed ut impleatur ferme, quæ in lege eorum scripta est, quia odio habuerant me gratias,* ita & hic legē appellat Apostolus psalmos, in quibus prædictū fuerat de Iudeis, dixit insipiens populus Iudeorū videns Christū præsentem in carne non est Deus, ergo Apostolus, ut ostenderet ea, quæ superius dixit de psal. propriè pertinere ad Iudeos, qui gloriabantur de nobilitate generis, & vitæ meritis, quia si Christū ipsi non occiderint, vel damnauerint, sed obseruatorēs essent legi mandatorum, propter quæ omnia se volebant gentibus præponere

**Marc. 12.  
ver. 14.**

**March. 14.  
ver. 19.**

**XI V.**

**Joan. 7.**

**ver. 20.**

**Ioan. 9.**

**ver. 28.**

**March. 15.**

**ver. 14.**

**XV.**

**G**

**xvi.**

**xvii.**

**March. 3.**

**ver. 2.**

**xvii. IV**

**Ioan. 10.**

**ver. 34.**

**Ioan. 15.**

**ver. 25.**

dixit. *Sicutus autem, quoniam quacunq; lex, id est Psalmus isto in loco loquitur, id est Iudæis legem habentibus; Ideoq; non debent gloriar. Iudæi in sua iustitia, nec præferre gentibus, sed potius reos se intelligentes subdere debent se Deo, cuius gloria vocati sunt, sicut & gentes, quia reuera peccatores existunt qui scriptæ, & naturalis legis prævaricatores sunt, Ac si diceret Apostolus. O Iudæi nolite gloriari, nolite vos extollere aduersus gentiles, quia ista, quæ dixi de psalmo ad vos specialiter pertinent, vobis enim loquitur lex, quibus data est, Vt omne os obstruatur. Et subditus fiat omnis mundus Deo. Ac si diceret aliis verbis, idcirco dicit lex psalmorum, quia non est iustus quisquam non est, qui faciat bonum, vt omne os Iudæorum, & gentium claudatur, ne quis possit gloriari suis meritis se esse saluatum, nisi gratia Dei, quoniam omnes peccatores sunt inueniti, & gratia Dei sunt saluati in suis meritis, Subditus debet esse omnis mundus Deo, reatum suum agnoscendo, & medicinam salutis querendo. Lex itaq; Iudæorum propria, sed etiam extenditur ad gentiles quasi ad alienos, & ipsi dixerunt Idola colentes. Non est Deus, scilicet præter illos, quos colimus, & veneramur. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Lex Moysi bifariam diuiditur, quoniam in mysteriis & præceptis continetur. Secundum mysteria, & sacramenta cessavit adueniente Christo, quia finis, siue completio legis Christus est. Secundum præcepta autem adhuc manet, quia seruandum est, non adorabis Deos alienos honora patrem tuum, & cætera præceptorum dicta, ergo ex operibus legis, id est ex circumcisione carnali, ex sabbati custodia ex victimis legalibus non iustificabitur post Domini aduentum omnis caro, id est omnis homo, vel omnis carnaliter viuens, & carnaliter ea obseruans, quia omnia Christo adueniente velut umbra cessauerunt, Lex enim, & prophetæ vsq; ad Ioannem aliter legis opus est honora patrem, & matrem, alibi dicitur, qui maledixerit patri, & matri, morte moriatur. Et iterum. Non occides, qui autem occiderit, morte moriatur. Si quis hæc præcepta propter poenitentiam, quam minatur & vindictam, vel parentes honorauerit, vel non occiderit, & non propter amorem Dei, & iustitiam hæc potius obseruauerit, hominibus quidem iustus videtur, dum non committit, vnde occidi mereatur tamen apud Deum satis iustus non est dum bonum præceptum eius ex necessitate, & non amore probatur implere. Dum ergo non iustificatur coram illo, licet iustus videatur coram humano oculo, tamen in conspectu diuinæ maiestatis minus iustus habetur. Hic autem queritur. Nunquid Moyses, Iosue, David, aliiq; quam plures ex lege nostra fuerunt iustificati? Fuerunt iusti, sed non ex operibus legis. Vnde Petrus dicit. *Quid tentatis denuo imponere iugum legis super terrenum fratrum credentium, quod neque nos, neque patres nostri possumus portare, sed per gratiam Dei credimus salvari, quemadmodum & illi.* Sicut ergo nos saluamur mundo per gratiam Dei in fide Domini nostri Iesu Christi, sic & illi saluabantur per eandem gratiam, & per eandem fidem, quia credebant in filium Dei, quem expectabant saluatorem, quem nos iam accèpimus propitiatorem. Et quare non ex operibus legis? quoniam impossibile erat sanguine hircorum auferri peccata, & quisquis operatur iustitiam, & in ea confidit contra Deum timendo superbitur, lex enim non venit peccata tollere, sed offendere & punire. *Per legem enim cognitio peccati* Nunquid ante legem non cognoscetabatur peccatum, & si peccatum non cognoscetabatur, quare Ioseph, licet iniuste, missus est in carcerem, nunquid non est accusatus de criminis & fratres eius, nunquid cognoscetabatur peccatum, quando dixerunt merito haec patimur? quia peccauimus in fratrem nostrum, cognoscetabatur ergo peccatum. Sed quantum malum esset, & quantam vindictam iuste expereret ignorabatur, Igitur per legem, & maior cognitio peccati est quam ante legem, quia lex dicit. Nec occides. Non adulterium facies, & cognitio etiam poenæ ipsius peccati per legem ostenditur, quæ monstrat, quomodo peccatum puniri debeat dicendo. Si quis hoc, vel illud fecerit, occidatur. Potest & ita intelligi, quia erant quædam mala, quæ non cognoscetabantur esse peccatum. Sicut concupiscentia erat, de qua alibi idem Apostolus ait, nam concupiscentiam nesciebat peccatum esse, nisi lex diceret non concupisces. Nunc autem idem in Domini aduentu, & præsenti tempore iustitia Dei manifestata est sine lege. Non eam solummodo, quia ipse iustus est, sed quia iustificetur, quia essentialiter iustitia est, sed quia induit triplum quam misericorditer, K*

Exodus  
vers. 17.  
item cap.  
20. vers. 13

Act. 10:  
vers. 10.

Gen. 42:  
vers. 21.

corditer, de infideli facit fidelem, De adultero, & fornicatore facit castum, & continentem, De iniusto, & peccatore facit iustum, & amatorem virtutum. Quæ iustitia in Christo reuelata est, & data sine lege, id est sine obseruatione legali, quia nulli lex secundum mysteria, & sacrificia traditur iam obseruanda, sed dicitur. *Quis creditur, & baptizatus fuerit saluus erit*, hoc est iustus erit. Possimus etiam ipsa iustitia Dei patris, id est filium, intelligere, à quo, & per quem iustificamur, qui sine obseruatione legis per opera deitatis manifestatus est filius Dei esse testificata. *Iustificatur à lege, & prophetis*. Iustitia baptismatis, à qua iustificamur, Testificatur per legem, dum dicitur. *In nonissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum*, id est auferet Dominus peccata tua, & iustificabit te per baptismum testificatur & prophetas dum dicitur; *ipse iniquitates nostras portabit, & peccata nostra ipse tolleret, & alibi Effundam super vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. Ipse quoq; Christus iustitia nostra testimonium habet à lege, & prophetis, *Iustitia autem*, id est iustificatio, qua iustificamur à Deo super omnes Iudeos, & gentiles credentes venit per fidem Iesu Christi; qua credimus illum esse filium Dei patris; Redditq; causam quare dixerit super omnes, qui credunt iustitiam Dei venturam, cum protinus subdit: *Non enim est distinctio*. Id est nulla est differentia inter Iudeos, & gentiles, quia, ut Iudei peccatores sunt inuenti. Ita & gentiles, & sicut Iudei sine suis meritis per gratiam Dei sunt saluati, Ita & gentiles; Vnde & sequitur. *Omnis enim peccaverunt, & regnus gloria Dei*.

**L** xxii. Id est indulgentia, & venia peccatorum indigent, Omnes tam Iudei, quam gentiles, pro qua glorificandus est Deus. *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemtionem, qua est in Christo Iesu*. Gratis dicit. Id est sine ullis praecedentibus meritis. Verbi gratia. Venit quis ad Baptismum, nil boni vñquam fecit. Baptizatur, statimq; iustificatur. Ecce gratis iustificatur per gratiam, id est per donum Dei, & per hoc redemtionem, quæ est in Christo Iesu, non in operibus legis. Redemptio nostra, qua sumus redempti, & per quam iustificamur, passio Christi est, quæ iuncta baptismo iustificat hominem per fidem, & postmodum per poenitentiam. Ita enim mutuo illa duo coniuncta sunt, ut vnum sine altero hominem non possit iustificare, Nam neque fides Dominicæ passionis sine aqua baptismatis hominem mundat nisi forte in martyrio, quod pro baptismate accipitur, neq; aqua baptismi sine fide Dominicæ passionis purificare hominem valet. Iungantur ergo simul, siccq; præstabunt perfectam redemtionem, perfectamq; mundationem, itaq; neq; Iudeus, neq; gentilis suis iustificatur operibus, cum vñterq; sit præuaricator suæ legis. Iudeus videlicet naturalis, & scriptæ: gentilis autem naturalis, sed redemptione, qua Christus nos redemit suo sanguine, & fide, & aqua baptismatis, qua quisque renatus, si statim obierit, saluabitur in vitam, si autem vinxerit, ornare debet fidem operibus, quia *fides sine operibus otiosa est*. Notandum verò quod dicit per redemtionem, quæ est in Christo Iesu. Nam per redemtionem captiui redimuntur, qui ab hostibus captiuantur, quo ergo homo captiui potuit, cum Deus vbiq; sit, sed captiuatus est anima à diabolo, quando diabolo se subdidit præuaricando legem Dei, & quando vitiis, & Idolis cæperat seruire, hæc autem captiuitas soluta est, dum animus ad Deum rediit, & se in firmum, illum verò medium intellexit perfectaque redemptio in effusione sanguinis Christi patuit.

**M** xxv. *Quem proposuit Deus pater propitiatorem per fidem in sanguine ipsius*. filium suum proposuit Deus Pater, id est decreuit, & definiuit propitiatorem, & reconciliatorem, ut ipse nobis propitium faceret Deum patrem & placabilem per fidem passionis suæ, vel in promptu ante oculos omnium posuit: vt omnes saluaret in se credentes. Quia dum in eum credimus, & eius sanguinem pro nobis fusum confitemur,

sinc quo purificari non possimus, ex integro iustificamur. *Ad offensionem iustitiae sua*. Subaudi ab inferioribus, in hoc tempore, id est in nouissima ætate. Iustitia in hoc loco dupli modo potest accipi, videlicet vel ipse Christus, qui iustificat nos, vel iustitia qua iustificat Deus pater credentes in filium suum. Ostendit ergo manifeste Deus pater iustitiam suam, id est filium suum, vel qua nos iustificat in effusione sanguinis filii sui in hoc tempore, id est ab adventu illius usque in finem saeculi quia nisi nos iustificare voluisset, ad mortem filium suum pro nobis non traderet, qui non fecerat ullum peccatum. Proposuit etiam illum venire, & pati propter remissionem praecedentium delictorum, id est

Marc. 16.  
ver. 16.

Ezech. 36.  
ver. 25.

xxii.

xxvii.

xxiv.

Jacobi 2.  
ver. 20.

xxv.

id est originalium, quæ ex parentibus trahimus, antequam nascamur, vel omnium peccatorum, quæ committimus ante baptismum, vel etiam subsequentium per baptismum. *In sustentatione Dei*, Id est ad patientiam Dei demonstrandam, qui cum peccamus non statim punimur. Sed eius patientia, atq; differentia ad poenitentiam expectamur, quæ sustentatio nisi in Deo esset in primo homine, finis hominum per iudicium fuisset. *Ad ostensionem iustitiae, sive in hoc tempore sub audi nouissimo id est ad hoc præfiniuit propitiatorem fieri nobis filium suum, ut suam iustitiam ostenderet per illum, & misericordiam, qua nos exspectat ad poenitentiam.* *Vi sit ipse iustus.* Iustus est, qui quod promitterit, tribuit ita & Deus pater promisit nobis filium suum, & in eo iustificationem, quod utique adimpleuit mittens illum in mundum per incarnationis mysterium, cuius passionis fidei iustificamur abluti aqua baptismatis. Unde sequitur & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Quemlibet hominem fidem Iesu Christi habentem. Non tamē per opera legis iustificat illū sed per fidē Iesu Christi, quo-  
niā absq; fide eius non valeat iustificari. *Vbi ergo gloria tua? exclusa est.* Iudæum alloquitur, & confirmat, quia non valet quisquam per opera legis iustificari, ac dicit. O Iudæe, qui in tuis operibus gloriaris vides iustificationem sine fide Dei esse non posse. Quare? quia exclusa, & procul abiecta est lex circumcisionis sacrificiorum, in qua gloriaris. *Per quam legem exclusa est?* Interrogat etiam adhuc factorum? Id est nunquid per legem factorum exclusa est, ut alia lex pro ipsa data sit, quæ similiter in operibus carnalibus consistat, non, sed per legem fidei, id est non per legem fidei, simulque notandum, quoniam non vult Deus, ut carnaliter circuncidamur, sed ut in fide re-  
ete baptizemur, vbi gratis cuncta dimittuntur peccata, dum enim dixit *poenitentiam agite appropinquavit regnum caelorum*, non ait seruare legem carnaliter. *Arbitramur, id est iudicamus definimus, siue testificantur, iustificari hominem per fidem Christi in Baptismate sine operibus legis.* Id est sine carnalibus observationibus. arbitrari est proprius iudicare, vel testificari, unde arbitri dicuntur Iudices, & Testes. Duobus modis iustificatur homo per fidem Christi. Verbi gratia si fuerit sine operibus bonis ante baptismum in ipso baptismate iustificatur, aut iam per baptismum sine legis operibus, quæ iam non sunt obseruanda, iustus habetur, si tamen præcepta diuina custodierit. Iudæis gloriantibus, & dicentibus: Deus verus, & unus Iudæorum tantum Deus est, quibus legem dedit, & de quibus dicitur. *notus in Iudea Deus* ait Apostolus. *An Iudeorum Deus tantum? Nonne & gentium Deus, id est nunquid solos Iudæos creauit, vt de illis tantummodo curam gerat, immo & gentium,* id est multo magis *xix.* & gentium Deus est. Videlicet quod multi crediderunt Deo, & placuerunt ex gentibus antequam Iudæi in Abraham fuissent electi, & forte Dei assumpti sunt Abel, Noe, Sem, Job, & amici eius, aliquie quam plures, quos scripta vestra commemorant, vel quios etiam reticent, siue in hoc multo magis est Deus gentium, quoniam multo plures credunt in eum ex gentibus, quam ex Iudæis, nam quod ipse Deus sit gentium, Hieremias manifestat dicens. *Quis non timebit o Rex gentium, Quoniam quidem unus Deus est, qui iustificat circummissionem ex fide, & non ex operibus.* *Vt catos videlicet ex Iudæis, qui circumcisio appellantur propter Abraham, qui primus accepit eam, de cuius stirpe illi descenderunt.* Et *præputium per fidem* id est credentes ex gentibus, qui ex Iudæis præputium vocabantur, Quod dicit ex fide idem est & per fidem, quia Apostolus saepe mutat præpositiones in uno sensu. *Legem ergo, sub audis præceptorum, quæ dicit diligere Domum tuum, & audi Israel Deus unus est. Destruximus per fidem, & per nouum testamentum.* *Absit præcauet in hoc loco Apostolus existimationi Iudæorum, Sed legem subaudi, præceptorum blasphemus,* id est confirmamus, & laudamus, & à Deo datam dicimus vel etiam generaliter omnem legem statuimus, noscamus esse, quia à Deo est data, quæ obseruanda fuit suis temporibus, sed iam cessauit in mysteriis, manet tamen in præceptis. Vel statuimus eam per fidem, quia quicquid promisit illa de Christo, nos confirmamus, verum & completum esse credimus illum, quem illa promisit. Sicut est illud. Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris. Et iterum non deficit Prin-  
cepsex Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit exspectatio gentium, in quem modo gentes cre-  
dunt.

Matth. 3.  
vers. 2.

Psal. 75.

Ierem. 10.  
vers. 7.

XXX.

O

xxxii.

Deut. 6.

vers. 5.

## CAPUT IV.

Non ex legis operibus contingit iustificatio, sed ex fide in Deum, quæ Abraham reputata fuit ad iustitiam ante datam ipsi circumcisionem, quam postea accepit: futurus, non lege sed iustitia fidei, pater omnium qui ipsius fidem imitarentur: credit autem Deo se patrem fore multarum gentium per promissum sibi semen, cum tam ipse quam vixor eius Sara annos excessissent aptos ad generandum.

- Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? + Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. + Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo: Et reputatum est ille ad iustitiam. + Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. + Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratia Dei. + Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. + Beati, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. + Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. + Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet, an etiam in preputio? Dicimus enim quia reputata est Abraham fides ad iustitiam. + Quomodo ergo reputata est in circumcisione, an in preputio? Non in circumcisione, sed in preputio. + Et signum accepit circumcisio, signaculum iustitiae fidei, qua est in preputio: ut sit pater omnium credentium per preputium, ut reputetur et illis ad iustitiam: + Et sit pater circumcisio, non ipsis tantum qui sunt ex circumcisione, sed et ipsis qui sectantur vestigia fidei, qua est in preputio patris nostri Abraham. + Non enim per legem promissio Abraham, aut semini eius, ut heres esset mundi: sed per iustitiam fidei. + Si enim qui ex lege, heredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio. + Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex; nec prævaricatio. + Ideo ex fide, ut secundum gratiam, firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed et ipsis qui ex fide est Abraham, qui pater est omnium nostrorum (+ sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posuisti) ante Deum, cui credit, qui vivificat mortuos, et vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt; + Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sicut semen tuum. + Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum cum iam fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Sara. + In reprobatione etiam Dei non habuit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

¶ plenissime sciens quia quacunque promisit, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum a mortuis; qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

**Q**uid ergo dicimus inuenisse Abraham secundum carnem? id est, quid boni promeruit Abraham propter circumcisionem carnalem? Nil, quia nec dum erat circumcisus, quando placuit Deo, & audire meruit. *Exi de terra tua, & faciam te in genere magnū, & qd maius fuit de Christo: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si n. Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Quidam codices habent ex operib. legis, sed falsò scriptum est. Non n. lex adhuc data erat. Nisi forte ita sit intelligendum, ut dicatur ex operib. legis postea datae, & est sensus. Si Abraham ex operib. suis iustificatus est ne si side, & sine gratia Dei se præueniente, & apud homines eo qd iustus fuerit per se, apud Deum vero non est laudabilis, neq; in futurū. Quare, qd sine fide impossibile est placere Deo, in se ergo apud homines habuisset Abraham gloriā, & laudem pro suis operib. si iustificatus fuisset sine fide suis operibus sicut ille Pharisæus gloriabatur, qui cum publicano in templum ascēderat. Fuit opus Abraham circumcisione, fuit vtiq; ob signū magnæ fidei suæ, sed tamen antcī circumcidetur antea à Deo electus est. Ideoq; non ex operib. iustificatus, sed per fidem. Vnde scriptura non commorat opera eius, sed fidem. Sequitur. *quid n. scriptura dicit creditit Abraham Deo. Obediens præceptis illius, quia exiuit de terra sua, & de promissione Isaac, & Christi. Credidit, quod ei dixit Deus in semine tuo benedicentur omnes gentes, & quia credidit, reputatum est illi à Deo opus credendi ad iustitiam, id est, ad recompensationem peccatorum, quia per ipsam fidem, qua credidit iustus effectus est. Postmodum autem circumcisionem accepit in signum suæ iustitiae, quia iustificatus fuerat per fidem. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Ex humana consuetudine sumit exemplum, quando operantibus secundum meritum damus mercedem, & nullam nobis agunt gratiam: non operantibus vero, si damus aliquod beneficium, nō est merces, sed gratia, id eoq; gratiam recipimus ab illis. Et est sensus. Si Abraham propter opera sua possit iustificari sine gratia Dei præueniente, & sine fide, quæ illi etiam gratis data est, non esset ei præmium iustificationis gratis datum, sed debitum esset. Vel si alii Iudæi suis operibus fuissent iustificati non esset unde referrentur Deo gratiae. *Ei vero, subaudi gentili, qui non operatur opera legis, credens autem in eum, id est, in Deum, qui iustificat impium, non per opera, sed per fidem, & sine præcedentibus ex impio, & peccatore facit pium, & iustum. Reputatur fides ad eius iustitiam, id est, ad remissionem secundum propositum gratia Dei, hoc est, secundum decretum iustitiae, & misericordiae Dei, non secundum meritum, qui decreuit gratis peccata dimittere: hoc intelligendum de gentilibus, qui ante fidem nulla habuerunt opera legis, & tamen sicut Iudæi conuersi iustificantur per fidem Christi, sine operibus legis, ita & isti. Et bene dicit, secundum propositum, siue decretum gratiae Dei, qui ante mundi constitutionem, cum homo adhuc non esset, decreuit Deus Pater cum filio suo saluare genus humanum nullis præcedentibus meritis.* Vnde Apostolus alias dicit. *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, volens ergo Apostolus ostendere iustitiam, id est, iustificationem, qua iustificantur homines sine operibus legis, & meritis suis testimoniuī Psalmi pponit, in quo prædicebant, qd in aduentu Christi Iudæi, & gentiles fide essent saluandi, ait n. Sicut & David dicit. Beatitudinē hominū, subaudi describens cui homini Deus accepto fert iustitiam, sive iustificationē sine operib. legis, potest & ita dici. Sicut & David dicit: Beatitudinem hominis. Subaudi esse, qd autem dicit accepto fert, adverbialiter dixit accepto, id est, libenter tribuit, vel iungendū ita cū subauditione, cui accepto à se, id est, electo, & dilecto tribuit illi iustitiam. Dicamus & tercio modo in usitatus n. modus locutionis est, cui Deo accepto fert iustitiam, id est,*

VII.  
Psalm. 31.  
vers. 1.

VIII.

D

IX.

X.

XI.

Luc. 11.  
vers. 29.  
Matt. 12.  
v. 39. & 40.

E

cui Deus acceptam dat iustitiam, vel acceptabilem habet sine operibus legis. *Beatis quorum remissa sunt iniquitates*, id est, omnia peccata in baptismate. *Et quorum tecta sunt peccata per poenitentiam post baptismum*. Restecta, & cooperta non videtur, & nos tunc tegimus peccata, quando malis bona opera iustitiae superponimus poenitentiam videlicet, & de præteritis agendo dignam, & alia non perpetrando, hoc distat inter iniquitatem, & peccatum, ut quidam Doctores dicunt, quod iniquitas sit ante legem, peccatum post legem, vel iniquitas cognitionum, peccatum sit operum. *Quidam etiam dicunt iniquitatem esse, quod contra naturam, & conscientiam, sed indifferenter unum pro altero sepe ponitur*. *Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum*, misericors Deus, neque in baptismate deleta imputabit, neque poenitentia tecta si permanserint in fide, vel potest hoc intelligi de martyribus, qui in suo sanguine baptizati in ipso martyrio cuncta eis dimittuntur peccata, vel certe de illis potest accipi, qui post baptismum multa commiserunt peccata, sed veniente occasione, dum pro Christi nomine martyrium sustinuerunt, in ipso martyrio dimissa sunt illis, quoniam poenitentiam corporalem suscepérunt. *Beatitudo ergo hac*, de qua Psalmista dicit, *in circumcisione manet an etiam in prepucio*, id est, pertinet solummodo ad Iudeos, qui circumcisí appellantur, an etiam ad gentiles, qui præpūtium dicuntur? illa beatitudo, qua peccata sine operibus legis dimittuntur gratis in baptismate, & per poenitentiam, atque martyrium tam ad Iudeos ad fidem venientes, quam ad gentiles pertinet. Qua gratia, Abraham licet non esset baptizatus per fidem tamē cum esset in præputio iustificatus est, vnde subdit Apostolus. *Dicimus enim qui reputata est Abrahæ fides ad iustitiam, non circumcisione, id est, hoc affirmamus nos Apostoli, quia non propter circumcisionem carnalem, sed propter fidem, quam habuit, quia credidit Deo, meruit iustificari*, *Quomodo ergo reputata est Abrahæ fides ad iustitiam? in circumcisione, an in præputio?* hoc est, reputata est fides ei ad iustitiam postquam circumcisionem accepit, reputata est ei fides ad iustitiam, sed cum adhuc esset in præputio, id est, in gentilitate, quia necdum erat circumcisus, ideoque ante iustificatus per fidem quam circumcisus, *Et signum accepit circumcisionis signaculum fidei iustitiae, qua est in præputio*. Nec dicerent Iudei superflue circumcisionem esse Abraham, si per illam non est iustificatus. Ostendit illam circumcisionem signum esse iustitiae non argumentum ut significaret iustitiam Christi, quæ est ex fide. Signum est, quando in hoc, quod videtur, & auditur, aliud intelligitur. Sicut Dominus manifestat dicens. *Generatio hæc signum querit, & signum non dabatur ei nisi signum Iona Propheta*. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sicerit filius hominis in corde terre. Ecce quid signabat Jonas voratus, ita quoque circumcisione Abrahæ fidem illius significabat, quam habebat in corde, & per quam meruit iustificari. Nam circumcisione est expoliatio infidelitatis, & vitiorum abolitio distat vero inter signum, & signaculum, signum est, quod aliud est, & aliud significat signaculum autem, quod alicui rei adhuc imprimitur, ut lateat quousque ab illo referetur, à quo imprimitur, ita & illa circumcisione signabat iustitiam fidei, quæ erat in Abraham, & latebat ibi sub signaculo vera circumcisione quæ Christus, qui ex eius genere erat nascitus per baptismi gratiam suos fideles à cunctis sordibus peccatorum circumcisus, in die quoque iudicii ab omni mortalitatis fragilitate, & corruptio- nis fæce est emundatus, in hoc etiam, quia octaua die fiebat, significabat Dominicam resurrectionem, quæ octaua die celebrata est. Nam & ipse Christus significabatur in cultello petrino, quod circumcisione patrabatur, fuit præterea Iudeis in signum circumcisione data, quia cognosceretur eorum genus, & permixtio, ne confunderetur dum inter gentes multas habarent, vel dum inter gentes multas captiui iudicaretur, & ignoraretur, quod de generè Abrahæ descendenter Christus, ac tam diu manisit in typo, & figura quousque veraciter compleretur aduenientem Christo remoto signaculo, sub quo latebat, id est, eadem circumcisione carnali penitus ablata. Erat etiam in signum eisdem Iudeis, ut quotiens in prælio cum aliis sternabantur, & nudi relinquebantur ex circumcisionis signo notati sepulturæ mandaretur. Signum ergo inquit, accepit circumcisionis ob huiusmodi causas, quas diximus, quæ circumcisione signaculum fuit iustitiae fidei, quæ est in præputio, quia ante est iustificatus per fidem, quam circumcidetur, iustitia etiam fidei dicitur, quia primum fidem habuit, & per

eam

per eam iustitiā promeruit, qua iustificatus, & mundatus est ab omnib. peccatis. Nā in gentilitate siue in p̄eputio positus fide est iustificatus, & reddit causam, quare hoc? ut sit pater omnū credentium per p̄eputium, per fidem, q̄ habuit in p̄eputio, pater est omniū credentiū tam Iudēorum, q̄ gentilium, Nam carne pater est Iudæorū non credentiū, fide aut̄ omnium credentium Iudæorū & gentilium, quoniā fidem, qua credidit Abraham, Deum omnipotentē esse, & trinitatem habere in personis, atq; unitatem in substantia, ipsam quasi h̄ereditate paterna retinent credentes, & quare sunt oēs credentes filii Abrahæ, perfidem, ut reputetur eadem fides, & illis ad iustitiam, siue ad iustificationem, sicut reputata est Abrahæ, dum esset adhuc in gentilitate. Sicut enim Abraham antequam circumcidetur, fidem habuit pater est credentiū, & post genuit Isaac, ex quo pater est Iudæorum, sic potius pater est spiritualium, quam carnalium, & ita factum est & sit pater gentium per fidem, & pater circumcisōnis, id est, Iudæorum credentium per carnem, Non iustantur, qui sunt ex circumcisione, sed ex iis, qua seculantur vestigia fidei, qua est in p̄eputio patris nostri Abrahæ. Ac si diceret aliis verbis non illis tantum Iudæis est Abraham pater, vel reputatur fides Abrahæ ad iustificationem, qui descenderunt progenie illius postquam circumcisionem accepit, sed & his gentibus, qui imitantur exempla fidei, qua est in p̄eputio patris nostri Abrahæ. Nam illis est Abraham pater, & illis reputatur fides eius ad iustificationem, qui imitantur exempla fidei illius, qua data est ei, cum adhuc esset in gentilitate, qua p̄eputium appellatur. Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, id est, Christo data est, ut h̄eres esset mundi, sed per iustitiam fidei, quam habuit antequam circumcidetur, & antequam illam promissionem acciperet. Ideoque per legem non est data, vel facta promissio Abrahæ, qua dictum est illi Patrem mulierum gentium genui te, & in semine tuo Gen. 17. v. 9. benedicentur omnes gentes, qua non erat adhuc lex, qua post quadringentos, & triginta annos data est. Abraham ergo in Christo h̄eres est mundi, quia omnes credentes per fidem filii sunt Abrahæ, & ipse in Christo omnia possidet, cui dictum est à patre, postula à me, & dabo tibi gentes h̄eredatorem tuam. Si enim quis ex Psal. 2. c. 8. lege heredes sunt exinanitas est fides abolita est promissio, id est, si Iudæi, qui ex circumcisione sunt, & quilegem habent, h̄eredes sunt tantummodo promissionis Abrahæ de Christo, & non etiam gentiles, euacuata siue annihilata est fides, qua ipse credebat Deo, & abolita est promissio de Christo; & est sensus, si sollempniter vos Iudæi circumcisi h̄eredes estis, Promissionis Dei, ut vos vultis, non implebit Deus promissionem suam, quam dedit Abrahæ, ut pater esset multarum gentium. Et se ita est iam videbitur Deus frustra credidisse, non est ergo data promissio Abrahæ per legem, sed per fidem. Quare? Lex enim iram operatur, id est, vindictam Dei, lex non dedit illam promissionem Abrahæ, sed vindictam operatur, dum dicitur pro dente, & qui occiderit occidatur, ubi non est lex, nec prævaricatio. Subaudi, tanta, vel non ita imputatur, hoc dupliciter intelligi potest, ubi non est lex naturalis, non est tanta prævaricatio eiusdem legis, verbi gratia, quam diu infantibus non viget intelligentia, aut intellectus naturalis legis discernendi inter bonum & malum, licet percutiant patrem, verberent matrem, maledicant parentibus, non est tanta prævaricatio, nec ita imputatur eis, sicut postmodum, ubi venerint ad legitimos annos, ut ubi cæperit vigere in illis naturalis intellectus. Aliter ubi non est lex Moysi licet peccet aliquis non est tanta prævaricatio, nec ita imputatur ei, qui non habet ipsam legem si prævaricauerit, quia non existit prævaricator eius, sicut illi, cui data est ad obseruandum, ideoque ubi præceptio legis, ibi prævaricationis occasio, & ubi prævaricatio, ibi maior ira Dei, & vindicta in prævaricatorem. Potest & tertio modo intelligi ibi, ubi non est lex Euangeli, sicut in pagani, nec prævaricatio tanta, tamen non ideo immunes ad vindictam Dei erunt, quia per creaturam poterant cognoscere creatorē, ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio semini Abrahæ. Sensus est. Quia non est tanta prævaricatio in gentibus, ubi lex non est Moysi, quanta in Iudæis, ideo ex fide, vel per fidem. Subaudi, iustificantur omnes siue Iudæi, siue gentiles credentes, & per fidem sunt h̄eredes, non per legem, ut secundum gratiam, quam gratis promisit, non secundum meritum neque

xii.

F

xiii.

G

xv.

H

neque secundum legem firma sit promissio, quam promisit Deus omnisiemini Abraham, non solum ex Iudeis, sed etiam ex gentibus. Quæ est ista promissio? benedicentur, inquit, in te omnes gentes patremque multarum gentium posuite, vnde sequitur non ei, qui ex lege est solum, sed & ei, qui ex fide est Abraham, qui est pater omnium vestrum. Sensus iste est, promissio, quæ facta est Abrahæ de Christo, quod in semine eius benedicentur omnes gentes. Non ei ideo firma est solummodo ista promissio, qui ex lege circumcisionis descendit, sed etiam ei gentili firma est, qui ex fide filius est Abraham, qui est pater omnium credentium, sicut scriptum est in Genesi, quia patrem multarum gentium posuite ante Deum cui credidistis. Hic percutitur Iudeorum superbia, qui gloriantur se de progenie Abrahæ descendisse. Non enim ait patrem vnius gentis Israeliticæ constitui te, sed patrem omnium gentium perfidem constitui te, per carnem enim Iudeorum pater est, per fidem vero omnium gentium, & recte addit Apostolus ex sua interpositione ante Deum, id est, eorum Deo, cui credidisti in corde. Multi enim sunt qui videuntur credere Deum, sed non credunt ante Deum, Illi enim non credunt ante Deum, qui confitentur se verbis credere Deum, sed aliud corde retinent, illi vero ante Deum credunt, qui totò corde, tota anima, tota virtute illum diligunt, ut Abraham, aut qui potius in interiori homine in conspectu Dei fidem seruant, quam in ostentatione hominum, sicut est carnis circumcisio.

*Qui viuiscat per fidem, & gratiam suam mortuos, id est, gentiles, & omnes, qui mortui sunt per infidelitatem. Sicut enim viuit iustus per fidem, ita moritur peccator per incredulitatem, vel certe viuiscat,* dixit: Subaudi, praesenti tempore pro futuro viuiscabit, ipse enim suscitabit siue viuiscabit mortuos in die iudicii, sicut in Evangelio dicit: *Veniet hora, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, & vocat ea, que non sunt, tamquam ea, quæ sunt.* Deus omnipotens solus habet essentialiter esse, & qui adhaerent ei per fidem, & dilectionem, illi vtique habent esse ab illo, & illis sunt, sicut ipse dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac & Jacob, & contra illi, qui ei non adhaerent comparatione eius, quasi non sunt. Vnde dicit Elias Propheta, *Omnes gentes coram eo sic sunt, quasi non sunt, & quasi nihil, & inaneruntur a se.* Igitur secundum hunc sensum dicit Paulus modo, ergo sicut vocavit Abraham, qui erat, qui Deo adhaerebat per fidem, dicens: Exi de terra tua. Sic vocat ea, quæ non sunt, id est, sic vocat gentiles in fide infideles ad fidem, vt habeant esse, illi adhaerendo. Qui autem non erat illi non adhaerendo.

*Qui contra spem in spem credit, ut fieret pater multarum gentium,* per fidem contra spem desperatae sobolis credit in spem speratae sobolis vel certe contra spem naturæ in spe gratiæ, & potentiaz Dei credidit. Contra spem enim naturæ erat vt vetula pareret, quæ adolescens, & iuuenula sterilis permanserat. Nam natura est, vt iuuenis iunctus iuuenula generet, similiter senex iunctus iuuenula, naturale est, vt generet. Sicut Abraham senex & Agar iuuenula, ex quibus natus est Ismaël. Contra spem vero, naturæ esset, vt senex cum vetula mixtus generet, sed Abraham non attendit ad consuetudinem naturalem, quod non possit ex se, & Sara iam vetulis filius procreari. Sed in spem potentiaz Dei credidit, quia omnipotentem nouerat eum, qui promisit. Considerandum autem quatuor existere causas, vt beatus Ambrosius dicit: Quæ reddunt foeminas steriles, videlicet aut quia semen virile non peruenit usque ad locum conceptionis, aut quia mulier non valet retinere illud, aut quia non habet vigorem coexcoquendi illud, aut certe, quia ambo similes senes conteniunt, & senectute grauantur,

*Secundum quod dictum est ei, sic erit semen tuum sicut stella cœli, & arena maris.* Semen Abrahæ in hoc loco intelligitur tanta multitudo Iudeorum, quorum pater est per carnem, & etiam per fidem, quam etiam multitudo omnium gentium, quorum solummodo pater est per fidem, & dictum est hoc hyperbolicos, per tropum, scilicet fidem exceedentem. Licet enim præ multitudine non possit numerari ab hominibus semen Abrahæ, Deo tamen non est innumerabile. Notandumque per stellas, & arenam, secundum quendam Doctorem intelligendum esse generaliter omne semen Abrahæ. Credentes videlicet ex gentibus, omnemque Israëlem, & secundum alium per stellas, electos solummodo intelligendos ex utroque populo, per arenam vero omnes Iudeos infideles, & incredulos pondere peccatorum grauatos. Et non inconvenienter per stellas de cœlo adhaerent, sua, quæ claritate mundum illuminant, designantur

Ioa. 5. v. 28.

Ist. 40.  
vers. 17.Gen. 15.  
vers. 5.

K

xviii.

Digitized by Google

signantur electi, qui semper coelestia appetunt, dicentes cum Apost. *Nostra conuersatio* Philip. 3:1  
 in celis est, mundumq; verbis, & exemplis irradient. Pet arenam vero, quæ ponderosa  
 est, sterilis reprobi, qui pondere peccatorum grauati steriles existunt a bono opere, &  
 non infirmatus est fide, ille infirmatur fide, qui dubitat, & non credit promissionib. Dei,  
 sed Abraham audiens a Deo patrem multarum gentium posui te, & sicut hoc tempus,  
 veniam, eritq; Saræ filius, licet contra naturalem usum videretur esse, quod promit-  
 tebat non est infirmatus fide, quia non dubitabat in promissione. Nihil enim fides con-  
 siderat naturam, quia in quod premit Deus, facile seruit natura suo auctori. *Nec*  
 considerauit corpus suum emoreum ad procreandos filios. *Cum ferè centum esset annorum*,  
 quia centenarius erat, & emortuam vulnus Saræ, non considerauit, emortuos dicit  
 Abraham, & Saræ in propagandis filiis propter multitudinem annorum iam despe-  
 ratos. Abrahā, namq; centenarius erat, & Sara nonagenaria, quando promisit ei Deus<sup>9</sup>,  
 inquiens, per Angelum. *Secundum hoc tempus veniam, & eris Saræ filius*, emortua enim  
 erat vulna Saræ, quia iam præcesserat tempus pariendi etiam desierant fieri Saræ mu-  
 tiebria, id est, iam desierat menstruum pati, ubi maximè consistit vigor conceptionis. *Genes. 18*  
 Quod ubi cessauerit in foemina transit tempus generandi filios. Sed Abraham non  
 attendit ad naturæ usum, sed ad Dei potentiam credulus eius promissionibus. Vnde  
 sequitur in repromotione etiam Dei non habet anit diffidentia, sed confortatus est fide dans glo-  
 riam Deo. In repromotione Dei, de qua supra diximus, siue de Isaac, siue de Christo non  
 hæsitauit diffidentia, siue non dubitauit incredulitate, sed confortatus est fide de pro-  
 missionibus dans gloriam Deo promissionibus illius credendo, & gratias referendo,  
 quasi de acceptis beneficiis intelligens solius esse Dei munus, & gratiam, ubi humanæ  
 fecunditatis naturæ usus cessauerat. *Plenissimè siue certissimè sciens, quia quacunq; pro-*  
*missis potens est, & facere. Ideo subaudi*, quia creditit Dei promissionibus, reputatum est  
 illi ad iustitiam. *Non est autem scriptum tantum propter ipsum, qui reputatum est illi ad iu-*  
*stitiam; sed & propter nos, quibus reputabitis credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Chris-*  
*tum à mortuis.* Non est, inquit, tantum scriptum hoc de fide Abrahæ propter ipsum,  
 ut ipse legeret qui olim fuerat defunctus, quando Moyses ista scribebat, sed propter  
 nos, & propter nostrum profectum, ut imitatores simus fidei illius, quibus reputabitur  
 fides eius ad iustitiam credentibus in eum, id est, in Deum Patrem, qui suscitauit  
 Christum à mortuis, id est, à sepulchro, qui propriè locus est mortuorum, vel certè  
 ab inferno, si ita perfectè crediderimus Christum à mortuis surrexisse, quomodo ille  
 credit corpus Saræ emortuum posse ad concipiendum viuificari, & crediderimus  
 Deum Patrem, qui Christum suscitauit à mortuis, reputabitur nobis fides nostra ad  
 iustificationem, quia remissionem accipiemus omnium peccatorum. Deus Pater  
 suscitauit Filium suum à mortuis, & ipse etiam Filius suscitauit semetipsum, ut etiam  
 altius dicamus tota Trinitas suscitauit illum hominem assumptum à verbo Dei. *Qui*  
 traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Multis mo-  
 dis tradi legitur Dominus Iesus Christus, nam tradidit illum Deus Pater, Apostolus  
 dicit, *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, tradidit ipse filius  
 seipsum, sicut idem egregius prædicator dicit in præsenti loco, & alias ubi loquitur,  
 qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, tradiderunt illum dæmones, qui persuase-  
 runt Iudæ, ut traderet illum, & Apostolus manifestat loquens de dæmonibus, *Si enim*  
 cognovissent, nunquam gloria Domnum crucifixissent. Tradidit illum Iudas propter tri-  
 ginta argenteos, tradiderunt eum Iudæi Pilato, Pilatus quoq; tradidit illum militib.  
 qui cruciferunt eum, sed inter haec omnia digna consideratione perpendicularum  
 est, quia quod Deus Pater, & Filius fecerat causa dilectionis, & misericordiae, hoc Iu-  
 das causa cupiditatis, dæmones vero, & Iudæi, atq; Pilatus causa inuidiae. Traditus  
 ergo propter iustificationem nostram, ut dum credimus cum passum pro no-  
 stra salute, & surrexisse in veritate à mortuis per hanc fidem iustifi-  
 cari mereamur. In traditione Christi ineffabilis misericor-  
 dia extitit, in resurrectione quoque in com-  
 prehensibilis potentia Deitatis  
 demonstrata est.

**E**x fide, inquit, iustificati, non solum in spe gloriamur, verum etiam in aduersitatibus: nam si Christus pro nobis adhuc impiis mortuus est, multò magis saluabit iam iustificatos per sanguinem ipsius: & sicut per unam Adam inobedientiam omnes peccauimus, ac mortui sumus: ita per unius Christi obedientiam, ex multis delictis iustificamur ad vitam.

**V**erificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: + per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. + Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: + patientia autem probationem, probatio vero spem + spes autem non confundit: \* quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. + Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? + Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. + Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, + Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. + Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. + Non solum autem: sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. + Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. + Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, + Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Ada, qui est forma futuri. + Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. + Et non sicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. + Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo magis abundantiam gratiae & donationis & iustitia accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. + Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vita. + Sicut enim per inobedientiam unius homines, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius ob-

ditionem iusti constituentur multi. † Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. † Ut sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam eternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

**I**ustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Cum Iudei, & gentes inter se disceptarent, & illi de antiquæ legis operibus: Hi verò de noua vocatione præsumptiuè glorianter pertractata, & elucidata causa, quia nemo eorum ex merito suo esset iustificatus, sed omnes per gratiam, quæ fidem infundit, & veritatem ostendit, & quod nec genus, nec circumcisio faciat filios Abrahæ, sed fides recta, qua meruit Abraham à Deo illuminari, & præueniri statim subiunxit Apostolus. *Iustificati igitur ex fide, non ex operibus legis, neque per aliquid meritum nostrum, quod præcesserit fidē pacem habeamus ad patrem per mediatorem nostrum Iesum Christum, cuius passione reconciliati sumus Deo patri. sicut Angeli in eius nativitate catauerunt dicentes, Gloria in extēsis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis.* Tunc enim pacem habemus apud Deum, si inter nos pacem, & concordiam fraternalm tenemus, ac si diceret iam reconciliati sumus per sanguinem filii Dei, & pacem habemus apud Deum patrem simus & inter nos pacem habentes non præsumentes in nullo de nobis, cum omnia ex fide Dei habeamus. Per quem, & accessum habemus, per fidem in gratiam istam, in qua stamus. Per Iesum inquit, qui nos pacificauit Deo patri per illum utique accessum, & introitum habemus per fidem illius in gratiam istam, in qua stamus credendo in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Gratiam appellat in hoc loco fidem, per quam plenitudinem iustificationis percepimus gratis à Deo tempore baptismatis, & insuper quicquid boni, & quicquid bonorum habemus spiritualium nomine gratiæ isto in loco comprehendit, in quam, vel ad quam gratiam introitum, & accessum habemus per ipsum, qui ante eramus longe, quia ipse est ostium, sicut dixit ego sum ostium, & nemō venit ad patrem, nisi per me, in qua gratia, id est fide iustificationis, & indulgentia peccatorum stare debemus in bonis videlicet operibus viriliter laborando, qui ante iacebamus in luto, & factore vitiorum. *Et gloriamur in spe gloria filiorum Dei, In præsenti sæculo filii Dei sumus in spe, in altera autem vita erimus in re, si in bonis operibus articulus mortis nos inuenerit.* Vnde dicit Ioannes, *Carissimi filii Dei sumus in spe, & nondum apparet quid erimus in re. Non solum aurē subaudi gloriamur in spe gloriæ filiorum sed & gloriamur in tribulationibus, id est in angustiis, & aduersitatibus persecutionum pro Christo. Scientes, quod tribulatio, & afflictio patientiam operatur in ele- & tis, qui patienter aduersa huius sæculi perferunt Patientia à pauendo, id est feriendo dicitur, & est patientia, quando corpus, aut animus timore, & afflictione tormentorum feritur, sed vindicta non expeditur: per hanc sancti Martyres vicerunt persecutionem, & saevitiam tyrannorum, non reddentes vicem, sed patientiam, seu tolerantiam seruantes. Patientia operatur probationem meritorum, & fidei, sicut probati sunt sancti Martyres & sicut probatus est Beatus Iob. non deficiens in tribulatione. Est etiam probatio, honestas morum, & laudabilitas actionum, Vnde probus dicitur laude dignus, probatio verò operatur spem vitæ æternæ. Spes est expectatio futuorum bonorum. Qui ergo inter tribulationes, & aduersa per patientiam probabiles in fide existunt illi securi de præmiis futuram beatitudinem expectant. Spes autem non confundit, siue expectatio futuorum bonorum omnem confusionem, & verecundiā huius sæculi expellit spes ergo non confundit, id est qui probatus est in fide, bonisq; operibus, & spem habet æternorum præmiorum, non erubescit quicquid aduersi in hoc sæculo sustinuerit securus de præmio, & hoc quare? quia charitas Dei, qua nos diligit Deus, vel qua diligimus Deum diffusa est in cordibus nostris tempore baptismatis, & tempore manus impositionis per spiritum sanctum, qui datus est nobis, non per meritum nostrum. Verbum effusionis, siue diffusionis largitatem munera significat, si- eut in Iocel habetur. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, siue ergo charitas, qua*

A

i

Luc. 2.  
vers. 14

II.

B

Ioan. 10.  
vers. 7. &  
14. vers. 6.Ioan. 3.  
vers. 2.

III.

IV.

C

V.

Iocel. 2.  
vers. 28

D

diligimus Deum in nobis & pro cuius amore patienter omnia aduersa sustinemus; siue qua diligimus proximum, vel quicquid boni in nobis habetur non per meritum nostrum sed per gratiam Dei spiritu sancto operante nobis tribuitur, ideoque preceptis, & voluntati illius obtemperare debemus habentes inter nos pacem, quam ipse commendauit discipulis dicens *pacem relinquo vobis*, ipsa enim spes per spiritum sanctum nobis datur, quia facit nos credere, quod promittit. Nec confundit nos spes quoniam amplius dabit, quam speremus gaudia videlicet patriæ coelestis,

*Ioan. 14.  
vers. 27.*

**V. I.**

*Ut quid Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est?* ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, id est peccatores secundum tempus, pro impiis id est irreligiosis mortuus est, nisi ut abundantiam, & plenitudinem suæ charitatis nobis commendaret, sicut sequentia manifestant. Infirmus est omnis peccator, & omnis infidelis, fortis vero, iustus, & fidelis atque agnoscens Deum.

**D** Pietas, est cultus, & religio Dei, à quo dicitur pious, id est religiosus, econtra impietas est irreligiositas, à qua venit impius id est irreligiosus, tanta fuit caritas Christi, ut non solum pro illis, qui comparatione reproborum religiosi erant, sed etiam pro impiis moreretur, quos postea per fidem suam iustos fecit, quam charitatē nobis commendauit, ut illam imitemur, sicut discipulis dixit, quando lauit pedes eorum. *Exemplum inquietus dedi vobis, ut qualia facio vobis, talia faciatis*, id est sicut ego vobis laui pedes, ita & vos alterutrum, & sicut ego pro vobis animam meam non dubito ponere, ita &

*Ioan. 13.  
vers. 15.*

vos non dubitetis, neque pro me, neque pro fratribus, si neceſſitas fuerit causa amoris mei animas ponere. Quod autem dicit Apostolus Christum secundum tempus esse mortuum tripliciter accipi potest. Beatus siquidem Ambrosius hoc modo dicit mortuus est secundū tempus, qui à paruo, & brevi tempore potuit teneri à morte, tertia enim die resurrexit. Alter secundum tempus mortuus est, id est tunc, quando totus mundus sub peccato tenebatur, de quo tempore dicit Apostolus alibi. *Postquam venio plenitudo temporis, misit Deus filium suum*, & Deus pater per prophetā ad filium tempore, inquit, accepto exaudiuit, potest & tertio modo intelligi, quia mortuus est, secundū tempus, id est temporaliter in carne, non in anima, *quia peccatum non fecit, nec dolus inuenitus est in ore eius*, tempus enim dicitur esse, ubi aliqua varietas est. Verbi gratia, ubi oritur sol, & occidit, ubi luna augmentum, vel detrimentum capit, ubi etiam vertransit in æstatem, ætas quoque mutatur in autūnum, autumnus nihilominus in hiemē, mortuus ergo Christus secundū tempus, id est secundū corpus, quod mutabile est, & variationi subiacet. Mortuus est temporaliter, nam ubi æternitas est, tempus esse non potest, *Vix enim pro iusto quis moritur, nā pro bono forsitan quis audeat mori*, subaudi aut nullus, aut rarus. Quis n. pro raro, aut nullo sapientissime ponitur, pro nullo accipitur, ut in psalmo *Deus, quis similis erit tibi*, nullus, raro ut, hic & alibi, ubi dicitur quis sapiens, & intelligit hæc raro inuenietur. Et est sensus vix potest aliquis inueniri, qui non solum pro inpiis, sed nec pro iustis, & bonis velit mori. Et cum raro inueniatur qui

*Galat. 4.  
vers. 4.*

**E** pro iusto, & bono audeat mori, Christus pro impiis mortuus est. Inter iustum, & bonus hoc distat, quia iustus fit studio, & exercitatione virtutum, sicut sancti Martires, bonus vero innocentia, sicut sunt parvuli, qui mundantur in baptismate, potest etiam, & pro uno accipi iustus, & bonus. *Commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus*, id est antequam essemus renati ex aqua, & spiritu sancto, & antequam essemus iustificati per fidem. *Christus pro nobis mortuus est*, ad quid commendat Deus suam charitatem nobis, ut illam imitemur eo modo, quo superius diximus. *Multo magis igitur, iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum*. Si cū peccatores essemus Christus pro nobis dignatus est mori, multo magis iam remissionem peccatorum habentes in sanguine passionis eius, & iustificati per fidem salvi erimus per Christum ab ira, id est à Vindicta diei iudicij, quæ ventura est reprobis, licet autem legamus plerisque in locis omnipotentem Deum iram habere, non debemus putare, quod in illum cadat vlla perturbatio, quia ipse semper idem manet iuxta quod Psalmista dicit. *Tu semper idem ipse es, sed ira illius appellatur vindicta, & vltio ipsius*, quam ille sine aliqua mutabilitate exercet, secundum quod

*Psal. 82.  
vers. 2.*

**VII.** ei sapientissimus orator dicit. *Tu autem Domine Sabaot cum tranquillitate iudicas in hoc loco proponit sibi Beatus Augustinus questionem, & dicit si inquit in sanguine passionis filii Dei accepimus remissionem peccatorum.* Quid necesse est

*vers. 2.*

**IX.** *ut ba-* *in hoc loco proponit sibi Beatus Augustinus questionem, & dicit si inquit in sanguine passionis filii Dei accepimus remissionem peccatorum.* Quid necesse est

*Psal. 101.  
vers. 28.*

**VIII.** *in hoc loco proponit sibi Beatus Augustinus questionem, & dicit si inquit in sanguine passionis filii Dei accepimus remissionem peccatorum.* Quid necesse est

*vers. 18.*

vt baptizemur, & si in baptismate accepimus remissionem peccatorum, & mundamur ab omnibus fordinibus vitiorum, quid necesse fuit pati Christum? quam quæstionem hoc modo soluit ista duo, passio videlicet Christi, & baptismus ita sunt coniuncta, vt neque baptismus possit saluare à peccatis, & perfectum hominem reddere sine fide passionis Christi, neq; passio possit remissionem peccatorum dare sine gratia baptismatis, nisi in sanguine martyrij sui fuerit baptizatus: quia Dominus dixit: *nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: scilicet cum inimici essemus reconciliari sumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliari salvi erimus in vita ipsius.* Si inquit cùm inimici essemus, id est peccatores reconciliati sumus Deo patri pér mortem filij eius, multò magis quam erimus reconciliati, & in amicitiam conuersi, salvi erimus, in vita ipsius, id est, in vita Christi, qui est vita, et in quo vitam æternam habiliuri sumus. Illi reconciliantur, qui inimici sunt ad inuicem: *Quomodo ergo existit nobis omnipotens Deus iratus, & inimicus, cùm de illo dicatur, quia nihil odit eorum quæ fecit?* Sciendum quia nō naturam nostrā quam ipse fecit sanctam & bonam odio habeat, sed virtus & peccata, quæ nobis ipsi attraximus. *Quapropter quadam iustitia Dei traditi sumus diabolo quamdiu sub peccato fuimus, sicut legitur, postquam enim mertit homo audire terrae, & in terram ibis, Hoc est totus terrenus effectus es & idcirco morieris dictū est diabolo in serpente, terram comedes,* id est peccatores deuorabis. Ablatis autem vitijs, & peccatis per passionem filij eius reconciliati sumus in id quod ante fuimus, vnde dicit Apostolus, si inquiēs cùm inimici essemus actibus nō natura p morte Christi saluati sumus, quanto magis in eius glorificabimur vita, si eam imitati fuerimus. *Non solum autem sed & gloriamur in Deo per Iesum Christum Dominum nostrum, per quem nunc reconciliationē accepimus.* Non solum inquit salvi erimus, & dabitur nobis vita æterna sed & gloriamur in Deo patre siue in cognitione Dei, quam habemus per Dominū nostrū Iesum Christū, cuius passione nunc reconciliationē accepimus. Nunc inquit reconciliati sumus Deo patri, id est in Deo tempore aduentus Christi, sicut enim verbo patris sumus creati. Iuxta quod Ioannes dicit *omnia per ipsum facta.* Ita quoq; & ab illo sumus redempti & Deo patri reconciliati: *Propterea sicut per unum hominem in hunc mundū peccatum intravit & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt.* Defectus distinctionis isto in loco est huiusmodi, sicut per Adamū peccatum & mors intravit, ita per Christum iustificatio, & vita æterna venit. Propterea, inquit Apostolus quia reconciliati sumus Deo, sicut per unum hominem Adam in hunc mundum, id est in universitatē generis humani p̄ter Christum, qui de supernis est peccatum intravit, & per peccatum mors venit, ita in omnes homines mors corporis, & animæ pertransiit, sicut in illum primum, in quo omnes peccauerunt, ita per Dominā nostrū Iesum Christum iustificatio intravit, & per iustificationem vita futura, sensus est. Sicut per Adam peccatum intravit in genus humanum, & mors, & per omnes transiit, sic per Christum venit iustificatio, & vita: in ipso quoque omnes peccauerunt, quia in lumbis eius erant, sicut Leui in lumbis erat patris, quando decimatus est, Et congrue dicit primum intrasse peccatum, ac deinde per peccatum subintrasse mortem, quia statim, ut peccauit mortalis effectus est, sicut ei Dominus ante prædixerat *in qua cunque inquietus, die comedendis ex eo, morte morieris.* Peccauit concupiscendo, atque comedendo, & mortalis effectus est peccando. *Visque ad legem enim peccatum erat in mundo.* Non dicit vsque ad tempus, quo data est lex, sed vsque ad terminum finiendæ legis. Sic enim soliti sumus dicere regnauerunt vsque ad Attilam Regem, id est vsque ad mortem Attilæ Regis, vsque ad tempus, id est vsque ad finem legis, & initium gratiæ peccatum originale, ac actuale fuit in mundo per gratiam, autem Iesu Christi non solum originalia, sed etiam actualia deleta sunt. *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.* Hoc tripliciter intelligi potest quamdiu lex naturalis non est in homine, sicut in parvulis quicquid agat parvulus non imputatur esse peccatum, quia nescit, quid sit bonum, aut malum. Altera autem lex daretur non agnoscebat peccatum tam graue malum esse, sicut per legem ostensum est,

Ioan. g.  
vers. 5.  
x.

G

xi.

Ioan. v.  
vers. 3.  
xii.

H

Gen. 2.  
vers. 17.

I

vel aliter cum lex esset, non imputabatur, id est ignorabatur qua poena digna esset peccatum illud, quo usque ipsa lex dixit; qui hoc, vel illud fecerit morte moriatur.

**xiv.** *Sed regnauit mors ab Adam, usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.* Ideo dicit regnasse mortem, quia vniuersum orbem tenuit tam mors peccati, quam mors corporis, quod dicit usque ad Moysen, ita est intelligendum, ut iam diximus, id est usque ad finem legis, & initium gratiae. Per Moysen enim intelligitur sicut dicitur in euangelio ad diuitem, *habent Moysen*, id est legem, & alibi, incipiens autem à Moysen hoc est à lege regnauit, inquit, mors animæ in toto mundo, ex quo primus homo peccauit usque ad finem legis Moysi, & exordium euangeli non solum in alios, sed etiam in illos, qui non sponte, neque scienter peccauerunt, sicut paruuli erant, qui originalibus peccatis tenebantur obnoxii. Illi in similitudinem prævaricationis Adæ peccant, qui scienter, & voluntariè peccant, sicut illi Deus dixit. *Ex omni ligno paradisi comedere, de ligno autem scientia boni, & malorum ne comedas, & cetera.* Ille verò in similitudinem Adæ non peccat, qui neque legem naturalem habet, neque cum studio peccat. *Quæ est forma futuri.*

**X** Hoc triplici modo intelligi potest. Adam, qui peccatum attulit mundo exemplar, siue forma est futuri Adæ, id est Christi, quia sicut ille ex virgine terra factus est, ita Christus ex Virgine Maria natus, vel à contraria parte, aliter accipitur caput peccati, aliter caput iustitiae Quia sicut Adam peccatum attulit, & mortem, ita Christus iustificationem, & vitam. Aliter, si dixerimus qui est forma futuris, ut quidam codices habent, erit sensus. Exemplar est futuris posteris suis in peccato, quia sicut ille peccator, & mortalis exitit, ita omnes posteri eius peccatores, & mortales nati sunt, & nascuntur quotidie transducto originali peccato in posteros. Ut Beatus Augustinus dicit, non per concupiscentiam coitus, sed per gratiam Domini Iesu Christi liberantur à peccatis, & à morte æterna. Sicut enim nullus homo extra Adam, id est extra progeniem illius, ita nullus extra peccatum illius præter Christum.

**xv.** *Sed non sicut delictum Adæ ita & donum iustificationis.* Hoc est maius fuit donum Christi, quo nobis remissio peccatorum venit, quam peccatum Adæ, per quod venit mors, & plus præualuit iustitia Christi in iustificando, quam peccatum Adæ in nocendo. Quoniam in his, qui per Christum redimuntur temporaliter vallet forma mortis ex Adam, forma, autem vitae valebit in æternum per Christum.

**L** *Si enim unius hominis Adæ delicto multi, id est electi mortui sunt temporaliter, multò magis gratia Dei, qua nobis dimittuntur peccata, & donum spiritus sancti in gratia unius hominis IESV CHRISTI in plures abundavit.* Multi, & plures ad electos referuntur, nec est comparatio, quod dicit plures, quia plures sunt reprobri, qui damnabuntur, quam sint iusti, qui saluabuntur sed absolute positum est.

Iungamus igitur hoc modo si propter unius hominis Adæ delictum non solum reprobri, & nimium peccatores, sed etiam electi mortui sunt temporaliter tam corpore, quam etiam anima, multò magis abundauit, & creuit gratia Dei, & donum per gratiam IESV CHRISTI in plures id est in electos.

In hoc enim plus, siue multò magis abundauit gratia, id est remissio peccatorum in electos, quam peccatum. Quia non solum illud peccatum originale propter quod in mortem animæ, & corporis ruimus, sed etiam omnia actualia abstulit in electis, & insuper donauit vitam sine fine mansuram.

**xvi.** *Et non sicut per unum peccatum, ita & donum.* Quod est dicere aliter, & ad aliud venit peccatum, & aliter, atque ad aliud venit donum Christi. Peccatum enim Adæ, venit per inobedientiam, ut mortem afferret, donum autem gratiae C H R I S T I venit per obedientiam qua obediens fuit D E O patri, ut non solum illud originale, sed etiam omnia actualia auferret, quod si lectum fuerit; per unum peccantem, ita erit intelligendum, Et non sicut per unum peccantem id est, per Adam venit mors, ita & donum gratiae venit per C H R I S T V M.

*Nam iudicium ex uno in condemnationem:* gratia

**Luc. 16.  
vers. 29.**

**Gen. 2.  
vers. 16.**

**X**

**xv.**

**L**

**xvi.**

*gratia autem ex multis delictis in iustificationem.* Iudicium, siue damnatio ex uno hominе Adam, vel uno peccato originali venit in condemnationem hominum, gratia autem Christi, qua nobis gratis dimituntur peccata in iustificatione fidelium venit ex multis delictis, quæ post originale peccatum addita sunt, Et est sensus: damnatio venit ex uno homine, vel uno peccato originali in condemnationem generis humani, gratia autem Christi venit in iustificationem electorum ex multis delictis, id est ad hoc venit, ut non solum ab illo uno originali, sed etiam ab omnibus actualibus nos iustificaret. Ideoque aliter venit peccatum, aliter gratia. Considerandum autem, quia cum dicit Iudicium venire ex uno homine in condemnationem, loquitur contra Pelagianos, qui negant originale peccatum trahi ab infantibus, quando nascuntur. Dicentes quia non per originem illud peccatum trahitur, sed per imitationem, quod omnino falsissimum est. Si enim ita esset, ut illi delirant, nequaquam Dominus ita expressè in Euangeliò diceret *si quis non renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum.* In veteri quoq; testamento nequaquam diceret. *Masculus, cuius caro circumcisæ non fuerit, peribit de populo, quia pactum meum irritum fecit non perse, sed in patre suo Adam in Paradiso.* Si <sup>Ioan. 3.  
ver. 5.</sup> *enim unius hominis delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratie, & donationis, & iustitiae accipientes in vita regnabunt per unum Iesum Christum.* Sensus iste est. Si pro delicto unius hominis Adæ quod per unum hominem Adam venit mors corporis, etiam & animæ regnauit temporaliter, & ad tempus in electis, multo magis regnabunt illi in vita æterna accipientes in præsenti per Iesum Christum abundantiam, id est plenitudinem gratiæ, qua dimituntur peccata, & plenitudinem donationis id est spiritus sancti, quæ electis donantur, quando aliis datur per Spiritum sermo sapientiæ, & cætera dona singulis diuiduntur accipientes etiam plenitudinem iustitiae, id est omnes virtutes. Ut post baptismi gratiam iuste, & sancte viuamus, Si enim moriuntur electi temporaliter propter originale peccatum per gratiam Christi accipiunt vitam semipernam, vbi regnabunt cum ipso. *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ;* id est sicut per unius hominis delictum in omnes homines generaliter in condemnationem venit mors, & peccatum, sic & per unius hominis iustitiam, id est Christi in omnes homines electos, & prædestinatos ad vitam æternam venit gratia in iustificationem vitæ. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis Adæ, peccatores constituti sunt multi, id est, in omne humanum genus, quod in Lumbis Adæ erat.* Ita per unius hominis obediens, id est, qua fuit obediens patri usq; ad mortem. *Iusti constituentur multi, non tamen omnes.* Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Iudæi ignorabant ad quid acceperant legem, & putabant se per circumcisionem, & per carnales observationes saluari posse sine gratia Domini nostri Iesu Christi, Vnde Apostolus volens ostendere, quia lex non est data, ut peccata auferret, sed ut demonstraret ait, *Lex autem subintravit, id est subito intravit, ut abundaret delictum.* Quomodo abundat delictum per legem? dupliciter, vel quia dum præcipit dicens ne adulterium facias, non concupisces rem proximi tui. Exاردescit animus ad libidinem, ad concupiscentiā, qui antea nesciebat, quid concupiscentia, aut tale huiusmodi peccatum esset, vel dum transgressor fit legis, excrescit delictum in vindictam, quia maiori pena, & vindicta dignus est, qui scienter contra legis præceptum peccat, quam qui non habens legem ignoranter delinquit. *Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia,* Originali peccato, quod ad omnes peruenit addita sunt actualia, & abundauit, siue excrevit delictum. Sed vbi delictum abundauit, & crevit per actualia peccata, & per conceptum legis superabundauit gratia Christi, quæ non solum originale peccatum, sed etiam actuale abstulit. Largiens insuper sua benignitate vitam sine fine mansuram, & sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per IESVM CHRIS TVM Domum nostrum. Ac si diceret sicut regnauit, ac tenuit principatum originale peccatum, & insuper actuale in electis ut in mortem eos traheret ad tempus, ita & gratia, qua dimituntur peccata regnet in electis per iustitiam operum in vitam æternam illos intromittendo peradiutorium Iesu Christi, In hoc enim maior est gratia Christi,

quæ nobis data est ; quam peccatum Adæ , & magis nobis profuit , quam illud no[n]cuiisset , quia peccatum Adæ facit nos ad tempus mori . Gratia autem Christi dimittit nobis non solum originale , sed etiam actuale peccatum faciens insuper vivere in vitam æternam .

## CAPVT VI.

In Christo baptizati sumus , ut mortui peccato deinceps in nouitate vita ambulemus , sicut Christus semel mortuus ac sepultus , ad nouam vitam non amplius moriturus , resurrexit : non ergo iam obediamus peccato aut concupiscentiis : sed soluti à lege , liberatique per Christi gratiam à peccato , & seruifacti iustitiae , tradamus membra nostra in obsequium iustitiae ad vitam , quæ prius tradideramus immunditiae ad mortem .



Vid ergo dicemus ? permanebimus in peccato ut gratia abundet ? † Absit . Qui enim mortui sumus peccato , quomodo adhuc viuemus in illo ? † An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in C H R I S T O I E S V , in morte ipsius baptizatis sumus ? † Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem : ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris , ita ē nos in nouitate vita ambulemus . † Si enim complanat facti sumus similitudini mortis eius : simul ē resurrectionis erimus . † Hoc scientes , quia vetus homo noster simul crucifixus est , ut destruatur corpus peccati , ē ultra non seruiamus peccato . † Qui enim mortuus est , iustificatus est à peccato . † Si autem mortui sumus cum Christo : credimus quia similem viuemus cum Christo . † Scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur , mors illi ultra non dominabitur . † Quoniam mortuus est peccato , mortuus est semel : quod autem viuit , viuit Deo . † Ita ē vos existimate , vos mortuos quidem esse peccato , viuentes autem Deo , in Christo Iesu Domino nostro . † Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore , ut obediatis concupiscentiis eius . † Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato : sed exhibete vos Deo , tanquam ex mortuis viuentes : ē membra vestra arma Iustitia Deo . † Peccatum enim vobis non dominabitur : non enim sub lege estis , sed sub gratia . † Quid ergo ? peccabimus , quoniam non sumus sub lege , sed sub gratia ? Absit . † Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum , serui estis eius , cui obeditis , siue peccati ad mortem , siue obediotionis ad iustitiam ? † Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati , obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam tradisti estis . † Liberati autem à peccato , seruifacti estis iustitia . † Humanū dico , propter infirmitatem carnis vestre : sicut enim exhibuitis membra vestra seruire immunditiae , ē iniquitati ad iniquitatē ; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitia in sanctificationem .

ſicationē. Cū enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiftis iuſtitia. † Quē ergo fructū habuiftis tunc in illis, in quibus nunc erubefciſis? Nam finis illorum mors eſt. † Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Dō, habetis fructum veſtrum, in ſanctificationem, finem verò vitam eternam. † Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita eterna in Christo Iesu Domino noſtro.

20

21

22:

23.

**Q**uid ergo dicemus? permanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Hæc ad ſuperiora perteſſent, vt dicit Apoſtolum, & non ſicut aiunt nos quidam dicere faciamus mala, ut veniant bona, & ad illud, ubi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia. Quidam enim genitium audiētes prædicationem Pāuli, aliorumque Apoſtolorum<sup>1</sup>, vbi debuerant accipere vitam, ibi acceperunt mortem non intelligentes ſenſum prædicationis eorum. Vnde dicebant Apoſtolum prædicare. Quod quanto amplius homo peccaret, tanto magis Deo placereb<sup>t</sup>, & vbi maior eſſet culpa, ibi eſſet maior gratia Dei, vt dum omnes eſſent nimium peccatores ipſe ſolus appareret iuſtus, & quo maiora peccata & plura dimitteret, eo plus miſericors eſſe laudaretur. Quapropter dicebant Faciamus mala, ut veniant bona, quia Rom. 3. v. 11 Rom. 3. v. 26 quanto amplius peccauerimus, eò maiorem gratiam apud Dominum habebimus. Nos ergo aliter debemus dicere, fecimus mala, & veneſunt bona ſine meritis noſtriſ per gratiam Christi. Faciamus modo bona, vt véniant bona nobis atten- dentes, quod dicit Apoſtolum ex persona fidelium loquens, qui ſe à peccatis feruant, Nunquid ergo permanebimus in peccato, aut nunquid ſemper peccabimus, aut gratia Dei in hoc abundat, vt plus habeat, quod nobis dimittat, & cŕeſcat nobis dimittendo, ſicut quidam carnalium dicunt. Absit. Non fiat illud, vt ſemper in peccatis permaneamus. Hoc autem digna conſideratione perpendendum eſt, quia idcirco iſta contradicit Apoſtolum, ne aliquis infidelium dicere poſſit, quod aſſereret ipſe peccandum eſſe, vt Dei gratia abundaret. Qui enim moruiſ sumus peccato tempore baptismatis, Quomodo adhuc viuemus in illo? Id eſt, ſi omnia peccata nobis dimiſſa ſunt in baptismō, quare obedimus vitiis, & ſuggeſtionebus carniſ. Ille mortuus eſt peccato, qui non habet peccatum, cui delecta ſunt omnia peccata in baptismō. Econtra ille viuit peccato, qui obedit delectationi peccati, & ſuggeſtioni prauæ voluntatis. Docet autem Apoſtolum, vt poſtquam in baptiſmate accepimus remiſſionem peccatorum, abſtineamus à criminalibus peccatis, & in quantum humana fragilitas valet per Dei gratiam à delectationibus carniſ, & prauis cogitationibus noſmetiſ reſtringamus. An ignoratiſ fratres, quia qui- enque baptizati ſumus in Christo Iesu, in morte ipſius baptizati ſumus. Beatus Apoſtolum mysticè & ſubtiliſſimè iſto in loco loquitur, & vult oſtendere, quomodo mysterium mortis, ſepulturæ & reſurrectionis Christi ad baptismum noſtrum pertineat, & dicit. Nunquid ignoratiſ o Romani mysterium mortis Christi, ſepulturæ, ac reſurrectionis, quomodo conueniat mysterio baptismatis? Certè non ignoratiſ, vt puto. Etsi ignoratiſ, ego vobis pandam. Sed quæſtio oritur in hoc loco, cum Dominus präcipiat Apoſtolis in Euangelio in nomine ſanctæ Trinitatis baptizare credentes. Quare Apoſtolum Paulus ſolummodo personam Christi aſſummat, dicens: Quicunque baptizati ſumus in Christo Iesu, in morte ipſius baptizati ſumus; Quæ hoc modo ſoluitur, quia Apoſtolum in hoc loco non tantum ratio- nem baptismi deſcribere diſpoſuit, quantum mysterium mortis Christi. Et vbi de morte erat aliquid locuturus, indignum duxit personam Patris, & Spiritus sancti po- nere, quæ carnem non ſuſcepit, neque mortem, ſed personam tantummodo filii, quæ carnem aſſumpſit, & pro nobis mortua eſt. Non enim conueniebat, vt dice- ret quicunque baptizati ſumus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in mor- te ipſius baptizati ſumus. Iterum autem quærendum eſt, quomodo ſumus ba- ptizati in morte Christi? Christo mortuo in cruce pro noſtris peccatis, qui eſt caput omnium electorum, omnes electi, qui ſunt membra eius commortui

sunt peccato capiti suo Christo. Verbi gratia. Sicut ablato, & abscesso capite cuiuslibet animantis, commoriuntur omnia membra, ita mortuo Christo commortui sunt in illo omnes electi, & baptizati in eius passione. Passio eterenim illius, baptismus noster fuit. Ille quidem mortutus est corpore, & nos peccato, quia ipse pro peccatoribus mortuus est, & nostrum peccatum in sua morte occidit. Alter in morte ipsius baptizati sumus, id est, in fidē passionis, & mortis eius, quia per fidem passionis Christi, & baptismi gratiam abluiur à peccatis. Ista enim duo ita coniuncta sunt, ut neque passio Christi sine baptismō, neque baptismus sine fidē passionis Christi nos possit saluare. Dicamus & aliter: In morte ipsius baptizati sumus, id est, ad exemplum, & figuram mortis eius, ut illi commoriamur peccato, sicut mortuus est ipse corpore, vel ad exemplum mortis eius eo modo, quod in sequentib. dicendum est. Inter hęc verò considerandum est, quatuor genera esse baptismatis, vnum tantum in aqua, sicut fuit baptismus Ioannis, quod remissionem peccatorum non dedit; Aliud in igne, vel spiritu, quo baptizati sunt Apostoli die Pentecostes, & de quo Dominus dixit. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto*, quia eo die in igne apparuit super Apostolos. Tertium est in aqua, & spiritu, quo S. Apostoli baptizabant Domino præcipiente. Quod genus baptismatis sancta Ecclesia modo retinet. Quartum est in sanguinis effusione, quo baptizatus est ipse Dominus, omnesq; sancti Martyres, de quo etiam Dominus ait Filiis Zebedæi. Potestis baptizari baptismate, quo ego baptizari habeo, id est, potestis effusionem sanguinis vestri sustinere, quorum unus Iacobus eo baptismate baptizatus est, quia decollatus est ab Herode. Sed hoc quoque notandum est, quia in baptismate tria sunt corporalia, atque visibilia, & tria incorporalia, atque inuisibilia, tria sunt visibilia, Sacerdos videlicet, corpus baptizandum; & aqua, & tria inuisibilia, fides, anima, quae abluitur à peccatis, & Spiritus sanctus cooperante, per quod remissio peccatorum datur. Fortassis etiam querit aliquis, quare in aqua solummodo, & non aliquando in vino baptismus consecretur? Cui respondit beatus Ambrosius, idcirco uniformiter hęc fieri in aqua, ut intelligatur, quod sicut aqua sordes corporis, aut vestimenti abluit, ita illud baptismus maculas animae, sordesque vitiorum emundando abstergit. *Conseptuli, enim sumus cum illo per baptismum in mortem*. Subaudi, peccati, & vitiorum, quomodo possumus viuentes in carne consepteliri Christo? Si morimur peccato, sicut ille mortuus est in cruce, & baptizamur in nomine sanctæ Trinitatis, tunc conseptelimur ei, si autem viuimus peccato, nequaquam possumus consepteliri ei. Consideremus ergo quomodo moriamur peccato, & consepteliamur, & conresuscitemur Christo, & quomodo concordet mysterium mortis sepulturæ, & resurrectionis eius baptismati nostro. Christus postquam mortuus est in cruce, de cruce positus est in sepulchrum, de sepulchro victor tertia die resurrexit. Similiter & nos venientes ad fontem baptismatis, dum renunciamus diabolo, & omnibus pompis eius, & omnibus operibus eius, morimur peccato, sicut Christus mortuus est in cruce, Christus de cruce positus est in sepulchrum, & nos post confessionem sanctæ Trinitatis conseptelimur ei in cogito terræ elemento, hoc est in aqua. Resurrexit ipse tertia die viuus, & nos post tertiam missiōnem resurgimus de morte peccatorum ad vitam, ut Deo viuamus in sanctitate, & bonitate, cæterisque virtutibus. Ascendit ad cœlos, & nos post illum ascendemus, si in nouitate vita ambulauerimus. Et quasi diceret aliquis Apostolo, ad quid sumus, consepti cum Christo? Subiungit. *Vi quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus*. A mortuis surrexit Christus, id est à sepulchro, quod propriè laus est mortuorum, siue ab inferno. Per gloriam autem Dei Patris dicit resurrexisse Christum, id est, per virtutem diuinitatis, ut glorificaretur Deus Pater in eius suscitatione, sicut ipse Filius loquens ad Patrem dixit: Pater glorifica nomen tuum, id est, suscita Filium tuum, ut mea suscitatione glorificeris. Potest etiam intelligi, quod ipse Filius potentia Deitatis suscitauerit semetipsum, qui est gloria Patris, sicut ei dicit Pater in Psalmo, *Exurge gloria mea, exurge psalterium*; id est, Chorus omnium virtutum, cui Filius, exurgam diluculo, ipse quoque Deus dicit de sua suscitatione loquens ad Iudeos. *Soluite templum hoc, & post triduum suscitabo illud*, ita enim est intelligendum, ut sicut tota Trinitas creauit illum hominem, ita tota Trinitas suscitauit illum. *Quia opera totius Trinitatis inseparabilia sunt*.

Præcipit

D

Acto. II.  
vers. 6.

E

iv.

F

Psal. 56. v. 9

Ioan. 2.  
vers. 19.

Præcipit ergo Apostolus , vt sicut Christus surgens à mortuis iam non moritur ita & nos in nouitate vitæ ambulemus , hoc est , vt sicut noui effecti sumus in baptismo , ita semper noui , & immaculati viuamus ambulantes de virtute in virtutem . Nouitas enim vitæ est post baptismum criminalia peccata non committere , & à leuibus in quantum possibile est temperare . Quia nouitate innouantur electi quotidie dum proficiunt quotidiè in virtutibus , & laudatur omnipotens Deus in illorum operibus . Sicut Dominus dicit : *Videant opera vestra bona , & glorificant Patrem vestrum.* Matth. 5<sup>o</sup>  
ver. 17.

*Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius , id est Christi , simul & resurrectionierimus.* Subaudi , complantati , id est , coniuncti , & conformes . Quidam codices habent resurrectionis genitium , videlicet casum , sed melius est , vt Doctores dicunt dicere per datuum resurrectioni , quia verbum complantati coniungitur ei à superioribus . Arbor complantatur arbori cum inseritur , & Christus arbor est per similitudinem . De qua dicit Solomon , in persona Sapientiæ , quæ Christus est *lignum vita est his , qui apprehenderunt illam* , ipse est etiam arbor vitæ , quæ est plantata in medio paradisi , hoc est , in medio Ecclesiæ , idcirco autem arbori comparatur , quia sicut arbor pascit , & umbram præstat , ita Christus pascit Angelos spirituali cibo , sua videlicet contemplatione , homines vero sua cognitione protegens utrosque ab omni aduersitate . Generaliter autem pascit , & reficit totum mundum cibo corporali , mors etiam eius arbor potest intelligi . Quia sicut arbor ad hoc plantatur , vt fructum afferat plantatori , ita mors Christi ad hoc celebrata est in cruce , vt fructum salutis , & redemptionis afferret mundo ; Quæritur , quare Apostolus dixerit complantati sumus similitudini mortis Christi , & non simpliciter complantati sumus morti eius . Mors Christi in hoc loco dupliciter potest intelligi , tam corporalis videlicet , quam spiritualis similitudini mortis eius corporalis complantamur , quando sicut ille mortuus corpore pro peccatoribus , nos morimur peccato , in hoc enim similitudo , quia ille mortuus est corpore , nos vitiis , aliter similitudini mortis eius spiritualis complantamur , quando morimur criminalibus peccatis , ille in veritate mortuus est peccato , quia nunquam peccauit , cui veritati non possumus complantari , & coiungi , quia quamdiu sumus in hoc mortali corpore ex toto carere peccatis leuioribus non possumus , sicut Ioannes dicit : *Si dixerimus , inquiens , quia peccatum non habemus , nos ipsos decipimus , & veritas in nobis non est.* Tunc autem similitudinem mortis eius spiritualis assumimus , quando eius auxilio freti criminalia peccata non committimus . Et si complantamur in præsenti sæculo similitudini mortis eius tam corporalis , quam spiritualis , vt sicut ille mortuus est corpore , & mortuus est omnibus peccatis , quia nunquam peccauit , moriamur , & nos omnibus criminibus , & peccatis , erimus utique complantati , & coniuncti resurrectioni eius in gloria . *Quia cum apparuerit , similes erimus , quoniam videbimus eum sicut est.* *Hoc scientes , quia vetus homo noster simul crucifixus est , ut destruantur corpus peccati , ut ultra non seruiamus peccato , veterem hominem :* Ioan. 1<sup>o</sup>  
ver. 8. Ut beatus Augustinus Ioan. 2<sup>o</sup>  
ver. 1. dicit , voluerunt quidam intelligere corpus , nouum vero , animam , sed non conuenit illud , quia corpus , exterior homo à plerisque appellatur , interior vero anima , hoc vero in loco veterem hominem vocat vitam , & conuersationem veteris hominis Adæ , quæ crucifixus , id est , mortua , & occisa est semel in baptismate . Quicunque enim adhuc originalibus , & actualibus peccatis tenetur obnoxio , vetus homo est , & sequax Adæ , quia vitam , & conuersationem eius imitatur . Ad quid ergo mortua est , & deleta illa conuersatio , quæ vetus homo dicitur ? Ut destruantur corpus peccati , corpus nostrum , corpus peccati est , quia nos trahit ad peccatum per suggestionem carnis , & concupiscentiam prauam . Quod corpus non ita præcipit Apostolus destrui , vt adnihiletur , sed ut quiescat ab opere peccati . Tunc enim quasi destruitur , dum refrenatur , & retrahitur à peccato , & mala voluntate , q̄ desiderat implere , nec permittitur seruire peccato . Aliter peccatum hic possumus intelligere diabolum , qui est author peccati , corpus vero eius universitatem vitiorum , sicut enim Christus caput est omnium electorum , & omnium virtutum , omnesque electi , & omnes virtutes sunt corpus eius , ita diabolus caput est omnium reproborum , omniumque vitiorum , omnesque reprobi , ut omnia vitia corpus illius sunt , & ad hoc

VII. K  
VIII. K  
IX. K  
  
Apocal. 6.  
vers. 8  
X. K  
  
L  
xi. K  
  
Luc. 21.  
vers. 46.

M  
xii. K  
  
xiii. K

hoc deleta est vita, & conuersatio veteris hominis Adæ semel in baptismo, vt destruatur vniuersitas vitiorum, quæ est corpus diaboli, vt ultra non seruiamus diabolo, aliter secundum Originem corpus peccati potest appellari vniuersitas vitiorum, quæ faciunt vnum corpus quodammodo peccati. Singula autem vicia membra sunt vniuersitatis, quæ præcipit Apostolus destrui per abolitionem cessationis, bene autem dicit Apostolus semel mortuum esse veterem hominem, vt admoneat nos cauere criminalia peccata. Quia sicut Christus semel mortuus est, & iam non moritur, ita & nos semel mortui sumus peccato baptismate, non possumus iterum rebaptizari. *Qui n. mortuus est, Subaudi, semel peccato in baptismo institutus est à peccato, id id est, alienus effectus est ab omnibus peccatis. Quapropter se debet custodire, ne iterum polluat se criminalibus peccatis, quia nō poterit iterum iustificari per baptismum.* Si autem mortui sumus cum Christo, tempore baptismatis peccato eo modo, quod superior texui, Credimus, quia simul etiam vimen tuum Christo in cœlo post generalem resurrectionem scientes quod Christus resurgens à mortuis, id est, à sepulchro, quod propriè locus est mortuorum, vél ab inferno, iam non moriar, mors illi ultra non dominabitur. Hoc laborat Apostolus in hoc loco, vt ostendat credentibus, quia si semel remissionem peccatorum accepérunt non possunt iterum rebaptizari, sicut Christus non potuit baptizari nisi semel. Et sicut Christus surgens à mortuis, iam non moritur, ita & nos semper debemus vivere virtutibus, quia anima, quæ peccaverit criminale peccatum, morietur. Quod autem dicit mors illi ultra non dominabitur. Mortem duplíciter possumus intelligere, siue mortem corporalem, atque temporalem, quæ ad tempus damnata est ei ipso permittente. Siue diabolum, quia ei etiam quodammodo visus est damnari per ministros suos ipso permittente. Intravit enim diabolus in cor Iudeæ, vt traderet Christum, ipse enim suasit Iudeis, & Pilato, vt eum crucifigerent. Quod diabolus mors appellatur, qui mortem attulit mundo ostendit Ioannes inquiens, & nomen illi mors. *Quod enim mortuus est. Subaudi Christus, peccato mortuus est semel!* Iste versiculus ita est distinguendus, vt primum dicatur, *quod n. mortuus est*, ac deinde subsequatur *peccato mortuus est semel*, id est, semper fuit mortuus peccato, quia nunquam peccauit, solus Christus semel mortuus peccato, id est, semper quia nunquam peccauit. Aliter. *Quod Christus mortuus est corporaliter, semel mortuus est pro peccato nostro, non amplius, ita & nos semel morimur in baptismate.* Possumus tamen post baptismum si peccauerimus, mori peccato per dignam pœnitentiam. *Quod autem viuit, viuit Deo.* Christus dum esset mortuus in cruce, & sepultus in monumento videbatur non vivere, sed quid fecit? Intravit dominum fortis, id est, descendit in infernum, abstulit diabolo illos, quos tenebat electos, & potestatem etiam, quam habebat in hoc mundo illi abstulit. Sicque quadragesimo die resurrectionis sua ascendens in cœlum viuit æterialiter Deo, id est, in gloria paternæ maiestatis. *Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato tempore baptismatis viuentes autem Deo.* Melius habetur in græco, vt Origenes dicit cogitate vos mortuos peccato. Et est sensus. Sicut ille, qui crucifixus est nihil aliud cogitat, nisi tantummodo omnipotentis Dei misericordiam exorat, quatenus eius spiritum dignetur suscipere. Sic & Dominus dixit ad Patrem, *In manus tuas commendo spiritum meum, ita & vos, si quando venit mala concupiscentia, & delectatio pravia inflamat vos ad libidinem, & cætera mala perpetranda, cogitate, & reducete ad memoriam, quia in baptismate mortui estis omnibus peccatis, vbi accepistis remissionem delictorum, & talia cogitantes vivite Deo, id est, sapientia, prudentia, castitati, cæterisque virtutibus.* Quicunque enim Deo viuit, omnibus virtutibus viuit, quæ in Deo sunt. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius:* Iam quia mortui estis peccato in baptismo, & viuitis Deo, cauete, ne regnet peccatum in vestro mortali corpore, id est, quamdiu in præsenti sæculo estis. Non dicit Apostolus non sit peccatum in vestro corpore, sed ne regnet. Quamdiu sumus, enim in hoc mortali corpore ad integrum carere peccatis non possumus, de quibus ergo peccatis dicit? de adulterio, de homicidio, & de cæteris criminalibus peccatis, quæ à regno Dei nos separant, non de leuioribus, sicut est peccatum cogitationis, & concupiscentiæ, & quomodo regnat peccatum in nostro mortali corpore? si statim vt pulsauerit nos consentimus, & obedimus delectationi eius, qui subiacemus ei. *Sed neq;*

*neque exhibeatis, id est, præparatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Iniquitas est quicquid contra legem agitur, ideoque per iniquitatem debemus intelligere omnia vitia. Membra corporis nostri ad hoc facta sunt, & sensus corporis nostri ad hoc nobis dati sunt, vt nobis necessaria procurent, & Deo militent. Si autem inclinamus aures ad audiendum detractionem de proximo, & ad delectationem verba otiosa, & carmina meretricum. Si aperimus oculos ad concupiscēdam mulierem. Si malum odorem, id est, malā famam ex nobis fundimus, si delectamur in odo-ribus meretricum, si aperimus os ad loquendum blasphemiam in Deum, vel in proximum. Si extendimus manus ad rapinam, si dirigimus gressus pedum ad effundendum sanguinem, tunc membra nostra exhibemus ad hoc, vt sint arma militan-  
tia peccato, vel diabolo, qui est author peccati, omniumque vitiorum, hoc est, præparamus illa, vt militent peccato, & diabolo, Sed exhibete, id est, præparata-  
nos Deo tamquam ex mortuis viuentes, & membra exhibete arma iustitiae Deo, id est,  
sint Deo arma omnium virtutum militando ei. Si omnia quæ superius diximus de  
membris nostris prætermittentes in Dei seruitio occupauerimus, vt inclinemus  
aures ad audiendum verbum Dei. Aperiamus oculos ad scrutanda eloquia diuina,  
& pauperem respiciendum. Aperiamus os ad enarranda magnalia Dei, exten-  
damus manus ad eleemosynam, dirigamus pedes ad pacem. Bonum odorem de  
his omnibus reddentes tunc membra nostra, arma omnium virtutum erunt, &  
militabunt Deo. Quod autem dicit tamquam ex mortuis viuentes. Sensus est,  
Sicut illi qui Domino resurgente surrexerunt, de quibus dicit Euangeliſta: *Multa  
corpora Sanctorum surrexerunt viuunt quidem, sed neque concupiscere, neque  
peccare appetunt, ita & vos cogitate vos mortuos esse peccato, & viuite Deo de-  
clinantes a peccatis criminalibus. Peccatum enim vobis non dominabitur.* Subaudi,  
Si hoc feceritis, vel utinam peccatum vobis non dominetur. Ibi dominatur  
peccatum, vbi perficitur. Dominatur enim homini, quando homo obedit desideriis eius. *Non enim sub lege es sis, sed sub gratia.* Non etsi, inquit, sub lege Moy-  
si, quæ punit, & damnat peccatores, sed sub gratia Dei, id est, sub remissione  
peccatorum, & quia remissionem peccatorum iam perceptam habetis, non debe-  
tis peccare. *Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus sub lege Moysi, quæ peccato-  
res punit. Sed sub gratia?* quæ peccata dimittit. Poterat aliquis dicere iam quia non  
sumus sub lege, quæ poenam infert peccantibus, quia quicquid deliquerimus, lar-  
ga pietate dimittet nobis per gratiam Christi. Ad hæc Apostolus non affirmando  
sed negando. Nunquid ergo semper peccabimus eo quod lex deest, cuius poe-  
na constringamus? *Absit.* Ut semper peccemus. Qui gratia ita vult nos viuere,  
vt criminalia peccata non committamus. An nescitis, id est, nunquid ignoratis.  
*quoniam cui exhibetis vos ad obediendum serui estis, cui obeditis?* Siue serui pecca-  
ti ad mortem æternam, siue obediens Christi ad iustitiam, si seruimus virtuti-  
bus, & Deo, serui sumus virtutum, & Dei, si vero seruimus vitiis, & diabolo, ser-  
ui sumus vitiorum, & diaboli. *Gratias autem Deo, quod fuitis serui peccati, fuitis  
quidem, sed iam non estis referens Apostolus gratias Deo de fide, & bonis ope-  
ribus eorum, ludat eos, sicut illos, quibus dicebat fuitis aliquando tenebra, nunc  
autem lux in Domino. Obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis:*  
Obedistis inquiens Deo in forma doctrinæ, id est, in doctrina Christianitatis, in do-  
ctrina Ecclesiastica, in qua traditi estis, siue vocati, & assignati Deo; *Liberati au-  
tem a peccato.* Id est, ab omnibus vitiis, & ab omnibus peccatis in baptismō, *Serui  
facti estis iustitiae.* Id est, omnium virtutum, sicut nomine peccati intelliguntur  
omnia vitia, ita nomine iustitiae, omnes virtutes. *Humanum dico propter infor-  
mitatem carnis vestre.* Quid est, quod dicit Apostolus humanum dico, hoc est leue, &  
ad comprehendendum facile, ac si diceret aliis verbis, quia carnales adhuc es-  
tis, nec potestis propter fragilitatem carnis maiora præcepta ferre, & im-  
plere, idcirco leua præcepra vobis committam. Quid enim tam facilè, vt  
Origenes dicit quid tam leue, quam vt sit homo ita promptus ad iustitiam, &  
ad Dei voluntatem complendam, sicut ad mala opera solet esse promptus?  
Multò magis quidem leuius potest virtutibus deseruire, quam vitiis, & DEI  
volun-*

N

Matth. 27:  
ver. 52.  
xlv.

xv.

O

xvi.

xvii.

Ephes. 5:  
ver. 6.

xviii.

xix.

P

voluntatem implere, quam diaboli. Videamus quomodo, & dicamus paucis ex pluribus: est quilibet latro, & quilibet alius iustitia propria viuens non de rapina dum latro cruciatur gelu, frigore, & superfluis meditationibus per dies, & noctes torqueatur. Volens animo, & expectans in agro quomodo furtum perficiat. Iustus securus epulatur in die de laboribus propriis, & quiete noctis cum securitate delestat, & dormiente isto somno gratissimo, plerumque ille, qui gelu, frigor, & inedia famis torquetur, occiditur ab his, quib. vim inferre moliebatur similiter qui adulteriu, perpetrat timet superuenire maritum, & interfici ab illo. Timet etiam vicinos propter famam volantem. Econtra castus, & amator proprii connubii cum securitate seruat castitatem suam, vel etiam securè amplectitur proprium connubium. Quapropter subiungit Apostolus. *Sicut, inquit, exhibuitis, id est, preparasti membra vestra seruire immundicia, id est, libidini, fornicationi, impudicitiae, & iniquitati ad iniquitatem.* Subaudi, perpetrandam ita nunc exhibere membra vestra seruire iustitia in omnibus virtutibus, in sanctificationem, videlicet, ut sancti esse possitis, secundum quod

**Q** Dominus præcipit. *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Per iniquitatem debemus intelligere omnia peccata, quia quidquid contra legem Dei agitur, iniquitas nuncupatur, per iustitiam verò omnes virtutes. Et est sensus, sicut verò præparasti, antequam ad fidem vocati estis, ut seruiretis omnibus immunditiis, omnibusque vitiis, ita nunc in fide iam consistentes præparate omnia membra, & omnes sensus corporis vestri quomodo seruiatis omnibus virtutibus. *Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitia, id est, alieni fuistis à iustitia.* Sicut qui seruit peccato & diabolo, eius seruus est, cui voluntatem adimpler. Sic qui seruit iustitiae, seruus est iustitiae, & Dei, qui enim seruit furto, & adulterio, seruus est adulterii, & furti. Sed & hoc sciendum quia seruum esse iustitiae laudabile est, liberum verò esse à iustitia, non est laudabile, ita seruum esse peccati deceptandum, liberum autem à peccato laudandum. *Quem ergo fructum habuistis tunc.* Subaudi, in illis immunditiis peccatorum, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Romani antequam ad Domini fidem venirent, omnibus vitiis, omnibusque turpitudinibus seruiebant, quae ab Apostolo in hac Epistola sunt iam superius commemorata. Venientes autem ad fidem erubescabant, ac verecundabantur non solum in facto, sed etiam in recordatione eorum. Vnde Apostolus volens eos confirmare, ne ad illa reuerterentur, aiebat, dicate mihi, quem fructum, id est, quid boni consecuti estis, vel quam remunerationem bonam habuistis in illis immunditiis, quas perpetrasti, antequam ad fidem veniretis, in quartum recordatione, & memoria nunc erubescitis, & verecundamini? nam finis, id est, consummatio illorum peccatorum mors æterna est. Quando homo in peccatis criminalibus moritur, & terminum vitæ facit, finis peccatorum mors est illi, quia mortem æternam inde accipit, de talibus dicit Propheta *comparsuerunt iumenta in stercore suo: Iumenta appellantur homines, qui irrationaliter vivunt sine honestate morum & conuersationis, iumenta quippe in stercore computrascere est in foce luxuriæ, & turpitudinib. vitorum vitam finire.* Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Nunc, inquit, liberati à peccato per passionem Christi per aquam baptismatis serui autem facti Deo, qui antea eratis servi diaboli *habetis fructum operum vestrorum in sanctificationem,* quia opus vestrum sanctum sanctificationem vobis procurat, finem verò vitam æternam, id est, propter consummationem operum vestrorum habetis vitam æternam, quae

**I**oel. i. v. 16. **R** S. **xxi.** vobis dabatur per persecuantiam vestram *Stipendia enim peccati,* id est, remuneratione peccatorum mors æterna est, non tamen de omnibus peccatis intelligendum est, sed de criminalibus, & de quibus dicit Ioannes, *est peccatum ad mortem.* Non pro hoc dico, vt quis roget: Stipendium dicitur à stipendiis pendenda, id est, substantia ponderanda. Antiquius enim potius ponderabatur pecunia, quam numerabatur, vnde militibus pro vita Regis, & libertate patriæ militantibus. Stipendium, hoc est, substantia & remuneratione ex publico æario conferebatur, & sicut illis remunerationis causa stipendium dabatur, ita militantibus diabolo dabatur mors, siue damnatio æterna pro remuneratione. *Gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu.*

**xxii.** **I**oan. 5. **v.** 6. vobis dabatur per persecuantiam vestram *Stipendia enim peccati,* id est, remuneratione peccatorum mors æterna est, non tamen de remuneratione electorum dicit gratiam Dei? ideo quia illi, qui

qui militant propriam mercedem accipiunt. Quicquid autem electi habent, totum ad gratiam Dei accipiunt, siue fidem, siue charitatem, siue aliquod bonum opus habeant, & insuper pro gratia ista fidei, & bonorum operum, accipient gratias à Deo vitam æternam per adiutorium Iesu Christi, sine quo nihil boni habere possumus.

## C A P V T VII.

In similitudinem mulieris cuius vir defunctus est, nos per Christum soluti sumus à lege, qua peccatorum affectus reddebantur vehementiores, ut seruiamus Christo in nouitate spiritus: occasione autem legis peccatum indicantis, magis se exeruit & crevit peccatum: quanquam lex sancta esset ac spiritualis: imo & nunc aduersante carnis fomite allicimur, quantumuis repugnantes, ad ea quæ secundum rationem detestamur, legique sunt contraria.

**A** N ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit? + Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. + Figitur, viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: ut non sit adultera si fuerit cum alio viro. + Itaque fratres mei, εγενόμητε mortificati estis legi per corpus Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. + Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. + Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, εγενόμητe in vetustate literæ. + Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. + Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. + Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. + Ego autem mortuus sum: εγενόμητe inuenit mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. + Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, εγενόμητe per illud occidit. + Itaque p̄x quidem sancta, εγενόμητe mandatum sanctum, εγενόμητe iustum, εγεgenōmēt e bonum. + Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: ut fiat supermodum peccans peccatum per mandatum. + Scimus enim quia p̄x spiritualis est: ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. + Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc

E ago:

16. ago : sed quod odi malum , illud facio. + Si autem quod nolo ;  
 17. illud facio: consentio legi , quoniam bona est. + Nunc autem iam  
 18. non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. + Scio e-  
     nim quia non habitat in me , hoc est in carne mea , bonum. Nam  
 19. velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. + Non e-  
 D 20. nim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum. hoc ago. +  
 21. Si autem quod nolo , illud facio : iam non ego operor illud, sed quod  
 22. habitat in me , peccatum. + Inuenio igitur legem , volenti mihi fa-  
 23. cere bonum , quoniam mihi malum adiacet : + condelector enim legi  
 Dei secundum interiorem hominem : + video autem aliam legem in  
 24. membris meis , repugnantem legi mentis mea , & captiuantem me in  
 25. lege peccati , que est in membris meis. + Infelix ego homo , quis me  
     liberabit de corpore mortis huius ? + Gratia Dei per Iesum Christum  
     Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei ; carne au-  
     tem, legi peccati.

**A** N ignoratis fratres, id est nunquid ignoratis, quæ ego dicturus sum ? (Scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Comi-  
 parationem in hoc loco , & in sequentibus à lege humana tendens ad legem diuinam, siue ad legem Moysi , ad legem Euangeli gentibus Iudeisque loquebatur Apostolus habitantibus Rōmā, ex quibus Iudæi legem diuinam scie-  
 bant, Romam quoque ab Atheniensibus leges sibi nunciauerant, quorum Rex fo-  
 rō eius leges vnas composuerat, ideoque dicit scientibus legem de lege loquor.  
 Quæ hanc habet consuetudinem, ut vnicuique homini dominetur quanto tempore ipse homo viuit. Verbi gratia Romanus quanto tempore viuit sub dominio Roma-  
 ñæ legis consistit, Gallus, & Hispanus, similiter Iudeus, & Christianus, monachus,  
 & canonicus quanto tempore viuit sub dominio suæ legis viuunt. *Nam quæ sub vi-  
 ro est mulier viuente viro alligata est legi*, id est potestati viri, si autem mortuus fuerit  
 vir eius , soluta est à lege viri. Secundum legem Moysi , & Euangeli, nec non & le-  
 ges humanas, ista est consuetudo , ut viuente viro sub eius potestate sit mulier. Mortuo vero illo soluitur à potestate illius , & potest nubere cui vult, vel aliter si acceperit Gallus homo vxorem Romanam genere, quamdiu vir eius vixerit , sub ea lege viuet , quæ vir eius , & per eam respondet interrogata in populo. Mortuus  
 autem viro reuertetur ad propriam legem , & deinceps non viuit sub lege viri. Pro-  
 pterea digna consideratione perpendendum est, duos viros in hoc loco spiritualiter  
 ab Apostolo introduci, & unam mulierem unus autem vir lex intelligitur Moysi ,  
 quæ sicut vir super vxorem , ita illa tenebat dominium super Israheliticam ple-  
 bem. Alter vero vir accipitur peccatum, quod plerunque dominatur animæ.  
**B** Mulieris autem nomine, vel specialiter unamquamque animam , vel generaliter totam plebem Israheliticam vult intelligi. Quod in sequentibus distinctè singulis  
 in locis manifestabitur. Nam cum dicit Apostolus, quæ sub viro est mulier, per  
 virum vult intelligi legem Moysi , per mulierem autem specialiter quamlibet an-  
 imam , vel generaliter plebem Israheliticam , ut diximus , quæ sub lege Moy-  
 si consistebat. Quod vero subiungit viuente viro alligata est legi per virum,  
 hic vult intelligi passiones carnis , id est vitia , quæ quamdiu viuunt  
 in homine , alligata est legi Moysi , quæ dicit si quis hoc , vel illud  
 fecerit morte moriatur. Et est sensus, Anima , vel plebs , quæ sub viro id est  
 sub lege Moysi consistit viuente viro , id est regnantibus in illa passionibus de-  
 lectionum , & vitii carnis subiaceat legis Moysi vindictæ , quæ data est impiis;  
     & peccatis.

& peccatoribus. Si autem mortuus fuerit vir eius, id est si mortua fuerint in anima peccata, & vitia carnis, soluta est à lege viri hoc est non est iam subiecta legi Mosaicæ, quia nihil habet, quod ei debeat, lex enim non est posita iustis, sed impiis, & peccatoribus. Viuit & regnat peccatum in anima, quando statim ut pulsat hominem perficitur. Moritur, quando mens non obedit eius suggestioni, & delectationi, *Igitur viuente viro vocabitur vxor, adultera si fuerit cum alio viro.* Hoc simpliciter est intelligendum. ut eo modo, quod & illud in Euangelio: *Omnis qui dimiserit uxorem, & alteram duxerit excepta causa fornicationis moechatur, & qui dimittit, si alteram accepit, & qui dimissæ copulauerit se vterque adulterium perpetrat.* Potest tamen non inconuenienter referri ad plebem Israheliticam, sicut & supra. Quam diu lex viuit, tamdiu obseruari debuit à Iudeis, si quis Iudeorum reliquit illam, & cultum veri DEI, & se copulauit errori gentilium adorando illa, adulter fuit. Vnde etiam ipsa plebs meretrix appellatur dicente Ezechiele *propterea meretrix audi verbum Domini, si autem mortuus fuerit vir eius liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.* Ad literam satis patent, si mortuus fuerit vir eius, id est si mortua fuerint peccata, & vitia carnis quæ solent plerumque dominari animæ, liberata est à lege Viri, id est à lege Moysi quæ tamdiu dominabatur homini, quamdiu peccabat, & non erit adultera, si fuerit cum alio viro, id est cum CHRISTO, & sub EVANGELIO. Anima enim, quæ liberata est à peccatis, CHRISTO debet adhærere, *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per Corpus CHRISTI.* Debuerat dicere mortua vobis est lex, sed ne scandalizaret Iudeos quibus ista scribebat, maluit dicere mortificati estis legi, quia non habet, quod puniat in vobis, si enim dixisset mortua lex est, contristarentur, & scandalizarentur, eo quod diceret illam abolitam, & mortuam: Illi enim mortificati sunt legi, in quibus nihil habet, quod puniat, cum dicit per Corpus CHRISTI mortificati estis legi, de quo Corpore loquitur? Nam Corpus CHRISTI est, quod assumpsit in vtero virginali, Corpus CHRISTI est tota ecclesia fidelium, Corpus CHRISTI est, quod quotidie consecratur in Ecclesia. Apparet ergo de illo Corpore dixisse Apostolum, quod assumpsit in vtero virginali, per Corpus suum ergo CHRISTVS nos liberauit à lege, id est per passionem Corporis sui dedit nobis remissionem peccatorum, ut iam non simus subiecti legi, si peccare desistimus. *Vt sitis alterius, id est CHRISTI, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deos,* Ideo, inquit, redempti estis passione CHRISTI, ideo accepistis remissionem peccatorum, ut iam non sitis subiecti legi, sed CHRISTO, & ut fructificemus DEO. Ille fructificat DEO, qui animas ei multiplicat, & qui acquirit verbo, exemplo, & quibuscumque modis. *Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, que per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificantur morti.* Cum essemus, inquit, in carne, id est in spe carnalium terum positi, & in concupiscentiis carnalibus, passiones peccatorum adulterium videlicet rapina, homicidium, quæ per legem erant cognita hominibus, & quæ per legem cognoscebantur esse peccata operabantur in membris nostris vitia, atque peccata ut fructificantur morti, hoc est, ut mortem æternam nobis adquirerent, sicut enim qui seruit virtutibus fructificat vitæ æternæ, quia vitam æternam sibi acquirit. Ita qui seruit vitiis mortem æternam sibi acquirit. *Stipendium enim, & remuneratio peccati mors æterna est.* Nunc autem soluti sumus per passionem CHRISTI, & per baptismum à lege mortis, id est à lege Moysi, quæ mortem inferebat peccatoribus, in qua detinebamur, subaudi antequam per Christum solueremur, ita ut seruiamus in nouitate CHRISTI, & non in vetustate literæ. In vetustate literæ seruit, qui circumcisioñem, & Sabbatum carnaliter seruat, & qui per carnalem obseruantiam legis putat se posse saluari. Ille vero seruit in nouitate spiritus, qui circumeisionem spiritualiter seruat, & circumcidit cor suum ab omnibus vitiis, & quiescit à prauo opere, & cætera, quæ lex docet spiritualiter intelligit, & adimpleret. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est?* Absit, ut lex, quæ pec-

C

Ezech. 18.  
vers. 35.

iv

D

v.  
ERom. 6.  
vers. 23.

vi.

vii.

cata prohibet, causa peccati nobis data sit, Iudex quidem est peccatorum, & docet, quid sit appetendum, & quid vitandum, tamen non est operatrix peccati, neque causa mortis est illis, qui peccant. Verbi gratia. Sicut medicus, qui iubet hominem abstinere à cibis mortiferis, & à succo venenato herbae, si ille comederit, aut biberit contra præceptum medici, & mortuus fuerit, non idcirco est medicus causa illius mortis, quia prohibuit, sed ipse sibi est causa mortis, qui comedit de prohibitis, ita lex, quæ prohibebat peccata dicens, si quis hoc, vel illud fecerit morte morietur, peccantibus, & ea facientibus; quæ ipsa prohibebat, nec erat causa mortis, sed ipsi qui transgressores existebant, erant sibi causa suæ damnationis, *Sed peccatum non cognoui nisi per legem*, id est poenam, & vindictam peccati non cognoui nisi per legem, quæ punit peccata, vel etiam quædam mala opera non cognoscebam, quod peccatum essent usque lex venit. Erant enim quædam peccata, quæ ante legem non putabantur esse peccata, sicut erat peccatum concupiscentiæ, de quo ipse subiungit, *Nam concupiscentiam libidinis, aliarumque malarum rerum nesciebam esse peccatum, nisi lex dicaret, non concupisces.* Per concupiscentiam intelliguntur & alia quædam peccata, quæ ante legem ignorabantur peccata esse, vel qua poena digna essent. *Occasione autem accepta peccatum per mandatum legis operatum est in me omnem concupiscentiam.* Ex persona Iudeorum loquitur Apostolus poenitentiam agentium, vel ex persona viuisque hominis poenitentiam agentis, Nam quando ista loquebatur gratia baptismatis iustificatus erat, peccati autem nomine isto in loco Beatus Ambrosius Diabolum vult intelligi, qui est author peccati. Videns enim Diabolus, quod per obseruantiam legis redditurus esset homo ad veniam, inuidit iterum ei, sicut & primo homini, consideransque legem, inuenit quomodo per transgressionem eius posset illum damnare, quem antea damnauerat per originale peccatum. Accepta occasione per transgressionem legis inflammatum illum non solum ad concupiscentiam libidinis, sed omnium vitiorum, ut per concupiscentiam fieret prævaricator legis, nam hoc habet proprium, transgressionem humanæ mentis infirmitas, ut difficilis obseruari possint prohibita *sine lege enim naturali*, vel Moysi peccatum mortuum erat, id est latebat, ignorabatur, non apparebat, antequam naturalis lex, & intellectus incipiat vigere in partulis, aliisque hominibus, licet percutiant patrem, & maledicant parentibus non peccant. Postquam autem ad legitimos annos intelligentiæ venerint, si aliquid tale fecerint peccant, & vindictam recipiunt. Similiter antequam lex Moysi data esset, erant quædam peccata, quæ ignorabantur peccatum esse, quæ commissa non tantæ grauitudinis erant, vel si cognoscebantur esse peccata, latebat qua poena digna essent, *Ego autem viuebam aliquando sine lege.* Se autem ponit pro omnibus, & est sensus, aliquando, id est antequam legem cognoscerem viuere arbitrabar rectè cum penè omnibus vitiis deseruirem, *Sed cum venisset mandatum legis Moysi*, si quis hoc, vel illud fecerit, morte moriatur, *renixit peccatum*, Illud autem dicitur reuiuscere, quod iam vixit, & peccatum in primo quidem homine vixit, qui scienter peccatait, & in Cain qui dixit: *Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, sed in filiis eius mortuum est, qui ad tantum deuenerunt errorem, ut non putarent esse peccatum, quod erat peccatum. Adueniente autem lege Moysi reuixit, quod cæperat non viuere, quando latebat. *Ego autem mortuus sum*, id est dignum me morte intellexi, postquam accepi legem, & transgressus sum eam. *Et inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam hoc esse ad mortem.* Sensus huiusmodi est, illud mandatum, quod mihi ad hoc datum est, ut obseruatum, & custoditum, proficeret ad vitam æternam, & ita factum est, ut quod mihi pro bono datum est, meo vitio mutaretur in malum, *Nam peccatum*, id est diabolus author peccati *occasione accepta per mandatum legis*, eo modo, quo paulò superius diximus *se duxit me*, & decepit dulcedine peccati, & concupiscentiæ, ut eam implerem, à quibus lex prohibet, & per illud mandatum, hoc est per transgressionem mandati occidis me in anima. *Itaque lex sancta, & mandatum sanctum,* *et ibo-*

viii.

G

H

ix.

Gen. 4.  
verf. 13.

x.

I

xi.

xii.

est bonum, & iustum. Vnum mandata accipe pro omnibus mandatis. Lex sancta & iusta, & bona, quia sanctitatem, iustitiam, bonitatemq; prædicat, & obseruatores suos sanctos, iustos, & bonos facit. Quod ergo bonum est, mibi factum est mors? id est mandatum legis, quod per se bonum est, si obliteretur mihi factum est mors? Absit, vt sit illud mihi causa mortis. Non enim me occidit illud mandatum legis, quod per se bonum est, sed ego me occidi, & causa meæ mortis fui transgrediendo illud. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mandatum legis operatum est mihi mortem. Peccatum in hoc loco intelligitur diabolus secundum Beatum Ambrosium, sicut & in superioribus. Non ergo lex mihi mortem operata est, sed diabolus, vt appareret peccatum, id est inimicus humani generis esse per transgressionem boni mandati operatus est mihi mortem, quia ad mortem me traxit. Aliter secundum Beatum Augustinum. Peccatum, quod ante legem latebat ignorabatur esse peccatum, vt appareret quod esset per transgressionem legis duxit me ad mortem, quia maiori poena dignus fui si peccauit postquam legem cognoui, quia scienter peccauit. *Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum legis.* Erat ante datam legem Moysi magnum peccatum originale, & actuale, quod cognoscetur, transgressio quoque naturalis legis: Sed istud peccatum excrevit prævaricationem scriptæ legis quæ dicit: Non occides, non concupisces rem proximi tui, & cætera, & cum dicit *vt fiat supra modum ostendit quandam modum, & mensuram esse peccati.* Unde Dominus dicit ad Abraham. Nec dum completa sunt peccata Amorrhæorum, Et ad Iudeos *implete mensuram patrum vestrorum.* Omné ergo mensuram peccati, quæ erat ante legem transcedit prævaricatio mandati legis. Et tale est ac si dicaret. Ideo diabolus se duxit hominem per dulcedinem peccati, vt fiat per transgressionem mandati supra modum peccans peccatum id est deterius, & maximum peccatum, vel ut Beatus Hieronymus dicit, peccatum peccati. *Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sum sub peccato.* Ex persona generis humani loquitur hic Apostolus, & in sequentibus vel etiam ex persona cuiuscunque hominis pœnitentiam agentis, & ex toto corde ad Deum conuertentis, Lex Moysi spiritualis est, quia spiritualia præcepta habens ea docet, quæ ad salutem animæ, pertinent, vel etiam spiritualis dicitur, quia spiritualiter se vult intelligi à nobis. Ego autem carnalis sum, id est mortalibus adhuc, Ideoque in carnibus desiderius, & concupiscentiis spem pono venundatus sub peccato. Primus homo accepta dulcedine vetiti pomi, vendidit semetipsum diabolo in seruum, cum liber esset, & omnis, qui concupiscentia carnali delectatur, & dulcedine peccati fruitur diabolo, & peccato se vendit cui se supponit. *Quod enim operor non intelligo.* Personam duorum hominum assumit in his verbis Apostolus, interioris videlicet, id est mentis, & exterioris, id est carnis. Quid operabatur Apostolus concupiscebatur contra legis præceptum, quia concupiscebatur contra legis præceptum, quam concupiscentiam non intelligebat, id est non approbabat non eligebat, neque perficerere oportebat. Norandum autem multa loqui hic Apostolum ex persona generis humani de concupiscentia, per quam debemus intelligere yniuersitatem vitiorum quoniam omnia per concupiscentiam explentur, nullum enim peccatum perficitur sine concupiscentia. Verbi gratia. Qui facit homicidium concupiscit illum occidere, aut vim infert, sic de cæteris vitiis intelligendum. *Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi, illud facio.* Quid volebat Apostolus? volebat non concupiscere, & tamen concupiscebatur. *Si autem, quod nolo, illud facio, id est concupisco, consentio legi,* quoniam bona est, licet concupisceret per fragilitatem carnis, tamen quia mente nobiliter concupiscere, concordabat legi dicenti: Non concupiscere. Nunc autem sub audis gratia Dei confortatus. *Iam non ego operor illud desiderium peccati, neque concupisco affectu mentis, sed quod habitat in me peccatum.* Id est multa consuetudo peccandi, quam traxi ex Adam, operatur in me concupiscentiam. *Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* Cum dicit non inhabitat in me, totum posuit pro parte, sicut Maria in Euangilio: *Tulerunt, inquit, Dominum meum, id est corpus Domini mei.* Sed subiungens, hoc est in carne mea exposuit ipse, quod esset, quod dixit non inhabitat in me aliquod bonum, & separavit effectum mentis à desiderio carnis, in qua nihil bonum est, quia semper delectatur carnalia opera perficere.

xiii.

K

Gen. 15.  
vers. 16.  
March. 23.  
vers. 32.

xiv.

L

xv.

M

xvi.

xvii.

xviii.

Ioan. 20.  
vers. 13.

N ficer. *Nam velle adiacet mihi*, id est, inest mihi velle, & voluntas est mentis, ut non concupiscam malum, quod non velim, perficere autem bonum non inuenio, quia non possum non concupiscere: perfectum bonum est non solum perficere, sed nec concupiscere; *Non enim, quod volo bonum, hoc facio*, quia nolo concupiscere, & concupisco; *sed quod nolo malum, hoc ago*, quia concupisco, si autem, quod nolo, illud facio, Id est concupisco, & delector in carnalibus desideriis non ego operor illud desiderium rationabilitate mentis, & intentione, *sed quod habitat in me*, peccatum, id est mala consuetudo peccandi. *Inuenio igitur mihi volens facere bonum*, ut non concupiscam, *quoniam mihi malum adiacet*. Consuetudo videlicet prava, & concupiscentia peccati ordo verborum est, Mihi volenti facere bonum inuenio legem bonam, & vtilem, ac si diceret aliis verbis, quia delectatio carnis, & suggestio diaboli impellunt me ad malum, mihi volenti facere bonum inuenio legem Moysi, quae præcepit declinare mala, & facere bona. *condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem*, id est secundum rationabilitatem mentis, lex dicit, non concupiscere, & ego delector illi, quia nolo concupiscere, ideoque quod illam delectat, delectat & me. *Video autem aliam legem in membris meis repugnarem legi mentis meae*, id est rationabilitati, & intentioni mentis, & captiuantem me in lege peccari, id est captiuare volentem in lege malæ consuetudinis, *qua est in membris meis*, legem membrorum appellat onus, pondusque mortalitatis, quia corpus nostrum adhuc mortale trahit nos quotidie ad concupiscentiam malam, & consuetudinem prauam. Lex membrorum corporis est concupiscere, sicut lex mentis non concupiscere. Alio modo secundum Beatum Gregorium, alia lex, quae est in membris repugnans legi mentis, intelligitur titillatio carnis, id est promotio ad libidinem, vel certe omnis concupiscentia mala. *Infelix ego homo, quis me liberabis de corpore mortis huius?* gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Ex persona generis humani loquitur, sicut & superius, velex persona illorum, qui recedunt à peccatis, & ex toto corde desiderant Deo seruire, sed inpugnantur à concupiscentiis carnis, & delectationibus corporis, ideoque desiderant liberari à corpore mortali, & corruptibili, per quod trahuntur ad concupiscentiam. Sed non omnes homines liberabuntur ab hoc corruptionis corpore: Reprobi enim, licet recipient corpora immortalia, non tamen ideo liberabuntur à corruptione, quia corruptibles erunt, & poterunt corrupti à vermis, & igni, Ut sicut in corpore, & anima propriis delectationibus seruerunt, & voluptatibus, Ita in corpore, & anima poenas æternas luant. Electi autem liberauntur in die iudicii ab omni fæce peccati, & mortalitatis, atque corruptionis, quia recipient corpora immortalia, & incorruptibilia, in anima quoque incommutabilitatem, nec poterunt ultra concupiscere, aut aliquid mali cogitare, sed in Dei omnipotentis contemplatione erunt intenti, Et hoc per gratiam Dei Patris, & adiutorium Domini Iesu Christi, per quem omnia bona habemus. Aliter corpus mortis possumus intelligere vniuersitatem vitiorum. Sicut enim iam superius dictum est vnumquodque peccatum per se membrum est, vniuersitas vero peccatorum corpus appellatur, quod idcirco corpus mortis dicitur, quia mortem æternam infert, de quo corpore mortis, id est Vniuersitate omnium peccatorum exorabat Apostolus liberari, *Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccasti.* Rationabilitate mentis, & intentione seruo legi Dei consentiendo ei dum nolo concupiscentiæ carnali subiacere, Carne autem legi peccati, id est consuetudini malæ, quia concupisco, in quantum malignus spiritus suggredit, & caro delectat, homo legi peccati seruit, in quantum vero mens his contradicit, legi Dei seruire contendit,

## CAP V T VIII.

Concludit Christo per baptismum insitos ab omni damnatione esse liberos, qui non carnem sectantur, sed spiritum quem acceperunt: spiritum inquam adoptionis qui Dei filios ac futuræ gloriæ cum Christo cohæredes efficit, ad cuius gloriaræ reuelationem non solum vniuersa aspirat creatura, vanitati interim subiecta: sed & hi qui spiritus acceperunt primitias, illam certa spe expectant spiritu eos roborante, & quid orandum sit instruente. Declarat etiam incomparabilem Dei erga suos exhibitam in Christo charitatem, afferens nihil posse eos à charitate Dei separare quæ est in Christo Iesu.

**N**ihil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. + Lex enim spiritus vita in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis: + Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, + ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. + Qui enim secundum carnem sunt: que carnis sunt, sapiunt, qui vero secundum spiritum sunt: que sunt spiritus, sentiunt. + Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. + Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. + Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt: + Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. + Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. + Quod si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. + Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. + Si enim secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritus facta carnis mortificaueritis, viuetis. + Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ijs sunt filii Dei: + Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba (Pater.) + Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. + Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & glorificemur. + Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. + Nam expectatio creature, reuelationem filiorum Dei expectat. + Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propterea, qui subiecit

1. A  
2. B  
3. C  
4. D  
5. E  
6. F  
7. G  
8. H  
9. I  
10. J  
11. K  
12. L  
13. M  
14. N  
15. O  
a. Timo. 1.  
b. Gal. 4. 4.  
16. P  
17. Q  
18. R  
19. S  
20. T

21 *eam in spe: t quia E⁹ ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis,*  
 22 *in libertatem gloria filiorum Dei. t Scimus enim quod omnis creatu-*  
 23 *ra ingemiscit, E⁹ parturit usque adhuc. t Non solum autem illa, sed*  
 24. *E⁹ nos ipsi primitias spiritus habentes; E⁹ ipsi intra nos gemimus, ad-*  
 25. *optionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri. t Spe e-*  
 26. *nim salutis facti sumus. Spes autem qua videtur, non est spes: nam quod*  
 27. *videt quis, quid sperat? t Si autem quod non videmus, speramus: per*  
 28. *patientiam expectamus. t Similiter autem E⁹ Spiritus adiuuat infirmita-*  
 29. *tem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spi-*  
 30. *ritus postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. t Qui autem scru-*  
 31. *tatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum po-*  
 32. *stulat pro sanctis. t Scimus autem quoniam diligentibus Deum om-*  
 33. *nia cooperantur in bonum, q̄s, qui secundum propositum vocati sunt.*  
 34. *sancti. t Nam quos praesciuit, E⁹ predestinavit conformes fieri ima-*  
 35. *ginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. t Quos au-*  
 36. *F tem predestinavit. hos E⁹ vocavit: E⁹ quos vocavit, hos E⁹ iustifica-*  
 37. *vit, quos autem iustificavit, illos E⁹ glorificavit. t Quid ergo dicemus.*  
 38. *adhac? f. Deus pro nobis, quis contra nos? t Qui etiam proprio Filio*  
 39. *suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non*  
 40. *etiam cum illo omnia nobis donavit? t Quis accusabit aduersus electos*  
 41. *Dei? Deus qui iustificat. t Quis est qui condemnnet? Christus Iesus,*  
 42. *qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui et-*  
 43. *iā interpellat pro nobis. t Quis ergo nos separabit à charitate Chri-*  
 44. *sti? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum?*  
 45. *P̄l̄m̄. 45. an persecutio? an gladius? t (sicut scriptum est: Quia propter morti-*  
 46. *d. 23. tificamur tota die: astimatis sumus sicut oves occisionis.) t Sed in his o-*  
 47. *mnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos. t Certus sum enim,*  
 48. *quia neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes,*  
 49. *neque instantia, neque futura, neque fortitudo, t neque altitudo, ne-*  
 50. *que profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate*  
 51. *Dei, qui est in Christo Iesu Dominino nostro.*

1 **A** *Nihil ergo nunc damnationis est in Christo Iesu, qui non secundum carnem*  
 2 *ambulant. Hinc datur nobis intelligi, quia se ponit pro omnibus fidelibus,*  
 3 *qui mente legi Dei seruiunt, licet carne concupiscant, nihil damnationis est*  
 4 *illis, qui non ambulant secundum carnem, id est, secundum carnalia desideria non*  
 5 *viuunt, vel certe in illis, qui iam de corpore mortis sunt liberati, id est, qui vniuersitate*  
 6 *peccatorum tempore baptismatis per gratiam Dei sunt extuti, & in eadem sanctitate manent, nihil est damnationis, quod morti æternæ subiaceant. Lex enim spiritus*  
 7 *vita in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis. Legem appellat gratiam Spir-*  
 8 *itus sancti, qui Spiritus vitæ appellatur, quia quoscunque repleuerit viuere, facit in*  
 9 *virtutibus, & dimittendo peccata perducit ad vitam æternam. Lex enim spiritus vi-*  
 10 *ta, id est, gratia Spiritus sancti, quæ viauicat nos in anima, tempore baptismatis libe-*  
 11 *rauit me à consuetudine peccati, per quam venitur ad damnationem mortis æter-*  
 12 *nae.*

nam; Aliter legem in hoc loco gratiam sancti Euangelii possumus accipere, quam per Spiritum sanctum didicimus, ubi nobis promittitur vita æterna. Vel lex fides intelligitur, quæ Spiritus sancti esse dicitur, quia ab illo, & per illum conceditur. Nemo enira dicit Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, & fides vita est, quæ ad vitam æternam nos ducit. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati.* Impossibile erat legi, ut hominem iustificaret, & mundaret à peccatis, & ut ianuam patriæ coelestis aperiret, quod gratiam Euangelii per passionem Domini Saluatoris, & per aquam baptismatis credentibus præstat. Et in hoc erat ei impossibile istud facere, in quo infirmabatur per carnem, hoc est, per carnales obseruantias, & per carnalem conuersationem illorum, qui carnaliter eam intelligebant, atque carnaliter vivebant. Impossibile enim erat sanguine hircorum mundari peccata, & non venerat peccata tollere, sed ostendere. In hoc infirma erat, quia neque hominem se carnaliter obseruantem, neque ea destruentem, quæ ipsa præcipiebat, iustificare poterat, ideoque infirmabatur per carnem, quia à nullo mortalium secundum carnem impleri poterat. Vnde beatus Petrus dicit: *Quid tentaris Deum, imponere iugum super carnales fratrum; quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus*, vel in hoc infirmabatur per carnem, quia propter concupiscentiam carnis neminem iustificabat. Sicut enim medicus in ea parte est infirmus, in qua non potest cæco lumen reddere, aliisque infirmis sanitatem præbere, ita lex in ea parte erat infirma, in qua non poterat hominem mundare a criminalibus peccatis, sed D E V S Pater mittens Filium suum ad saluandum genus humanum, quæ missio nihil est aliud, quam illius incarnatio, quod lex non poterat conferre, constituit ipse. Quare autem dicit in similitudine carnis peccati illum missum, cum in veritate credendum sit eum verum corpus assumptissimum ex carne, & ossibus. Corpus nostrum, siue caro nostra, caro peccati est, quia libidinoso vsu procreatur. Ideoque cum peccato concipitur, cum peccato originali nascitur, & in hoc sæculo sine peccato non potest conuersari. Corpus vero C H R I S T I non libidinoso vsu maris, & fœminæ est procreatuum, sed opere Spiritus sancti de semine mulieris sine semine viri, ideoque sine peccato conceptus, sine peccato est natus, & sine peccato ab hoc mundo transiuit, & in hoc fuit caro illius in similitudinem carnis peccati, quia veram carnem habuit, sed sine peccato, quod nos habemus. *Et de peccato damnavit peccatum in mortem.* Licet difficilis videatur iste versiculus. Sensus tamen iste est: Peccatum appellat Apostolus in hoc loco carnem Christi, non quod peccati maculam habuerint, sed quia pro peccatoribus oblata est. Sicut idem Apostolus alias dicit *eum*, id est, Christum D E V S Pater *pro nobis peccatum fecit*, id est, hostiam pro peccatis. Sic enim appellabatur hostia pro peccato in veteri testamento. Maximè in septuaginta interpretibus, ubi dicitur, posuit manus suam super caput peccati, id est, super caput hostiæ, quæ offerebatur pro peccato. *De peccato damnavit peccatum in carne sua*, id est, de carne sua, quæ fuit hostia, pro peccato damnavit peccatum humani generis non peccando per carnem. Dupliciter enim damnauit, siue occidit, & mortificauit peccatum generis humani, vel quia non peccauit in carne sua, vel etiam mortificando illud in cruce. Tale est hoc, quasi quis de barbaris victoriæ sumat, de barbaris, & de Gothis vincat Gothos, *Et iustificatio legis implaretur in nobis*, id est, ut per passionem eius redempti, & per baptisimū ab omnibus peccatis liberati, per Spiritum quoq; sanctum roborati opera legis spiritualiter implere possimus, per cuius impletionem possumus iustificari. *Qui non secundum carnem ambulamus*, id est, qui secundum carnalia desideria non viuimus, *sed secundum spiritum sanctum*, id est, secundum quod Spiritus sanctus docet, & præcipit, vel certè idcirco damnauit de hostia pro peccato peccatum humani generis, seu diabolum, qui est author peccati, ut iustitia, quam lex præfigurabat in sacrificiis suis, in agno, scilicet, in ariete, columba, & turture compleretur in nobis per Christum in eius passione, quem illa significabant. *Qui enim secundum carnem sunt*, id est, qui carnaliter viuunt, & carnalibus delectationibus fruuntur, *Quae carnis sunt sapient*, hoc est, carnalia, & temporalia solummodo requirunt non curates de spiritualibus.

B

III.

*Autor. 35.  
vers. 10.*

G

*2. Cor. 5.  
vers. 2. 1.*

D

IV.

Qui

**E** *Qui verò secundum spiritum viuunt, id est, qui secundum, quod ipse docet, & eius voluntas est, viuunt, qua sunt spiritus, sentiunt, id est, spiritualia sentantur; gaudia patriæ coelestis, quærentes. Aliter homo ex duabus substantiis constat ex carne, & anima, si actus carnis superauerint affectus mentis, carnalia ac temporalia tunc homo requirit, si verò affectus spiritus, siue mentis superauerit, actus carnis, tunc spiritualia sentatur. Nam prudentia carnis mors est. Prudentia carnis, siue carnalis hominis est malum pro malo reddere, carnalia desideria sectari. Quæ si quis impleuerit mortem æternam sibi acquirit. Philosophi definierunt prudentiam esse bona temporalia appetere, & mala temporalia cauere. Quæ prudentia, quia carnalis est, idcirco generat mortem æternam, quoniam dum bona præsentis vitæ omni auiditate desiderantur, & aduersa pro Christi nomine vitantur, bona æternæ vitæ pro nihilo habentur. Prudentia, spiritus, vita, & pax. Prudentia spiritus, id est, rationabilitas mentis, est, malum pro malo non reddere, amicos in Deum, & inimicos diligere propter Deum, orare pro persequentiibus, & calumniantibus, iuxta quod Euangelium præcipit, cuncta temporalia, ac transitoria spernere, gaudia Patriæ coelestis toto nisu mentis appetere. Prudentia enim mentis, & in præsenti pacem habet non reddendo malum pro malo, & in futuro vitam æternam meretur. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Quod superius dixit, prudentiam carnis, modo appellat sapientiam carnis; Sapientia autem carnalis hominis, & mundani est in rebus caducis spectare, & ea operari, quæ superius diximus; Legi enim Dei, id est, legi Euangeli quæ dicit malum pro malo non reddas, non est subiecta sapientia carnalis. Quare? quia non potest, & quare non potest? quia non vult, timens amittere bona temporalia. Dum enim malum pro malo reddunt odientes se inuicem, Euangelio contrarii existent, quod præcipit inimicos diligere. Qui autem in carne sunt, id est, qui secundum carnalia viuunt, & in spe carnalium bonorum sunt positi, Deplacere non possunt. Subaudi, quamdiu in talibus manent, Vos autem ò Romani in carne non estis, id est, carnibus desideriis, quia iam mortificati estis membra vestra cum vitiis, & concupiscentiis. Sed in spiritu estis, id est, in spiritualibus rebus, & spiritualia quæritis. Sitamen spiritus Dei habitat in vobis. Hoc est, si Spiritus sanctus habitat in vobis, tunc vtique spiritualiter viuitis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus sanctus communis est Patris, & Fili spiritus. Quomodo potest cognosciri Spiritus sanctus habitat in nobis? per operationem bonam, & veram, quia Spiritus sanctus disciplinæ effugiet ritum. Quicunque opera Christi imitatur, vt oret pro persequentiibus, & calumniantibus, vtique spiritum eius habet in se habitantem, id est, Spiritum sanctum, qui est titulus possessionis eius, quia quæcunq; repleuerit ad corpus Christi facit pertinere. Qui verò Christum non imitatur, nec spiritum eius habet, neq; pertinet ad partem illius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est, id est, mortale & mortalium propter peccatum Adæ, & propter actualia postmodum commissa. Spiritus verò, id est, anima viuit apud Deum per fidem propter insipitationem fidei, & baptismatis. Per anticipationem dixit corpus mortuum esse, pro eo, quod debuit dicere mortale, & corruptibile. Hoc autem sciendum est, quia non propter terrenam fragilitatem corpus nostrum mortale est, sed propter peccatum, Quod si spiritus eius, id est, Patris, Qui Pater suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, per fidem, per charitatem, per spem, sicut dixit per Prophetam inhabitabo in illis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, vivificabit, & mortalia corpora vestra in die iudicii, vt ultra non sint mortalia propter inhabitantem spiritum eius in vobis, in quem venerit Deus Pater in præsenti sæculo habitantem. Spiritum sanctum vtique potentia diuinitatis, qua Christum suscitauit, suscitabit & illum in die iudicii ad gloriam dans ei immortalitatem, & incorruptibilitatem in corpore, & incommutabilitatem in anima. Passio etenim Christum à morte animæ liberauit nos in præsenti, sed mox corporis usque ad generalem resurrectionem omnibus æqualiter venit. Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Debitor est, qui alicui aliquid debet. Non ideo creati sumus ab omnipotenti Deo, vt secundum carnem, id est, secundum desideria carnis viuamus, quia non sumus carni debitores, sed Deo, vt spiritualiter conuersemur cuncta transitoria, & caduca pronihilo ducentes, & Deo debitum nostrum reddentes. Quid ergo accepimus ab illo, vt ei debitores essemus?*

**F**

**VII.**

**VIII.**

**I X.**

**G**

**X.**

**XI.**

**H**

## CAP V T VIII

**Quidquid boni habemus**, cum enim non essemus, ab illo conditi sumus de nihilo & cum nostro vitio perditos essemus, ab ipso redempti sumus donans nobis pariter bona temporalia, & promittens æterna, & quomodo possumus ei debitum reddere? seruientes voluntati illius, obtemperando mandatis eius, & quicquid boni habemus non nostris meritis, sed illius gratiae impurando. *Si enim secundum carnem vixeritis*, id est, carnales concupiscentias, & delectationes, secundum appetitum carnalium desideriorum opere impleueritis. *Moriemini morte æterna*. Quid est secundum carnem viuere? carnalia opera exercere, adulterium videlicet, homicidium, furtum, & cætera talia. *Si autem spiritu*, id est, gratia sancti Spiritus, facta carnis mortificaueritis, vivetis, vita æterna. Videamus primum, quæ sint opera, vel facta carnis, ex aliis verbis Apostoli: *Manifesta*, inquit, *sunt opera carnis*, que sunt fornicatio, immunditia, luxuria, & cætera, quæ sequuntur. Et quid dicit de fructu, & operibus Spiritus sancti? *Fructus inquiens, Spiritus est charitas, gaudium, pax longanimitas, & cætera alia*. Quomodo ergo possumus mortificare per gratiam sancti Spiritus opera carnis? hoc modo, Verbi gratia; Vivit in nobis, & regnat superbia, accipientes humilitatem à sancto Spiritu, simus humiles, & sic mortificabimus superbiam, viuit in nobis libido, accipientes à sancto Spiritu castitatem simus casti, & sic poterimus mortificare libidinem. Si, inquit, secundum D E V M viuendo, voluntates carnis, & desideria carnalia extinxeritis, beati eritis in vita æterna. *Dicunque enim spiritu Dei aguntur*, id est, reguntur, & ducuntur ad bonum, iis filii sunt Dei, non per naturam, sed per adoptionem. *Non enim accepistis spiritum servientis iterum in timore*, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus *Abba Pater*. Iudei, quibus, ista scribebat Apostolus, acceperant in patribus sanctum Spiritum seruitutis in timore, id est, legem à Spiritu sancto dictatam, & scriptam, quæ eos cogebat per timorem obseruantiam sui, minans & dicens: Si quis hoc, vel illud fecerit, morte moriatur, ipse etiam Spiritus sanctus, quem illi acceperunt, quando data est lex, cogebat eos, ut legem obseruarent. Et quia tunc acceperant isti in patribus suis Spiritum sanctum, & legem, ideo dicit Apostolus: Non accepistis spiritum seruitutis iterum, qui vos cogat per timorem ad seruitum omnipotentis Dei, sed accepistis gratiam Euangeliū, ubi non cogitari quis venire ad fidem Christi per timorem. Accepistis quoque spiritum adoptionis, sive electionis filiorum D E I, qui vos in partem D E I vocavit ad libertatem, ut iam non sitis seruientes D E O timore seruili, sed amore, & timore filiationis, quo seruit filius bonus patri, timens eum offendere. Quod verò subdit, in quo Spiritu sancto clamamus *Abba Pater*. Tale est, ac si diceret, per quem Spiritum sanctum edocisti, & illuminasti clamamus Abba pater. Nisi enim Spiritum sanctum tempore batismatis accepissemus, nequaquam auderemus Deum omnipotentem factorem nostrum patrem clamare, dicentes in oratione Dominica. *Pater noster, qui es in celis*. Nemo n. pag-  
norum hoc presumit dicere. Abba, Hebræum est, & Syrum, pater græcum, & latinū. Præuidens ergo Apostolus utrosq; populos ad fidem colligendos posuit duo nomina sub una significatione, ut illi, qui credunt ex hebræis, & Syris, dicant Abba, miserere nostri. Qui ex græcis, aliisq; omnibus gentibus credunt, dicant Pater. Tale, quod in Euangelio Marci habetur, dicente D O M I N O: *Abba pater si possibile est transeat calix iste à me*. Ipse Spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, si quando opera nostra bona agimus D E O seruientes, Spiritus sanctus, qui habitat in nobis, perhibet nobis testimonium in corde per occultam inspirationem sine strepitu vocis, quia filii D E I sumus effecti in baptismate, non per naturam, sed per adoptionem, & quod talia faciendo perseverabimus in eius filiatione. *Si au-*  
*tem filii & heredes*: Seruus non meretur accipere hæreditatem, filius accipit. Et nos filii D E I sumus, hæreditatem merebimur accipere, hoc quoque considerandum, quia hæreditas in morte patris confirmatur secundum humanas leges. Quam ergo hæreditatem poterit D E I Pater dare nobis, quia non potest mori? Seipsum vtique dabit. Ut sicut ipse est immortalis, & incorruptibilis, ita & nos sumus immortales, & incorruptibiles, atque incommutabiles. *The-*  
*sauro quoque sapientiae, & scientiae Diuinitatis suæ*. Hæredes quidem D E I,  
*coheredes autem C H R I S T I*: Hæredes D E I Patris erimus, vt dixi-  
mus,

xiii.

Gal. 5. v. 19.

ibid. v. 22.

xiv.

xv.

K

Matth. 8.  
ver. 9.

Marci 1.  
ver. 36.

XVI.

xvii.

L

mus, sed consideremus, quomodo sumus hæredes Christi. Hæredes igitur Christi iam ex parte sumus, quia pergens ad passionem reliquit nobis possessionem pacis Ecclesiasticæ, inquiens, *Pacem relinquo vobis, pacem meam dabo vobis.* Quid plura dicam? omnia, quæ ipse in præsenti sæculo, siue in prædicatione, siue in miraculis operatus est, omnia nobis reliquit ad credendum, & tenendum Euangeli quoque testamentum, quæ omnia in morte sua confirmauit, cohæredes etiam eius erimus post generalem resurrectionem, quando erimus immortales, incorruptibilesque in corpore, atque incommutabiles in anima; sicut & ipse. In gloria quoque similes erimus, sicut Ioannes dicit: *Carissimi filii Dei sumus, & noudum apparuit quid erimus.*

*Scimus autem, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicut est, & ipse Dominus ad Patrem: Peter volo, ut ubi ego sum, ibi sit, & minister meus.* Sed & Christus inhabitat in dextera Patris, id est, in magnitudine paternæ maiestatis, erimus, & nos ei cohæredes, quia fulgebimus, sicut ipse fulxit in monte, & non solum in gloria erimus ei cohæredes, sed etiam in potestate, sicut ipse dixit Apostolus. *Cum federit Filius hominis in sede maiestatis sue, fedebitis & vos super sedes duodecim indicantes duodecim tribus Israel.* Quid plura dicam? quicunque Filius Dei dicitur, efficitur &

M hæres, quæcumque Dei sunt, vtique & ipse merebitur accipere. Ista omnia cum securitate expectare possumus si fecerimus, quod sequitur, *Sicutamen compassimur. Subaudi Christo, ut conglorificemur cum illo.* Quod est dicere tunc merebimur cohæredes Christi in gloria esse, si talia patimur pro amore nominis eius necessitate ingruente, qualia ille pro nobis pertulit imitantes eius passionem & dilectionem; iuxta quod

*Petr. 2. v. 21* Petrus dicit, *Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Hic ostendit Paulus non esse nostrum seruitium simile Dei beneficio. *Existimo enim, quod non sunt condigna passiones his usus temporis ad futuram gloriam, querentibus in nobis.* Si quilibet hominum omnia præcepta veteris, & noui testamenti potuisset implere, & omnia genera tormentorum perferrere, carceres videlicet, aculeos, vincula, vstulationes lapidationes, crucifixiones, in fartagine per multa curricula temporum, nequaquam esset dignus gloria futura, quam percepturi sunt electi. Quærerit aliquis, quare? Ideo vtique, quia ista temporalia sunt, illa æterna. Quæ erit illa gloria, qua fulgebunt electi, sicut sol in regno Patris sui, & erunt, sicut Angeli Dei cernentes præsentissimum omnipotentis Dei vultum? Iuxta quod Ioannes

*Ioā. 3. v. 2.* dicit: *Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicut est.* Nam expectatio creature reuelationem filiorum Dei expectat. Creaturam in hoc loco appellat hominem, qui meritò creatura appellatur, quia virtus suo amisit imaginem, & similitudinem omnipotentis Dei, quæ habet anima. Ista ego creatura, id est, omnis homo fidelis, manifestationem filiorum Dei expectat, vt appareat, quod promisum est, quando ipsa re manifestabitur, qui sint filii Dei, quomodo tenemus in spe. Ecclesia siquidem in præsenti permixta est bonis, & malis, omnesque Christum clamant, & non apparet, qui sint filii Dei futuri in re. Cum autem Christus venerit

*Matth. 25. vers. 34.* ad iudicium, & separauerit agnos ab hædis, dicens iustis: *Venite benedicti Patri mei,* tunc reuelabitur, qui sint filii Dei in re. Quod ergo dicit expectatio creaturæ, siue expectatio nostra reuelationem filiorum Dei expectat, sic videntur hæc verba sonare, quasi aliud sit creatura, atque aliud filii Dei, cum vnum sit, sic denique soliti sunt homines dicere, videntes in præsentia sui multos colores per diuersa vasa ordinatos, expectatio, vel expressio istorum colorum manifestationem imaginis expectat, cum sit aliud imago, & aliud colores. *Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit in spe.* In hoc loco etiam, in subsequentibus, vbi dicit Apostolus, quod omnis creatura ingemiscit, reprehendit beatus Augustinus acutissime Originem, quare in hoc nomine, quod est creatura, compræhenderit non solù bestias, sed etiam solem cæteraque sydera, & Angelos pariter cum homine, dicens, omnia vanitati subiecta esse, & quod maius est, ingemiscere in suo cursu, & operatione. Sed licet quædam possint mutari in melius, aut deterius, sicut Angeli quondam potuerunt, licet modo non possint illi, qui Deo adhærent, aut quæ potest à lætitia in tristitiam conuerti, vt homo, vel cæteræ omnium rerum creaturæ comparatione

*Ecccl. 1. v. 2.* omnipotentis Dei, qui semper idem est, vanitas sint, sicut dicit Ecclesiastes: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas,* tamen non ideo omnis ingemiscit sicut Angeli Deus adhæren-

adhaerentes, qui iam immutables sunt effecti, sicut Ezechieli monstratum est in Cristallo, quod erat super capita animalium, & sicut illa, quæ irrationabilis est, vel anima caret. Quapropter creaturæ nomine debemus intelligere hominem, qui cum omnibus creaturis quandam communionem habet, quia omnis creatura in tria dividitur. Aut enim corporalis est, quod potest moueri & volvi per loca, aut est animalis, quæ anima viuificat, aut est spiritualis, ut Angeli, qui ratione vivunt, homo ergo in hoc, quod corpus habet coniungitur corporalibus creaturis per animam. Anima vegetantibus per rationem, qua discernit inter bonum, & malum spirituibus. Quod Beatus Gregorius aliis verbis, sed eodem sensu ita exponit dicens, habet, inquit, homo esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere, id est rationabilitatem habere cum Angelis, creatura enim, id est omnis homo viuens in carne vanitati, id est mutabilitati, atque mortalitati, corruptioni subiectus est non volens quia sponte peccauit in Paradiso, sed non sponte, neque volens, subiectus est mortalitati, & poenæ. Verbi gratia sicut latro, qui sponte committit furtum, sed non sponte suspenditur, & licet ipse nolle, tamen subiectus est vanitati. Propter eum, id est propter iustum omnipotentis Dei iudicium, qui subiecit eum in spe liberationis, & venie, Nam in hoc ostenditur Deus omnipotens esse iustus, quia eius peccatum non dimisit impunitum, & in hoc prædicitur esse misericors, quia non statim illum penitus damnavit, & occidit, sed reseruavit ad poenitentiam dans ei spem vitæ, & liberationis regresionisque in gradum pristinum ut expectet illud, quod in sequentibus dicitur. *Quia & ipsa creatura, id est homo quilibet electus liberabitur in die iudicii a servitute corruptionis, in libertatem gloria filiorum Dei.* Homo in præsenti seculo positus sub seruitute corruptionis, & mortalitatis est positus, quia subiacet mutabilitati, & vitiis, liberabitur autem in die Iudicii ab omni fæce mortalitatis, & peccati, quando mortale corpus accepit immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem, & transibit in libertatem gloriarum filiorum Dei, quia erit similis Christo in gloria, & in libertatem filiationis adoptiuæ, de qua Dominus ait Iudeus. *Si vos filii liberaveritis, vere liberi eritis.* Potest *vers. 6.*  
 & differentia esse in hoc loco inter creaturam, & creaturam. Nam paulò superius ubi dixit expectatio creaturæ filiorum Dei, reuelationem expectat, fideles tantummodo possunt intelligi, qui iam credebant, hic vero, ubi dicit ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis infideles intelligi possunt, qui necdum temporibus Apostolorum crediderant, prædestinati tamen erant ad vitam, unde & postea crediderunt. *Scimus enim, quod omnis creatura, id est omnis homo ingemiscit, & parturit usque adhuc.* In hoc, vt Beatus Augustinus dicit, non est origenes sequendus, neque sequaces eius, quia omnem creaturam rationabilem, & irrationabilem corporalem, & incorporealem comprehendunt. Non enim omnis creatura ingemiscit, vt illi volunt, sed homo, qui cum omni creatura quandam communionem habet eo modo, vt paulo superius diximus. Omnis, inquit, creatura, id est omnis homo ingemiscit, affligitur, tristatur in dolore, in fame, in siti, in frigore, & nuditate, in carcerebus, & parturit, siue, vt melius habetur, in græco: Doleat in multis angustiis usque adhuc. id est usque in diem iudicii, & quam diu dicitur adhuc, vel quamdiu dicitur hodie, semper subiacebit creatura humana angustiis & doloribus. Illi autem, qui iam regnant cum Deo, & quotidie transeunt ad requiem semipaternam, postquam ab huius sæculi ærumnis liberantur, non ingemiscunt. *Non solum autem illa subaudi creatura, id est non solum credentes, & non credentes ingemiscunt, & dolent in præsenti vita, sed & nos ipsi subaudis Apostoli, qui perfectioris fidei sumus, primitias spiritus habentes.* Dolemus, & ipsi intranos gemimus in corde, & mente sustinentes carceres, penurias, egestates, multaque angustias, & afflictiones. Bene, & conuenienter dixit. Non solum alii ingemiscunt, sed & nos Apostoli primitias spiritus sancti habentes, quia sicut illos primos elegit Deus, ita primi accipere meruerunt sanctum spiritum die resurrectionis, quando dixit eis, *accipite spiritum sanctum.* Die quoque Pentecostes, quando in linguis igneis venit super eos spiritus sanctus, vel etiam primas dixit spiritus, id est qui maiora dona spiritus sancti acceperant in prædicatione,

cazione, vt omnium gentium loquerentur linguis in miraculis quoque, quibus præ omnibus mortalibus abundantes gloriose extiterunt. Legitur enim in actibus Apostolorum, quod ponebant infirmos, & mortuos in plateis, vt veniente Petro saltem umbra illius veniret super illos, & sanarentur. Beatum quoque Andream legimus uno die triginta, & eo amplius mortuos suscitasse. Primitiae siquidem appellantur optima quæque, & cariora, sicut in lege habetur. Offere res primitias auri, & argenti tui Domino, id est, optima, & cariora, re enim vera ita dignum erat, vt per quorum ministerium doctrina euangelica & fides dominica, per quadrifidum orbem diffamanda erat, maiora dona Spiritus sancti acciperent. Aliter, non solum, inquit, ingemiscunt, sed etiam nos, qui primitias spiritus nostri, id est, rationabilitatem, & deuotionem mentis nostræ Deo iam habemus oblatam in holocaustum, quod igne dilectionis Dei & proximi ardet, de quo igne Dominus ait, *ignem veni miscere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Nunquid primitias mentis suæ, idem Apostolus non habebat Deo oblatas, qui dicebat, *mete seruio legi Dei, carni autem legi peccati.* Apostolus etenim rationabilitate mentis, & intentione seruiebat legi Dei consentiendo ei in hoc, quia nolebat concupiscentiæ carnali subiacere, carne autem legi peccati, id est, conluctudini malæ, quia concupiscebat. *Exspectantes adoptionem filiorum Dei, redemptionem corporis nostri.* Quæstio oritur in hoc loco cum Apostolus in superioribus locis huius epistolæ dicat, *ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, & alibi, Christus nos redemit de maledicto legis,* quare modo dixerit, expectare nos adoptionem, siue electionem filiorum Dei, & redemptionem corporis nostri, id est, totius ecclesiæ, quæ est corpus Christi, quæstio soluitur in sequentibus, vbi dicit Apostolus *spe salvi facti sumus, in spe quippe iam filii Dei sumus omnes credentes, & redempti passione CHRISTI, sed adhuc exspectamus, vt quomodo sumus, & teneamus in spe quandoque simus, & possideamus in re, Omnes quidem credentes fidem habemus, quod simus filii Dei, & simus redempti sanguine passionis eius, sed non proderit aliis passio eius. nisi electis, qui & filij DEI erunt, sicut Ioannes dicit. *Charissimi filii DEI sumus modo in spe, & non dum apparuit, quid erimus in re, scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes eis erimus, quoniam videbimus sicut est.* Spe enim salvi facti sumus, sicut est fides credere ea, quæ non videmus, ita spes est expectatio futurorum bonorum. Per passionem enim CHRISTI redempti sumus in spe, per baptismum accepimus remissionem peccatorum, & filij DEI sumus in spe, non in re, quia nec dum appetit, quales futuri sumus. *Spes autem, que videtur, non est spes.* Quasi diceret illa res, quæ videtur non est spes, nam quod videt quis quid sperat? illud quod videmus non speramus. Verbi gratia: Video te stare in praesentia mea, non te spero venturum, si autem, quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, id est non deficitus; inter spem, & rem media est patientia, quia per patientiam, qua sancti sustinent aduersa huius saeculi non querentes in praesenti mercedem, sperant semper peruenire ad gloriam æternam.*

**R** XXVI. *Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram, id est sicut spes, & patientia adiuuant, & sustinent infirmitatem mentis nostræ, ita spiritus sanctus. Infirmitas autem animi est plerumque illa petere, quæ nobis non conueniunt, sicut sequentia manifestant. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Plerumque dum volumus bona nobis petere, contraria & aduersa petimus, si nobis illa concederent. Sicut Beatus Paulus contraria petebat, quando deprecabatur a se a ferrari spiritum tentationis, & infirmitatem, si enim exaudiretur, forsitan reuelationum magnitudine se extolleret, & caderet in lapsum, sic etiam plerumque positi in prosperitate petimus nobis illam conseruari, quæ si semper nobis maneret forsitan amore sui implicaret animum nostrum. Similiter, quando sumus positi in infirmitate causa probationis, aut emendationis, imploramus liberari*

Luc. 12.  
vers. 49.

**Q**  
Rom. 7.  
vers. 25.

huc vers. 16.

Galat. 3.  
vers. 13.

**xxiv.**

1.Ioan. 3.  
vers. 2.

**xxv.**

liberari, quæ si à nobis tolleretur, fortasse ad peccata pristina reuerteremur, aut remissius in bono opere laboraremus. Ideoque nescimus orare, sicut oportet nisi spiritu sancto docente, Sed ipse spiritus sanctus postular pro nobis gemitis inenarrabilibus. Dicit Beatus Ambrosius, quia si quando fideles aliquid petunt contra salutem suam per ignorantiam, non per iactantiam, spiritus sanctus, qui vnius substantiae est cum Patre, & Filio interponit se in medio inter nos, & Deum Patrem, & postulat pro nobis quæ utilia sunt. Non cum impulsu aëris, neque cum sonitu vel strepitu vocis, sed inenarrabiliter, sicut conuenit eius diuinitati, quia æqualis, & consubstantialis est Deo patri, & plerunque ea, quæ nos petimus nobis contraria ipse mutat in melius non dando, quod petimus, sed quæ ad salutem attinent nostram. Postulare etiam dicitur pro nobis secundum alios doctores, ac gemere, quia quo cunque gratia sua replet postulantes facit, & gementes pro suis reatibus, & aliorum, vel qui differuntur à Regno. Qui gemitus bene inenarrabiles dicuntur, quia nemo potest enarrare, quanta compunctio in cordibus fidelium est, vel quanta remuneratione digni sunt coram Deo, *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.* Deus Pater cum filio suo, qui omnium arcana cordium, & secretorum non solum hominum, sed & Angelorum penetrat. Scit, quid desideret spiritus, sanctus habitans in cordibus fidelium suorum, quia vnius scientiae sunt, vel quid nos desiderare faciat. Postulat quoque secundum Deum pro sanctis, quoniam ea facit nos postulare, quæ & Deo placeant, & nobis utilia sunt, ita ut dicamus positi in oratione. Deus æterne, qui absconditorum, & futurorum es cognitor, sicut scis nobis necessarium esse, & sicut tibi placet misere-re nostri. Deus ergo loquitur sine strepitu vocis, cum nobis tacere videtur, quia & videt, cum non videatur, & hæc petit, quæ scit Deo patri placere, & nobis prodesse. Vnius enim voluntatis est ipse, & Pater:

*Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Illi diligunt Deum, qui mandata eius custodiunt, & seruant, sicut Dominus dicit, *si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Hoc dicit, quia diligentes Deum, & mandata eius seruantes, & qui secundum propositum, siue prædestinationem omnipotentis Dei ad hoc vocati sunt, ut sancte viuendo sancti sint si quando aliquid ineptè, aut imperitè contra suam utilitatem petant, sicut Paulus, & filii Zebedei Deus omnipotens cooperatur illis in bonum aut non dando, quod petunt, aut etiam mutando aliud pro ipso, quod petunt. Neque imputat illis in peccatum, sed ea tribuit, quæ danda sunt amantibus Deum. Benè autem dicit cooperantur, quia operantur illi, qui petunt, cooperatur Deus omnipotens implendo quæ ad salutem illorum pertinent. *Nam quos præfinuit subaudi esse credituros, & in fide sua permanuros, illos & prædestinavit, siue præfinuit, & præordinavit conformes fieri imaginis filii sui,* id est similes filii in gloria humanitatis *filii sui,* qui reformauit corpus humilitatis nostræ, ut idem Apostolus alibi dicit *con-* *figuratum corpori claritatis sue,* licet enim in potentia diuinitatis non simus æquales illi, tamen in gloria, & immortalitate, & in corruptione erimus similes ei, quoniam videbimus eum sicuti est, vel certè ad hoc prædestinavit eos conformes fieri imaginis filii sui, ut sicut Christus peccatum non fecit, nec dolus intulit est in ore eius, ita & illi, qui fratres volunt existere Domini Iesu Christi non habeant voluntatem peccandi, *vis sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Omnis vnigenitus potest dici primogenitus, non tamen omnis primogenitus dici potest vnigenitus. Quicunque enim primus aperit vuluum matris nascendo, nec habet alios fratres sequentes, & primogenitus est, & vnigenitus. Qui verò primus egreditur ab utero materno, & habet postmodum fratres sequentes, solummodo primogenitus est, filius autem Dei redemptor humani generis digna consideratione perpendimus tam secundum diuinitatem, quam secundum humanitatem & vnigenitus, & primogenitus est prædicandus, vnigenitus quidem est secundum diuinitatem, quia in natura diuinitatis non habet alios fratres. Primogenitus vero, qui ante omnem creaturam non factus, sed genitus est, sicut per Salomonem dicit. *Ego sapientia ex ore altissimi produxi primogenita ante omnem creaturam secundum humanitatem, vnigenitus quidem*

T

Ecc. 14.  
vers. 5.

**xx.** potest dici Beatæ Mariæ, & primogenitus in multis fratribus, & adoptiuis, quia ipse primus surrexit à mortuis, primus ascendit ad cælos, isti sunt fratres, de quibus dixit ad Mariam vade ad fratres meos, & dic eis, fratres illius dieuntur omnes fideles, in hoc, quia homo dignatus est fieri, Sed his, qui frater noster est secundum diuinatatem.

**Quos autem prædestinavit, siue præfinuit secum regnatos in æterna beatitudine, hos & vocauit per se, & per Apostolos suos. Vocabit quoque ad diem iudicij, & quos vocauit per gloriam suam, ut permanerent secum in gloria, hos & iustificauit per passionem suam, per baptismum, & fidem exornatam bonis operibus, & iustificauit usque ad finem sæculi.**

**Quos autem iustificauit, illos & glorificauit.** Præterito tempore utitur Apostolus in hoc loco pro futuro in hoc, quod dicit glorificauit morem sacrae scripturæ tenens, quæ sic solet narrare futura, quasi præterita: Illos enim, quos vocauit, & iustificauit in præsenti sæculo, hos glorificabit in die Iudicij,

**Theſal. 4. sicut idem Apostolus alias dicit cum Christus apparuerit, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.**

**xxxii.** **Quid ergo dicimus ad hec? subaudi quomodo diximus de vocatione, iustificatione, & glorificatione, id est quam gratiarum actionem reddemus illi, qui gratis, nullisque meritis præcedentibus antequam essemus, nos prædestinavit regnatos secum, ac postea vocauit, & iustificauit, ad ultimum etiam glorificabit.**

Tale est & illud Psalmista. **Quid retribuam Dominu pro omnibus, que retribuit mihi?**

Potest & ita intelligi quid prædestinationi Dei contradicere possumus, si omnes non prædestinamur ad hoc ut regnemus cum illo, si Deus pro nobis subaudi est, vel pugnat, qui prædestinat, iustificat, & glorificat, quis contra nos valet pugnare? Nullus, neque Diabolus, neque Nero, siue quilibet persecutor.

**Qui etiam filio proprio non pepercit, id est à morte non seruauit, sed pro nobis omnibus prædestinatis ad vitam æternam, illum tradidit.** Et ipse Pater tradidit filium, qui tradi permisit, multisque modis est ipse traditus, hoc verbum, quod est parcere, aliquando significat dimittere, ut illud in Virgilio. Parce Citharea metu, id est dimitte metum, aliquando significat seruare, sicut hic qui filio proprio non pepercit, unde habes, Parcae vocantur id est seruantes, quia seruant sua mella.

**Quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit?** hoc maximè ad Apostolos refertur, quibus ait veritas, **Cum sederis filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super duodecim sedes,** potest referri & ad omnes prædestinatos qui in capite suo Christo omnia possident, quæ ipse possidet.

**Cum n.** omnis creatura longè inculpabiliter distet à filio Dei, per quem facta sunt omnia, si Deus pater in tantum nos dilexit, ut pro nobis traderet illum, utique in nobis potuit i-

**xxxiii.** sta implere. **Quis accusabit aduersus electos Dei?** id est qui sumet accusationem aduersus electos Dei? Diabolus accusat electos, sicut accusauit beatum Iob, sed meritum auxit non minuit, quia vir iustus eius aduersa patienter sustinuit. Notandum autem quia hæc sententia, secundum beatum Augustinum per interrogationem, & per contationem legi debet, & sicut dicit ipse per contationem multa possunt responderi interrogatiū, aut affirmatiū debet responderi etiam aut negatiū non pronunciabitur ergo ita ut post per contationem, qua dicimus quis accusabit aduersus electos Dei, illud quod sequitur Deus qui iustificat, enuncietur sono interrogantis, ut tacita

**xxxiv.** respondeatur non quis est qui contemnet per contando legendum est, ut subinferatur interrogando Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit subintelligitur tacite non. Et est sensus nunquid Christus, qui mortuus pro nobis & resurrexit, ut nobis vitam donaret condemnabit nos non utique, sed potius saluabit, hoc vero,

quod sequitur. **Qui est ad dexteram Dei qui etiam interpellat pro nobis non iam interrogando, sed potius affirmando pronunciandum est,** qui est ad dexteram Dei, id est in plenitudine paternæ maiestatis. Qui etiam interpellat pro nobis Deum patrem non voce, sed miseratione, dum quotidie hominem, quem assumpsit, & grauissimum genus mortis, quod pro nobis sustinuit vultui paterno offert, ut nostri misereatur.

**Qui qualemcumque habet tribulationem hanc audiat Pauli exhortationem.** **Quis nos separabit à charitate Christi,** ad superiora pertinet, ubi

**bis supē-** ait, **non sunt condigne passiones huīus temporis ad futuram gloriam,** quia omne, **hic supē-** quod in præsenti est, comparatione futuræ gloriæ momentaneum est, ideoque alloquitur Romanos ne deficerent in tribulationibus. Vide Petrum, **hic supē-** considera Paulum, ante potuit illos occidere Nero, quād à charitate

Christi

Christi disiungere, Stephanus lapidibus obrutus, Laurentius vstulatus non potuerunt à Christo separari, quoniam ita erant mente Deo copulati, vt insensibiles essent ad omnia tormenta tolerare. Nunquid nos separabit tribulatio, aut angustia? Angustia dicitur omnis necessitas, omnisque indigentia, persecutio est vis mali, nam persequi est aperte vim inferre periculum in multis rebus, & insidiis accipitur, gladius potest significare quælibet genera suppliciorum, fames, & nuditas non poterant eos separare, quia habebant panem verum Christum, qui eos spiritualiter pascebat, & vestiebat, sicut alibi Apostolus ait, *quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis, Quia propter te mortificamur tota die.* Vox Martyrum ad Christum tota die dicit, id est omni tempore quamdiu viuimus, quia qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit, id est coronabitur. Non enim sufficit una die pro Christo tribulatione sustinere, sed omni tempore, si necessitas fuerit. *Aestimatis sumus sicut oves occisionis,* quæ occiduntur sine reluctancee, sicut oves inquit, non reluctantur, cum ad mortem ducuntur, ita & nos non reluctantur, dum occisioni paramur. *Sed in omnibus occisionibus, tormentisque positi superamus, & vincimus propter eum, qui dilexit nos,* id est propter Christum, qui nos dilexit usque ad mortem, quia pro nobis est mortuus, & qui nobis dicit, *volite timere eos, qui occidunt corpus, qui animam non possunt occidere. Certus sum enim, quia neque mors quæ infligitur corpori, poterit nos separare à charitate Christi,* non dixit opinor, sed certus sum, *Neque vita subaudi præsens, quæ in longinquum abnegatoribus Christi promittitur, & est sensus.* Si minatus fuerit mihi Nero mortem omnibus crudeliorem, aut vitam in præsenti sæculo omnibus fæliocorem, non poterit me separare à fide Christi, sed neque alias Coapostolos meos. *Neque Angeli subaudi maligni, qui se transfigurant in Angelos lucis, vel secundum illud si Angelus de cœlo euangelizet vobis præter quod nos euangelizamus, anathema sit,* & est sensus & si Angelus de cœlo vellet me separare à charitate Christi, quod fieri non potest, non posset me ab ea separare, neque Principatus, id est contrarie potestates dæmonum, quæ alii principiantur, de quibus ipse dixit in Epistola ad Ephesios. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, & aduersus mundi rectores tenebrarum harum, Neque virtutes contrarie dæmonum, quæ sub suis principiis consistunt, neque instantia, id est præsentia bona, quæ promittuntur credentibus, vel mala, quæ minantur, Neque futura subaudi bona, vel mala istius sæculi. Neque fortitudo, id est Diabolus Princeps dæmonum, de quo dicitur: cum fortis armatus custodit atrium suum, Neque altitudo, id est Astrologia, Neque profundum, id est necromantia, quæ inferiora inferni scrutatur, per quæ duo multi auertebantur à fide, & est sensus, etiam si omnes Astrologi, & Mathematici, hoc est astrorum conspectores, qui se fatentur rationes siderum penetrare, & cursus venerint contra nos, vel etiam illi, qui per necromantiam, id est mortuorum resuscitationem, animas ab infernis reuocant, sicut mulier illa Phichonissa reuocauit animam Samuhelis, Nequaquam poterit nos separare à charitate Dei, neque creatura alia, id est si aliqua creatura est sursum, aut deorsum præter istas quas dixi, nec ipsa poterit nos in aliam partem flectere, vel secundum Augustinum alia creatura, intelligitur hic homo, qui se potest à charitate Dei separare male vivendo, & est sensus: Neque alia creatura, quam nos ipsi poterit nos separare à charitate Dei, *qua est in Christo Iesu,* nos tamen possumus nos separare ab ea, male vivendo; Mentes enim sanctorum ita sunt Deo, qui summus spiritus est per charitatem coniunctæ ut inter illas, & Deum nulla creatura sit media, quia qui adhæret Domino, unus spiritus est.*

Galat. 3:  
vers. 27.Matt. 10:  
vers. 22.

X

xxxvii.

xxxviii.  
Matt. 10.  
vers. 28.Galat. 1:  
vers. 9.Ephes. 6:  
vers. 9.Luc. 11:  
vers. 28.

xxix.

## CAPVT IX.

Própter Iudeorū ruinā de qua vehementer dolet, prōmissio[n]es non frustrari  
asserit, Israe[li]tis factas à Deo Abrahā filiis: nimirū cūm illæ non pertineant  
ad omnes carnales Abrahā filios, sed tantum ad eos qui ex Iudeis & Gentili-  
bus gratuita Dei electione filii Abrahā per fidem constituuntur: Deus autem  
eius vult miseretur, & quem vult indurat: Iudei verò quia non ex fide Chri-  
sti quem reiecerant, sed ex legis operibus iustitiam quarebant, sunt in sua ini-  
quitate relicti, gentibus per fidem Christi iustificatis.

1. **V**eritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mi-  
hi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: + quo-  
niam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi  
meo. + Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratri-  
bus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, + qui sunt Israeli-  
tae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & le-  
gislatio, & obsequium: & promissa: + quorum patres, & ex quibus  
est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedi-  
ctus in secula Amen. + Non autem quod exciderit verbum Dei: non  
enim omnes q[uo]d ex Israel sunt, iij sunt Israelite: + neq[ue] qui semens sunt A-  
brahā, omnes filij sed in Isaac vocabitur tibi semē: + id est, non qui filij  
carnis, hi filij Dei: sed, q[uo]d filii sunt prōmissionis, estimātur in semine. +  
Promissionis enim verbū hoc est: Secundū hoc tēpus veniam; & erit  
Sara filius. + Nō solū autem illa: sed & Rebecca ex uno concubitu ha-  
bens, Isaac p[re]tris nostri. + Cum enim nondum natuissent, aut ali-  
quid boni egissent aut mali, (ut secundum electionem propositum  
Dei maneret) + non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: +  
Quia maior, seruiet minori sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau  
autem odio habui. + Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud  
Deum? Absit + Moysi enim dicit. + Miserebor cuius misereor: &  
misericordiam prestatō cuius miserebor. + Igitur non volentis, neque  
currentis, sed miserentis est Dei, + Dicit enim Scriptura Pharaoni:  
• Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam:  
+ Ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. + Ergo cuius  
vult miseretur, & quem vult indurat. + Dicis itaque mihi: Quid  
adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? + O homo, tu quis  
es, qui respondeas Deo? • Numquid dicit figuratum ei, qui se fin-  
xit: Quid me fecisti sic? + An non habet potestatē figulus, luti ex ea-  
dē massa facere aliud quidē vas in honore, aliud vero in contumeliā?  
Ia. 45. b. 9. + Quod si Deus volens ostendere iram & notā facere potentiam suam,  
sustinuit in multa patientia, vas ira, apta in interitū, + ut ostenderet  
divitias gloria sua in vasā misericordie, q[uo]d preparauit in gloriā. + Quos  
24. & vocauit nos non solū ex Iudeis, sed etiā in Gentibus, + sic ut in Osea  
dicit:

dicit: *Vocabo non plebē meā, plebem meā: & non dilectam, dilectam:* <sup>Ole. 8.</sup>  
<sup>d. 23.</sup> *& non misericordiam consecutā, misericordiam consecutam.* <sup>F</sup> <sup>†</sup> *Ete-*  
*rit: in loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur* <sup>1. Pet. 2.</sup>  
<sup>d. 10.</sup> *Filiū Dei viui.* <sup>26.</sup> *† Isaias autem clamat pro Israēl: "Si fuerit numerus* <sup>26.</sup>  
*filiorum Israēl tamquam arena maris, reliquias saluēfient.* <sup>Ole. i. b. 10.</sup> *† Verbum*  
*enim consummans, & abbrevians in equitate: quia verbum bre-* <sup>27.</sup>  
*uiatum faciet Dominus super terram: & sicut prædictis Isaias: "Ni-* <sup>28.</sup>  
*si Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti esse-* <sup>29.</sup>  
*mus, & sicut Gomorrha similes fuissimus.* <sup>Isa. i. c. 9.</sup> *† Quid ergo dicemus? Quod* <sup>G</sup>  
*gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam:* <sup>30.</sup>  
*iustitiam autem, quae ex fide est.* <sup>† Israēl vero sectando legem iustitiae, in</sup> <sup>31.</sup>  
*legem iustitiae non peruenit.* <sup>† Quare? Quia nō fide, sed quasi ex operib.</sup> <sup>32.</sup>  
*offenderunt enim in lapidem offensionis, & sicut scriptum est: Ecce po-* <sup>33.</sup>  
*nō in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui cre-* <sup>Ila. 8. c. 14.</sup>  
*dit in eum, non confundetur.* <sup>& 28. d. 26.</sup> <sup>1. Pet. 2. b. 7.</sup>

**V**eritatē dico in Christo, id est, per Christum, *non mentior*, necessitare cogentē  
 sāpē iurabat Apostolus non agens contra Domini præceptum, & quia dictu-  
 rus erat rem penē incredibilem, ideo iurauit necessitate cogente. Nam inter  
 Romanos, qui crediderant, erant Iudæi credentes, quibus ista scribēbat, & quia e-  
 rānt, qui dicerent Paulum non diligere gentem suam, eo quod Euangelizaret gen-  
 tibus iuramento obligat afferens se diligere, & amare gentem suam, vnde subiungit  
*Testimonium perhibente mibi conscientia in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna,*  
*& continuus dolor cordi meo.* Non dicit modica, & parua tristitia mihi est, aut tem-  
 péraneus dolor subito accidens, subitoque recedens, sed testatur magnam tristitiam,  
 & assiduum dolorem sibi inesse pro fratribus suis, qui filium Dei ad se missum non  
 solum noluerunt suscipere, sed insuper acclamauerunt eum dignum morte dicen-  
 tes ad Pilatum *crucifige, crucifige eum*, reus est mortis, quod dicit in Spiritu sancto, vel <sup>Lue. 23. v. 21</sup>  
 Spiritum sanctum, iurat sicut & per Christum, vel Spiritum sanctū, quierat in mente  
 illius, testē adhibet conscientiæ suæ, ipsa conscientia sua testimoniū sibi perhibente,  
 q̄ nimirum dolet de perditione fratrum suorum, *optabam*, pro eo, q̄ est optio ego ana-  
 thema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Isra-  
 elite, id est, de progenie Israel. Vnde venit tam subita mutatio in animo Apostoli, vt  
 optaret anathema esse à Christo, quæ in plerisque locis, pro separatione ponitur, cum  
 paulò superius dixerat nullo modo se posse à charitate Christi se separare? Conside-  
 randum quia anathema varias habet significationes, ponitur enim pro separatione  
 sicut in edicto Iustiniani Imperatoris dicitur, vt ibi, *Si Angelus de cælo Euangelizet vo-* <sup>Gal. i. v. 8.</sup>  
*bis praterquam nos Euangelizauimus, anathema sit*, id est, à Deo separatus. Ponitur  
 pro maledictione, vt in canonibus sāpissime habetur. *Si quis hoc, vel illud fecerit,*  
*anathema sit*, id est, maledictus, ponitur pro occisione corporali, vt hic, quod tale  
 est, ac si diceret optabam enim à Christo interfici corpore, & hoc est, quod dicit se-  
 cundum carnem, poterat aliquis dicere, o beate Apostole, quare optares interfici  
 secundum carnem à Christo, ad hæc subintulit ipse; *Vt fratres mei, qui sunt mei co-*  
*gnati secundum carnem saluifierent, & viuerent mente Deo: dicendo vero qui sunt*  
*cognati mei, secundum carnem, ostendit non esse illos sibi cognatos integritate fi-*  
*dei, & deuotione mentis.* Imitatus est autem in hoc loco Apostolus charitatem, &  
 factum Moysi Legislatoris, cui cum dixisset Dominus: *Descende peccatis populus tuus,* <sup>Exod. 32. v. 7.</sup>  
 & *dimitte me, ut deleam eos, & faciam te in gentem magnam*, aut nimia charitate ductus <sup>7. & 10. & v. 2.</sup>  
 aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro tuo. Videns Dominus eius charitatem  
 erga populum, ait, non delebo te de libro meo, sed dimisi iuxta verbum tuum; ita

& Apostolus volens magis placere Deo hoc loquebatur charitate cogente de occisione corporis sui , cum omnino nullo modo optaret mentis affectu seperari à Christo. *Quorum adoptio est filiorum*; id est , electio illorum , electio filiorum est , quia ex ipsis adoptati sunt filii Dei , & ipse populus vocabatur filius Dei , vnde dicitur in Exodus ad Pharaonem *Filius meus primogenitus Israel*. Et per Isaiam , *Filius genui*, & *exaltatio gloria erat illis* , quod de omnibus gentibus in peculiarem Dei plebem sunt electi , illis etiam est *testamentum* vetus datum , vel sicut quidam codices habent *testamentum* vetus scilicet , & nouum , si voluerint credere ; *testamentum enim nouum datum est illis* , vt à seruitute legis transirent ad libertatem gloriae Christi. *Et legislatio* , id est , datio ad eos pertinet , quia lex per Moysen data est , & *obsequium* , cultus , videlicet diuinæ religionis , qui est illis traditus , promissio quoque de Christo , & de redemptione ipsorum , & vita æternalis data sunt ; vt quicquid promissum est patribus completeretur in filiis. *Quorum patres* , Subaudi , fuerunt Abraham , Isaac , & Iacob , & ex quibus patribus , vel Iudæis *Christus est natus secundum carnem* , non secundum diuinitatem , qui est super omnia Deus benedictus in secula. Christus Deus , & homo est , secundum quod homo est ex ipsis carnem assumpsit , & inter omnia fuit , secundum quod Deus est à Deo Patre ante secula est genitus , & est super omnia potentia diuinitatis. Notandum autem , quia cum esset locutus de abiectione parentum suorum non mirando , neque reprehendendo iudicium Dei talia prosecutus , sed potius benedixit illum pro certo sciens iudicio Dei cuncta ab ipso moderari , ac disponi , vnde & subintulit. *Non autem quod exciderit verbum Dei*. Et est sensus: Quāvis multitudo Iudæorum parentum meorum in infidelitatis errore remansisset nolens in Christum credere ; non tamen ideo dico , quod euanuerit , aut annullata sit promissio Dei , quæ facta est ad Abraham , quod in semine eius benedicentur omnes gentes , quoniam in illis est adimpta , qui crediderunt tam ex Iudæis , quam ex gentibus , & qui adhuc credituri sunt. *Non enim omnes qui ex Israel , sive sunt Israelites* , Jacob , & Israel nomina vnius hominis fuerunt , non enim omnes , qui ex stirpe illius descendenterunt verè Israelites sunt , id est , Deum videntes mente , quia mente & fidè Deum non cernunt: Itaque Israel in spiritualem , & carnalem diuiditur , Iudæi credentes filii Israel sunt , & Abrahæ secundum carnem , & secundum fidem. Non credentes vero eti sunt carnis filii Israel , sed tamen non spiritu , gentiles autem licet carne non sunt filii Israel , tamen fide & mente filii sunt Israel , & Abrahæ , quia mente Deum contemplantur , Neque quia semen sunt Abrahæ omnes filii , sed de solo Isaac dictum est , in Isaac vocabitur tibi semen. Ismahel quidem ex semine Abraham , & tamen non computatur eius filius esse , & sicut non omnes filii Abrahæ secundum carnem eius dicuntur filii ; sed de seminre eius in Isaac stabilitur , ita modo non omnes , qui ex eius stirpe per Isaac descendunt eius filii reputantur , sed qui habent fidem eius , & credunt in Christum , de quo propriè dictum est , in semine tuo benedicentur omnes gentes. *Id est , non qui filii carnis , sed qui filii sunt promissionis , estimantur , in semine*. Licet Iudæi in infidelitate permanentes filii Abrahæ sint per naturam carnis , quia de prosapia illius descendenterunt , tamen non sunt , ideo filii , quoniam degeneres sunt à fide , & operibus Abrahæ , neque , pertinet ad eos aliquid ex dono benedictionis spiritualis quæ facta est ad Abraham de Christo , & multitudine credentiū , gentiles vero , qui sunt filii promissionis , reputantur in semine Abrahæ , id est , in Christo , quoniam fidem , & opera Abrahæ imitantur. Promissionis autem filii appellantur gentiles propter promissionem , scilicet quæ facta est de his ad Abraham , qua dicitur in semine tuo benedicentur omnes gentes , in figura igitur gentilis populi præcessit Isaac , quapropter licet non credant omnes Iudæi , tamen verum est , quod promissum est Abrahæ : in Isaac vocabitur tibi semen , id est , in his , qui tibi promittuntur filii futuri , sicut promissum est Isaac , ponitq; exemplum *promissionis* , inquit , *verbum , hoc est : secundum hoc tempus veniam* per Angelum scilicet , vel veniam , id est , apparebo , & eris Sarah filius , igitur sicut Isaac per promissionem , qua dicitur , in Isaac vocabitur tibi semen , sic gentilis populus secundo fidem , & vestigia Abrahæ per promissionem , quæ facta est ad illum , benedictionis gratiam consequi meretur , *Non solum autem illi , sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri*. Ordo verborum est pariterque sensuum non solum illi dico filii Abrahæ , Isaac &

Ismahel

**H**imabel figuram tenuerunt duorum populorum fidelium, & infidelium, verum etiam Rebecca Typum credentiū, & reproborum gessit in duobus filiis suis Iacobi & & Esau, habens illos ex vno concubitu patris nostri Isaac, nec vacat, quod ait ex vno concubitu ne forte enim dicere posset Iacob, quando me genuit pater meus boni animi, & bonae voluntatis erat, quando vero fratrem meum Esau genuit, malevolentatis erat, ideoque bonitas eius per semen illius diffusa est in me, malitia autem in fratrem meum. Aut etiam ne aliquis hominum hoc ita dicere posset, ait Apostolus ex vno concebitu genitos esse illos duos ostendens ex vocantis dono vnum dilectum, alterum ex iusto iudicio odio habitum. Nam omnes ex Adae descendentes prosapia, filii nascuntur peccati, & ideo damnatione digni, si qui vero liberantur, bonitas, & gratia est Dei, non eorum retributio meritorum. *Cum enim nondum nati fuissent illi duo Iacob, & Esau aut aliquid egissent boni, aut mali; (ut secundum electio-*

*nem operum illorum propositum, seu præordinatio, Dei maneret) non ex operibus illorum,*

*quaे nulla erant, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruit minori.*

*Ex vocante dicit id est, ex dono omnipotentis Dei, qui illos vocavit dictum est Rebeccae, quod Esau*

*maior natu seruitutis obsequium minori esset redditurus, hoc est, Iacob, & ita pot-*

*stea evenit. Nam sicut legitur in libris regum Edom temporibus Daud, & Salomo-*

*nis, aliorumque Regum seruiuit Israeli usque ad illud tempus, quando, sicut in eo-*

*dem volumine legitur, præparauit se Edom, ne esset sub luda, quod utique prædi-*

*ctum ei fuerat ab Isaac patre suo, veniet, inquit, tempus, cum excuties iugum illius*

*de ceruice tua. Quis hominum potest enarrare, quare Deus omnipotens elegerit*

*Iacob antequam nasceretur, & reprobauerit Esau, cum nec iste bonum aliquid, vel*

*malum poterat implere, nisi quia in isto, id est, in Iacob, gratiam suam, & misericor-*

*diam exhibuit, & in Esau iustum iudicium impleuit. Nam cum Rebecca iam habe-*

*ret conceptum in utero & iret Deum consulere, aut per Melchisedech sacerdotem*

*Dei summi, aut per alium quemlibet per quem Deus tunc temporis responsa dabat,*

*dictum est ei ex vocante Deo duo filii *in tuo utero sunt, & duo populi majorque seruit**

*minori.* Ergo sicut non fuit propositum Dei, & prædestinatio secundum electionem

*meritorum bonorum Iacob, ita & electio gentium non fuit secundum electionem*

*meritorum, sed secundum gratiam, & prædestinationem Dei. Quapropter, quare*

*Iacob sine operibus bonis electus fuit, Esau vero absque malis operibus odio habi-*

*tus, soli Deo notum est, quia omnia novit, antequam fiant, cuius iudicia semper sunt*

*iusta. Sicut scriptum est in Malachia Propheta, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Cum*

*dicat scriptura nihil odisti eorum, quæ fecisti, & quia vidit Deus cuncta, quæ fece-*

*rat, quæ valde bona. Quæstio oritur, quare odio haberet Esau, quæ ita soluitur, quia*

*non odit naturam, quam fecit, sed peccatum, & vitium, quod non fecit. Iacob au-*

*tem dilexit misericordia gratuita, Esau odio habuit iusto iudicio, & cum ambo ori-*

*ginali peccato maculati essent, quod vnum dilexit, eius misericordia fuit, quod vero*

*alterum reprobauit, iustum iudicium Dei extitit. Quid ergo dicemus, nunquid iniqui-*

*tas apud Dominum. Subaudi, quia Iacob per misericordiam suam dilexit, & Esau iu-*

*sto iudicio suo reprobauit, & qui vnum diligit, alterum modit. Absit, vt ipse iniquus*

*dicatur; Moyses enim dicit: Miserebor, cuius misereor, & misericordiam præstabo, cuius*

*miserebor. Ordo est, cuius misereor vocando eum ad fidem meam, illi dando ut cre-*

*dat in me, misericordiam præstabo illi, ut iuste viuat, & misericors sit, perseueretq;*

*in bonis operibus, pro quibus præmium accipiat. Igitur non volentis. Subaudi, est vo-*

*luntas, neque currentis, sed miserentis est Dei misericordia ut det homini bonum velle*

*facere, perseuerare. Non sufficit sola bona voluntas hominis, nisi etiam præueniat*

*eum misericordia Dei, ad hoc ut det illi bonum velle, & bonum id ipsum perficere*

*iuxta quod Psalmista dicit: Misericordia cuius præueniet me, & misericordia eius sub-*

*sequatur me. Sed hic fortasse queritur aliquis ut quid remunerantur electi, vel quid*

*præmii merentur, si & voluntas bona, & perfectio operis à Deo eis datur? cui respon-*

*dendum est, idcirco electos dignos esse remuneratione, quia statim ut sentiunt se*

*Dei gratia præueniri totis viribus laborant voluntati illius obsecundando obedire.*

*Dicit enim scriptura Pharaoni. Non scriptura per se loquitur, sed alius per eam, sicut lo-*

*quitur hic Deus. Quia in hoc excitatus es, id est, duritiam cordis tui, propter hoc aliis*

*manifestavi, ut offendam in te virtutem meam, siue potentiam, & annuncietur nomine*

Deitatis

G

XI.

XII.

H

xiii.

Gen. x.

xiv.

xv.

I

xvi.

xvii.

& Apostolus volens magis placere Deo hoc loquebatur charitate cōgente de occi-  
sione corporis sui , cum omnino nullo modo optaret mentis affectu seperari à Chri-  
sto. *Quorum adoptio est filiorum*; id est , electio illorum , electio filiorum est , quia ex i-  
psis adoptati sunt filii Dei , & ipse populus vocabatur filius Dei , vnde dicitur in Exo-  
do ad Pharaonem *Filius meus primogenitus Israēl*. Et per Isaïam , *Filios genui , & exalte-*  
C  
Exod. 4  
vers. 22.  
Mat. 1. v. 2  
*u gloria erat illis* , quod de omnibus gentibus in peculiarem Dei plebem sunt electi ,  
illis etiam est *testamentum* vetus datum , vel sicut quidam codices habent *testamen-*  
v.  
*tum* vetus scilicet , & nouum , si voluerint credere , *testamentum* enim nouum da-  
tum est illis , vt à seruitute legis transirent ad libertatem gloriæ Christi . *Et legislatio* ,  
id est , datio ad eos pertinet , quia lex pér Moysen data est , & obsequium , cultus , vi-  
delicet diuinæ religionis , qui est illis traditus , promissio quoque de Christo , & de  
redemptione ipsorum , & vita æternalis data sunt ; vt quicquid promissum est pa-  
tribus completeretur in filiis . *Quorum patres* , Subaudi , fuerunt Abraham , Isaac , & Ia-  
D  
*cob* , & ex quibus patribus , vel Iudæis Christus est natus secundum carnem . non secun-  
dum diuinitatem , qui est super omnia Deus benedictus in secula . Christus Deus , & homo  
est , secundum quod homo est ex ipsis carnem assumpsit , & inter omnia fuit , secun-  
dum quod Deus est à Deo Patre ante secula est genitus , & est super omnia poten-  
tia diuinitatis . Notandum autem , quia cum esset locutus de abiectione parentum  
suorum non mirando , neque reprehendendo iudicium Dei talia prosecutus , sed  
potius benedixit illum pro certo sciens iudicio Dei cuncta ab ipso moderari , ac di-  
sponi , vnde & subintulit . *Non aut quod exciderit verbum Dei* . Et est sensus . Quāuis multi-  
vi.  
tudo Iudæorum parentum meorum in infidelitatis errore remansisset nolens in  
Christum credere , non tamen ideo dico , quod euanuerit , aut annullata sit promis-  
E  
sio Dei , quæ facta est ad Abraham , quod in semine eius benedicentur omnes gen-  
tes , quoniam in illis est adimpta , qui crediderunt tam ex Iudæis , quām ex genti-  
bus , & qui adhuc credituri sunt . *Non enim omnes qui ex Israēl , si sunt Israelite* , Iacob , &  
Israel nomina vnius hominis fuerunt , non enim omnes , qui ex stirpe illius descen-  
derunt verè Israelitæ sunt , id est , Deum videntes mente , quia mente & fidé Deum  
non cernunt : Itaque Israel in spiritualem , & carnalem diuiditur , Iudæi credentes filii  
Israel sunt , & Abrahæ secundum carnem , & secundum fidem . Non credentes verò  
etsi sunt carnis filii Israel , sed tamen non spiritu , gentiles autem licet carne non sunt  
filii Israel , tamen fide & mente filii sunt Israel , & Abrahæ , quia mente Deum con-  
templantur , *Neque quia semens sunt Abrahæ omnes filii* , sed de solo Isaac dictum est ,  
vii.  
*in Isaac vocabitur tibi semen* . Ismahel quidem ex semine Abraham , & tamen non  
computatur eius filius esse , & sicut non omnes filii Abrahæ secundum carnem eius  
dicuntur filii ; sed de seminе eius in Isaac stabilitur , ita modo non omnes , qui ex e-  
ius stirpe pér Isaac descendunt eius filii reputantur , sed qui habent fidem eius , &  
credunt in Christum , de quo propriè dictum est , in semine tuo benedicentur om-  
viii.  
nes gentes . *Id est , non qui filii carnis , hi filii Dei , sed qui filii sunt promissionis* , astimantur ,  
in semine . Licet Iudæi in infidelitate permanentes filii Abrahæ sint per naturam car-  
nis , quia de prosapia illius descenderunt , tamen non sunt , ideo filii , quoniam degeneres  
sunt à fide , & operibus Abrahæ , neque , pér tinet ad eos aliquid ex dono bene-  
dictionis spiritualis quæ facta est ad Abraham de Christo , & multitudine credentiū ,  
gentiles verò , qui sunt filii promissionis , reputantur in semine Abrahæ , id est , in  
Christo , quoniam fidem , & opera Abrahæ imitantur . Promissionis autem filii ap-  
pellantur gentiles pròpter promissionem , scilicet quæ facta est de his ad Abraham ,  
qua dicitur in semine tuo benedicentur omnes gentes , in figura igitur gentilis po-  
puli præcessit Isaac , quapropter licet non credant omnes Iudæi , tamen verum est ,  
quod promissum est Abrahæ : in Isaac vocabitur tibi semen , id est , in his , qui tibi  
promittuntur filii futuri , sicut promissum est Isaac , ponitq; exemplum *promissionis* ,  
ix.  
F  
inquit , *verbum , hoc est : secundum hoc tempus venient* per Angelum scilicet , vel ve-  
niā , id est , apparebo , & erit Sara filius , igitur sicut Isaac per promissionem , qua di-  
x.  
citur , in Isaac vocabitur tibi semen , sic gentilis populus secundo fidem , & vestigia  
Abrahæ per promissionem , quæ facta est ad illum , benedictionis gratiam consequi  
meretur , *Non solum autem illi , sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri* .  
Ordo verborum est pariterque sensuum non solum illi dico filii Abrahæ , Isaac &

Ismahel

Hmabel figuram tenuerunt duorum populorum fidelium, & infidelium, verum etiam Rebecca Typum credentium, & reproborum gessit in duobus filiis suis Iacobi & & Esau, habens illos ex uno concubitu patris nostri Isaac, nec vacat, quod ait ex uno concubitu ne forte enim dicere posset Iacob, quando me genuit pater meus boni animi, & bonae voluntatis erat, quando vero fratrem meum Esau genuit, malae voluntatis erat, ideoque bonitas eius per semen illius diffusa est in me, malitia autem in fratrem meum. Aut etiam ne aliquis hominum hoc ita dicere posset, ait Apostolus ex uno concubitu genitos esse illos duos ostendens ex vocantis dono unum dilectum, alterum ex iusto iudicio odio habitum. Nam omnes ex Adam descendentes prosapia, filii nascuntur peccati, & ideo damnatione digni, si qui vero liberantur, bonitas, & gratia est Dei, non eorum retributio meritorum. *Cum enim nondum nati fuissent illi duo Iacob, & Esau aut aliquid egissent boni, aut mali; (ut secundum electionem operum illorum propositum, seu præordinatio, Dei manere,) non ex operibus illorum, quæ nulla erant, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruit minori.* Ex vocante dicit id est, ex dono omnipotentis Dei, qui illos vocavit dictum est Rebeccæ, quod Esau maior natu seruitutis obsequium minori esset redditurus, hoc est, Iacob, & ita postea evenit. Nam sicut legitur in libris regum Edom temporibus Daudis, & Salomonis, aliorumque Regum seruiuit Israeli usque ad illud tempus, quando, sicut in eodem volumine legitur, præparauit se Edom, ne esset sub Iuda, quod utique prædictum ei fuerat ab Isaac patre suo, veniet, inquit, tempus, cum excuties iugum illius de ceruice tua. *Quis hominum potest enarrare, quare Deus omnipotens elegerit Jacob antequam nasceretur, & reprobauerit Esau, cum nec iste bonum aliquid, vel malum poterat implere, nisi quia in isto, id est, in Iacob, gratiam suam, & misericordiam exhibuit, & in Esau iustum iudicium impleuit.* Nam cum Rebecca iam haberet conceptum in utero & iret Deum consulere, aut per Melchisedech sacerdotem Dei summi, aut per alium quemlibet per quem Deus tunc temporis responsa dabat, dictum est ei ex vocante Deo duo filii *in uno utero sunt, & duo populi majorque seruit minori.* Ergo sicut non fuit propositum Dei, & prædestinatio secundum electionem meritorum bonorum Iacob, ita & electio gentium non fuit secundum electionem meritorum, sed secundum gratiam, & prædestinationem Dei. Quapropter, quare Iacob sine operibus bonis electus fuit, Esau vero absque malis operibus odio habitus, soli Deo notum est, quia omnia nouit, antequam fiant, cuius iudicia semper sunt iusta. *Sicut scriptum est in Malachia Propheta, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Cum dicat scriptura nihil odisti eorum, quæ fecisti, & quia vidit Deus cuncta, quæ fecerat, quæ valde bona. Quæstio oritur, quare odio haberet Esau, quæ ita soluitur, quia non odit naturam, quam fecit, sed peccatum, & vitium, quod non fecit. Iacob autem dilexit misericordia gratuita, Esau odio habuit iusto iudicio, & cum ambo originali peccato maculati essent, quod unum dilexit, eius misericordia fuit, quod vero alterum reprobauit, iustum iudicium Dei extitit. *Quid ergo dicemus, nunquid iniquitas apud Dominum.* Subaudi, quia Iacob per misericordiam suam dilexit, & Esau iusto iudicio suo reprobauit, & qui unum diligit, alterum modit. *Absit, vt ipse iniquus dicatur;* Moysi enim dicit: *Miserebor, cuius misereor, & misericordiam praæabo, cuius miserebor.* Ordo est, cuius misereor vocando eum ad fidem meam, illi dando ut credit in me, misericordiam praæabo illi, ut iuste viuat, & misericors sit, perseveretque in bonis operibus, pro quibus præmium accipiat. *Igitur non volentis.* Subaudi, est voluntas, neque currentis, sed miserentis est Dei misericordia ut det homini bonum velle facere, perseverare. Non sufficit sola bona voluntas hominis, nisi etiam præueniat eum misericordia Dei, ad hoc ut det illi bonum velle, & bonum id ipsum perficere iuxta quod Psalmista dicit: *Misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequatur me.* Sed hic fortasse queritur aliquis ut quid remunerantur electi, vel quid præmii merentur, si & voluntas bona, & perfectio operis a Deo eis datur? cui respondendum est, idcirco electos dignos esse remuneratione, quia statim ut sentiunt se Dei gratia præueniri totis viribus laborant voluntati illitus obsecundando obedire. *Dicit enim scriptura Pharaoni.* Non scriptura per se loquitur, sed alius per eam, sicut loquitur hic Deus. *Quia in hoc excitasti te, id est, duritiam cordis tui, propter hoc aliis manifestavi, ut ostendam in te virtutem meam, siue potentiam, & annuncietur nomen Deitatis*

G

xi.

xii.

H

Gen. 25.  
vers. 25.

xiii.

Gen. 28.

xiv.

I

xvi.

xvii.

Deitatis meæ in universa terra, ita modo fit, in vniuersa enim terra, & per quadrifidum orbem annunciatur nomen Deitatis eius, quia penè vbique liber Exodi recitatatur. Antequam excitaretur Pharao decem plagis à Deo, quasi dormiebat, & excitatus, cuius malitia esset cor eius, hominibus ignorantibus manifestatum est.

**K** Vnde dicit Deus, excita te pulsando in plagiis, id est, manifestauit malitiam cordis tui, quod me solù latebat, vnde excitatus ait: Deum ignoro, & Israhel non dimittam, & quia per suam malitiam ignorabat Deum, indurauit cor eius, id est, non emolliuit, meritis eius hoc exigentibus, sed querit aliquis, aut Pharaonē cum exercitu suo, aut Sodomitas, aut eos, qui in diluvio perierunt, quare perdiderit Deus? cui respondendum est. Quia eorum malitia iam erat consummata excedens modum peccandi, & ideo iusto Dei iudicio erat punienda, sic vnuquisque peccator diuinitus punitur modo, & fine peccatorum completo, de quo ait Dominus ad Abraham, non sunt completa peccata Amorrhæorum, & ad Iudeos, incomplete mensuram patrum vestrorum.

**Matt. 23.  
vers. 32.** Verum quod manifestauit Deus malitiam Pharaonis cor illius non emolliendo, non in Deum reflectitur, qui malum non operatur, sed ipsi Pharaoni malum suum, quod fecit propriè deputatur. Verbi gratia, sicut si fuerint duo vas a vnum plenum balsamo, alterum stercore, si quis ea agitauerit, non est author odoris, vel factoris, sic Deus, qui tetigerit suis plagiis Pharaonem, non est author malitiae eius. Ob duas autem causas percussus est Pharaonē cum suo exercitu, & in mari submersus videlicet ut eorum malitia puniretur, quæ erat multiplicata, & Israelitis, terror incuteretur, quo timerent peccare, ne similia paterentur, scientes iniquitatem à Deo damnari,

**L** dicit enim ut ostendam in te virtutem meam, scilicet per signa, & supplicia, & annuntiatur nomen meum in universa terra. Vbique enim Deus magnus prædicatur, qui Pharaonem cum curribus, & Equitibus suis submersit in mare. Ergo subiungis, si voluntatis non est voluntas, neque currentis cursus, sed misericordia Dei est misericordia, cuius vult miseretur, sicut Israel, quos eripuit non eorum meritis, sed respectu suæ pie-

**xix.** tatis. Neque enim Israëlitæ aliquod bonum in Ægypto fecerant, pro quo liberari meruerint, & quem vult indurat, id est, indurare permittit, & in dureitate sua deserit sicut Pharaonem, & exercitum eius, hoc quod Deus plagam sua misericordia suspendebat à Pharaone, indurabat cor eius. Dicis itaque mihi, quid abduc queritur? id est, quid causatur humana fragilitas, quod cui vult induratur, voluntati enim eius quis resistit? Quod quorundam miseretur, bonitas, & gratia eius est, quod quosdam

**xx.** damnat, iustum suū iudicium ostendit, quia omnes sum⁹ filii iræ antequam renascamur ex aqua, & Spiritu sancto. Ohomo tu quis es, qui respondeas Deo? hominem vocat humana tantummodo sapientem, & Dei iudicium reprehendere nitentem. Num quid dicit figuratum, id est, vas ex luto factum ei, qui se fixit, quid me fecisti? id est, ut quid me fecisti in hanc paruitatem, vel ad hoc vile ministerium. An non habet potestatem figulus lutis ex eadem massa lutis facere aliud quidem vas in honorem, quo ministeretur cibus, vel pótus, quod etiam transcat in vsum Regis, aliud vero in contumeliam? id est, in vile officium videlicet ad opus culinæ, vbi coquantur carnes, sic omnipotens Deus figulus humani generis ex massa peccati, & perditionis, id est, ex massa humani generis habet potestatem aliud vas in honorem facere, id est, vnum ad hoc creare, ut ipse honoretur in illo, & honoret eum vocando ad fidem suam, & saluando ad vitam, aliud verò in contumeliam, id est, reprobos propter nequitiam suam iusto iudicio perdere. Ex corrupta enim massa omnia corrupta fiunt vas, si autem ingenio

**M** artis suæ figulus quedam excoquendo ex illis per ignem à vitio massæ purificauerit, nunquid in his magnificari non potest? quod autem quedam impurificata dimittit non redarguendus est, quia in suâ potestate subsistit, sua enim est massa, Quod si volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vas ira aptata in interitum. Subaudi, tu quis es, qui respondeas Deo. Volens Deus ostendere iram, id est, vindictam suam in Pharaonem, & Ægyptios in Sodomitas & diluvio perditos, & notam facere potentiam suam liberando Hebræos sustinuit in multa patientia vas iræ, id est, Ægyptios per plagas expectando ad poenitentiam quas non pariter effudit; apta enim vas in interitum appellat Ægyptios, qui se præparauerant atque aptauerant æternæ perditioni male vivendo. Ad hæc poterat aliquis Apostolo obiucere, ut quid perdidit illos & saluavit Iudeos? Cui ille obuiat re-

**xxii.** spons

**N** x. ii. Subaudi, tu quis es, qui respondeas Deo. Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vas ira aptata in interitum. Subaudi, tu quis es, qui respondeas Deo. Volens Deus ostendere iram, id est, vindictam suam in Pharaonem, & Ægyptios in Sodomitas & diluvio perditos, & notam facere potentiam suam liberando Hebræos sustinuit in multa patientia vas iræ, id est, Ægyptios per plagas expectando ad poenitentiam quas non pariter effudit; apta enim vas in interitum appellat Ægyptios, qui se præparauerant atque aptauerant æternæ perditioni male vivendo. Ad hæc poterat aliquis Apostolo obiucere, ut quid perdidit illos & saluavit Iudeos? Cui ille obuiat re-

spondēdo, ut offenderes dīnitias gloria suā. Quib. glorificētur in vasa misericordia, id est, in ipsos hebreos, quos preparauit in gloriam suā, ut in eis glorificetur, & laudetur, quod eripiens illos de Aegypto inimicis eorū interfectis mare rubrum transduxit, & promissionis terram tradidit. *Quos & vocauit nos*, id est, quos vocauit ad fidem suam, sicut & nos Apostolos aliosq; credentes ex eadem plebe, vocauit quoq; illos de Aegypto gratia misericordiae suā, omnes homines post praevaricationem Adæ peccatores ha- scuntur, & damnationē digni, atq; secundum suū meritum debuerant omnes perire. *Quod verò pauci saluantur*, qui de vasis iræ in vasa misericordiæ transferuntur, ideo sit ut misericordia appareat auctoris in his, qui à morte æterna liberantur, & q; plures sunt, qui pereunt remanēdo in vasis iræ peccatis præpedientib. in dictum est meritò omnes debuisse perire, ac per hoc iustum iudiciū manet in eis. Verùm quia Iudæi ex- cludebant gentiles ad fidem Christi, dicentes, eos non posse saluari, subdit Apostolus *Non solum ex Iudeis, vocauit ad fidem suam, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, voca- bo non plebem meam*, id est, gentiles, *plebem meam*, ut plebs mea sint, hoc secundum B. Hieron. sñ B. August. verò potest & de Iudeis intelligi, qui facti sunt non plebs Dei, quando recesserunt à Deo, respuentes Christum, & dixerūt nescimus unde sit, unde habemus in Psalmo, *Filiū alieni mentiri sunt mihi*. Qui postmodū facti sunt plebs Chri- sti, quando vna die crediderunt ex eis 3000. altera die 5000. & deinceps multa millia. Et qui non erant misericordiam consecuti in infidelitate manendo, misericordiam consecuti, sunt effecti fideles. *Et erit in loco, ubi dictum est eis nō plebs mea vos, ibi vocabū- tur filii Dei viui*. Gentib. in infidelitate depresso dicebatur eis à Deo per Prophetas, q; non esset plebs eius, quoniam licet per conditionem creaturæ Dei essent, non erant tamen plebs eius per gratiam. Postq; aut ad fidem venerunt in loco q; in toto mundo, ubi dicebatur eis, anteq; in Deū crederent, non plebs mea vos, ibi modo vocantur filii Dei viui non per naturam, sed per adoptionē. *Quotquot n. ait Euangeliſta crediderūt in eum, dedi eiſ potestatem filios Dei fieri*, & benedicit Dei viui ad distinctionē mortuo- rum Deorum, quos ipsi antea colebant. Potest intelligi similiter & de Iudeis, quod aper- tum est. *Eſaias aut̄ clamat pro Iſrael, id est, de cauſa Iſraelis. Si fuerit numerus filiorum Iſrael tamq; arena mari reliquias saluaſiſtent*. Sicut hominib. incognitus est arenæ matis numerus, ita & præ multitudine sui innumerabilis factus est popul⁹ Israeliticus. Qui- bus sic multiplicatis & oneribus peccatorū prægrauatis, & reliquiae tñ saluæ factæ sunt, id est, Apostoli, & cæteri, qui crediderunt ex eis. *Verbum n. consummās, id est, perficiens, & perfectionē continens, & ad breuians in equitate, quia verbum breuiatum fa- ciet Dominus super terram*. Tribus modis intelligitur verbum perficiens omnia, & ad- breuiatum in veritate. Verbum breuiatum est, de quo dicit Dominus. *Diliges Domi- nam Deum tuum ex toto corde tuo, tota anima tua, tota mente, & proximum tuum si ut re- ipsum, in his duobus mandatis tota lex pendet, & Propheta*. Vel verbum breuiatum sym- bolum potest intelligi Apostolorum, ubi fides continetur, quæ per diuersa volumi- na continetur, vel prædicatur, seu quatuor libri Euangeliorum comparatione legis, & Prophetarum, verbum breuiatum potest dici & perfectionem continens. *Et sicut prædictum Eſaias n̄iſi Dominus reliquisset nobis semen*. Apostolos scilicet, qui seminati sunt per vniuersum orbem missi à Christo, & fructum multiplicauerunt credentium animarum, quasi Sodoma fuissimus, & sicut Gomorrha facti essamus. Nisi Apostoli qui extiterunt semen totius messis credentiū seminati à Deo per vniuersum orbē credidissent in illum, sicut Sodomitæ & Gomorritæ vno perierunt interitu, & momento, ita oēs Iudei vno in tempore infidelitatis peccato perditæ fuissent, Apostolorum n. do-ctrinæ multi postmodum crediderunt ex Iudeis, qui periissent nisi Apostolorū semē mansisset. Alter Ambrosius per hoc semen intelligit Christum, qui nisi seruatus à pa- tre fuisset, periissent Iudei, periissent Apostoli, q; relicto eo fugerūt, periisse⁹ & nos. *Quid ergo dicemus? Hoc dicemus, quod gentes, qui non sectabantur iustitiam legis cir- cumcisionem videlicet, otium Sabbathi, victimas legales, apprehenderunt iustitiam fi- dei Euangelicæ*. Vnde & subdit, *iustitiam autem dico apprehendisse gentes, quæ ex fde est, quia fides Christi iustificat credentes dum in ea baptizantur, & fructus iustitiae, ac fidei operantur, vñ certe iustitiam possimus hic alio modo intelligere Christum, qui factus est nobis iustitia, & redemptio à Deo Patre, sicut Apostolus alias ait, quia per illum iustificat Deus Pater omnes credentes in se, hanc autem iustitiam appre- derunt*

xxiv.

xxv.

O.

Psa. 17. v. 48

xxvi.

Ioh. 1. v. 12

xxvii.

xxviii.

P

Matt. 22.

vers. 37.

xxix.

xxx.

Q.

- xxxii.** derunt gentes non loco ei appropinquando , sed fide credendo , quoniam fide acceditur ad eam , vnde appellatur iustitia ex fide , *Israël verò secundo legem iustitiae* , id est , obseruantiam legalem , per quam se iustificare posse putabat sine fide Christi , *in legem iustitiae* , id est , in legem Euangelii , vbi iustificantur per fidem Christi , *non peruenit* , legem autem iustitiae non immerito dicimus obseruantiam designarilegis Moysi , quia suo tempore , qui eam custodiebant , iusti putabantur , sicut & eam contra non custodientes velut iniusti damnabantur . *Quare?* Subaudi , non peruenit Israël in legem iustitiae , quia non ex fide Christi voluit saluari , sed quasi ex operibus legis , offendebant enim in lapidem offensionis , id est , in Christum , nolentes in eum credere , sed dixerunt , non habemus Regem , nisi Cæsarem , crucifige illum . Qui lapis bene appellatur propter infirmitatem fidei , *sicut scriptum est in Esaia , Ecce pono in Sion lapidem offensionis , & petram scandali* . Et sicut est lapis salutis , & firmamenti illis , qui in eum credunt , ita est lapis offensionis his , qui in eum respuunt credere . Quod tale est ac si diceret : Ecce mittam in populum Iudæorum Christum , qui idcirco lapis offensionis vocatur , quia mox ut natus offenderunt in eum Herodes , & Iudæi necantes pro eo paruulos . Deinde sicut Euangelium narrat , scandalizabantur in eum , & multi discipulorum eius audientes verbum , scandalizati sunt , & iam non ambulabant cum illo , & insuper in passione eius discipuli eo relicto fugerunt . *Omnis qui credit in eum* , id est , in Christum , qui unius essentiae est cum Patre , & Spiritu sancto , & præcepta illius custodierit , *non confundetur* , id est , non erubescet in sententia , quia damnabuntur reprobati , & infideles audientes ab illo , *ste maledicti in ignem eternum* , sed potius latetabitur ab illo cum cæteris electis : *Venite benedicti , Patris mei , percipite regnum , quod vobis paratum est ab origine mundi* , & quia poterat aliquis obiicere Apóstolo , quare non oras pro incredulis tuis gentis , veletiam ne superbirerent gentiles , & despicerent Iudæos . Subdit Apostolus .

## CAPUT X.

Orat Apostolus pro Iudæis , quos zelum Dei & legis habere asserit non secundum scientiam : nam Christum finem legis ignorantes , ex legis operibus iustitiam querebant : de diuersitate iustitiae ex operibus legis ab ea quæ ex fide est , quam Iudæo quam Græco in Christum credenti communis est : ubique autem terrarum prædicata est Christi fides , quam repellentibus Iudæis suscepereunt Gentes .

- 1.** Ratres , voluntas quidem cordis mei , & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem . **†** Testimonium enim perhibeo illis , quod emulationem Dei habent , sed non secundum scientiam . **†** Ignorantes enim iustitiam Dei , & suam quarentes statuere iustitia Dei non sunt subjecti . **†** Finis enim legis , Christus , ad iustitiam omni credenti . **†** Moyses enim scripsit , quoniam iustitiam , quæ ex lege est , qui fecerit homo , viuet in ea . **†** Quæ autem ex fide est iustitia , sic dicit : *'Ne dixeris in corde tuo : quis ascendet in cælum ? id est , Christum deducere : Aut quis descendet in abyssum ? hoc est Christum à mortuis reuocare . Sed quid dicit scriptura ? Prope est verbum in ore tuo , & in corde tuo : hoc est , verbum fidei , quod prædicamus .* **†** *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum , & in corde tuo credideris , quod Deus illum suscitauit à mortuis , saluus eris .* **†** Corde enim creditur ad iustitiam : ore autem confessio fit ad salutem . **†** Dicit enim scriptura : *'Omnis , qui credit in illum , non confundetur .*
- 2.** *Leuit. 18.*  
**a. 5.**  
**b. 11.**  
**Deut. 30.**  
**cap. 12.**  
**6.**  
**B**  
**7.**  
**8.**  
**Deut. 30.**  
**cap. 14.**  
**9.**  
**10.**  
**11.**  
**12. d. 16.**

*† Non*

¶ Non enim est distinctio Iudei & Graci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. † Omnis enim quicunq[ue] inuocauerit nomen Domini, saluus erit. + Quomodo ergo inuocabūt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non au- dierunt? Quomodo autem audient sine predicante? + Quomodo ve- rō prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: 'Quam speciosi pe- des euangelizantium pacem, euangelizantium bona! † sed non om- nes obediunt Euangelio. Isaia enim dicit: 'Domine quis credidit au- ditui nostro? † Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chri- sti. + Sed dico: Numquid non audierunt: 'Et quidem in omnem ter- ram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. + Sed di- co. Numquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: 'Ego ad a- mulationem vos adducam in non gentem in gentem insipientem, in iram vos mittam. † Isaia autem audet, & dicit: 'Inuentus sum a non quarentibus me: palam apparui ijs, qui me non interrogabant. + Ad Israel autem dicit: 'Tota die expandi manus meas ad populu[m] non credentem & contradicentem.'

12.

C

13.

Ioc. 2 g12  
Act. 2. c. 21.

14.

15.

Isa. 51. b. 7.  
Nah. 1. d. 15.

16.

Ia. 53. a. 1.  
Io. 12. f. 3.

17.

Psa. 18. a. 5.

18.

D

19.

Deut. 32.  
cap. 21.

20.

Ila. 65. a. 1.

21.

A

i

A

ii.

B

B

Loan. 16.  
ver. 2.

B

**F**ratres, qui mecum creditis in Christum, voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad Deum sit pro illis in salutem. Pro Iudeis scilicet & incredulis, ut saluentur: vbi demonstrat, quoniam si ex operibus legis quis potuisset iustificari, & pro illis mere- tur ad fidem Christi peruenire, omnes illi vocati essent, & saluati: Gentiles autem, qui legem ignorabant à salute fuissent alieni, salus ergo gratis à Deo datūr, & non ab homine meretur, id est fides Christi, qua saluāmur. Testimonium enim perhibeo illis, quod emulacionem Dei, id est zelum amoris Dei habent, sicut & ego ante conuersionem ha- bebam, sed non secundum scientiam. Stultum est enim legem per seruum datum vene- rari, & Euangelium, quod datum est per dominum persequi, stultum est etiam pa- trem confiteri, & filium negare in hoc siquidem Iudæi scientiam Dei non habe- bant, quia ita volebant adhærere legi per seruum datum, ut gratiam responderent euangeli à Domino datum, & persequendo filium Deo patrī placere putabant, hoc autem dicitur de illis, qui ignorantia tenebantur, de quibus & veritas ait. Venit ho- ra, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare Dō. Sic & Petrus. Scio, inquit, fratres, quia per ignorantiam fecistis malum hoc, dum enim multi Iudæo- rum Apostolos Christi perlequerentur, arbitrabantur se per hoc placere Deo. At econtra multi scientes, negauerunt Christum; sicut scribæ, & Pharisei, ignorantes enim Dei iustitiam, non qua ipse iustus est essentialiter, sed Christum, cuius fide iustificamur cum bonis operibus, & suam iustitiam quarentes statuere, legem scilicet per quam putabant posse iustificari sine gratia Christi, iustitia non sunt subiecti inolentes se subdere fidei Christi, & Euangelio illius. Etenim quia legis operibus nemo per- fectè iustificabatur, misit Deus filiu[m] suu[m], qui præcepta iustitiae, quæ Euangelica vo- cantur nobis tradidit, & in ipso perfectionem iustitiae nobis exhibuit; cuius fidei gratia perfectionem confequi meremur, & quia Iudæi iustitiam suam quæsierunt statuere id est, legis iustitiam sibi putauerunt sufficere iustitiae Dei; id est Christo, & fidei illius, atque euangelicæ Doctrinæ noluerunt colla subdere. Finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Est finis qui pro consummatione accipitur sicut tunc quando dicimus finita est cæna, id est consummata est. Est etiam quando pro consummatione, & perfectione, sicut tunc, quando dicimus finita est tela, hoc est perfecta, & consummata. Secundum hunc sensum dicitur Christus finis esse legis, non consummatio, sed completio, & consumatio legis, & Prophetarum ad iustitiam omni homini credenti, completio legis, & prophetarum ipse est, quia omnia; quæ lxx, & Prophetæ verbis, & mysteriis de ipso prædixerant per semetipsum com- iost. 19.  
pletuit. Digitized by Google

Ioan. 19.  
vers. 30.

pleuit. Vnde pendens in cruce ait, *Consummatum est*. Quod qui credit, & confitetur iustificatur, si tamen opera digna fecerit. Hoc distat inter officium, & finem, quod officium est ipsa res, quæ agitur. Finis vero ipsum, propter quod agitur. Officium, lex, & prophetæ finis Christus, propter quem illa omnia præcesserunt. *Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea.* Subaudi iustitia, id est sicut quidam codices habent, viuet in eis, ut subaudiatur mandatis, & præceptis, legem posuit pro operibus legis, id est circumcisio nem otio sabbati, cæterisque legalibus operibus. Iustitia, quæ ex lege est viuere hominem, in se faciebat, qui ante interficiebatur. Præmium ergo illius iustitiae nihil aliud erat, quam vita præsens, quæ non tollebatur, viuet in ea dicit, id est mortem præsentem euadet. Si quis vero spiritualiter ea, quæ lex præcipit, impleuerit, licet in præsenti temporaliter non remuneratur, in futuro tamen remunerationis causa vitam æternam accipit, id est præsentissimum omnipotentis Dei vultum. *Quæ autem ex fide iustitia, sic dicit, iustitiam hic appellat Christum, qui per passionem suam, & fidem iustificat in se credentes, ita iustitia Christus, qui est verbum Dei patris sicut in Deuteronomio per Moysen, quia ipse loquebatur opera Prophetarum. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendat in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendat in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare.* Hæc verba partim sunt Moysi, partim Apostoli, quando Moyses dedit Iudeis legem, dixit eis. Ne dixeris o Iudee in corde tuo, id est ne fingas in mente tua quis ibit in cœlum, ut inde mihi afferat Dei mandatum, aut quis descendat in abyssum, ut illud mihi mandatum afferatur. Non est necesse, ut taliter hoc quæras, quia prope est verbum, id est mandatum legis in ore tuo, & in corde tuo, & in præsentia tua scriptum, vel ipse Deus in corde, & ore docebit te. Verum quia Moyses Propheta existit, & multa de futuro prædictit. Paulus Apostolus verba eius ad Christū retulit, afferens illum hoc dixisse per Moysen, qui est iustitia vera. Quibus verbis instruit nos, ne dicamus in corde nostro, & putemus Christum localem esse, ut in alio loco contineatur, sed potius credamus illum secundum diuinitatis plenitudinem ubique esse, ac per omnia diffusum cù patre, & spiritu sancto, iuxta quod Deus Pater per Esaiam prophetam dicit, cœlū, & terram ego imleo, ideo enim non concluditur loco, qui in eo consistit omnis locus. Præsidendo siquidem sustinet, omnia sustinendo præsideret, implendo circundat, circundando implet, in verbis ergo Apostoli sensus huiusmodi est, ne dixeris in corde tuo o quicunque es, qui ascendat in cœlū, id est non credas Christum localem, ut credas illum post Ascensionem eius ita esse in cœlo, ut non sit in terra, aut ita esse deorsum in abyssō apud inferos, ut te sursū positū ignoret, sed crede illū vbiq; esse præsentē secundum diuinitatē, sicut de eo dicitur. *Sapientia attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, ne dixeris ergo in corde tuo, o homo, quis ascendat in cœlū, ut inde Christum deducat mihi, qui me doceat. Saltē in corde noli dicere hoc, quia hic est Christus, & vbiq; Nā in terra erat, & dicebat, nemo ascendit in cœlū, nisi filius hominis, qui est in cœlo.* Quomodo non magis cum sit in cœlo, est & in terra, aut quis descēdit in abyssum? subdit Apostolus ex suo, hoc est Christum ex mortuis reuocare, similiter, & supra hoc est Christum deducere. Nō necesse habes Christum ab inferis vocare, quæ vbiq; præsentē debes agnoscerre. Vnde dicit ipsa scriptura Deuteronomii prope est verbum in ore suo, & in corde tuo. Verbum hic dupliciter possumus intelligere, si volumus verbum legis, quod illi in ore habebant assidue illud legendō, in corde quoq; iugitur meditando, ac memoriae commendando. Altiori autē intellectui istud est verbum, de quo Ioannes ait, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Ergo, quia Deus erat verbum propè erat in ore, & in corde illorum, vt pote quod omnia replet. Nā vt Beatus Hieronymus dicit sicut vestis totum corpus hinc inde circumdat, ita Christus electos suos vndique circumdando amplectitur, Imò amplius, quoniam vestis tantummodo extrinsecus corpus circumdat adhærendo illi, Christus vero est interius in ore per confessionem, in corde per credulitatem, sicut hic dicitur, & vbi alias Idem Apostolus dicit in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, *hoc est verbum fidei, quod predicamus nos Apostoli.* Hoc est, inquit, verbum, filius videlicet Dei patris, in quem secundum prædicationem nostram credi oportet. *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo,*

quod

*quod Deus illum suscitavit à mortuis saluus eris, id est salutem consequeris æternam,* ita tamen ut iustitiae sceleris opera, quia non oportet seruum Dei manere otiosum. Corde enim creditur ad insitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Prosequitur diligentius, quod superius fide tetigerat, fides in corde locanda est, quæ Deum, Trinitatem habere in personis, & unitatem in omnipotentia Maiestatis credat, filiumque suum humanatum, & secundum euangelium firmiter teneat genus humaanum sanguine illius redemptum, & ea, quæ circa humanationem eius sunt factæ Deificæ exhibita non hæsitet, in ore etiam confessio debet esse, quia fides cordis promenda est officio oris, illa enim confessio fit ad salutem, si tamen exornata fuerit bonis operibus per spatum vitæ, nam aliter *fides sine operibus mortua est*, non dicit de salute corporibus, qua potiuntur etiam, qui confitentur Deum, sed de salute interioris hominis, id est animæ, quæ saluatUR confessione veræ fidei, non temporaliter, sed æternaliter, quoniam salus huius confessionis sempiternalis est. *Dicit enim scriptura Esaiæ Prophetæ omnis qui credit in eum, id est Christum ea fide, qua per dilectionem operatur non confundetur.* Quicunque crediderit in Christum, sicuti credendum est, non erubescet cum incredulis in die Iudicii, quibus ipse Iudex dicet *ite in ignem aeternum*, sed potius gaudebit cum ab eo, in quem credidit, remunerabitur aggregatus numero, & collegio electorum, & Deum confitentium: Hoc exemplum valet contra Iudæos, qui gentiles à fide Christi putabant secessuros, unde & subdit, *Non est distinctio subaudi in isto exemplo, quod posui, quorum non distinctio, siue separatio Iudei & Greci*, quia de utrisque dicitur, Omnis homo, qui crediderit in illum siue Iudæus, siue gentilis non confundetur. *Nam idem Dominus omnium dixes in omnes, qui inuocant illum*, Idem Dominus, qui est creator, & Dominus Iudæorum, & Dominus gentilium id est omnium hominum: diues autem idcirco dicitur in omnes, qui inuocant illum, quia potest omnes in se credentes à præsentibus tribulationibus eruere, & ad vitam æternam perducere, reddens præmium eis à se præmissum. Vel ideo dicitur diues, quia potens est gentiles exaudire, & saluare sicut & Iudæos, quia personarum acceptio non est apud illum, nec sic intendit vni, ut se deneget alteri. Ergo si vox nostra ad omnes, qui audiunt æqualiter venit, & tamen vna est, multo magis omnipotens Deus exaudire omnes misericorditer potest, Nec dum vnum audit, alterius precum obliuiscitur. *Quapropter subinfert. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Quicunque inuocauerit nomen Domini, sicut inuocari debet, scilicet fide, ore, & opere, hic saluus erit. *Quomodo ergo inuocabunt subaudi, Iudei Christum, in quem non crediderunt, & idcirco non saluantur, quia non inuocant, aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Ergo audierunt Iudei Christum, & non audierunt, audierunt aure corporis, sed non aure mentis, quas Dominus requirebat inquiens, *qui habet aures audiendi, audiat, insuper etiam auerterunt aures suas, ne audirent verba eius, quando illo clamante in templo, & dicente, si quis sit veniat ad me, & bibat.* Noluerunt ad eum venire credendo, Ideoque non audierunt, quia non fuerunt obedientes. *Quomodo autem audient sine prædicante.* In hoc ostendit se siue similes Apóstolos, & prædicatores ad prædicandum Iudeis esse missos à Christo, quorum ministerio docebantur, sed illi persecuti sunt eos expellentes eos à se sicut in actibus Apostolorum legitur, vbi & narratur quemadmodum eis Paulus dixerat. *Vobis quidem portebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud ecce conuertimur ad gentes, hinc est quod subdit.* *Quomodo autem prædicabunt eis, prædicatores verbum vitæ nisi mittantur?* Et est sensus ipsi occiderunt prædicatores quosdam ad se missos, sicut Jacobum fratrem Ioannis, & Stephanum, reliquos vero flagellantes à se expulerunt. Quod dicit quomodo prædicabunt, nisi mittantur, ita potest uno modo intelligi nequaquam nos Apóstoli ad officium prædicationis accedere possemus, nisi gratia Dei, qua protegimur, admoniti, directi fuissimus primum Iudeis verbum vitæ annunciare, deinde gentibus ideo inexcusabiles erunt Iudei de aduentu filii Dei, quia Apóstolos ad salutem sui directos à suis finibus repulerunt. Potest & ita non inconuenienter intelligi quomodo, inquit, prædicabunt ipsi prædicatores eis verbum vitæ, qui expulsi sunt ab eis, nisi iterum mittantur. Affirmat quoque

Jacob. &  
ver. 16.Matth. 15.  
ver. 41.

xii.

G

xiii.

xiv.

Matth. 15.  
ver. 15.

H

Act. 15.  
ver. 46.

xv.

quoque exemplo propheticō qualiter prædicatores euangelizare voluerunt eis bona sed noluerunt credere, nisi pauci, Scriptum inquit est in Esaia propheta. *Quā speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?* Apostolorum pedes speciosi fucrunt, quia à Domino sunt abluti, pedes quoque in sacra scriptura aliquando bonas actiones significant, sicut Zacharias pater Ioannis Baptistæ ostendit dicens. *Visitauit nos oriens ex alto illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros id est actiones nostras in viam pacis,* Aliquando significant pedes verbum prædicationis, ut illud. *subiecit populos nobis;* & gentes sub pedibus nostris, Apostoli pacem prædicauerunt secundum monita dicentis. *In quamcumque domum intraveritis primum offerte pacem dicentes pax hinc domui,* Et euangelizauerunt bona futuri scilicet regni præmia, quæ oculus non vidit, neque auris audiret, nec in cor hominis ascenderunt, & de quibus Psalmista dicit. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Bona quoque annunciauerunt, fidem sanctæ Trinitatis, mystrium Incarnationis, Christi passionem, resurrectionem, Ascensionem eius, Adventum quoque ad iudicium, gloriam electorum, damnationem reproborum, sed non omnes obediunt euangelio. Licet Apostoli euangelizasset bona patris celestis, tamen non omnes Iudæi, neque omnes gentiles obedientes extiterunt tunc temporis euangelicæ prædicationi, sed neque adhuc obediunt omnes. *Esaies enim dicit domine quis credidit auditui nostro.* Hoc in loco Esaies loquitur in persona Apostolorum, Eodem enim fuit spiritu repletus, quo & Apostoli. Animaduertendum autem, quia, quis, in sacra scriptura, aliquando pro nullo, Aliquando pro raro ponitur. Pro nullo, ut est illud. *Quoniam quis in nubibus aquabitur Dominus?* Id est nullus. Pro raro, sicut hic. Pauci enim inuenti sunt, qui crediderint ex Iudæis auditui Apostolorum. Qui idcirco auditus illorum dicitur, quia intrinsecus in mente Deo inspirante auditu spirituali audiebant quod extrinsecus voce corporali ad salutem auditorum proferre debuissent. Vnde & ipse Paulus alibi ait: *ex experimentum queritiseius, qui in me loquitur Christus?* Et David quid dicit? *audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Ab hoc auditu Apostolorum, id est à prædicatione illorum subtraxerunt se Iudæi, renuentes in Christum credere. *Ergo fides ex auditu.* Primum audit quis prædicatorem loqui quomodo debeat credere, deinde accipit fidem. *Auditus autem per verbum Christi.* Quod prædicatur ab Apostolis, & Doctoribus, verbum Christi est, quia non alia prædicant, quam quod in euangilio continetur, quod ab ore Christi est prolatum, vel quæ ipse Christus reuelat eis in corde, & loquitur per ora eorum. Ad hæc poterant Iudæi dicere, licet falso, non audiuius verbum Christi per ora Apostolorum. Contra quos subiungit Apostolus. *Sed dico nunquid non audierunt?* Subaudi Iudæi verbum prædicationis Apostolorum: Respondet ipse Apostolus sibi, & affirmat, quia audierunt. *Eo quidem.* Ecce affirmatio, & hic distinguendum, sensus enim huiusmodi est: Nunquid non audierunt Iudæi verbum Christi? Et quidem, id est certissime, & in veritate dico, quia audierunt, sed credere contempserunt. Poterat ad hæc aliquis dicere. Apostoli recesserunt ab eis, & quomodo potuerunt audire? Afferit quoque Apostolus exemplo propheticō, & dicit quomodo potuit esse, ut non audirent? *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Dixerat supra ideum Psalmista. *Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Si secundū linguis omnium gentium, & sermones auditæ sunt voces Apostolorum in ipsis gentibus, quanto magis apud Iudæos ipsa lingua corū, Id est Hebræa audita est. Si enim ab Hierusalem in quatuor mundi climata euangeliū diuulgatum est, quomodo ipsis Iudæis, à quibus prædicatio eiusdem euangeliū exordiū lumpsit, non est prædicatū, maxime cum & ipsi mediterranei sunt. Quod enim Hierusalē in media terrarū sit posita, sicut umbilicus ventris, testatur Psalmista, qui dicit. *Dens ante Rex noster operatus est salutē in medio terra* id est in Hierusalē, & per Ezechielē Dominus loquitur. Ista est inquiens Hierusalē, in medio gentiū posui eā. Sed fortasse querit aliquis, quare Deus omnipotens illā plebē in medio gentiū decreuerit collocare; Cui respondēdū est. Ideo hoc factum esse, ut quia ipsa ex omnibus gentibus sola cogitationem veri Dei habebat, & legē scriptā suo cultu, & religione prouocaret alios ad cultū omnipotens Dei, sicut plurimos gentilium legimus ad iudaismū transisse vel idcirco

vt si ipsa plebs Dei legem seruaret, ab omnibus in circuitu suo honoraretur, ac timeretur. Sicut factum est temporibus Dauid, & Salomonis, quando omnes reges in circuitu suo positi ei munera mittebant. Vel si à legē & cultura Dei recederet, ab hostibus affligeretur, ac depopularetur, quod sēpissimē actum est. Quarta quoq; causa extitit, vt quia Christus ex eadem plebe erat nasciturus, & genus humanum redempturus, & multa mirabilia in mundo positus patraturus, ibi hæc agerentur, vnde fama eius ad omnes gentes citius posset transuolare. Réuertemur igitur ad superiora. Igitur in omnem terram exiuit sonus prædicationis Apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum, quia penè ante defecit eis terra, quam lingua. In hoc autem exemplo per terram intelligere possumus terrænos homines, qui tantum sonum, id est famam prædicationis, & simplicia monita prædicationis percepunt; per fines terræ, philosophos, & artibus liberalibus eruditos, qui verba scrutati sunt prædictæ euangelicæ Doctrinæ, vt Augustinus fuit, & Cyprianus. Sed dico. Nūnquid Israhel non cognovit, id est si prædicatio Apostolorum ad omnes gentes peruenit; quanto magis ad iudeos; apud quos seminari cœpit, præsertim cum ipsi sunt omnium gentium mediterranei? Vel aliter. Nūnquid Israhel non cognovit? Primus cognovit utique in Apostolis, & Apostolicis viris. Primus Moyses dicit. Ego ad emulacionem vos adducam in non gentem. Emulatio, quæ græco vocabulo zelus appellatur, non uniformiter, neque sub uno sensu semper accipitur. Nam ponitur pro imitatione, pro studio, pro amore, pro inuidentia sicut hic. Hoc autem Moyses ex persona omnipotentis, Dei contra iudeos loquitur, qui ad emulacionem, & inuidiam ducti sunt contra gentem, id est contra populum ex gentibus credentem, cui semper inuident eum in ipsum credere, quem ipsi occiderunt, sicut in actibus Apostolorum refertur. Quod videntes iudei turbas, gentilium credentium repletæ sunt zelo, & contradicabant his, que a Paulo dicebantur. Ante Domini aduentum genus humanum in iudeos diuidebatur, & gentes, sed gentes per enormitatem malorum transcenderant conditionis suæ donum, vt etiam gentis nomine non meruissent appellari, sed canes. Dicente Domino in euangelio. Non est bonus sumere panem filiorum, & mittere canibus, Vnde non gens dicebantur, quia ratione amissa irrationabilitatem sectabantur. Verum cum postmodum credidissent tam apostolis prædicantibus, quam eorum successoribus, iudei contra eos excitati sunt, & inflammati inuidiæ facibus. Expōnens ergo Apostolus, quod dixerat non gentem infert in gentem insipientem, id est pro Deo vero Ido la colentem, in iram vos mittam. Subaudi contra hanc gentem insipientem. Quæ cum fecisset usque ad aduentum Christi insipientis eius fide potita, facta est sapiens. Contra quam iam credentem in terra mittuntur iudei, non quod Deus emulacionem, & iram in illis operetur, sed quod beneficia sua, quæ iudeis displicerunt ad se conuersis gentibus largiatur. Potest, &c, quod dicit non gentem, aliter intelligi. Gentiles increduli ante perceptam fidem gens vocabantur, percepta autem fidè non gens vocabantur, sed Dei populus, & plebs appellantur. Dicente Domino per Psalmistam. Populus, quem non cognovi, seruuit mihi. Vnde & alibi Apostolus. Scitis, inquit, quoniam cum gentes essetis ad simulacra muta, prout ducebamini, eratis. Quod tale est ac si diceret, fuistis quoniam gentes, sed iam non estis gentes. In hanc ergo non gentem irascuntur iudei inuidia ducti. Esaias audet, & dicit. Non sine ratione hoc verbum, quod est, audet, posuit. Esaias spiritu propheticō repletus sciēbat se contineendum à iudeis, etiam ferrâ lignea secundum, & tamen audet, id est audacter dicit ex persona Christi non formidans iudeos rebelles. Inveniens sum à non querentibus me palam apparui iis, qui me non interrogabant. Gentilibus non querentibus Christum, qui neque legis, neque prophetarum aliquod habebant documentum, siue promissionem de eo, ipse apparuit, ille apparere dicitur, qui non speratur, sed subito, & insperatè venit, sicut apparuit dominus abrahæ, cum non spectaretur, & sicut apparuit angelus Zacharie. Sic dominus apparuit gentibus, prædicantibus apostolis, & corrugantibus miraculis, cum non expectaretur ab illis. Nam quod ipse in apostolis apparuerit gentibus, testatur suis sermonib; G 3 bisi.

xix.

N

Acto. 13.  
vers. 45.Matth. 15.  
vers. 26.

O

Psal. 17.  
vers. 45.

xx.

March. 2. bus. Ego vobis sum omnibus diebus usq; ad consumationem seculi. Per doctrinam enim  
 v. 20. cœlestem, & per miraculorum signa, quæ Apostoli operabantur, apparuit Christus  
 Mart. 16. gentibus, quoniam ipse cooperabatur eis, & loquebatur per ora illorum, dicitur  
 v. 20. namq; Euangelium, quod profecti predicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem  
 xxii. confirmante sequentibus signis. Sequitur: & his, qui me interrogabant, saepè legitur omni  
 potens Deus à sanctis interrogatus, sicut Moysè Abraham Samuele, & cæteris. At  
 gentiles non interrogabant Deum, sed consulebant idola, & dæmonia. Ad Israhel  
 autem dicit: idem Isaías ex persona Christi: Tota die expandi manus meas ad populum non  
 credentem, & contradicentem mihi, totum diem appellat totum tempus dominicae præ-  
 dicationis, usq; ad passionem illius: qui videlicet manus suas ad eundem populū ex-  
 tendit, quia munera beneficiorum suorum largissima bonitate exhibuit, expansio  
 etenim manuum donationem munerum designat, & ille dicitur manus expandere,  
 p. qui poscentibus beneficia largissimè tribuit. Nam mortuos illorum suscitauit, diuer-  
 tas morborum infirmitates curauit, esfrientes & famelicos panibus suis pauit, mul-  
 taq; innumerabilia bona eis impendit, quibus ille semper contradixerunt dicentes de  
 illo, in Beelzebub principe demoniorum eicit dæmonia, & non est hic homo à Deo, qui sabbatum  
 non custodit, siue etiam manus expandit, dum eas in cruce affigi permisit, est quoq;  
 Ioā. 9. v. 16. consuetudo patrum, ut expandant brachia, quibus charissimos filios amplexentur,  
 & in gremio suo collocent. Sic Dominus Iudeos amplexari voluit, & in sinum suæ  
 Mat. 3. v. 2 charitatis trahere dicens eis, Panitentiam agite, appropinquavit regnum cælorum, sed illi  
 Ioā. 9. v. 29 semper studuerunt contradicere dicentes, nescimus hunc unde sit. Solet etiam nutrix  
 extendere manus, ut dilectetur is, qui nutritur veniendo ad eam & discat ambulare,  
 & populus Israheliticus admodum erat claudus, quia gressus bonæ operationis non  
 habebat, ad quem dominus quodammodo manus expandit, ut ad se veniret, dum  
 Matthei. 11. dixit; venite ad me omnes, qui laboratis & oneratis & ego vos reficiam. Sed illi neglegit  
 v. 22. eius donorum beneficijs, gressus retro in infidelitatem retrorsit.

## CAPVT XI.

Deus quosdā ex populo Iudaico gratuita sua electione sibi seruauit, perfidē in Chri-  
 stum saluandos, reliquis ob incredulitatem in sua cæcitate, iuxta prophetarū  
 vaticinia relictis, ac gentibus in locum ipsorum ex gratuita Dei bonitate assup-  
 tis, quas monet Apostolus ne aduersus Iudeos glorientur: quodq; Iudei ad  
 tempus deserti, tandem ad Christum conuertentur, exclamans ob diuinæ sa-  
 pientiæ incomprehensibilitatem.

1. **I**co ergo: Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nā  
 A. 2. Ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin.  
 3. † Non repulit Deus plebem suam quam presciuit. An nesci-  
 v. 3. Reg. 19. tis in Elia quid dicit Scriptura: quæ admodum interpellat Deum ad-  
 d. 10. uersum Israel? † Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suf-  
 4. foderunt: Ego relictus sum solus, Ego querunt animam meam. † Sed  
 v. 3. Reg. 18. d. 18. quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia viro-  
 5. rum, qui non curuauerunt genua ante Baal. † Sic ergo Ego in hoc tem-  
 6. B. pore, reliquia secundum electionem gratia salua facta sunt. † Si autem  
 7. gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iā non est gratia. † Quid  
 8. ergo? quod querebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem  
 Isa. 6. c. 9. consecuta est: ceteri verò execrati sunt: † sicut scriptum est: De-  
 Mat. 13. b. 14. loā. 12. f. 48. dit illis Deus spiritū compunctionis: oculos ut non videant Ego aures  
 v. 23. f. 26. ut non

et non audiant, usque in hodiernum diem. + Et David dicit: 'Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis. + Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. + Dico ergo: numquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delictum, salus est gentibus ut illos amulentur. + Quod si delictum illorum diuitia sunt mundi, et diminutio eorum diuitiae gentium: quanto magis plenitudo eorum? + Vobis enim dico Gentibus: Quamdiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, + si quomodo ad amulandum prouocem carnem meam, et saluos faciam aliquos ex illis. + Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: qua assumptio, nisi vita ex mortuis: + Quod si delibatio sancta est, et massa: et si radix sancta et rami. + Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster es, insertus es in illis, et socius radicis, et pinguedinis oliua factus es. + Noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. + Dices ergo: Fracti sunt rami ut ego inferar. + Benè: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time: + Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. + Vide ergo bonitatem, et seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin et tu excideris. + Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inferentur: potens est enim Deus iterum inferere illos. + Nam sit uero ex naturali excisus est oleastro, et contranaturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis igitur, qui secundum naturam inferentur sua oliua? + Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobis ipsis sapientes) quia auctoritas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, + et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: 'Veniet ex Sion, qui eripiat, et auerterat impietatem a Jacob. + Et hoc illis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum. + Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. + Sine paenitentia enim sunt dona et vocatio Dei. + Sicut n. aliquando et vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: + Ita et igitur nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur. + Conclusit n. Deus omnia in incredulitate: ut omnium misereatur. + O altitudo diuinarum sapientiae, et scientie Dei: quoniam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles via eius! + Quis n. cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? + Aut quis prior dedit illi, et retribuet ei? + Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula, Amen.

**D**ico ergo: Numquid repulit Deus populum suum. Subaudi, ex toto, Absit. Nam & ego  
 Israelite sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Qui non sum repulsus, sed  
 cum aliis per fidem Christi saluatus, si enim ex toto repulisset populum suum  
 Israel, me non saluaret, qui de eorum prosapia Originem duco. Non repulit Deus ple-  
 bem suam: quam præscivit. Præscientia prædestinationem præcedit, & non omnia,  
 quæ præsciuntur prædestinantur, verum tamen qui prædestinantur ante præsciun-  
 tur. Hoc autem in loco præscientia pro prædestinatione accipitur, per quod osten-  
 dit nullum siue ex Iudæis, siue ex gentibus prædestinatum esse repulsum, præsciun-  
 tur enim à Deo bona, & mala, prædestinantur autem solummodo bona, & hoc di-  
 stat inter prædestinationem, & gratiam, quia prædestinatione est præparatio gratiæ,  
 gratia autem iam ipsa donatio munérum gratuita. *An nescitis*, id est, nunquid ig-  
 noratis, quid dicit scriptura in Elia, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel? Con-  
 tra eos videlicet, qui ex decem tribubus Idololatræ effecti interfecerant cultores v-  
 nius veri Dei. *Domine Prophetas tuos occiderunt*. Hoc in libro Regum plenius narra-  
 tur, quomodo Achab, & Iezabel cum sibi fauentibus Prophetae Domini occide-  
 runt. Altaria tua suffoderunt decem tribus; apud quos talia fiebant, quæ vitulos au-  
 reos in Dan, & in Bethel à Ierooboam adorandos accepérant. Altaria Hierosolymi-  
 tanæ templi non suffoderant, & idcirco intelligimus, quod in ipsis decem tribubus  
 licet quidam Altaria diis gentium ædificarent, erant tamen, qui Deo ædificabant,  
 & ibi immolabant; non audentes ire Hierusalem propter Règès Israel Idololatras,  
 qui illos à templo Dei arcebant. Horum Altaria Deum scilicet colentium illi, qui i-  
 dola colebant, suffodisse, & funditus euertisse intelliguntur, & ego relictus sum solus.  
 Sic ei videbatur, quod ipse solus remansisset ex omnibus Prophetis Domini præ ma-  
 gningitudine stragis, & interfectionis quæ saeuiebatur in Dei cultores. Querunt animam  
 meam, sic enim minata fuerat ei Iezabel impiissima: *bac mihi faciant Dii*, & hac addane  
 si non posuero cras animam Heliaz, sicut animam unius ex istis, sed quid dicit illi responsum  
 diuinum. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Cum  
 esset in spelunca, quæ est in monte Dei Oreb hoc responsum diuinum accepit. Nec  
 ait relicta sunt mihi; sed ego reliqui; & seruati mihi septem millia virorum, qui aliis  
 ad Idolatriam transleuntibus non curuauerunt genua Baal, qui erat Deus Achab, &  
 Iezabelis, qui recte viri appellantur, eo quod idola viriliter spreuerint. Septem au-  
 tem ista millia eorum, qui non adorauerunt Idola, multa significant millia illorum,  
 quos Dominus dono gratiæ seruauit, ne curuarent genua sua ante Baal. In Dan, &  
 in Bethel, aut in aliquo delubro idolorum, sicut enim quinque prudentes virgines  
 significant omnes iustos integratem fidei habentes, & iniustos. Quinque etiam fra-  
 tres ditiis, qui torquebatur apud inferos, omnes Iudæos incredulos, sic septem  
 millia illorum significant omnes, qui idola non adorauerunt, septenarius etenim  
 numerus plerisque in locis sacratus est, & ponitur saepissime pro vniuersitate, sicut  
 in Psalmis, ubi dicit Psalmista Domino: *Sepries in die laudem dixit tibi*. Quid enim es-  
 set septies in die laudem dicam tibi, exposuit cum dixit: *Benedicam Dominum in omni  
 tempore*. Ioannes quoque in Apocalypsi sua septem Ecclesiis scribit, quæ generali-  
 ter omnes Ecclesias significant, *Sic ergo in hoc tempore*, id est, in Domini aduentu, &  
 Apostolorum prædicatione reliquia salua factæ sunt, de quibus supradictum est, se-  
 fuerit numerus filiorum Israël, sicut arena maris, reliquia salua fient, sicut temporibus  
 Eliæ dono gratiæ Dei, multi reseruati sunt, ne adorarent Idola, sic temporibus Apo-  
 stolorum multi ex Iudæis secundum electionem gratiæ Dei saluati sunt veniendo ad  
 fidem. Qui & reliquiae appellantur, & considerandum, quia secundum electionem  
 gratiæ, id est, prædestinationis donum saluæ factæ sunt, non secundum meritum o-  
 perum suorum. Vnde in Epistola ad Ephesios, *Sicut elegit nos*, inquit, *ante mundi con-  
 stitutionem in ipso*, id est, in Christo, ut essemus sancti, & immaculati: *Si autem gratia iam  
 non ex operibus*, si gratia Dei salui facti sunt illi, qui crediderunt ex Iudæis, latr' noti-  
 fuit illud ex operibus legis, per quem putabant se iustificari posse illi, qui in fidelita-  
 ta remanserunt. *Alioquin gratia iam non est gratia*, hoc est, si aliter salui facti sunt,  
 quod non potest fieri, nisi gratia Dei, ergo ipsa gratia iam non erit gratia, sed trier-  
 tum. *Quid ergo?* Subaudi, dicendum est, hoc procul dubio, *quod querebat Israël, hoc  
 non est consecutus, electio autem consecuta est*. Quid querebat Israël opera legis perficere  
 sine

4. Reg. 19.  
verf. 3.

4. v.

C

Psal. 118.  
verf. 164.  
Psal. 33. v. 2.

V.

Ephes. 1. v. 4  
v. 1.VIL  
D

**A**nē gratia Christi, & ex ipsis operibus iustificari sine gratia Christi, & fide Euangeli, quod idcirco non est consecutus, quia neque opera legis valuit implere sine gratia Christi, neq; iustificari sine fide illius, hoc tamen de illis intelligendum, qui ad fidem Christi noluerunt transire, de transiuntib. verò ad Christū subinfertur, electio autē consecuta est, id est, illi, q; electi sunt ex eadē plebe, q; supra appellauit reliquias nunc electionem vocat. Et sicut in præcedentib. circūcisio pro Iudæis, sic hic elec̄tio pro electis accipitur, qui consecuti sunt iustificationem per fidem, q; crediderunt in Christū. Quamuis & electio ad credentes gentiles etiā posset referri, qui vnum effecti sunt cum Iudeis fidelibus. Tale est & illud Psalmistæ, *In suis Dominis iustitiam dilexit*, id est, psal. 101. v. 7. iustos amatores iustitiae, *et atri vero excecati sunt*, tenebris infidelitatis, sicut enim ille, qui fidem habet, in luce dicitur consistere, ita q; infidelis est, in tenebris ignorantiæ manet. Vnde idē egregius prædicator crēdentiib. dicit, *Eratis enim aliquando tenebrae, nūc lux in Domino, sicut scriptum est, dedit illis Deus Spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem.* Hæc verba partim sunt Apostoli, partim autem Esaiæ Prophetæ. Quod dicit, dedit illis Deus Spiritum compunctionis Apostoli verba sunt, quæ autem sequuntur Esaiæ Prophetæ, Spiritus compunctionis aliquando in bonam partem accipitur, aliquando vero in contrariam, in bonam accipitur, sicut in Actibus Apostolorum legitur. Quod audientes Iudei prædicationem Apostolorum compuncti sunt corde, & dixerunt ad Apostolos, *Quid faciemus viri fratres, in contraria vero partem accipitūr, vt in isto loco dedit illis Deus, id est, habere promisit Spiritum compunctionis, siue dedit, id est dari permisit. Sicut tradidit, & indurauit, pro eo, quod est tradi, & indurari permisit, Spiritum autem compunctionis appellat mentē inuidentiæ, quia inuidenterunt, & inuidenter adhuc saluti gentium. Aliquando enim Spiritus pro animo ponitur, ut in Euangelio habetur de Domino, quod inclinato capite tradidit Spiritum. Aliquando pro mente, Ioan. 19. v. 30. vthic, & anima est, qua corpus viuiscatur, Spiritus vero ipsa ratio, qua inter bonum, & malum, verum, & falsum discernimus, & non est aliud mens, atque aliud ratio. Spiritus autem compunctionis idcirco appellatur mens inuidentiæ, quoniam plerunque dum cernunt homines felicitatem alterius, torquentur, & affliguntur, inde in tantum, ut etiam inuidendo in lacrymas prorumpant. Ad exaggerandam ergo inuidiam, qua torquentur Iudei de salute gentium, dixit habere illos Spiritum compunctionis; aliter Spiritum compunctionis malignum spiritum, qui spiritus est perditionis, possumus intelligere, qui Dei contemptores in sua potestate suscipit. Bonus ergo Deus exigentibus culpis Iudeorum permisit eis habere spiritum perditionis, qui eos perimat in anima, sicut & de Philosophis gentium dicitur, quod tradiderit illos Deus in reprobum sensum, oculos non videant, oculis quidem corporis viderunt Iudei Dominum, & multa miracula ab eo fieri, sed quia immoderate terrenis negotiis intendebant oculis fidelitatis, & amoris, nequaquam meruerunt illum cernere. Etaures, ut non audiant, Subaudi, permisit eis habere, audierunt Christum auribus carnis, sed non audierunt auribus cordis, quas Dominus requirebat, dum diceret, *Qui habet aures audiendi audiat. Cæcitas igitur, & surditas, atque mens inuidentiæ usque in hodiernum diem in Iudeis manet*, quia dum nolunt obediēt Euangelio adhoc, ut in Christum credant, liuore inuidiæ succensi semper inuidenter saluti gentium. *Fiat mensa eorum in laqueum.* Ad mensam solent impii tractare de necte innocentium, sicut Herodes de obtrūcatione beati Ioannis, & Holofernes spūcissimus de violatione Iudith. Solent eos etiam vocare ad mensam, ut dolo illos interficiant, sicut Absalon interfecit fratrem suum Ammon, sic Iudei intelliguntur super mensas tractasse de nece innocentis Christi. Ideo per mensam debemus intelligere collationem verborum illorum, quam aiebant super mensam de Christo. Unde dicit Propheta. *Fiat mensa eorum, id est, collatio verborum Iudeorum in laqueum, ut illaqueatur, & inuoluantur, siue decipientur ultionem iniquitatis mensæ suæ.* *In captionem quoque, ut ipsi capiantur.* Fiat illis etiam *in scandalum*, hoc est, in ruinam, vel offenditionem, siue rixam. Quatenus iram omnipotentis Dei inturrexerit, ruinam patiantur damnationis, & inter se rixas generent, & contentiones. Scandalum siquidem græcum est, & sonat in latino sermone offendit, ruinā, vel rixam. *Pro offenditione enim, & ruina ponitur, ubi Dominus dicit. Ve qui scandalizaveris v-* Act. 2. v. 35. Marc. 4. v. 19. ix.*

*num de pueris iustis, id est, qui offendit, vel ruere fecerit. Pro rixa autem sicut illo in loco, ubi dicit Euangelista. Quo auditio Pharisæi verbo scandalizati sunt, id est, rixati. Hic autem sub utroque sensu accipi potest, & in retributionem inquit, ut qualia fecerunt in Christum, talia retribuantur illis & utique ita contigit, verbi gratia: Vluerunt Christi nomen delere de terra, nomen eorum deletum est, ut non iam dicantur populus Domini. Interfecerunt Christum, interfeciti sunt & ipsi gladio Romanorum, significatur & sacra scriptura per mensam, quæ data est Iudeis in lege, & Prophetis.*

**Psal. 12v. 5.** Sicut Psalmista ostendit dicens: *Parasti in conspectu meo mensam. Cuius intelligetiam, quia non recte scrutati sunt Iudei, facta est eis ipsa mensa in laqueum, & in cætera, quæ supra memorata sunt nolentes in Christum credere, cui omnis illa scriptura testimonium perhibebat. Et quoniam ad mortem contra auctoritatem illius scripturarum tradiderunt Christum, illa est eis retributio secundum meritum illorum. Obscurerunt oculi eorum, ne videant, & dorsum illorum semper incurva.*

**X.** *Hæc verba non optantis voto, sed prædicentis officio dicuntur. Obscurerunt oculi cordis illorum, id est, intellectus eorum, ut non intelligent Christum Filium Dei esse, & dorsum illorum semper incurva, sicut qui graue onus portat, & incurvatur in terra, ita quodammodo peccator, qui pondere peccatorum premitur incurvatur. Sicut Psalmista deplorat dicens:*

**Psal. 57. v. 3.** *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Dico ergo. Nunquid sic offendunt Iudei, ut caderent? Subaudi, solummodo ut eorum casus nihil profuerit. Absit.*

**XI.** *& est sensus. Non offenderunt Iudei Dominum solummodo propter hoc, ut ipsi caderent, sed ut multitudo gentium in eorum locum surgeret, & magnam utilitatem casus illorum nobis præstaret. Vnde sequitur, Sed illorum delicto, salus gentibus, ut illos emulentur, ac si diceret aliis verbis. In illorum delicto salus gentibus est procurata, quia nisi Iudei periissent, nequaquam gentes saluarentur. Delictum dicitur, quasi derelictum. Et delictum fit in cogitatione; peccatum vero in operatione. Dicitur & delictum quando non impletur Dei mandatum. Peccatum vero, quando fit, quod prohibitum est, sed Apostolus indifferenter ponit delictum pro peccato. Delictum ergo Iudeorum mors Christi fuit, & cor impoenitens cum infidelitate, cuius morte gentiles sunt redempti, & sacro baptismate abluti, quos debent Iudei emulari, id est, imitari in fide, ut credentes, sicut credunt, salvi fiant.*

*Quod si delictum eorum diuinitas sunt mundi propter delictum Iudeorum, quod commiserunt in Filium Dei, & propter infidelitatem illorum in Filium Dei, ditata est multitudo gentium diuinitatis legis Prophetarum, Psalmorum, & gratia fidei, quia abstulit eis Dominus omnia ista, & tradidit gentibus in se credentibus, sicut in Euangeli minatus est eis*

**Matth. 21. vers. 43.** *dicens: Anferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Magnæ & incompensabiles fuerunt diuinitas Iudeorum, quæ totum ditauerunt mundum. Etsi diminutio eorum diuinitatis gentium, quanto magis plenitudo eorum? Diminutio hic pro paucitate accipitur, & paruo numero, diminutio autem infidelium Iudeorum Apostoli fuerunt, aliiq; credentes ex eadem plebe. Et est sensus. Si paucitas, quæ ex Iudeis credidit, tantam salutem attulit gentibus, ut penè inter omnes gentes Euangeliū per illos prædicatum sit, quanto magis prædederet, si omnes credidissent, multo magis prædederet, quia per omnes gentes iam esset Euangeliū prædicatum ab illis, Apostoli enim, aliique credentes ex Iudeis diuinitas sunt gentium, quia per illorum ministerium acceperunt fidem, cognitionemque diuinorum scripturarum, ubi notitia Dei est, & ipsi ordinauerunt gentibus Episcopos, Presbyteros, Diaconos, cæterosque ordines Ecclesiasticos; & ut amplius dicam, quicquid boni habemus gratia*

**XIII.** *Dei cooperante, ac largiente per eorum ministerium accepimus. Vobis enim dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus ministerium meum honorificabo. Cum cæteri Apostoli singuli in locis sibi destinatis prædicassent, Paulus Apostolus penè omnibus gentibus prædicauit, quia à Domino audiuit, Longe mittam te in nationes.*

**Apost. 22. vers. 21.** *Qua de causa ipse propriè Apostolus extitit gentium, sicut alio in loco testatur dicens: Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisiois, operatus est & mihi inter gentes.*

*Hoc est, qui Petrum constituit Principem Iudeorum, me etiam constituit ut sim Princeps & prædictor omnium gentium. Bene autem dicit ministerium meum honorificabo, id est, prædicationem in opus vertam. Tunc etenim prædictor ministerium suum honorificat, quando secundum illud, quod prædicat, viuere studet;*

det; ut quod prædicat ore, honoret, & confirmet bono exemplo, bonisque operibus. Aliter, ministerium meum honorificabo, hoc est gratiam Euangeli non solum gentibus, quibus delegatus sum Apostolus, prædicabo, sed etiam Iudeis impartire curabo. Honor etenim magistrorum numerositas est auditorum. Si quomodo ad æmulationem prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. *Si quomodo ad emulandum prouocem carnem meam, hoc est, idcirco ministerium honorificabo, ut aliquo modo ad imitandum me prouocem Iudeos, ex quibus carnem sumpsi, & me imitando, saluentur, sicut & ego saluus factus sum. Et si non omnes saltem vel & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, que assumptio. Subaudi, erit nisi vita ex mortuis: Statim enim ut illi cæperint viuere Deo per fidem, qui antea mortui erant infidelitate, adueniet Dies iudicii, & resurgent omnes de puluere terræ, viuentque omnes electi in vita æterna semper cum Christo, profuit etenim gentibus ad fidem amissio eorum, proderit & assumptio. Quoniam vita æterna dabitur electis ex mortuis. Alio modo, assumptionis nomine Apostoli possunt intelligi, qui vita fidelibus gentium extiterunt. Quæ, inquit, assumptio est, nisi vita ex mortuis, id est, quid aliud sunt assumpti, & electi à Deo ex eadem plebe, sicut & ego, & Petrus, ac reliqui credentes, qui vos et iam assumpsimus ad fidem Christi, nisi vita, id est, viuentes per vitam Christi ex mortuis Iudeis infidelibus, si enim illi sua morte infidelitatis reconciliationem præstiterunt mundo, nos, qui infidelitate mortui non sumus ad vitam aliorum, quasi viui ex mortuis seruati sumus.* *Quod si delibatio sancta, & massa. Delibatio est degustatio quædam, siue primitiæ alicuius rei. Verbi gratia, quando particula accipitur ex massa conspersæ farinæ, & prægustatur, cuius saporis sit reliqua: Nam naturale est, ut omnis res, quævnius substantia est, diuisa per partes in eadem permaneat natura, & vnius saporis, & qualitatis sit, sicut ex fermentata farina dignoscitur. Hic autem delibatio sanctos significat Apostolos. Massa verò patres sanctos Abraham, Isaac, Jacob, David, Esaiam, & reliquos, ex quorum progenie Apostoli descenderunt. Ergo si Apostoli, & Patres, quorum fidem ipsi Apostoli assecuti, & imitati sunt, sancti fuerunt, potest & præpostero ordine nō incovenienter dici, si massa sancta in Patribus ergo & delibatio similiter sancta in Apostolis, ceterisque creditibus, qui fidem patrum veraciter habuerunt. Et si radix sancta, & rami, id ipsum appellat modo radicem, quod superius massam, & idem significant rami, quod delibatio. Patres videlicet veteris testamenti sunt massa, & radix, quia de illorum profapia sumpta est delibatio, & processerunt rami, id est, Apostoli, sicut ergo radix bona, bonum succum diffundit per ramos, vbi sunt fructus boni saporis, ita Apostoli, qui Originem duxerunt à sanctis Patribus, & eorum fidem imitati sunt, sancti, & boni fuerunt, iam superius in hac Epistola massam alteram posuerat, qua significatur mortalitas, & peccatum Adæ, ex qua fiunt quædam vasa in honorem per misericordiam gratiæ Dei, quædam verò iusto Dei iudicio in contumeliam, hic verò massa in bono accipitur. Potest, & per radicem intelligi Christus, per ramos autem Apostoli, aliquique credentes. Quia sicut à radice emittitur succus in ramos ut viuant, ita & in Christo viuunt omnes credentes, ab illo omne bonum accipientes, cuius & membra sunt, Quod si aliqui ex rami fracti sunt in infidelitate remanendo, tu autem cum oleaster es, totus, scilicet paganus in locum illorum successisti, & socius factus es radicis, id est, fidei sanctorum Patrum, & pinguedinis oliue gratia, videlicet sancti Spiritus, Noli glorari, neque extolli aduersus ramos in infidelitate manentes. Nam illi sancti Patres Spiritum sanctum habuerunt, unde & vnci Dei appellabantur sicut est illud. Noli et angere, Christos meos, quod de Abraham, Isaac, & ceteris intelligendum est. Aliter, per radicem iterum alio modo possumus intelligere Christum, ut sit sensus: Socius radicis, id est, Christi, & pinguedinis oliue, gratiæ videlicet Spiritus sancti factus es, ne extollaris in superbiam, ne amittas gratiæ, quæ data est tibi. Gentiles alloquitur Apostolus, & loquitur omnibus, quasi vni. Ramos fractos, ut diximus appellat Iudeos in infidelitate manentes, qui à radice, id est, à fide Patriarcharum, vel à Christo recesserunt. Oleastrum autem gentiles, qui infructuosi ante Domini aduentum erant, agrestem vitam ducentes; Et est sensus O gentilis si vides aliquos Iudeorum à gratia Christi alienos existere, & à fide Patriarcharum, & te in locum illorum esse, sociumque factum fidei patrum, & gratiæ Christi, atque Spiritus sancti.*

xiv.

I

xxv.

xvi.

K

xvii.

xviii.

i. Paral. 16. ver. 11.

L

sancti, noli desplicere illos, neque extollaris, ne forte amittas gratiam, quæ tibi gratis data est. *Quod si gloriari* contra eos, qui lapsi sunt, attende, quia non tu radicem portas, sed radix te. Quasi diceret, si vis extolli, audi unde humilieris. Non portas tu radicem, id est, nihil confers Patribus sanctis, qui te præcesserunt, sed radix te portat, quia eorum fide saluaris. Tu enim accepisti ab eis, illi acceperunt à te. Aliter. Non portas radicem, id est, Christum, cui nihil ex tuo tribuis, sed ipse te portat, à quo habes quicquid boni habes, & insuper ab illo habes esse. *Dices ergo mihi* ô gentilis, *fracti sunt rami*, increduli scilicet Iudæi abiekti sunt, ut ego gentilis inserar in locum illorum. Bene. Subaudi, dicas, quia ita est, sed attende quid sequitur. *Propter incredulitatem fracti sunt rami.* Quia Iudæi noluerunt in Christum credere, lapsi sunt in mortem damnationis, fracti sunt à gratia Dei; *Tu autem fide Christi* *tas* non tuis meritis, ideoque noli gloriari, noli alium sapere, id est, noli superbire, sed time cadere, Dei enim beneficium est, quod vocatus es, non tuum meritum, iuxta quod idem egregius prædicator <sup>eph. 2.v.8</sup> alias dicit, *gratia saluati estis, & hoc non ex vobis*, Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Sienim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Naturales ramos appellat Iudæos, qui ex sanctis Patribus, & Deo dilectis originem traxerunt. Et est sensus. O gentilis considera, quia si Deus non pepercit Iudeis, qui à sanctis Patribus originem ducebant, & ex quorum gente ipse carnem assumpsit, multo magis nec tibi parcet, si à fide recesseris, qui oleaster eras, vel in superbia fastum te eleuaueris despiciendo Iudæum. *Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei.* Seuerus Iudex dicitur, qui in nullam partem iudicium suum flexit, sed per rectitudinem incedit. Seueritas vero dicitur iudicium, quo nulli adulatur, sed iuste omnes iudicat. Bonitas autem pietas gratiæ, & misericordiæ, quo bona præstantur hominibus. *In eos quidem Iudæos, quiccederunt, seueritatem,* id est, iustissimum iudicium exercuit, *In te autem bonitatem*, hoc est, gratiam pietatis monstrabit. *Sipermanseris in bonitate,* id est, in fide recta, *Alioquin & tu excideris*, id est, si à fide recesseris, penitus peribis. Distrat autem inter frangi, & excidi. Quia fractus ramus potest utcunq; arbori suæ solidari. Excisus nullatenus, & notandum quia Iudæos dixit fractos, quia prædicante Elia, & Enoch, solidabuntur in fide Christi. Gentiles autem, si à fide recesserint penitus abscondendos à gratia Christi, ac deinde perdendos. Vnde sequitur *Sed illi.* Subaudi, Iudæi si non permanserint in incredulitate inserentur fidei Christi, & fidei Patriarcharum. Potens est enim Deus iterum inserere illos fidei Christi. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis is qui secundum naturam, inseruntur sua oliua. Gentilem alloquitur superbientem contra ramos, qui fracti sunt, quasi suis meritis saluari meruit, & dicit: Si tu ô Gentilis per gratiam Dei separatus à paganismo, & ab his, qui ab exordio sui diuersis erroribus à Deo sunt separati, & contra consuetudinem insertus es in bonam oliuam, hoc est, in fide præcedentium patrum, qui pinguedinem sancti Spiritus habuerunt, quanto magis Iudæi se secundum naturam inserent sua oliua, fidei videlicet patrum suorum. Quod dicit contra naturam insertum esse ramum oleastri in oliuam more humano loquitur, quia naturale est, ut surculum bonæ arboris inseramus in trunco malæ, non surculum malæ in trunko bonæ. Et hoc insertione dicitur, Deus autem conditor, & creator omnium naturarum nihil contrariatur facit. *Nolo autem vos ignorare fratres mysterium hoc.* Mysterium est res occulta, & secretum aliquod in se continens. Alloquitur ergo gentiles credentes considerare quia de causa salui facti sunt, suis meritis, an gratia Dei: & Iudæi abiekti & dicit, occultum & secretum Dei iudicium, quantum homo penetrare potest nolo vos lateat, quare Iudæos quondam populum peculiarem abiecerit, & gentes peccatrices per fidem sibi copulaverit. Et cuius rei gratia hoc admonuerit perpendere subinfert dicens. (*Vi non sis vobis ipsi sapientes,*) id est, ut non superbiantur dicentes vos propriis meritis fore saluatos ac per hoc alios despiciatis. Sibi enim sapiens dicitur qui donum quod habet non Dei gratiæ, sed suis meritis & studio deputat. Qui autem secundum Deum sapiens est, in beneficiis Dei non insultat abiektis, sed cum timore gratias agit misericordiæ largitoris. Aliter sibi sit sapiens, qui quemlibet peccatorem despicit cum potius ex consideratione peccatoris humiliari conueniat, quia omnes vnius sumus naturæ, licet non eiusdem gratiæ, ipse ergo Apostolus demonstrauit de quo mysterio loquitur.

tur. *Quia cæcitas ex parte contigit in Israhel.* Recte dicit ex parte contigit cæcitas, & non ex toto, quia reliquæ crediderunt. Cæcitas vero contigit in Israhel non corporis, quæ fit amissio lumine oculorum, sed cordis, quæ fit tenebris infidelitatis. In his ergo dictis Apostoli, quod sit per mysterium in lapsu Iudeorum discimus, sed ex qua profunditate consilium Dei veniat cum ipso Paulo ignoramus. Et si ipse sciebat, non tamen manifestauit, dicit enim, quia cæcitas ex parte contigit in Israhel, *Donec plenitudo gentium intraret. & sic omnis Israhel saluus fieret.* Plenitudinem autem gentium, non conuersionem omnium accipit aus, sed multitudinem earum, quæ aut iam diuina prædestinatione collecta est, aut in futuro colligetur. Plenitudo vero hæc non ad numerum à Deo præfinitum, corruerunt itaque Iudæi, ut surgerent gentes. Quis hoc mysterium valeat penetrare, cur Deus multitudinem gentium ipreuerit penè ab exordio mundi, à tempore scilicet, quo confusum est labium universæ terræ. Et Iudeos tantum sibi peculiares fecerit, qui per lineam Eber descendenterunt, iterumque gentes in suo aduentu elegerit, & Iudeos in fine mundi recipiendos abiecerit? Quis inquam tam subtilem dispositionem diuinam inuestigare sufficiet? De prædestinatione pulchrum sermonem cerne lector usque ad obsecro vos. *Venies ex Sion, qui eripias impietatem Jacob.* Sion ipsa est Hierusalem, de qua Micheas ait, *De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Saluator etenim ascendendo ex plebe Israhelitica, quod Esaias olim prophetauerat dicens. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium,* veniet de Sion, siue de Hierusalem, Ponendo vero membra sua in cruce, propriumque sanguinem fundendo, & lauacrum baptismatis dando eripuit tam gentes, quam illas reliquias, quæ ex Israhel crediderunt, quod ante facere non præualebat. *Auertit nihilominus impietatem ab Iacob.* Ab his, videlicet, qui crediderunt ex Iudeis in primo aduentu illius. Auertit quoque pleniter ab his, qui suscepit gentium multitudine conuertentur, & salvabuntur, sicut scriptum est, *Ipse redimet Israhel ex omnibus iniquitatibus eius,* & cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israhel saluus fiet. *Ethoc illis à me testamen-*  
*rum subaudi dabitur, siue complebitur, per quod aliquando promissio designatur,*  
*& euangelium.* Et potest hic utrumque intelligi promissio videlicet regni coelorum & euangelium in quo ipsa promissio continetur, dicente Domino, *pænitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum.* De hoc testamento di-  
*cendum est per Hiæremiam, feriam, inquit, cum eis pactum nouum, & testamentum nouum scribam in cordibus eorum.* Sequitur, *cum abstulerop peccata eorum his verbis demonstrat, quod licet quorundam credentium ex eis peccata sint ablata, in fine tame n sœculi per baptismi gratiam pleniū auferentur.* Secundum euangelium quidem inimici Dei propter vos. Non ait secundum legem, quæ pro viribus suis Iudei æmulabantur, sed secundum euangelium, quod ipsi coheremebant, vbi narratur qualiter Dominum morti tradiderunt. Ergo quantum attinet ad euangelium, quod Iudei non recipiunt, inimici Christi sunt, & eiusdem euangelii, hanc inimicitiam idcirco incurserunt, ut gentes credere possent, & hoc est, quod dicit, propter vos o Gentiles, ut vos crederetis, inimici Dei facti sunt Iudei. Secundum euangelium, id est secundum quod euangelium narrat. Siquidem in euangelo refertur, qualiter impi Iudei peregerint neceim Christi, propter quam incurserunt inimicitias Dei, & quia in infidelitate perianserunt. Secundum autem electionem Carissimi propter patres. Non sit intelligendum, quod qui appellantur inimici Dei, ipsi sunt, & Carissimi, præsertim, cum Iudei una gens sint, quæ diuiditur in credentes, & non credentes. Igitur Iudei alieni à fide Christi inimici sunt Dei, Carissimi vero illi, qui per electionem, siue prædestinationem Dei sunt iustificati. De quadiciatur, qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati. Qui propter patres, id est Abraham, & ceteros Carissimi nuncupantur, quoniam exemplar iustitiae, & fideli præcedentium Patrum illi, qui credunt, veraciter tenent. Sine pænitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. Pœnitentia pro mutatione accipitur nonnunquam in sancta scriptura, sicut habes Domino dicente ad Samuelem. Pœnitet me regem fecisse Saul super Israhel. Vng filium Isai diuim præcipit vngi filium Isai ostendit immutare le disputationem facti sui, ideoque dicit pœnitet me, sic alibi turauit Dominus, & non pœnitebit eum, id est non mutabitur voluntas eius. Verum  
*¶*

xvi.

P

Micheas.  
4.v.2.Isai.7.  
ver.14.Psal.129.  
ver.8.

XVII.

March.3.  
ver.2.

xviii.

R

Ephes.11.  
ver.4

xix.

H

quod dicit dona, & vocatio Dei intelligitur ordine præpostero. Primum enim vocat Deus ad fidem suam, secundum electionem gratiæ postmodū vero confert dona spiritus sancti, & præmia vitæ. Igitur sine mutatione sunt dona, & vocatio Dei in his, de quibus supra lectum est, *quos prædestinavit, hos & vocavit, non in his, de quibus dicitur. Multi sunt vocati, sed pauci electi.* Aliter sine poenitentia sunt dona, & vocatio Dei in illis, qui ad fidem veniunt. Verbi gratia. Vocatur quis ex paganismo, baptizatur, ab omni culpa absolvitur. Quid boni fecit, ut vocaretur, & ut donum remissionis omnium culparum consequeretur, neque enim ieunauit, neq; in eleemosynis vel annorum computatione in poenitentia culpas deleuit. Dicamus apertius nascitur quis cum originali peccato, addit deinceps multa actualia, si crediderit vocatus est, baptizatus, statim ab hac vita subtrahitur, accipit dona perennis vitæ. Ecce

**S** Rom. 8.  
vers. 30.  
**xxx.** Matth. 20.  
vers. 16.

dona, & vocatio Dei sine poenitentia, *Sicut enim & vos aliquid non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis, propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut ipsi misericordiam consequantur.* Misericordiam appellat hoc in loco Apostolus fidem, gratiam baptismatis remissionem peccatorum, ac donum spiritus sancti, pariterq; reconciliationem, qua reconciliati sunt gentiles Deo, & insuper quicquid boni post Domini aduentum gratis à Deo perceperunt. Ostendens, quia sicut gentiles in primo Domini aduentu misericordiam Dei sunt consecuti, ita & Iudæi consequenter appropinquante secundo per prædicationē Heliæ, & Enoch, iuxta quod idem egregius prædicator alias dicit, cum plenitudo gentiū intrauerit, tunc omnis Israhel saluus fiet, sicut, inquit, vos gentiles aliquando non credidistis Deo, nunc autem in Domini aduentu per prædicationē Apostolorū misericordiam omnipotentis Dei consecuti estis propter Iudæorum incredulitatē, in quorū locum credendo subintrasti, ita & ipsi Iudæi nunc non crediderunt in vestra misericordia, quæ vobis à Deo data est, id est isto in tempore, quādo vos misericordiam consecuti estis. Vel in vestra misericordia dicit, hoc est, ut vos misericordiam consequi potuissetis: casus etenim illorum salus fuit gentium. Poterat alius dicere, quare non crediderunt Iudæi in primo Domini aduentu? Ad hæc Apostolus, ut gentes, inquit, misericordiam consequerentur, & ipsi postmodum consequantur, si enim in primo Domini aduentu credidissent ex legis operibus se iustificatos putarēt, in fine vero saeculi cum crediderint misericordiam consecutos non dubitabunt. Vn.

**T** **xxxii.** de subdit. *Conclusit enim Deus omnia hominum genera in incredulitatem,* Id est conclusi permisit intra incredulitatem, *ut omnium misereatur,* Conclusos esse ostendit tam Iudæos, quām gentiles sub peccato incredulitatis, Iudæos quidem legem naturalē, & scriptā destruendo, gentiles verò naturalē legem calcando, sed ut clarius fieret eius gratia, qua dimittuntur peccata his, ita conclusis, placuit ei tunc abolitis peccatis hominū, sacramentum remissionis afferre, quando nemo poterat de suis meritis gloriari. Increduli siquidē fuerunt gentiles, misericordiā Dei ab eo vocati consecuti sunt, sunt modo & Iudæi increduli, sed miserebitur eorū. Quare tamen multitudinē gentiū tanto tempore abiecerit Deus, Iudæos vero dilexerit, & postmodū in aduentu suo gentibus ad se collectis, Iudæos abiecerit, solus ipse nouit, qui conspicit omnia, considerans igitur Apostolus tantas esse diuitias bonitatis Dei, & tantas opes diuinæ sapientiæ cum non potuisset hoc comprehendere subito in interioribus oculis cordis stupore simul, atque pauore percussus exclamauit, & dixit; *O altitudo diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* Altitudo, & sublimitatem, & profunditatē significat: sapientia accipitur in diuinis rebus, scientia in humanis: sublimis ergo, & profunda est abundantia sapientiæ diuinarū, humanarumq; rerū apud Deum, qui, sicuti sunt, omnia intuetur, & ad cuius omnē notitiam sensus noster retunditur. *Quām incomprehensibilia sunt iudicia eius,* quibus homines, & Angelos iudicat, seu Iudæos, atq; gentiles, & qbus nunc istos elegit, nunc illos abijcit, *Et quām inelegibilis sunt via eius,* qbus à gentibus ad Iudæos, & à Iudæis ad gentes transiit, & qbus iterū à gentibus ad Iudæos transiturus est, vel vias possumus accipere actiones Dei, qbus omnia opera.

**V** **xxxiii.** *tus est, quæ vtiq; inelegibilis sunt.* *Quis enim cognovit sensum Domini,* id est intellectus eius profunditatem quis penetrauit, *aut quis consiliarius eius fuit?* Patris consiliarius vnigenitus filius est eius, qui & Angelus magni consilij appellatur, sed ex hominibus, & Angelis nullus ei fuit consiliarius, *aut quis prior dedit illi, subaudis fidem.*

Fidem suam: aut aliquid bonum opus antequam ab eius gratia praeueniret, & restribueretur ei merces à Domino ex hoc quod fidem suam prior dedit ei, quidam voluerunt contra hoc intelligere centurionem Cornelium bonis suis meritis exigentibus à Deo accepisse fidem, quasi causa remunerationis propter eleemosynas scilicet, & orationes, quibus instabat, qui idcirco ignoranter locuti sunt, quoniam à fide venitur ad bona opera agenda, non ab operibus ad fidem, nisi enim Cornelius primum fidem habuisset praeuentus inspiratione diuina, nequaquam bona opera habuisset. Sed & sicut Beatus Gregorius dicit, praeuentus est à Deo, ut haberet fidem vnius Dei, non tamen Trinitatem personarum in Deo esse cognouit, quo ad usque Petrus est ad eum missus. Vnusquisque autem Deo fidem, & opera sua tribuit, quando eius gratia praeuentus credit in eum, & bona opera exercendo studet voluntati eius placere. Quoniam ex ipso, id est ex Patre sunt omnia, quia ab ipso originem sumpserunt. & per ipsum, id est per filium sunt omnia, quia per illum omnia facta sunt, & in ipso, id est in spiritu sancto sunt omnia, quia in illo consistunt. Ecce Trinitas personarum; quod vero subdit, ipse gloria trium personarum una & singularis substantia declaratur, sicut & Esaias etiam dicit se audisse dicere Seraphini sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, ter dixit de personis sanctus, & una tantum vice de Maiestate Dominus, Similiter & Psalmista benedicit nos Deus Pater, benedicit nos Deus filius, benedicit nos Deus spiritus sanctus, & meuant eum omnes fines terre. Quod vero ait ex ipso Deo patre sunt omnia, attendendum, quia non dixit de illo, allud enim ex ipso, aliud de ipso, omne enim, quod est ex ipso, non de ipso, sed quod est de ipso, hoc utique ex ipso, verbi gratia. Filius ex patre est, quia ab illo originem accipit, & de ipso, quia de eius substantia, dominus verò, quæ edificatur ex lignis, vellapidibus, ex ipso homine est, à quo fit, & à quo originem haber, sed non est de ipso, id est de eius substantia, Deus igitur creator omnium spiritus est inuisibilis, atque immutabilis, creatura verò omnis mutabilis est, ergo de immutabili substantia eius creatæ sunt omnia, sed ab immutabili Deitate cuncta sunt ex nihilo facta, ac propterea ex ipso patre sunt, quia ab illo originem ducunt.

X

Isai. 6.  
vers. 3.  
Psal. 63.  
versu. 8.

## C A P V T . XII .

Instruit Romanos ut à seculi vanitate abstracti totos le Deo dedant, de suscepis donis non se efferentes, aut illorum limites transgredientes, sed in modum membrorum eiusdem corporis omnia ad proximi utilitatem ordinantes, ipsis quoque inimicis benefaciant,



Bsecro itaq; vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. + Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: ut probetis qua sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. + Dico enim per gratiam qua data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. + Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. + Habentes autem donationes secundum gratiam, qua data est nobis, differentes; siue prophetiam secundum rationem fidei, + siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctri-

A

Phil. 4.  
d. 18.

2.

Eph. 5.  
d. 17.

3.

1. Thess. 4.  
a. 3.

4.

1. Cor. 12.  
b. 11.

5.

Ephes. 4.  
b. 7.

6.

7.

8. na, + qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui  
 9. p̄reest in solitudine, qui miseretur in hilaritate. + Dilectio sine simu  
 v Amos. 5.  
 d. 15. tatione. Odientes malam, adhaerentes bono: + Charitate fraternita  
 IO. tis in uicem diligentes: Honore in uicem praeuenientes: + Solitudine  
 Ephcl. 4. a. 1.  
 II. non pigri: Spiritu feruentes: Domino seruientes: + Spe gaudentes: In  
 v 1. Pet. 2. c. 13.  
 tribulacione patientes: Orationi instantes: + Necesitatibus sanctorū  
 12. communicantes: Hospitalitatem sectantes. + Benedicite persequen-  
 C tibus vos, benedicte, & nolite maledicere + Gaudete cum gaudenti-  
 Heb. 13. bus, flete cum flentibus: + Id ipsum in uicem sentientes: Non alta sa-  
 a. 1.  
 1. Pet. 4. b. 9.  
 pientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vos-  
 14. 15. metipso: + Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona non  
 16. 17. tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus. + Si fieri  
 2. Cor. 8. d. 21.  
 18. potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:  
 Heb. 12. + Non vos metipso defendentes charissimi, sed date locum  
 d. 14.  
 ira. scriptum est enim: Mibi vindicta; ego retribuam, dicit Domi-  
 19. nus. + Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sit, potum da illi,  
 Eccl. 28.  
 a. 1. 2. 3.  
 Mat. 5. g. 39.  
 20. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. + Noli  
 Deut. 32.  
 e. 35. Heb.  
 10. f. 30.  
 Prou. 25.  
 c. 21.  
 21. vinci à malo, sed vince in bono malum.

**O**bsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vi-  
 uentem, sanctam Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, Quia supra di-  
 xerat Apostolus, conclusit Deus omnia in incredulitatem, ut omnium misereatur.  
**A** ostendens, quod siue Iudæi, siue gentiles non suis meritis, sed misericordia, & gra-  
 sup. ca. ii.  
 ver. 32.  
 tia Dei saluati sunt, obsecrat eosmodi, & omnes eredentes pereandem misericor-  
 diam, qua redempti sunt sanguine Christi, & tempore baptismatis ab omnibus ab-  
 luti, ut exhibeant corpora sua hostiam viuentem, & dicit. Obsecro vos per miseri-  
 cordiam Dei, ac si diceret non per potentiam magisteriale vobis impero qua sum  
 vester magister, & Apostolus, sed deprecor, & obsecro quasi socius, qua propter  
 & fratres eos appellat non carne, sed fide recolens illud, quod saluator fidelibus di-  
 xit, Omnes vos fratres estis, quia unus est pater vester qui in cælis est, hoc inquit obsecro  
 per misericordiam Dei, quas saluati estis, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vi-  
 uentem. Erant apud Romanos Iudæi credentes, qui victimas, & hostias legales  
 Hierosolymis in templo obtulerant, hos hortatur, ut iam non boues, non hircos,  
 non arietes, sed semetipso hostias Deo spirituales immolent. Siquidem, quando  
 ista scribebat Apostolus adhuc templum Hierosolymis constabat, & nec dum erat  
 subuersum à Romanis. Hostia igitur & immolatur, & viua est, quando homo ab ha-  
 vita non deficit, & carnalibus vitiis se occidit mortificando membra sua cum pecca-  
 tis, & concupiscentiis, verbi gratia, fuit superbus, efficitur humilis, fuit luxuriosus,  
 efficitur castus, fuit gulosus efficitur temperatus appetitor parsimoniae existens, om-  
 nisq; frugalitatis, sic vivit homo virtutibus, ut moritur vitiis, hostiæ appellabantur in  
 veteri Testamento animalia, quæ adducebantur ad ostium domus Domini, ibique  
**B** sacerdotibus tradebantur, victimæ vero dicebantur à vinciendo eo quod funibus, &  
 vestibus vincita animalia ad sacrificium ducebantur. Quantum vero ad paganorum  
 pertinet ritum, hostia dicebatur sacrificium, quod offerebatur Idolis, quando contra  
 hostes dimicandum erat, victima vero dicebatur sacrificium, quod victoria potita  
 diis pro gratiarum actione offerebatur. Sanctam: corpora nostra fieri debent, hostia  
 sancta, quia templum sunt spiritus sancti, juxta quod dicitur alibi, templum enim

DEI

**D**EI sanctum est, quod estis vos, & rursus nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti: Oportet ergo sancta esse corpora, quae Dei sunt habitacula. **D**e placentem, id est à vitiis, & peccatis separatam, qui à vitiis se subtrahit, & virtutibus imbuitur, Deo utique placet rationabile obsequium vestrum, obsequium propriè dicitur obedientia ab eo verbo, quod est obsequor, sed hic ab Apostolo pro cultu diuinæ religionis ponitur, quod olim apud Iudeos quodammodo irrationalis fuit, quando putabant inuisibili, & in corporeo Deo per corporales victimas, & sanguinolentas se posse placere, & à peccatis mundari, Neque enim ad rationem pertinet, ut rationabilis creatura, quae est homo, irrationalia pro se offerat, Itaque rationabilis cultus est, ut Deo spiritui mens hominis offeratur mortificata à vitiis. **C**Quandocunque enim vitia carnis, & recidua peccata in nobis mortificamus, virtutibusque pollemus, hostia viua, atque rationabilis efficiimur, sed fortasse querit aliquis: quare Deus omnipotens legales hostias victimasque sibi praeciperit offerri, si ipse per illa sacrificia offerentibus placabilis non reddebaratur, adeo ut peccata eis indulgeret? Cui respondendum est ob duas præcipue causas hoc à Deo præceptum esse vel quia proni erant animi Iudeorum ad Idola colenda, atque ideo tolerabilius erat Deo à se creata sibi offerri, quam Dæmonibus, vel quia verum sacrificium futurum erat immundum, Dominus videlicet Iesus Christus, qui sua immolatione abstulit peccatum mundi, quod omnino dignum ut habeat figuratiua sacrificia longe antequam vetiret, ut per illa typica facilius perueniretur ad istud verum, siue etiam tertia causa mysterii fuit, ut illa offerrentur sacrificia typica, quatenus istud sacrificium præsignarent, quod quotidie in ecclesia pro salute fidelium offerretur. **I**Et nolite conformari huic saeculo, per saeculum hic non debemus intelligere præsentem vitam, quae semper annis temporalibus, diebus, noctibusque, horis, atque momentis voluitur, sed homines per carnalem conuersationem saeculo deditos paganos videlicet Iudeos, haereticos, falsosque Christianos, quibus non debemus assimiliari, & consociari, ne eorum vitiis inquinemur, & nostri, Nolite conformari huic saeculo, id est nolite fieri similes a matoribus huius saeculi, qui virtutes despiciunt, & vicia sectantur, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Per studium lectionis, & meditationis veteris testamenti, & noui quotidie sensus noster, & intellectus innouatur, & reformatur, dum proficimus, & magis ac magis in sapientia crescimus ea de Deo intelligendo, quae antea ignorabamus. Reformatur etiam in nouitate sensus noster, dum proficit in nobis bonum opus, quia quantum intellectus in effectum operis vertitur, tanto amplius innouatur. Dicamus apertius, erat quis in litera legis positus, non penetrabat interiora, transiit ad euangelium, didicit quod lex spiritualiter debet intelligi, atque ita reformatus est in nouitate sensus sui, dum amissis tenebris carnalis intelligentiae ad fructum transit spiritualis allegoriae, sic intelligendum & de his, qui spretis vitiis ad virtutes transeunt, & dum proficiunt de virtute in virtutem quotidie innouantur, ut probetis, qua sit voluntas Dei, Qui sacras scripturas sedulo legit, ille inuenit, quae sit voluntas Dei, id est quid Deo placeat, quidue displiceat, vel quomodo voluntas eius impleri possit, in omnibus etsi enim nostris actibus debemus perpendere utrum Deo accepta sint opera, quae agimus, an non. **E**Bona bene placens, & perfecta. Bona est voluntas Dei, qui bona desiderat semper, beneplacens, quia omnia bona placita sunt ei perfecta, quia nihil duplicitatis placet ei, sed ea, quae sincero animo fiunt. Aliter bona in fide beneplacens in spe futurorum bonorum. Perfecta in charitate id est in dilectione DEI, & proximi, haec enim tria voluntatem DEI perficiunt, siue aliter: bona voluntas DEI est in coniugatis beneplacens in uiduis, perfecta in virginibus: hi tres ordines, si secundum voluntatem DEI, & tramitem virtutum, processerint, præmiis voluntatis DEI donabuntur. **III.**Dico enim per gratiam, que data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, Gratiam in hoc loco, secundum Beatum Ambrosium, sapientiam debemus accipere, quae gratis Paulo data est sine suis meritis in scientia veteris, & noui Testamenti, & in linguis omnium gentium. Dicit enim Beatus Augustinus in quodam sermone suo divinitus ita procuratum esse

Apostolo , vt quia omnibus gentibus erat prædicaturus , maiorem sapientiam præ omnibus Apostolis haberet , vt omnibus Philosophis gentium , & simplicibus esset sufficiens , vnde & Petrus laudat illum in epistola sua dicens , sicut , inquit , *frater noster Paulus prædicat in omnibus Ecclesiis secundum sapientiam sibi à Deo datam.* Quod autem dicit in omnibus , qui sunt inter vos , & simpliciter potest intelligi , vt dicatur omnibus , dico , qui habitant inter vos , & altiori intellectu illos alloquatur , qui per fidem Deo adhærebant , qui semper habet esse . Deus enim solus est , quia ipse substantialiter habet esse , sicut ad Moysem dicit , *Ego sum , qui sum , & ego sum Deus Abraham , & cætera.* Quicunque ergo illi adhærent , illius sunt , sicut & qui non adhærent non sunt , ergo , qui sunt dicit , id est , qui per fidem , quæ per dilectionem operatur , Deo copulantur , & quid dico hoc utique dico , & præcipio non plus sapere , quam oportet sapere , id est non superbire , hoc dicit contra gentiles timentes , qui insultabant Iudeis , tamquam ramis fractis , plus enim , quam oportet sapit , qui propter alterius miseriam extollitur , cum potius humiliari debeat , ne & ipse cadat . Dicendum & propter eos , qui sapientiam doctrinam non sectantes quædam falsitatis dogmata componunt , quibus simplicium animos corrumpunt non plus sapere , quam oportet sapere , oportet denique , vt viam præcedentium Doctorum imitetur , & ingenium præsentium magistrorum adimplens quod dicit sapientia ne transgrediaris terminos , quos posuerunt patres tui , sed sapere ad sobrietatem , id est ad temperantiam , sobrie namque sapit , qui agnoscit , quid ipse sit , & sicut coram Deo in Christo loquitur , hoc præceptum transgressi sunt omnes hæretici , & *uniuersi* subaudi dico sic debere sapere , *sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Infide namque mensura est , quam ad nostram capacitatem attinet , quia aliis plus , aliis minus credit . Maiorem enim fidem habuerunt Apostoli montes transferendo , quam nos habeamus , siue intelligitur hæc mensura in donis fidei , quia habentibus fidem , ali datur sermo sapientiæ , ali sermo scientiæ & cætera , & huiusmodi mensura secundam rationem fidei datur , quoniam non nisi fidem tenentibus tribuitur , intelligitur & de mysterijs ecclesiasticis , quæ secundum modum suum debet peragi & non ultra licitum usurpari , verbi gratia . Presbyter es , ne usurpes episcopi ministerium , diaconus es , noli tibi vendicare aliquid ex officio presbiteri , sic de cæteris ministeriis , & gradibus intellegendum . *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus , omnia autem membra non eundem actum habent , ita multi unum corpus sumus in Christo ,* sicut in uno corpore multa membra unum corpus faciunt , ita fidelium multitudo coniuncta per fidem , & dilectionem capiti suo , quod est Christus unum corpus sunt cum illo . Verum membra corporis nostri propria habent officia , vt oculi videndi , aures audiendi , & reliqua similiter , & sicut unum membrum , alterius membra non usurpat officium , sic unusquisque nostrum alterius non debet inuadere ministerium , & tamen , sicut oculi vident toto corpore , & aures audiunt , & os loquitur , & manus cooperantur suo corpori , sic debent agere & spiritualia membra Ecclesiæ , oculi sunt , qui aliis ministrant spirituale lumen , sicut Doctores aures boni auditores , qui verba magistrorum humiliter audiunt , narres , qui scientiam discernendi imperfectores vitiorum , & odores virtutum obtinent , os , qui alias erudiunt , manus , qui aliis ministrant necessaria , sicut sunt eleemosynarij boni , pedes , qui pro sanguine innoxio liberando , & infirmos visitando currunt hæc sibi inuicem prospicere , & ministrare debent , quapropter & infert Apostolus . Hic dinumerat Paulus spiritualia dona , vnde animæ saluantur . *Habentes autem donationes secundum gratiam , que data est nobis differentes.* In hoc loco defectus dictio nis est . Quapropter necesse est , vt subaudiatur aliquid ad completionem sensus , dicatur itaque hoc modo : sumus itaque nos habentes donationes secundum gratiam , quæ data est nobis à Deo differentes , & ab inuicem distantes , sicut & membra corporis , verbi gratia oculus non est auris , nec auris oculus , sic sunt in Ecclesia , qui sunt oculi , & non sunt aures , sunt aures , & non sunt oculi , quia sunt doctores , sunt & auditores , sunt eleemosynarii & cæteri ordines , in quibus diuisa est gratia . Gratia dicitur gratis data , & quicquid habent fideles donorum , & donationum gratia Dei est .

L. Pet. 3.  
ver. 15.Exod. 3.  
ver. 14.  
Gen. 20.  
ver. 24.Prover. 22.  
ver. 28.

F

I. v.

V.

V. i.

G

est, quia sine suis meritis illud perceperunt, *sive prophetiam*, subaudi quiis audit, secundum rationem fidei habet illam, quia fides hoc promeruit. Si enim non credidimus Prophetiae spiritum nequaquam accepissemus. Legitur Agabus Prophetæ post Domini ascensionem, & quatuor filiae Philippi, ipsi etiam Apostoli Prophetæ fuerunt, quia futura præmia electorum, & poenas reproborum prædicebant suis auditoribus. Alio modo Prophetiam hic pro doctrina possimus accipere, ut sit sensus sive Prophetiam, id est, doctrinam quis habet secundum rationem fidei, dispenset illam, ne plus sapiat, quam oportet sapere, rationem autem fidei veritatem Catholicæ fidei dicit, secundum quam debet quilibet Doctor dispensare prædicationem suam, ne forte à veritate deuiet, *sive ministerium*. Subaudi, quis habet in ministerando non plus sapiat, quam oportet sapere, in ministerio etenim gratis sibi à Deo collato nemo superbire debet, id est, non plus sapere, quam oportet sapere. Habes quod ministrent pauperibus, & orphanis, noli superbire, quia gratis tibi à Deo datum est, potest & de ministerio Ecclesiastico intelligi, de quo nemo debet superbire, licet sit Episcopus, licet presbyter, aut pater monasterii constitutus, sed magis, debet se humiliare attendens illud, quod dicit: *Omnis, qui se humiliat, exaltabitur*, & quantum magnus es, humilitatem in omnibus, *sive qui docet in doctrina*. Subaudi, quæ illi gratis à Deo data est, non debet plus sapere, quam oportet sapere. Hæc autem doctrina in veteri, & nouo testamento intelligitur. *Qui exhorteatur in exhortando*. Subaudi, non debet plus sapere, quam oportet sapere, quia non oportet superbire.

VII.

H

*Luc. 14. v. 12.*

VIII.

Hoc autem animaduertendum hucusque subaudiendum esse à superioribus huius Epistolæ nō plus sapere, quam oportet sapere. Exhortatio species est prædicationis, & doctrinæ, & maximè ad dolentem, & desperantem respicit. Verbi gratia. Sunt multi Doctores, qui sapientia diuinarum scripturarum pollentes, pariterque eloquio floentes tota die alloquuntur populum, disputantes, de rectitudine fidei, de appetu virtutum, & execratione vitiorum, de felicitate perpetui regni, & de perditione inferni, & pro te lato sermone penè usque ad solis occubitum exemplum consolationis ipsis minimè proferunt. Interim verò dum audit aliquis ex circumstantibus poenas inferni, quæ ab illis minantur, his, qui criminalibus delictis tenentur obnoxii, & recolit aliquid facinus grauissimum perpetrasse, homicidium, videlicet, adulterium, aut aliquid horum ab immunitate sceleris sui tristitia desperationis perfunditur, quia non audiuit verbum consolationis à prædicatoribus quem si inuenierit quilibet prædicator simplex statim percontando perquirit ab eo cuius rei causa tristetur, mœstusque incedat, comperta causa consolatur illum verbis simplicibus, quibus valet, simulque hortatur, ne desperet de venia salutis dans pariter æterna exempla consolatoria, ac dicens, quid in desperationis malum laberis, considera si vales misericordias Domini quantæ sint. De quibus Psalmista dicit: *Misericordia super omnia opera eius*. Nunquid David non erat Rex, & Propheta, quando simul patrauit adulterium cum homicidio, & tamen veniam meruit. Numquid Petrus, postquam electus est à Domino, non negauit illum ter, dicens non noui illum, & tamen pius Dominus postea præfecit illum Ecclesiæ suæ. Nunquid latro non meruit audire *Hodie mecum eris in Paradiſo*: Talibus verbis exhortatoriis illum alloquens, qui in desperationem ruerat in spem veniæ sistit, ecce quomodo exhortatio species est prædicationis, *Qui tribuit in simplicitate*, id est, qui eleemosynam pauperibus largitur, & doctrinam infacio, ideo faciat, ut Deo, & non hominibus placeat, & subaudiendum ita, qui tribuit in simplicitate, tribuat, *qui præcepit in sollicitudine*. Subaudi, debet præesse, ut sibi commissos non negligat, hæc sollicitudo, id est, magna cura circa animas maximè debet esse, *qui miseretur*. Subaudi, pauperis cibum esurienti porrigendo, & potum sitienti, vestimentum algenti, & tectum vaganti in hilaritate, & gaudio mentis eleemosyna danda est, & misericordia præstanda securus de merde, qui huic operi insistit, quia parua tribuit, atque temporalia, & recepturus est maxima præmia æterna. Quoniam eleemosyna, quæ pauperi largitur in terra, à DOMINO recipitur in cœlo, sicut Beatus Ambrosius dicit, ipse denique dicturus est electis in die iudicij, quod yni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis,

*Psalm. 14. v. 9.**Luc. 23. v. 43.*

K

*2. Cor. 9. v. 7.*

cistis, at qui de mercede æternæ retributionis dubitat, in hilaritate cordis eleemosynam non erogat. Nec enim potest, quia & hic amittit, quod tribuit, & in futurum præmium non recipiet. *Dilectio sine simulatione*, Subaudi, a dimplenda est. Omnis dilectio, quæ secundum Deum non est, & pro Dei amore non agitur simulatio, & fictio vocanda est. Ideoque, qui fratrem diligere dicitur si non correxit, cum eum errare viderit, simulatam charitatem erga proximum habere conuincetur. *Odiens malum*, id est, diabolum, & membra illius, atque omne peccatum sicut odientes. Notandum autem odium hic in bonam partem accipiendum, quoniam & est odium malum, quo odimus fratrem. *Adhaerentes bono*, id est, Deo Patri, qui est summum bonum, & membris eius, atque iustitiae, omnibusque virtutibus. *Charitatem fraternalis inuicem diligentes*, id est, cum charitate fraternalis sitis vos alterutrum diligentes, quia unus est Pater vester, qui in coelis est, omnes enim, qui unam fidem habent, & uno baptismate sunt abluti, ita se inuicem secundum Deum diligere debent, veluti fratres ex uno matris utero egressi. *Honore inuicem præuenientes*, id est, inuicem præuenientes, honorem vobis impendite, prælati subiectis, & subiecti prælati, quia humilitatis virtus etiam ethnicis placet. *Sollicitudine non sicut pigri*, id est, in cura subditorum non sitis desides, & torpentes, ne forte cum seruo inutili damnum, qui ligatis manibus, & pedibus missus est in tenebras, & non solum qui præst, verum etiam omnis subiectus studiosus, & velox debet esse ad omne bonum. *Spiritu feruentes*, id est, calorem & feruorem Spiritus sancti habeatis, vel Spiritu, id est mente non sitis tepidi in dilectione Dei, & proximi, ne forte audiatis, quia nec frigidus es, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. De huius ignis feruore dicit Dominus in Euangeliō, *Ignem veni mittere in terram Domino seruientes non diuini*, neque vitiis, siue delectationibus, illi Deo seruiunt, qui eius præcepta seruant. *Spes gaudentes*, spes est expectatio futurorum bonorum, inde dicit Apostolus modo, spe, siue expectatione præmiorum cœlestium sitis gaudentes etiam in angustiis, in tribulatione vobis illata a persecutoribus, sitis patientes, id est, animo sitis non reluctantates, & non querentes præmium in præsenti. *Orationi instantes*. Quia quod humanis auxiliis, neque nostris viribus obtinere, & agere possumus, necesse est, ut a Deo orationibus impetremus sicut de Daniele, & sociis eius legimus. *Necessitatibus Sanctorum communicantes*. Non dixit sanctis eleemosynam præbete, aut facite, sed honestiore verbo usus est, vestra bona sanctis participate, eo tempore, quo Apostolus ista scribebat, credentes suis facultatibus priuabantur, unde laudando dicit in Epistola ad Hebreos Iudæis creditibus, *& rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepisti*, ideoque illos, qui facultatibus propriis adhuc non erant priuati, hortabatur Apostolus, ut expoliatis pro Christi nomine subsidia temporalia administrarent, illorum indigentiam suam putantes bonis temporalibus cum eis in communione vtentes. Det etenim dona non debent fieri priuata, *Hospitalitatem sectantes*, non dixit hospitalales estote, vel hospitalitatem sequimini, sed dixit hospitalitatem sectamini, plus enim dixit. Sequitur namque hospitalitatem, qui rogantes cogit, & querit, ne forte in viis, & plateis extra rectum remaneant. Magna etenim virtus est hospitalitas, per quam multiplicauerunt Deo Angelis in hospitio susceptis, sicut Abraham, & Lot, & multalij. *Benedicite persecutibus vos*, id est, benedicte illos, & bene loquimini cum illis, qui vobis vim inferunt, benedicte, & nolite maledicere, maledicere est malum dicere. Verbi gratia, detrahere alicui blasphemare, vel contumeliam facere. Licet ipsi male loquantur de vobis dicentes vos magos esse, & discipulos seductoris hominis, nolite illis ideo maledicere, sed patienter fertे illorum opprobria. Quod Apostolus in semetipso implebat, hoc utique suis auditoribus implere præcipiebat, dicit enim alibi, *Maledicimur, & benedicimus, gaudete cum gaudientibus*. Studerote. Non præcipit gaudere cum his, qui gaudent in transitoriis, & caducis rebus, sed cum his, qui gaudent, quod nomina eorum scripta sint in coelis. Neque enim quibuscumque gaudiis Christianorum gaudia socianda sunt, nec quibuscumque fletibus lacrymæ nostræ iungendæ sunt. Verbi gratia, si videmus gaudere aliquem super questum pecunia, aut possessionum latitudinem, non debemus congratulari illis, quia istorum gaudia luctus sequuntur, & lacrymæ. Vnde Dominus non solum de talibus, sed etiam de hoc admonuit Apostolos, non esse gaudendum, quod dat

ix.  
L  
x.  
xi.  
Luc. 12.  
ver. 49.

xii.  
M  
xiii.  
Heb. 10.  
ver. 34.

xiv.  
N  
i. Corin. 4.  
ver. 12.

xv.  
Non præcipit gaudere cum his, qui gaudent in transitoriis, & caducis rebus, sed cum his, qui gaudent, quod nomina eorum scripta sint in coelis. Neque enim quibuscumque gaudiis Christianorum gaudia socianda sunt, nec quibuscumque fletibus lacrymæ nostræ iungendæ sunt. Verbi gratia, si videmus gaudere aliquem super questum pecunia, aut possessionum latitudinem, non debemus congratulari illis, quia istorum gaudia luctus sequuntur, & lacrymæ. Vnde Dominus non solum de talibus, sed etiam de hoc admonuit Apostolos, non esse gaudendum, quod dat

monia subiecta erant, sed potius de hoc, quod nomina eorum scripta essent in celo, & est sensus. Si videritis hominem digna opera agentem, quæ mereantur scribi in celis, de illius salute congaudetote. *Flete cum flentibus*, curate non cum his, qui lugent, & deflent amissionem rerum temporalium, sed potius cum his, qui sua, aut proximorum deflent peccata, sicut Samuel deflebat Saul, eo quod Dominus recessisset ab eo, & Paulus multos Corinthiorum, qui post fornicationem non egerunt penitentiam, siue etiam cum his lugere præcepit, qui lugent, quod differuntur à regno cœlorum securi iam de præmio, de quibus omnibus Dominus dicit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Id ipsum in uicem sentientes, hic sermo apertius habetur in græco, est autem sensus: Sic sentite de alio, sicut de vobis, id est, sicut vobis bona optatis, sic & aliis, & sicut vos diligitis, sic alios diligite, vel ita estimate vos diligi à fratre, veluti à vobis ipsis. *Non sitis alia sapientes*, id est, superba, *sed humilibus consentientes*, ut & vos humiles exhibeatis. *Discite*, inquit Dominus, *quia misericordia sum*, & *humilis corde*, humilibus namque consentit, quia cum humilibus se humiliat non preferens se illis, sed socians, expectans quod Dominus promisit, omnis quis est humiliatus, exaltabitur. Quicunque enim humilitatem veram habent, vtique eandem humilitatem in alijs venerantur. *Nolite esse prudentes apud vosmetipos*. Apud se prudens est, & non apud Deum, qui sapientiam, quam habet, non auctori omnis sapientiae deputat, sed sibi suisque meritis, & ingenij, siue studijs suis, quo virtio comprehenduntur laborasse Philosophi gentium, de quibus dicit idem Apostolus in exordio Epistolæ huius. *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis*, id est, vani facti sunt, non referentes Deo gratias de collato sibi dono sine suis meritis. Aliter, apud se sapiens, & prudens est, qui cum sit stultus, sapientem se putat esse, & gloriatur in se, quia sperat scire, quod nec sit. Vel etiam tertio modo prudens apud se esse dicitur, qui vindictam expetendo suas iniurias vlciscitur, quod sequens versus indicat. *Nolle malum pro male reddentes*, multi putant non esse peccatum sicut quæ accepta iniuria se vlciscitur, & vindictam iterum sumit, sed si ita esset nequaquam Apostolus talia præcepisset. Ac propterea dicunt aliqui etiam plerūque maius esse delictum, si malum quis pro malo reddiderit, quoniam potens fieri, ut qui prius malum esse, ignorauerit, ille vero, qui vindictam expetit, & vicem reddit, quod malum fuerit statim ostendit, vnde potest ita intelligi, quod malum inferre alteri culpa est, reddere vero malum pro malo peccatum est. Et dum dicit Apostolus: nulli malum esse reddendum, fidelena, qui videtur esse, & infidelem tangit, fideli ideo, quia frater est, & infideli, ut lucrari possit. *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*. Coram prouidenti sibi bona, qui in intimo cordis ei, qui secreta intuetur, placere studet, & illum non cogitatione, non verbo, non opere vult offendere, nec offendit in quantum valet, prouident & coram omnibus hominibus bona, qui verbo, & moribus omni conuersatione in omni vita sua pro viribus suis in quantum valet irreprehensibilem se esse. *Si fieri potest, quod ex vobis est*, id est, quod vestræ congruit religioni cum omnibus hominibus pacem habentes. Rem difficilem dicturus præmisit dicens, si fieri potest, quia aut vix, aut nullatenus fieri potest, ut pax cum omnibus hominibus serueretur. Nam si paganum increpaueris, neque consenserit, non vult tecum habere pacem. Similiter de Iudeo intelligendum, atque haeretico, dicamus & aliter. Et quilibet prælatus, increpat subiectos delinquentes dum eis displicet increpatio prælati, pacem cum illis habere non potest, & cum ita fit, unusquisque animum suum seruet pacatum, & quietum, habens in se, cum illis pacem, diligendo eos, quia Dominus omnium auctor est eorum, licet virtutis se ab illo separant, in hoc loco, & in sequentib. prohibet contentiones, & lites, quibus maximè pax violatur. *Non vosmetipos defendentes charissimi*, hoc dupliciter intelligi potest, uno modo de aduersariis nostris haereticis videlicet, falsisque fratribus, qui in nos plerunque sœuiunt, de quibus non debemus nos defendere, vindictam expetendo. Alio vero, ut si fuerit quis infideliū contra nos excitatus pro nomine Christi, aut causa alicuius iurgij verbis contradictorijs, prout ratio dictat parcamus, quo mansueti, & humiles appareamus imitantes Dominum, qui pauca coram Pilato respondit, *Sed date, inquit, locum iræ*. Duobus modis damus locum iræ, vel cum refrenamus animum, ne vindictam expetamus,

Matth. 5  
vers. 4.

XVI.

Matth. 11  
vers. 29.Lue. 14.  
vers. 11.Rom. 1.  
vers. 24.XVII.  
P

XVIII.

Q

XIX.

vel

vel cum de loco ad locum fugimus, date, inquit, locum iræ, id est, eos, qui contra vos irati sunt, permittite vobis nocere, quia patientia vestra remunerabitur, & eorum saevitia punietur. Vel date locum iræ, id est, nolite vos vindicare, sed fugite de loco ad locum, iuxta quod Dominus præcipit dicens: *Si vos persequentur in ista cunctitate, fugite in aliam.* Quod autem dicit date locum iræ, hæc ira vel illius intelligitur, qui saevit, vel futuri iudicis qui in sequentibus loquitur per exemplum Propheticum. *Scriptum enim mihi vindictam.* Subaudi, reseruate, & ego retrubuum vobis, qui patienter tulistis, præmia, & coronam, & illis, qui malum intulerunt vindictam poenarum gehennæ. *Quia enim homo in vindicta modum excedit, nec potest se vindicare cum tranquillitate mentis,* idcirco omnipotens Deus præcipit sibi vindictam reseruari, ut ipse, qui immutabilis est, iudicet illos, & qui non mouetur ad iram. Iuxta quod & eximius Orator Salomon dicit: *Tu autem Domine cum tranquillitate omnia iudicas.* Huius enim iudicis iustum est iudicium, quoniam non excedit modum, nec perturbatur in suo iudicio, *Sed si furierit inimicus tuus, ciba illum, sis et potum da illi.* Si hoc feceris, tunc pro malo reddes bona, & accipies magna præmia. *Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.* Carbones ignis in hoc loco appellat feruorem, charitatem Dei, & proximi, de quo feruore Dominus dixit: *Ignem veni mittere in terram.* Si hoc, inquit, feceris, quæ superius diximus, cibum, videlicet, & potum inimico ministrando carbones ignis, id est, ardorem charitatis pones super caput eius, id est, super mente eius qua tantis beneficijs delectatur. Incipiet te diligere, quem ante exosum habebat, in tantum ut dicat. Quid est, quod haec tenus egi contra hunc virum, cur ei tanta mala intuli, qui mihi tot bona intulit, sine causa ergo infestus ei extiti, quapropter qui tam benignè, & patienter erga me agit, incipiam illum diligere, ut charissimum fratrem, quem haec tenus persequebar, ut hostem. Si autem qui cibum, & potum tribuit, idcirco hoc fecerit, iuxta quod quidam voluerunt intelligere, ut carbones ignis, id est, poenas inferni præparet, dum eius beneficijs hominum honoratur eum non dilexit, jam hoc non est charitas. Ideoque melius est ita intelligi, ut supra diximus in primo de ardore charitatis. Quod vero dicit super caput, rectè caput mens, id est rationabilitas, ac principialitas animæ accipitur. Quia sicut omnia membra reguntur à capite, ita cogitationes, & voluntates à mente disponuntur. *Noli vincere malum, sed vince in bono malum.* Noli, inquit, vinci à malo, id est, aliquo vitio, non ab ira, non ab odio, non ab iniuritia, siue noli vinci à malo, id est, à diabolo, à quo vinceris, dum contra inimicum tuum iracundia accenderis, qui ad suam voluntatem te trahit. Aliter. Si tuas iniurias vlcisci volueris, à malo vinceris, quia ei, qui tibi malum fecit, similis efficeris. Quandocunque enim diabolo, vel vitio alicui obediens, vincimur ab illo, dum malum pro malo reddimus, ab illo vincimur, qui nobis iniuriam fecit, & cui vice reddimus, qui nos similem sibi facit. Si autem commotum animum refrenamus, & vindictam proximo non inferamus, tunc victores existimus; & de peccato ad salutem acquirendo fratrem triumphamus. Sed vince in bono malum, vince in bono malum, id est, in Deo diabolum. Vincere in bono malū in patientia summa inimicū, & aduersarium tuum præbendo ei cibum, & potum, vestimentum, & calceamentum. Dum enim tuis beneficijs prouocas illum ad hoc, ut te incipiat diligere eum modo, quo superius diximus quodammodo superas illum. Vel vince in bono malum, id est, in virtutibus vince, & superavitia, & peccata, accipiendo ex eis palmam virtutis.

## CAPVT XIII.

Hortatur ut superioribus obtemperent inferiores, etiam propter conscientiam, quanquam ciuilem tantum gerant magistratum: omnibusque debita reddant: de proximi dilectione ad quam vniuersa lex reducitur: & de tempore gratiae, ut transactis legis tenebris, relictis vitijs, amplectantur Christi virtutes.



*M*nus anima potestatibus sublimioribus subdita sit: No<sup>1</sup> est enim potestas nisi à Deo: que autem sunt, à Deo or-  
dinata sunt. † Itaque qui resistit potestati, Dei ordina-<sup>A</sup>  
tioni resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem  
acquirunt: † nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis  
autem nō timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa: †  
Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time:  
non enim sine causa gaudium portat. Dei enim minister est: vindex  
in iram ei, qui malum agit. † Ideo necessitate subditi estote, non solum  
propter iram, sed etiam propter conscientiam. † Ideo enim & tributa  
præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes, † Reddi-  
te ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vecti-<sup>7.</sup>  
gal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. † Nemini quid-  
quam debeat, nisi ut inuicem diligatis: qui enim diligit proximum  
legem impleuit. † Nam: 'Non adulterabis: Non occides: Non  
furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si  
quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: 'Diliges proxi-<sup>C</sup>  
mum tuum sicut te ipsum. † Dilectio proximi malum non operatur.  
Plenitudo ergo legis est dilectio. † Et hoc scientes tempus: quia hora  
est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus,  
quam cum credidimus. † Nox præcessit, dies autem appropinquauit.  
Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis † Sicut  
in die honeste ambulemus; ' non in commessionibus, & ebrietati-  
bus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & amula-<sup>D</sup>  
tione: † sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam  
ne feceritis in desiderijs.

*O*mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. In exordio sanctæ Ecclesiæ,  
ex omnibus conditionibus veniebant ad fidem, & ne serui, vel ancillæ, seu  
quilibet subiecti dicerent, quod ipsi qui consecuti erant libertatem omnium  
peccatorum, & filij Dei effecti indignum esset, ut seruirent sæculi potestatibus. Di-  
xit Apostolus, omnis anima, id est, omnis homo liber, & seruus, fidelis, & infidelis  
potestatibus sublimioribus subditus sit. Omnis anima dicit, pro eo, quod omnis ho-  
mo; In sacra enim scriptura frequenter sola anima totum hominem significat. Sic-  
ut hic, & in Genesi, ubi dicitur. Quod ingressus est Jacob in Ægyptum in anima-  
bus septuaginta, & in Actibus Apostolorum. Erasmus, inquit in nauis anima ducentæ  
septuaginta sex, potestatibus sublimioribus, dicit, Regibus, Principibus, Tribunis,  
Centurionibus, Dominis, omnibusque Prælatis. Hoc & Petrus præcipit subiecti in-  
quiens:

*A&or. 27.  
vers. 37.*

1. Pet. 2.  
ver. 13.

quiēns: *Estate omnī humānā creature, id ēst om̄ib⁹ hominib⁹ vob⁹ p̄xpositis, & hoc propter Deum, siue propter amōrem Dei in quantum quippe homo non offendit Deum, obsequi, & obedire debet celsiorib⁹, nam homo constat anima, & corpore, & in anima quidem debet seruare inuiolabilitē fidem Dei, in corpore vērō debet seruire dominantib⁹ secundum seruitutē p̄sēntis vitæ. Vērum si contra fidēi p̄xpositū viderit sibi imperari à Principib⁹ huius, siue p̄testatib⁹, vel Dominis, tunc p̄ fide v̄isque ad mortem satagat laborare, nē quod maius est, animam videlicet, perdat. Quod licet illa p̄testas interficiat corpus gladio, animam autem non potest occidere. Non est enim p̄testas, nisi à Deo. Omnis p̄testas sitie maior, siue minor, quæ hominib⁹ p̄xest aut ex voluntate Dei, aut ex permissione*

Prou. 8. v. 15

*Dei constituta est, Sicut dicit per Salomonem. Per me Reges regnānt, & potētes decernunt iustitiam, si autem quærimus, quare hæ p̄testates ordinatæ sint, illud dicendum, quod gēnus humanum bestiale effectum belluino more contra se cœpit sanguine, In tantum, vt primi parentis filius in frātrem consurgens interficerit eum, bestiarum enim est, & homines discerpere, & se inuicem lacerare, atque deuorare. Verbi gratia Lēo deuorat hominē, & v̄sum. V̄sus, & lupus deuorant hoēs, boues & oves. Hac de causa omnipotens Deus bestialibus hominib⁹ principes p̄xposuit, vt eorum terrōre acerbitas animorum illorum reprimeretur. Sunt etiam pisces alios, déglutientes, quos imitabantur homines in alios sanguinentes, quorum temeritas Principum formidine sedata est. Que autem sunt. Subaudi, p̄testates super alios à Deo ordinatae sunt, siue quæ sint iura p̄testatum à Deo ordinata sunt. P̄testates etenim, vel iura p̄testatum, quæ mundo principiantur à Deo constituta sunt, siue*

Ioh. 19. v. 11

*jām supra diximus. Vnde Dominus dicit Pilato. Non haberes aduersum me p̄testatē, nisi tibi datum esset de super. Quib⁹ verbis, indicatur, quod siue bona p̄testas, vt David, siue mala fuerit, vt Nero, non est nisi aut volente, aut permittente Deo. Hoc autem idcirco totum prosèquitur Apostolus, vt p̄testatibus subditi sint, quia non nulli, sicut jam diximus ad fidem venientes pristinum obsequium, & seruitium quasi liberi effecti Dōminis & Principib⁹ nolebant reddere. Cum Dōminus Iēsus non venerit conditiones mutare, sed animas in æternum victuras saluare. Dicebant enim Romani credentes, nos, qui diuinis legibus paremus, & Deo seruimus, non debemus seruire, neque honorem p̄erbere Neroni, alijsque p̄testatibus terrenis. Quapropter Apostolus talia scripsit eis. Poterat namque scandalum nasci Dōminis, & Principib⁹, si serui, & subiecti eorum Christiani effecti à seruitio illorum efficerentur alieni, noceret quoque Ecclesiæ dum permitterentur alij credere, cum magis meliores debeant Domini seruos suos recipere fidèles Christi effectos. Hoc & ipsa*

Matth. 22.  
ver. 21.

*veritas per semetipsam p̄cepit dicens: Redite, qua sunt Casari, Casari, & qua sunt Dei, Deo. Itaque qui resistit p̄testati, Dei ordinationi resistit. Siue bona sit illa p̄testas, seu mala, quicquid ei resistit subtrahendo ab ea seruitium, denegando tributum, & honorem non p̄erbendo, quem debet ei p̄erbere, Dei ordinationi resistit, & dispositioni, cuius ordinationi ille principiatur. Quidam malè sentientes has p̄testates*

Ephes. 6.  
ver. 12.

*interpretati sunt Dæmones, de quibus in Epistola ad Ephesiōs dicitur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & p̄testates, sed sensus iste valde est superfluus, quia in nullo debemus subdi dæmonibus. Qui autem resistunt p̄testatibus, Regibus videlicet, Principib⁹, ac Dōminis suis ipsi sibi damnationem acquirunt. Pro qualitate enim culpæ acquirunt sibi vindictam, quia irata illè p̄testates, dum subditi eis parere contemnunt, aut occidunt eos, aut in carcerem mittunt, aut etiam in exilium dirigunt. Si quæsierit aliquis, cur Dominus damnauit seruum, aut Princeps subiectum, respondit: Resistebat mihi, & idcirco vindictam acceperi ex illo. Considerandum autem, quia non de damnatione æterna loquitur Apostolus, sed de corporali, eo modo, quo dictum habemus, Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali, id est, non sunt ad hoc constituti, vt bene laborantibus*

III.

*timorem incutiant, sed operi insistentibus, & seruire nolentibus. Nam ad hoc sunt constituti, vt bene laborantes laudent, & adiuuent. Malè verò facientes damnantur, sed & si quis bonū facit, non timet p̄testatē, qui verò malum, timet ab ea damnari, vnde subdit Apostolus. Vis autem non timere p̄testatē, bonum fac, & habebis tandem ex illa. Nam dicit laudabit te illa p̄testas, quia multæ sunt p̄testates, quæ*

in subditis magis malum, quam bonum diligunt; sed habebis laudem ex illa potestate, id est ipsa erit occasio, ut tu laude dignus sis, quia si tuo exemplo ad fidem, vel iustitiae opere fuerit perducta, laudaberis tam ab illa, quam etiam ab aliis, apud Deum quoque laude dignus eris. Alter. Si potestas illa vsque ad mortem te poenis afflixerit, tuque legitimè decertando mortem, aut aliquam iniuriam patienter pertuleris, habebis ex illa laudem, id est ipsa præhebit occasionem, ut tu lauderis, quia percipes persecutionibus eius tibi irrogatis perpetuam beatitudinem, & laudaberis apud Deum, & homines. Consideremus Laurentium, qui pro Christi nomine accerimè est vultus, non fuisse laude dignus perfecte inuentus; nisi a suo persecutore fuisse vultus, ideoque ipsa potestas fuit occasio laudis eius, sic de ceteris sanctis Martyribus intelligendum, & de hominibus, qui iniuste damnantur.

*Dei enim minister, est, tibi in bonum.* Dei enim minister est, id est a Deo est constitutus ad bonum tuum, ut si tuo timore, & adiutorio custodiat, & tueatur te, ne interficiaris ab inimico tuo, & ut tuam substantiam non diripiatur alii. Alter. Sunt multi, qui volunt agere malum, sed timent potestatem mundanam, & causa huius timoris non perficiunt, quod cupiunt, ergo ad bonum illorum, ne faciant malum, potestates illae præpositæ sunt, quia, quo amplius homo malum fecit, eo amplius poenas sustinebit maiores, *Si autem malum feceris time,* id est non leue feras potestatem timere, poterit enim te damnare inuenta occasione. *Non enim sine causa gladium portat,* per gladium intelligitur vindicta, non sine causa gladium portat, id est, non sine causa potestatem vlciscendi habet. Sunt enim quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quam per Antistites, & rectores ecclesiarum iudicantur, sicut est cum quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, seu Diaconum huiusmodi reos Reges & Principes mundi dānant, ergo non sine causa gladium portat, qui talia scelera diiudicat. Sunt etiam maxime constituti propter latrones, homicidas, raptores, ut illos damnent, & alias suo timore compescere faciant, unde & subditur, *Dei enim minister est vindicta in ira,* id est in vindictam ei, qui malum facit. *Ideo necessitate subditi estote,* Hoc est, quia illi vobis ministri sunt in bonum obedite illis, ut cum eis pacem habere possitis. Vel necessitate subditi estote, quia vlciscentur se de vobis, si eorum potestati contradixeritis, ad hoc enim a Deo est præpositus, ut bene facientes, iusteque viuentes sua protectione muniendo defendat, vindictam vero inferat peccantibus sibique resistentibus. Quapropter subditur. *Non solum propter iram,* siue vindictam, quoniam consurgent in vos, sed etiam propter conscientiam, id est, propter mentem, quam debet habere mundam in dilectione eius, cui subditi estis, maxime propter hoc, quia a Deo constitutus est, cuius ordinationi reluctari non debes: Verbi gratia; Es subditus illi timoris dominum temporale dum seruis ad oculum esto subditus propter conscientiam mentis, ut in ipsa conscientia, quam Deus contuetur, ne habeas illum odio, cui præstas obsequium, sed tua mens prohibeat tibi testimonium, quod ex corde diligas illum; *Ideo enim et tribut a præstatis,* subaudi, quia a Deo præpositi sunt vobis, vel quia defendant vos ab hostibus, & suo timore constringunt inimicos vestros, ne interficiamini ab illis, neque vestra bona diripiatur. Vel etiam ne in vos suam vindictam exerceant, si in aliquo rebelles fueritis, & eorum iram patiamini, sicut passi sunt Iudæi, qui noluerunt tributum dare Romanis. Unde & sequitur. *Ministri enim Dei sum in hoc ipsum servientes subaudi aut vos defendant, reos puniant, tributum a vobis accipient.* Sic & Ioannes Baptista milibus querentibus, quid agere deberent, respondit: neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Vbi notandum, quod non dixit nolite militare, quia milites a Deo constituuntur, ut ab eis patriæ commissæ tueantur, *Reddite omnibus debita,* id est: consuetum obsequium. Sicut & Dominus ait: *Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo,* cui tributum debetis reddere, reddite ei tributum, sicut & ipse conditor pro se, & Petro didagma. Tributum dicitur a Tribunis, & Tribunis tribus. Siquidem Romulus conditor, & Author Romæ in tres partes populu sibi subditum diuisit rationabili distributione, in senatores videlicet, qui & consules vocabantur, in milites, & agricultores, & in viciniq; parti Principem unum constituit, qui Tribunus

Luc. 3. ver. 14.

VII.

Matt. 22. vtt. 28.

G.

Tribunus dicebatur, eo quod vni ex partibus præcesset; Censum vero, quod à subditis exigerbatur, tributum dicebatur, cui vectigal, vectigal. Vectigal est tributum fiscale, & dicitur à vehedo eo quod accipiatur deuectis, id est deportatis mercibus. Cui timore debetis, vt Dominis reddite illi timore cui honore debetis, reddite illi non solum in conqui-

niscendo, & humiliando sed munera dando. Nemini quicquam debeat, nisi ut inuicem diligatis, i.e. sic omnibus seruitutis vestrae obsequia, & debita reddite, vt nemini quicquam pro quo vobis irascatur debeat, nisi ut inuicem diligatis. Reddito debito, & obsequio, & omnibus potestatibus, & Principibus persoluere debemus, eos qui nobis propositi sunt diligere debemus. Hoc debitum charitatis quamdiu in presenti saeculo viuitur debetur, in futuro quoque sine pondere plenius firmabitur. Qui enim diligis proximum suum legem implas.

Proximus iste non tantum propinquus cognatione, aut aliqua affinitate, sed etiam omnis homo intelligitur quem diligendo legem Moysi implemus:

Quia quod Moyses prohibet lege, Non occides, non adulterabis, & cetera talia, si dilectionem habemus, contra proximum non agimus, si non proximum diligis, sicut te ipsum, non occides illum, quia non vis occidi. Non pollues vxorem eius, quia tu ab illo adulterari non vis, sic de ceteris intelligendum. Et ut abundet iustitia nostra super scribarum, & Phariseorum, ceterorumque Iudeorum inimicos etiam nostros debemus diligere propter Dei amore, licet ab illis persecutiones sustineamus, non tamquam debemus diligere in illis, & amare vitia, sed naturam adimplentes, quod veritas praecipit. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus vos, sed queritur, cum Dominus dicat in dilectione Dei, & proximi totam legem consistere, quare dicat Apostolus in sola dilectione proximi legem impleri. Quod hoc modo soluitur, quia in dilectione proximi consistit & dilectio Dei, neque non proximus sine Deo, nec Deus sine proximo potest intelligi. Vel etiam ideo in dilectione proximi dicunt totam legem impleri, quia dilectione Dei non sic facile possumus probari, utrum diligamus Deum, an non, sicut dilectione proximi, Verbi gratia. Dum malum pro malo non reddendo, dum peccanti in me fratri dimitto, dum colligo vagum ad hospitium, dum hilari mente, & vultu eleemosynam impendere satago, dum oro, per consequentibus, apparet utique in his, & talibus, quia diligo proximum, ostendo me diligere & Deum, cuius mandatis obtempero, hoc non mandatum habemus, ut qui diligit Deum, diligat proximum, & fratrem nostrum, quia per dilectionem proximi peruenitur ad dilectionem Dei, non dilectione Dei ac proximi. Quamvis non dilectio Dei maior sit in dignitate, tamquam dilectio proximi prior est in operatione.

Quis non potest diligere fratrem suum, inquit, Ioannes, quem non videt, quomodo potest diligere in telligamus & proximum illum Samaritanum, qui fecit misericordiam cum saucio vulnerato a latronibus, i.e. Christum, qui factus est proximus per assumptionem carnis. Ergo qui hunc diligit, legem charitatis adimpleret, & legem Moysi, quia nihil contra voluntatem eius faciet. Et si quod est aliud mandatum subaudi, propter ista, quae enumeraimus, de adulterio videlicet, de homicidio, fornicatione, falso testimonio, concupiscentia. In hoc verbo dilectio proximi instauratur, redintegratur, vel adimplatur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, dilectio proximi malum non operatur, non solum non operatur, verum etiam malum non cogitat de proximo. Plenitudo ergo legis Mosaicæ, atque euangelij dilectionis Dei, & proximi. Vbi charitas est, quid est quod possit deesse, & ubi charitas non est, quid est, quod possit esse. Quapropter appetenda est dilectio Dei, & proximi, & summis virtutibus tenenda. Nam dilectio dicitur, eo quod duos liget, Deum videlicet, & hominem coniungat vel unumquemque proximum cum alio.

XI. *Hoc scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. Mos est scriptura horæ scriptissime pro tempore ponere, sicut & diem. Quæ est ergo haec hora, de qua hic Apostolus loquitur? Tépus est non legis, sed euangelica prædicationis sexta videlicet ætas, finisque populi, in quo iam sumus positi, de quo idem Apostolus alias dicit. Ecce nunc tempus acceptabile. Dicit ergo Apostolus Romanis, & omnibus credentibus, etiam nec dum credentibus, hoc scientes, inquiens, i.e. hoc scimus scientes, quia hora est, siue tépus iam nos de somno pigritiar, & desidiar surgere, de somno quoque infidelitatis, & vitiorum, atque ignorantiarum, & quare dicit iam tempus est surgere, ille surgit, qui iacebat, & nos haec tenus iacuimus in vitiis, & corpore vitiorum, surgamus ad bona opera agenda, & laboremus viriliter, studioseque. Poterat aliquis obliuiscere Apostolo, cur præcipit nos iam nunc surgere, ad hoc ille reddens causam. Nunc, inquit, prior est nostra salus, quamcum credidimus. Quæ est ita salus vita æterna, gaudium sine fine mansuum, beatitudine perpetua, quam soli electi cum Angelis possessuri sunt*

VIII.

IX.

H.

Matt. 5. vers. 44

1. Ioa. 4. vers. 20.

I.

X.

2. Cor. 6. vers. 2.

K.

funt, ista beatitudo, & salus æterna propiore est modo nobis, quām esset eo tempore quando credidimus, quoniam dum finis mundi magis, ac magis propinquat, vita futura, & salus æterna magis, ac magis festinat. *Nox præcessit dies anteem appropinquavit.* Nox est cæcitas infidelitatis, nox est ignorantia, nox est etiam tenebrosa conuersatio in peccatis. Ista nox præcedit quotidie in electis ad vitam æternam prædestinatis, appropinquat dies illuminatio videlicet fidei, cognitio sanctæ Trinitatis, & splendor virtutum. Quoniam dum transeunt quotidie per mortem corporis ab ærumnis istius sæculi in lucem supernæ claritaris, colligitur, Vel etiam per noctem possumus intelligere omne spatum præsentis vitæ vñq; in finem sæculi, per diem vero vitam futuram, cuius claritatis comparatione vita præsens nō incongruè nox appellatur, quia vita præsens semper in dolore versatur, & tristitia, non habens perpetuam lætitiam, illa vero gaudiis sine fine mansuris florebit nihil tristitia admittens, quæ tunc plenissimè manifestabitur, cum Dominus de iudicio in regnum transierit, ergo quia iam appropinquat Dies. *Abiicimus opera tenebrarum,* id est adulterium, homicidium, fornicationem, & cætera talia, quæ à regno coelorum separant, & ad tenebras perpetuas operatorem suum trahunt. Quæ etiam merito opera tenebrarum vocantur, eo quod in tenebris per maximè exercantur, iuxta quod Dominus manifestat dicens, *omnis, qui male agit, odit lucem.* Et *Ioan. 3. ver. 19.*

**xiii.**

*induamus arma lucis, sicut in die honeste ambulemus.* Arma lucis sunt fides, spes, charitas, pax, patientia, iustitia, ceteræque virtutes, quæ nos ad lucem æternæ beatitudinis perducunt, quæ non immerito arma appellantur, quæ nos defendunt ab improbitate malignorum spirituum. Abiicimus ergo opera tenebrarum, quando expoliariamur vitiis, & induimur virtutibus. Induimus igitur arma lucis, id est vndique muniamur omnibus virtutibus, ut simus protecti, & tuti contra aduersa Diaboli, & quomodo debeamus illa arma indui, & in his virtutibus exornari; Apostolus declarat subiectens, sic inquit, id est tali modo induamini arma lucis, ut in die, hoc est in claritate virtutum honestè ambulemus. Qui in die ambulat, honestè ambulat, quia non offendit pedem suum ad lapidem, non cadit, non impingit, sicut ille, qui in nocte ambulat, Nos autem hoc secundum monitum Apostoli honestè, & sine offensione fidei, & gratiæ, siue scientiæ ambulare debemus. *Non in comedationibus.* Comessatio dicitur mensæ collatio, siue mensæ alternatio, sunt enim conuiua quæ celebrantur alternatim, & præparantur à sociis per vices, & dies, sunt etiam alia conuiua, quæ ex communione præparantur, quando unus affert panem, aliis carnem, aliis vinum, atque aliis aliud, & idcirco comedationes, hoc est mensæ collationes appellantur. Vocantur quoque eadem comedationes turpia, & in honesta conuiua quia sicut propriis cibis vntuntur & communibus ita etiam pro libitu suo unusquisq; quicquid scurrilitatis & otiositatis si placet loquitur. Non in ebrietatis Briam masculino genere dicimus calicem aptum potationi, à quo dicitur ebrietas quæ est nimia potatio vini. *Non in cubilibus.* Cubilia proprie sunt lecti, siue lustra ferarum dicta foedis à cubitationibus, quibus assimilantur lecti eoru, qui cū meretricibus in lupanaribus coēunt. *Nō impudicitius.* Impudicitia est inuercundia & irreligiositas siue turpis & irrationalis coitus. Generaliter autem omnis libido & incōuentia, vel imunditia impudicitia appellatur. Operatores vero dicuntur impudici inuercundi atq; irreligiosi. *Nō in contumaciam.* Cotentio est alteratio siue controuersia quæ plerunq; ex quaestione scripturarū solet oriiri, ut videatur quis aliquid sapientiæ habere dum alium vicerit sua pulsatione, & maxime ex re nullius utilitatis nascitur. Ideo vero viranda est, quia rixam generat, de qua procedit odium & de odio enoritas mali. Non in emulatione. Aemulatio varias habet significationes, significat enim imitationem, significat studium, significat & inuidiam, quia quis fœlicitate alterius torquetur ut in hoc loco. Vnde aemulus dicitur imitator, dicitur studiosus, & inuidus. *Sed induimini Dominum Iesum Christum.* Sensus iste ex superioribus pendet, vbi præcipit sic indui arma lucis, ut in die honeste ambulemus. Nolite, inquit, ambulare, & viuere in comedationibus, & reliquis vitiis. Sed induimini Dominum Iesum Christum. Sed quaestio oriueretur quomodo possimus induere Dominum Iesum Christum, quia quadragesimo

N.

die resurrectionis suæ cœlorum altitudinem penetrauit, vbi sedere nunc creditur in plenitudine paternæ maiestatis. Christus ergo ipse est sapientia, ipse est iustitia, ipse est pax, & reliquæ virtutes in ipso sunt. Christum itaq; induit, qui omnes virtutes quas scit in illo esse, in quantum valet cum adiutorio illius allumit, iuxta quod Apostolus alias dicit: *Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis*, id est omnes virtutes tunc induistis quia ab omnibus peccatis mundati estis. Similiter & in hoc loco intelligendum est induimini, inquit, Dominum Iesum Christū, id est omnes virtutes quas scitis in ipso esse, ut ipse sit decus atq; ornamentum vestrum, *Et carnis curam ne feceris itis in desideris.* Non autem necessitatem carnis ne feceritis, quia necessaria est ut manducemus, bibamus, dormiamus, vestiamur: hoc quia necessarium est, non prohibuit: sed carnis curam in desideriis, id est malum, ut propter adulterium, crapulam, ebrietatem, usum quoq; balnearum ultra quam expediet, & cetera quam desiderat misera caro ne perficiatis ait, *Et non dixit non cogitetis,* quoniam impossibile est cessare penitus à cogitatione delectationum. Sed hoc considerandum quia quod prohibuit in desideriis, concessit in necessitatibus. Adhibenda est etenim cura in necessitatibus carnis, in deliciis vero, & luxuria, atque omni concupiscentia penitus excludenda.

## CAPUT XIV.

Fide firmiores debent eos qui adhuc infirmi sunt, souere, & non contemnere, & nec hi nec illi iudicare quemquam ob ciborum aut dierum discrimen, scientes quod omnes eundem habeamus Dominum, cui & viuimus & morimur, cui etiam rationem quisq; pro se redditurus est: & quanquam nullus cibus iam sit immundus, nemo tamen quicquam edere debet, aut cum fratri offendiculo, aut contra suam conscientiam.

1.

**I**nfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. + Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. +

2.

*Is qui manducat, non manducantem non spernat: &* qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit. + Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.

3.

+ Nam aliis iudicat diem inter diem: aliis autem iudicat omnem diem: unusquisq; in suo sensu abundet. + Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo.

4.

Et qui non manducat. Domino non manducat, & gratias agit Deo. + Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. + Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. + In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: ut & mortuorum & viuorum dominetur. + Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum?

5.

Omnis enim stabimus ante tribunal Christi. + Scriptum est enim: *Vivo ego, dicit Dominus quoniā mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.* + Itaque unusquisq; nostrum professionem reddet Deo. + Non ergo amplius iniucem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. + Scio, & confido in Domino Iesu, qui nihil

6.

*1 Cor. 5. b. 10.* commis-  
+ *1 Cor. 5. b. 10.*

7.

*1 Cor. 5. b. 10.*

8.

*1 Cor. 5. b. 10.*

9.

*1 Cor. 5. b. 10.*

*1 Cor. 5. b. 10.*

commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi  
commune est. + Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam  
nō secundum charitatem ambulas. \* Noli cibo tuo illum perdere,  
pro quo Christus mortuus est. + Non ergo blasphemetur bonum  
nostrum. + Non est enim regnum Dei, esca & potus: sed iustitia,  
& pax, & gaudium in Spiritu sancto: + qui enim in hoc seruit  
Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. + Itaq; qua pacis  
sunt, sectemur: & qua adificationis sunt, in inuicem custodiamus.  
+ Noli propter escam destruere opus Dei. \* Omnia quidem sunt  
munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. +  
\* Bonum est, non manducare carnem, & non bibere vinum, neque  
in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. +  
Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui  
non iudicat semetipsum in eo quod probat. + Qui autem discernit,  
si manduauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem,  
quod non est ex fide, peccatum est.

**I**nfirmum autem in fide assumere subaudi affectu caritatis non in disceptationibus co-

gitationibus, idest non in diiudicationibus, siue contentionibus: infirmus est in  
fide, qui in aliqua parte fidei dubitat, nec credit perfectè, sicut credendum est,

infidelis ex toto, qui nihil fidei habet, firmus vero in fide existit, quia in ea nihil  
dubitatur. Ergo infirmus est in fide Iudeus, qui nouiter ad fidem veniens non pu-

tat omnes cibos mundos. Firmus vero in fide est gentilis, qui illud Euangelij fer-  
uat, quod intrat in os non coinquiat hominem, & illud Apostoli *Omnia munda mundis*

& Genesis: *vidit Deus cum & aqua fecit & erant valde bona*, qui taliter in fide sunt fir-  
mi, debent assumere in affectum charitatis, & in dilectionem suam Iudeum, qui

putat suillam carnem leporinam, anguillinam, immunda esse, & cætera à quibus  
lex prohibet, & quæ ille ante gratiam fidei quasi communia, id est immunda du-

cebat, istum talem præcipit Apostolus assumi in dilectionem. Assumite inquit,  
illum talem Iudeum in affectum charitatis, & nolite illum diiudicare in cogita-

tionibus vestris, neque contendatis cum illo, licet quædam immunda peccans  
nolit manducare. Alius enim credit manducare se omnia, Alius idest gentilis firmus  
in fide credit omnia munda esse, & credit posse manducare se omnia iuxta quod

supra diximus sciens omnia munda esse mundis hominibus. Qui autem infirmus  
est olus manducet. Iudeus, qui infirmus est in fide, qui quædam carnes abominatur,

dum non vult eas comedere, holus, idest herbas hortorum, & quicquid cordi e-  
ius placet, hoc sumat. Tu autem noli illum diiudicare: per holus omnia herbarum

genera designantur apta comestioni. Dicit beatus Hieronymus. Qui infirmus  
est impetu libidinis, abstineat à carne & vino, quibus libido excitatur, & holus  
manducet, id est viles cibos, & aridos, quibus frenatur, & restringitur fluxus libi-

dinis, edere discat. Crassitudo etenim carnium, & deliciosa & pulchra provocat  
corpus ad libidinem. It, id est gentilis, qui manducat indifferenter omnes cibos,

non manducantem Iudeum non spernat in animo suo, quasi minus iustum, & qui  
non manducat omnia, ut Iudeus manducantem omnia gentilem, videlicet ad iudi-  
cet, neque reprehendat quasi reum, & peccatorem. Vt ideo & Iudeos, & gen-  
tiles alternis instruit sententiis, potest & spiritualiter intelligi, secundum Beatum

Gregorium, Qui manducat, inquit, id est qui meditando, & scrupulo sacram scri-

pturam penetrare valet non manducavimus, id est illum, qui non valet penetrare, non

despiciat, neque spernat, Econtra qui non manducat, id est qui non intelligit, nec

15  
1. Cor. 8. d. 12

16  
17  
18

19  
D  
20

21  
1. Cor. 8. d. 12

22  
23

t.  
A

Matt. 15. vers. 12.  
Tit. 1. vers. 15.  
Gen. 1. vers. 31.

II.

B

III.

C

Valet penetrare profunditatem diuinarum scripturarum, illum qui intelligit, & sapienter est, non contristet, neque despiciat, Deus enim in illum subaudi gentile manducantem omnia assumpsit ad fidem suam, quae perfecte, docuit, ut nihil putet immundum esse mundis hominibus. *Tu quis es qui iudicas aliorum seruum?* & est sensus si Deus illum gentilem assumpsit ad fidem suam ut omnia manducet, tu quis es, qui illum de comeditione reprehendis. Potest tamen & haec sententia ad Iudaeum in fide assumptum referri, secundum quod sequentia manifestant, ut dicatur Deus assumpsit Iudaeum ad fidem suam, licet ille quaedam immunda adhuc putet, & reiicit, tu quis es o gentilis fidelis, qui iudicas alienum seruum, Iudaeum scilicet seruum Christi per fidem. *Suo Domino stat Iudaeus;* si perfectus est, & si omnia credit munda, quia in fide Domini sui stat, si autem cadit non credens omnia munda, non tibi cadit o gentilis, qui non potes eum relevare, sed suo Domino, quem offendit, qui potens est eum erigere, & solidare in fide nos possumus, sed surgere nisi a Deo erigamur, nequimus. *Statuit autem,* id est perficietur, & stabilietur in fide, *Quare potens est,* cui cecidit, *statuere illum,* & in fide recta firmare.

**D.** Verbi gratia. Venit modo Iudeus ad baptismum, transit ad gratiam Euangeli, nunquam comedit carnem suillam, neque anguillam, aut lampredam abstinet ad huc quasi carne immunda, ad huc nouellus Christianus est. Hic talis dum per interualla temporum perfectius eruditur, dum discit, quod nihil sit immundum, quod a fidelibus cum gratiarum actione sumitur, ecce statuitur a Deo, & in Domino suo, cui cecidit putans aliquid immundum, ecce in fide firmatur.

**v.** *Nam aliis iudicat diem inter diem,* ille iudicat, id est discernit, & differentiam facit inter diem, & diem, qui alternis diebus a carne, vel vino abstinet alternis non abstinet. Verbi gratia. Sunt modo multi, qui secunda, quarta, & sexta feria a carne, & vino abstinent, tertia quinta, & septima comedunt carnem, & vino indulgent. *Alius iudicat,* id est discernit, & eligit *non diem* in abstinentia carnis, vel vini, sicut heremites, & multi monachorum. Aliter diem inter diem iudicat, qui quasdam sententias veteris, ac noui testamenti intelligit, quasdam vero penetrare non valet. Omnem autem diem iudicat diem, qui ex integro vetus, & nouum testamentum intelligit. Non immerito ergo sacra scriptura per diem intelligitur, quia ignorantia est cæcitas, ita cognitio sanctæ Trinitatis, quae in veteri, & novo Testamento continetur lux, & illuminatio cordis est. Tertio modo diem inter diem iudicat, qui tantum de præsente examinat, & diiudicat. Verbigradia. Videt quis hominem beneficente, vel male, quem cernit bonis operibus intentum iudicat eum propter iustitiæ præsentem bonum, & quem videt malis operibus deditum, iudicat eum propter iniustitiam suum malum. Si autem ille, qui hodie bonus est, cras malum fecerit, iudicat illum malum esse, que ante laudauerat. Et si ille, qui hodie malus est, declinauerit a peccatis, & pura mente seruire Deo ceperit, iudicat eum iustum, iste talis diem inter diem, iudicat quia secundum veritatem temporis, & mutationem vitæ mutat, iudicium suæ sententiae.

**E.** Qui autem iudicat omnem diem, Deus omnipotens intelligitur, qui non uit qualis quisq; sit in præsenti, in præterito, & in futuro, quia omnia sunt ei præsentia, & ipse potest illum, qui hodie malus est, cras facere bonum. *Vnusquisq; in suo sensu abundet.* Non ait indicatio modo abundant, sed imperatio abundant, & est sensus, secundum quod uniuersique homini concessum est intelligere abundant in suo iudicio, id est, qui intelligit a carne abstinendum, abstineat, & qui non intelligit, id est qui non vult abstinere, aut non potest, comedat. Aliter. *Vnusquisq; in suo sensu abundet,* qui magna intelligit, & sublimia, obseruet illa, & abundet bonis operibus, & qui sublimia diuinorum sacramentorum arcana capere non valet, ea quae veraciter credit, & intelligit, humiliter, & deuote Domino seruiendo adimpliat abundando bonis operibus in suo sensu abundabat Cyprianus, quando semel mergebat in baptismate parvulos, quia quod intelligebat studiose implebat bonis operibus abundando. Licet in hoc facto nescius delinqueret, sed quia bonis operibus abundant, postea correctus a Dño, abundauit altiori sensu ter illos mergendo. *No* est ergo de haeretico intelligendum aut de prava doctrina, ut *vnuquisq; magis, ac magis*

F. *magis,*

magis abundet in errore suo. *Qui sapit diem, id est, qui elegit per omne tempus abstinendum, Domino sapit, id est, Domino fecerit, quia placet illi abstinentia.* Aliter. *Qui sapit diem, id est, qui iudicat peccatorem per poenitentiam posse saluari, nec desperat de salute illius, Domino sapit, id est, Domino concordat in hac parte, qui peccatores non statim punit, ut peccant, sed expectat ad poenitentiam.* Ergo qui non iudicat, & damnat peccatorem, sed credit illum omni die venire ad veniam per Domini misericordiam, Domino sapit, quia cum Domino concordat, qui dicit. In quacunque die peccator conuersus fuerit ad me saluabitur, dum ergo peccatorem non desperat, cum Domino sapit, qui peccatorem expectat, & dum qui hodie videtur iustus fieri posse, iniustum non desperat, cum Domino intelligit, & concordat. *Et qui manducat.* Subaudi omnia ut gentilis, *Domino manducat,* propter hoc, quod subditur, *gratias enim agit Deo.* Videlicet quia omnia credit esse munda, & omnia licet ei edere, Domino enim manducat, qui de perceptis ab eo beneficiis ei gratias refert. *Et qui non manducat omnia,* Iudaeus scilicet minus adhuc perfectus in fide, *Domino non manducat,* hoc est, Domino abstinet, qui pro amore Dei omnipotens abstinet a cibis, a quibus ipse præcepit abstinentiam esse, & gratias agit Deo pro eo quod dedit illi virtutem abstinentiam, & notitiam per legem, a quibus abstinere debet. Notandum autem ab utroque gratiarum actionem referendam omnipotenti. Gentilis enim gratias refert illi pro libertate descendendo omnia, Iudaeus vero pro fructu abstinentiam, licet in hac parte, qua abstinet minus perfectus sit. *Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur.* Hoc spiritualiter intelligitur, quamuis & ad litteram possit dici. Nullus enim nostrum sibi viuit, quia non habet a se vitam, & nullus sibi moritur, quia non habet in potestate mortem, quando viuat, & quando moriatur, sed dum dixit nemo nostrum, id est, fidelium perfectorum ad altiorem excitauit sensum C H R I S T U S D O M I N U S noster semel mortuus est peccato, quia nullum fuit peccatum, Et nos ad exemplum mortis eius semel mortui sumus peccato purgati ab omnibus delictis in baptismate, redempti C H R I S T I sanguine. Non ergo nobis morimur peccato in baptismate, sed Christo, dum non in nostra potestate ablutionem consequimur, sed per passionem, & baptismum, atque per fidem illius abluiimur, & nemo sibi viuit. Subaudi virtutibus, sed Christo, qui surgens a mortuis iam non moritur, mors illi non dominabitur. Ad cuius exemplum postquam de fonte baptismatis surgimus mori peccando nullatenus debemus. Mori autem peccando dixit quia anima quæ peccauerit, ipsa moriatur, *sive enim viuimus virtutib. & vita spiritali Domino viuimus.* Qui abstinentendo a peccatis post baptismū exemplo resurrectionis Dominicę attendimus postquā ipse ja non moritur, quatenus cœlū pariter cū illo ascēdamus. *Sive morimur.* Subaudi peccato tēpore baptismatis, *Domino morimur.* Quia ut ei placeamus ad similitudinem illius, qui nuquā peccauit per fidē & redemptionem sanguinis eius ab originalibus, & actualib. peccatis in baptismate mūdamur. *Sive ergo viuimus, sive morimur, Domini sumus.* Subaudi serui, quia in potestate illius consistimus. Possunt hæc verba ex martyri persona intelligi dicta, & omnium perfectorum, qui non sibi viuunt, quia non suā voluntatē quærunt adimplere, sed Domini, dum per dilectionem, quod aliis expedit faciunt. Qui etiam non sibi moriuntur morte corporali, in qua non sibi conceduntur, neque relinquuntur, siue etiam sibi non moriuntur morte spirituali peccatis videlicet, quibus moriuntur, dum per Spiritum sanctum & aquam regenerantur, quia non debent otio corporis, sed DEI, & proximi dilectione s̄per frui, martyres quoq; non sibi moriebātur, sed Dño, quia nō propter suā malitiā perimebantur, sed pro Dei notitia, & confessione fidei dicente ipso Dño, *Beati eritis cū eiecerint nomē vestrā propter filium hominis;* In hoc n. Christus mortu⁹ est, & resurrexit, vel morte carnis, vel morte peccati, quia nunq; peccauit, ut viuorū & mortuorū dominetur, id est, viuorū dominetur, qui ja viuunt virtutib. gratia Dei abluti a peccatis, & illorum qui quotidie moriuntur peccato adhoc ut viuant similiter virtutibus in nouitate vitae ambulando. Tu autem Iude, quid iudicas fratrem tuum gentilem mandu-

Rom. 6. vers. 9.

Luc. 6. vers. 22.

**I. Cor. 6. vers. 3.** *cantem omnia aut tu gentilis, quare spernis, & despicias fratrem tuum Iudæū; infirmū adhuc in fide, & nolentem manducare omnia?* Cum idem Paulus alibi dicat, *nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia?* & iterum ipse iudicando, *quit talia agunt regnum Dei non consequentur.* Cur hic prohibet ne iudicemus? sciendum de apertis rebus libera potestas nobis iudicandi cōceditur, sicut de homicidio, adulterio publico, atq; furto, de occultis vero, quæ possunt & bono & malo animo fieri interdicitur nobis iudicare, quia hōrū iudicium Deo est reseruandū omnes, id est boni & mali, perfecti & imperfecti, gentiles & Iudæi *subimis ante tribunal Christi.* Tribunal sedes est iudicis, quæ in excelso collocatur, qua iudex ab omnibus possit videri, & ipse accusantes, & accusatos ex eminēti loco possit intueri. Ita & Dominus Iesus quasi in tribunali sedebit, quia & ab omnibus videbitur, & ab ipso omnium conscientiæ & causæ iudicabuntur apertissime, & est sensus: Vos, qui ad inuicem fratres iudicatis quantum in vobis est Deo aufertis potestatē suam. *Vivit ego dicit Dominus,* hoc proprio iuramentum Dei est in veteri testamento, si dicit fas est, sicut amen in nouo. Ipse enim propriè vivit, & vita est, quia mutari non potest, cuius comparatione mortuum est quicquid immutari potest, quonia nulla creatura est, quæ habeat à se vitam. *Quoniam mihi flectetur omne genus, & confitebitur Deo omnis lingua.* Quomodo ergo angeli, qui sunt spiritus, flectent Deo genu? per inflexionem genuum, subiectionem debent intelligere, quia in iudicio omnia Christo subdidentur. Flectent ergo Deo omne genu, dum omnis creatura subiicietur illi, omnis quoq; lingua hominū confitebitur Deo, dum laudabit Deū Patrem per Filium, quod de eleētis tantum sentitur. Nam de impiis dicitur, quia *non est spiritus saluus in ore peccatoris.* Angeli autē eo modo, quo sunt incorporei laudabunt Deum. Vox enim angelorum in laudē sui creatoris ipse est admiratio intime contemplationis. *Itaq; unusquisq; nostrū pro rationē reddet Deo,* & est sensus: O Iudæi, & gentiles, qui vos iam inuicem iudicatis, cur Dei iudicium vestro iudicio praeuenitis? & eius potestatem, quantum in vobis est, temere usurpatis? hoc vobis sufficiat, quod unusquisq; pro se rationem est redditurus, non solum operum & sermonum, sed etiam cogitationum. *Nō ergo amplius inuicem iudicemus.* Subaudi cum futurum Dei iudicium minimè ignoramus, hoc autem dicitur de occultis, non de apertis sed hoc magis iuditare ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalū, id est, hoc maximè cauere, & magis decernite, ne quis vestrum malo verbo, aut peruerso exemplo offendatur, & scandalizetur, vel hoc statuite, ne causa carnalium ciborum offenditionem fratribus minus perfectis generetis. *Stio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum creatum est, nisi ei, qui existimat, quid commune est illi, commune esse.* Iudæi cibos ex lege sibi permisso dicebant tantummodo mūdos, quibus autem gentes communiter vtebantur, communes, id est, immundos appellabant, sicut & Petrus ait: *commune non manducans, id est, immundum.* Inde dicit Apostolus. *Scio, inquiens, cognosco, & credo in Domino Iesu, siue per Dominū Iesum qui mihi hoc manifestauit, quia per ipsum nihil est immundum creatum, sed omnia munda ab eo facta sunt, sicut scriptum est. Vidi Deus cuncta, quæ fecerat, & erat ualde bona.* Nisi forte iudex, vel alicui libet, qui existimat aliquod alimentum commune, id est, immundum esse illi est commune, quia immundum videtur ei, & hoc secundum eitis sensum, non secundum, qui omnia fecit tibi. *Si enim propter cibum, quem ille immundum putat, & tu suades ei, ut comedat frater contristatur tuus Iudæum infirmum in fide.* *Iam non secundum charitatem ambulas, id est, non habes charitatem,* quia non diligis fratrem tuum, sicut te, *Noli cibo tuo illum perdere,* quando occasione offendēdi, & scandalizādi pro quip Christus mortuus est. Tunc enim illum pēdis, dum animum illius scandalizas, qui offendit Deum, dum contra te irascitur, qui es proximus eius. *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Bonum hic vel charitatem possumus intelligere, qua debemus diligere proximum, vel fidem, qua credimus omnia esse munda, & qua habemus libertatem manducandi omnia. Non ergo blasphemetur, neque reprehendatur charitas nostra, ut infirmo fratri Iudæo non exhibeat, vel non blasphemetur fides, & cœdulitas, qualibetatem accepimus comedendi omnia. Tunc blasphematur libertas nostra, quando cogi-

quando cogimus eos, qui aliquid immundū putant, nobisūcum comedere ipsum, quod horrent, nobis ista libertas bonum est, quia omnia munda sunt mundis hominibus, & erant omnia valde bona. Bonum est scripturæ concordare. Noli tamē cogere Iudæum ad manducandum hoc quod spernit, sed neq; comedas illud coram eo, ne tua libertas blasphemetur ab illo. *Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.* Et est sensus; stultum satis est de manducādis, & non manducandis vos disputare, de his videlicet quæ in regno cœlorum nō erant necessaria, cum potius debeatis de iustitia & pace, & gaudio spirituali tractare, iustitia erit in regno cœlorum, quia qui modo iustitiae opera exercent, illi intrabunt in regnū cœlorum. Pax erit tibi, & gaudiū in spiritu sancto, id est, illi, qui modo per Spiritum sanctum illuminati pacem sectantur, & gaudium patris cœlestis toto nisu mentis quærunt gaudentes in præsenti de spirituali gaudio, & de patria cœlesti. Aliter, iustitia in illo regno erit, quia nullus ibi alteri nocebit, erit ibi pax, id est plena concordia, quam habent electi cum Deo & Angelis. Erit & gaudium ineffabile de visione Dei omnipotētis in his, quicunq; valet, debemus alios imitari & superare. *Qui enim in hoc scrutat Christo, id est, in iustitia, pace & gaudio spirituali, in gratia Spiritus sancti, quæ per has virtutes abundet habitatore.* *Placet Deo patri, & probatus est hominibus atq; laudabilis, & laude dignus, quia non solum Deo placet, sed etiam hominibus.* *Itaq; qua pacis sectemur, id est, quæ amorem fraternum consciuent, diligenter, & studiosè quæramus, sicut supra de hospitalitate scriptum est.* *Hospitalitatem sectantes, & que adificationis sunt in uicem custodiamus, hoc est, deponamus omnem contentionem de re melioris utilitatis, & custodiamus, quæ ad ædificationem nostram, & patrum pertinent.* Ut verbo, & exemplo, omnique conuersatione nostra ædificetur in nobis templum Dei, & ædificatione fidei custodita fratres adhuc infirmi in fide à nobis semper ædificantur. *Noli proper eſcam deſtruere opus Dei,* opus Dei intelligitur homo carne, & anima à D E o factus, istud opus tunc deſtruitur, quando scandalizatur qui iracundus efficitur, quod omnimodo Deo placet. Opus etiam Dei intelligitur charitas, quam Deus in nobis operatur, vel per quam opus nostrum illi offeratur, quæ tunc deſtruitur, cum frater à nobis scandalizatur. *Omnia quidem alimenta à Deo creata sunt per se, & in sua natura munda sunt, sed malum est homini gentili, qui per offendiculum manducat.* Qui si ideo manducat indifferenter omnia, vt fratrem suum Iudæum scandalizet, infirmum adhuc in fide, culpam peccati, & offendiculum sibi attrahit. *Bonum est tibi o gentilis non manducare carnem, & non bibere vinum, neque aliquid tale, in quo frater tuus Iudæus scandalizatur, aut infirmatur in fide,* dum suades illi, vt comedat cibos, quos immundos deputat, vel dū contristat eum ex hoc, quod in præsentia illius illos cibos comedis quos ille abominatur. Manducare carnem, & bibere vinum nec bonū est, nec malum, sed medium, similiter non manducare carnem, & non bibere vinum, nec bonum est, nec malū, sed medium est. *Quia multi sunt iusti, qui comedunt carnem, & bibunt vinum cum sobrietate, & multi sunt paganorum, atque hæreticorum, maximeq; hypocitarum, qui non manducant carnem, neque bibunt vinum, & tamen non iustificantur.* Tamē melius est abstinentia à carnibus, & vino in præsencia Iudæi credentis, quam in aliquo scandalizare. Poteſt & generaliter de omnibus intelligi, qui causa abstinentie, vol. iejuniorum scandalizant plurimos, vel certe, qui causa gulosis, aut etiam qui simplici animo diebus prohibitis carnibus vescuntur. Vnde plurimis offenditionem generant, bonum esset non comedere, qua minus cautè peragunt. *Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo.* Non de fide S. Trinitatis hic loquitur, sed de fide, qua credimus omnia esse mūda iuxta quod supra diximus. Gentilē alloquitur: O gentilis habes fidē penes temetipsum, id est, credis in corde tuo omnia esse munda, & ad manducandū licita, habe illam coram Deo in corde, non in æstimatione verborum, & iactantia, ne aliū scandalizes, dicens te habere potestatem omnia comedere. *Beatus est ille gentilis, qui non iudicat, neq; reprehendit temetipsum.* Subaudi fratrem tuū non scandalizavit in eo,

xvii.

O  
xviii.

xix.

Sup.c.12.v.13.

xx.

P.  
xxi.

Q.

xxii.

xxii.

*in eo quod probas omnia esse munda. Beatus dicitur in hac parte esse gentilis cuius conscientia non reprehendit illum, quod fratrem suum Iudeum scandalizauit ut illum cogeret ad manducandum carnes, illæ detestabantur, sed neque in præsentia illius comedit aliquid, quod ille abhorrebat, licet ipse omnia p̄baret & cognosceret omnia esse munda. Qui autem discernit, id est, qui diiudicat, & facit differentiam inter cibos mundos, & immundos postquam ad fidem venit, sicut Iudeus, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide est, quia infideliter agit non credens omnia munda esse, hoc dicit. Si quilibet gentilis ad fidem veniens cognouerit omnia esse munda, & postmodum fecerit differentiam inter cibum, & cibum dicens alios mundos, aliosq; immundos, si manducauerit postea ex illis cibis, quos immundos reputauit damnationem sibi adquirit, quia non agit fideliter dubitans in fide, & ea comedens, quæ immunda dicebat alijs comedētibus, quod non sint omnia munda à Deo facta. Omne autem: subaudi quod ad manducandum pertinet, & quod non est ex fide, id est, non creditur esse mundum à Deo factum si manducauerit, peccatum est, quia quod immundum dixit, hoc manducauit.*

## CAPVT XV.

Firmiores debent infirmorum ferre & subleuare imperfectiones, non suç, sed proximorum vtilitati ac mutuæ paci studentes. Christus iuxta factas patribus promissiones prædicauit Iudeis, Gentibus verò ex misericordia Apostoli, non præuiis promissionibus. Excusat se Paulus, quod liberius Romanis scripserit, tanquam gentiū Apostolus, ostendens quomodo sit hoc munus exequutus: dicens quod ad ipsos quoq; sit venturus, ubi datam à Macedonib. eleemosynam elargitus fuerit Ierosolymitanæ Ecclesiæ, petens ut pro se interim orent.

1.

A

2.

Psal. 62. b. 10.

4.

5.

a. Corin. 1. b. 10.

6.

B

7.

8.

C

Psal. 17. d. 10.

2. Reg. 22. d. 50.

10

II.

Psal. 116. a. 1.  
11. b. 10.

12

13.

14.

**D**ebemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorū sustinere, & non nobis placere. **V**nusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonū, ad adificationē. **E**tenim Christus, non sibi placuit, sed sicut scriptum est. **I**mproperia improperantiū tibi cederunt super me. **Q**uacunq; enim scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. **D**eus autē patentia & solatij, det vobis id ipsum, sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: **t** ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. **t** Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. **t** Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circu-  
cioneis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones pa-  
trum: **G**entes autē super misericordia honorare Deum, sicut scri-  
ptum est: **P**ropterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomi-  
nituo cantabo. **t** Et iterum dicit: **L**et amini gentes cum plebe eius.  
**t** Et iterum: **L**audate omnes gentes Dominum: & magnificate eū  
omnes populi. **t** Et rursus Isaías ait: **E**rit radix Iesse, & qui exur-  
get regere gentes, in eum gentes sperabunt. **t** Deus autem spei repleat  
vos in omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe, & vir-  
tute spiritus sancti. **C**ertus sum aut̄ fratres mei & ego ipse de vobis  
quoniam

quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. + Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, qua data est mihi a Deo, + ut sim minister Christi Iesu in getib. sanctificans Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. + Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. + Non enim audeo aliquid loqui eorum, qua per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo & factis: + in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita ut ab Ierusalē per circuitum usq; ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. + Sic autem predicaui Euangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificare: sed sicut scriptum est: Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. + Propter quod & impediabar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc. + Nunc vero ulterius locum non habens in his regionib. cupiditatem autem habens venendi ad vos ex multis jam praecedentib. annis: + cum in Hispaniam profici sc̄pero, spero quod prateriens videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. + Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. + Probauerunt n. Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. + Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles: debent & in carnalib. ministrare illis. + Hoc igitur cum consummavero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. + Scio autem quoniā venies ad vos, in abundantia benedictionis Euangeliū Christi veniam. + Obsecro ergo vos fratres pro Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatē S. spiritus, ut adiuuetis me in orationib. vestris pro me ad Deum; + ut liberer ab infidelib. q. sunt in Iudea, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctus, + ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigereret vobiscum. + Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

**D**ebemus autem nos ego videlicet, & Coapostoli mei, alijq; credentes firmiores in fide, qui audimus omnia esse munda imbecillitates infirmorū sustinere, id est, infirmitates fidei illorū, qui adhuc nō credunt omnia esse mūda, & ad manducandū licita, & non nobis placere suadēdo scilicet illis velci cōmunitib. cibis, vel corā eis edere illos, quos illi abhorrent. *V*nusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonū ad adificatiōnē fidei. *V*t verbo, & exēplo vestro, omniq; cōuersatione adificetur illi in fide, qui adhuc infirmisūt. *E*tenim Christus nō sibi placuit solummodo, sed illi, de quo ipse dixit: *Quae placita sunt ei, facio semper, & bonis hominibus, sicut scriptum est Improperia, id est, conuiua maledictionis, blasphemias, detractiones, Improperantium tibi* ò pater

I.  
A

II.

III.  
*Ioan. 8. vers. 29.*20.  
E21.  
Psal. 52. d. 15.

22.

23.

24.  
F

25.

26.

27.

*1. Corint. 9. b. II.*

28.

29.  
G

30.

31.

32.

33.

15  
D

16.

17.

18.

19.

**Ioan. 8. ver. 42.** ò pater ceciderunt super me. Vox Christi ad patrem dei improprietis Iudeorum, quibus do ergo improprietabat filio dicentes *Samaritanus es, de moniam habes*, & cætera talia, sed ipsa impropria super Christum ceciderunt quia usq; ad mortem persecuti sunt illum. Bene ergo dixit Apostolus non sibi placuit, quia ipse non quæsiuit sua, **Ioan. 6. ver. 38.** sed patris, & nostra, sicut ipse dixit, *Non veni ut faciam voluntatem meam, sed eius quæ misit me*, similiter nos non debemus nobis placere, néque propriam voluntatem querere, sed Dei & fratrum.

iv.

B

**Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, per consolationem scripturarum spem habeamus.** Iungit se Apostolus omnibus credentibus, & vult ostendere omnia, quæ in diuinis libris scripta sunt, non propter illos esse scripta, quorum gesta, & facta ibi narrantur, quia illi non erant ea lecturi, qui jam olim mortui sciebant, sed propter nostram salutem, & futurorum, ut habeamus, vbi possimus exemplum fidei, bonorumque operum sumere, & vbi possimus cognoscere, quibus operibus placatur Deus, & quibus ad vindictam prouocatur, videlicet quomodo appetendæ virtutes, & respuenda vitia, & qualiter patientes in fide, & spem habeamus. Quid enim profuit Abraham, quod scripsit Moyses illum obedientem fuisse, & quod laudauit illum Deo placuisse. Quæcunque inquit scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, & reliquis scripturis, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut nos inde deceamur, qui ad fidem venimus. Quomodo? ut per patientiam præcedentium patrum edocti patienter aduersa huius sæculi perferamus, & per consolacionem scripturarum spem habeamus, id est, expectationem futurorum bonorum teneamus. Videamus quomodo pertineant ad nostram doctrinam ea, quæ scripta sunt in scripturis diuinis, dum legimus populum Israel de Aegypto egredium per mare rubrum transductum Pharaone, & Aegyptiis submersis aquam de petra eis datam, manna de celo largitum, & post multa prælia, quæ contra eos civiliter peregerunt terram re promissionis ingressum debemus inde doceri, docere, ut per Aegyptum intelligamus mundum, per mare rubrum, baptismum, qui consecratur rubore sanguinis Christi, per Pharaonem, diabolum, per AEgyptios, originalia peccata, & actualia, quæ in baptismate pereunt.

**Ioan. 7. ver. 37.** per petram. **C H R I S T U M**, per aquam doctrinam illius, de qua ipse dixit: *Qui sit, veniat, & bibat*, siue mysterium redemptionis, atque ablutionis nostræ per manna vero corpus illius, quod quotidie sumitur à fidelibus in Ecclesia, per prælia, quæ illi sustinuerunt, certamina, & bella, quæ habemus aduersus demones, post quorum debellationem, si recte in fide permanserimus, merebimur peruenire ad patriam coelestem, quæ significatur per terram re promissionis, de qua Psalmista dicit, *Credo videre bona Domini in terra uiuentium.* Hanc terram, id est, soliditatem æternæ patriæ non nisi veri Israélitæ accipiunt. Iterum dum legimus fidem, & obedientiam beati Abraham, & patientiam, quomodo patienter aduersa huius sæculi pertulit, quando per multorum annorum curricula peregrinatus est in terra aliena, & quomodo obediuit verbis Dei, quando voluit unigenitū immolare, nō dubitans de promissione, qua dixit ei Deus in Isaac, vocabitur tibi semen. Debemus fidem illius imitari, qui filij eius dicimus, per fidem & patientiam, atque obedientiam nō deficiente in tribulatione. Similiter dū legimus beatū Iob grauiter esse percussum, & flagellatum in tantum ut filiis, & filiabus, omnibus substantia priuatus, in sterquilino sederet testa saniem radens, qui quondam fuerat vt pose potencissimus Regū, & quomodo aduersa omnia patientissime sustinuerit, pro qua iterum meruit sanitatem recipere, & omnia duplicata, quæ amiserat, & insuper futura præmia. Debemus ex hoc magnam consolationem recipere & si forte aliquando talia nobis euenerint, debemus ista ad memoriam reducere, & patientia eius imitatores existere, dicentes cum illo: *Sicut Dominus placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Talia & similia sedulo animo retinuentes debemus spem futuram tenere, expectantes gaudia futurorum bonorum. *Deus au tempatentia, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum*, secundum Iesum Christum. More

Psalm. 116. ver. 13.

D

legimus fidem illius imitari, qui filij eius dicimus, per fidem & patientiam, atque obedientiam nō deficiente in tribulatione. Similiter dū legimus beatū Iob grauiter esse percussum, & flagellatum in tantum ut filiis, & filiabus, omnibus substantia priuatus, in sterquilino sederet testa saniem radens, qui quondam fuerat vt pose potencissimus Regū, & quomodo aduersa omnia patientissime sustinuerit, pro qua iterum meruit sanitatem recipere, & omnia duplicata, quæ amiserat, & insuper futura præmia. Debemus ex hoc magnam consolationem recipere & si forte aliquando talia nobis euenerint, debemus ista ad memoriam reducere, & patientia eius imitatores existere, dicentes cum illo: *Sicut Dominus placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Talia & similia sedulo animo retinuentes debemus spem futuram tenere, expectantes gaudia futurorum bonorum. *Deus au tempatentia, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum*, secundum Iesum Christum. More

Iob. 1. ver. 21.

More patriarcharum, dat modo benedictionem Apostolu<sup>s</sup> Rotmanis. Verbi gratia, sicut Isaac benedixit filiis suis Esau, & Jacob, & postmodum Jacob duodecim Patriarchis, & Moyses duodecim Tribus Israhel. Sic autem dicitur Deus iustitiae, eo quod ipse iustitiam tribuat omnibus, qui merentur iustificari, & in illorum cordibus habitat, qui inter aduersa patientiam ferunt. Similiter & dicitur Deus solatii, quia ipse solatum praestat in se confidentibus, atque in illorum cordibus habitare dignatur, qui aliis consolationem impendere student, vel quia in aliorum patientia consolationem accipiunt in aduersitatibus constituti: Deus inquit, patientiae, & solatii det vobis sapere in alterutrum, ut vnum sentiatis de fide, spe, & charitate, & quod vnu credit, hoc speret alium credere, & quod in se est boni, hoc in alio, id est, quod sibi vult euenire, hoc optet proximo, & sicut diligit illum, ita se credat diligi ab illo, & bene addidit secundum Iesum Christum, id est secundum quod voluntas est Iesu Christi, quia multi sentiunt vnum, & videntur se diligere, sed non secundum Iesum Christum. Verbi gratia, sic sunt haeretici, qui hoc in se sentiunt erroris, quod & in aliis haereticis, & sicut sunt illi, qui non causa amoris Dei diligunt alios, sed propter beneficia temporalia, quae ab illis captant, vel qui in malitia concordant cum eis. *Vt vanimes, id est vno intellectu, atque consensu, vel vna fide, & uno ore, id est vna confessione honorificet Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi tam secundum diuinitatem, in qua genuit illum coeternu sibi, & consubstantialem ante omnia saecula, quam secundum humilitatem, qua creavit illum in fine temporum in utero virginali. Deus autem vero est solummodo hominis assumpti a verbo, hoc est secundum natuitatem.* Vnde ipse dicit Mariæ post resurrectionis gloriam, *vade ad fratres meos, & dic eis ascendere ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.* Quem tunc glorificamus, siue laudamus, quando eius fidem sincerissime tenentes in corde, omniq[ue] intellectu confitemur cum ore verum Deum esse, & fidem, quam habemus, bonis operibus exornamus, juxta quod ipsa veritas admonet & dicens: *Videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in caelis est: propter quod subaudi decus honoris. Suscipite iniucem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei,*

v. I.  
F.  
Ioan. 20. ver. 1

*Ad ea, quæ paulo superius dixit Apostolus de infirmis adhuc fratribus in fide loquens, & de differentia ciborum, quos præcepit suscipi in affectu charitatis cum tranquillitate inquiens: Infirnum autem in fide assumite pertinent ista præsentia, Et est sensus. Propter hoc talia dico, ut suscipiatis in charitatis affectum adhuc infimos in fide, neque scandalizetis eos suadentes, ut comedant cibos, quos ipsi detestantur quasi immundos, & ita suscipite illos cum charitate, sicut & Christus suscepit vos ad fidem suam in honorem Dei Patris, ut Deus pater laudetur per nos. Siergo Christus dignatus est suscipere ad fidem suam Iudeos blasphematores, & nos gentiles idololatras, omniq[ue] immundicia repletos, atque agnitione Dei alienos, multo minus nos debemus fratrem nostrum infirnum in fide in aliquo scandalizare, aut contristare, sed potius in affectu charitatis debemus eos colligere. Ideo ergo diuinos susceptos in honorem Dei patris, ut dicitur pater per nos, & per nostra bona opera glorificetur, & laudetur cum filio suo, qui dixit in euangelio discipulis, & in illis omnibus in se credentibus, siue credituris, *sic luceat lux vestra coram omnibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in caelis est.* Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisiois propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum? Circumcisio in hoc loco dupli intelligentia accipi potest. Videlicet tam carnalis, quam spiritualis, quoniam utriusq[ue] minister extitit Dominus in se suscipiendo, & in aliis dando. Circumcisio enim carnalis minister extitit, quia ante Christum veniret in mundum per incarnationis mysterium, ipse est, qui est verbum Dei patris ministriauit illam dando & præcipiendo, ut obseruaretur, quia ipse loquebatur per Angelum ad sanctos Patres, sicut in libris propheticis sepiissime manifestatur, ubi dicitur os, siue verbum Dei locutum est. Veniens etiam in carne minister extitit circumcisionis, quia illam in semetipso suscepit non ut illam præciperet, seruari, & custodiri post suum adventum;*

Matt. 5. ver. 16.  
v. II.  
G.  
Matt. 5. ver. 16.

H.

uentum, sed ut ostenderet legem sanctam esse iustam, & bonam. Nam mittens Apostolos ad prædicandum non dixit ite prædicate circumcisionem seruandam omnibus gentibus, sed ite *predicare euangelium omni creature*, & baptizate omnes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Hoc quidem de circumcisione carnali est dictum, sed melius est altiori sensu de circumcisione spirituali intelligendum, id est, gratia baptismatis, circumcisionis spiritualis quæ est expoliatio utique vitiorum, quæ fit per baptismum, cuius minister extitit ipse Dominus in se suscipiendo, & in aliis dādo, suscepit n. baptismū, quando baptizatus est à Ioanne, ministrauit aut postmodū quia baptizauit Apostolos aliosq; ad se per fidē accedentes, iuxta quod Euangeliū narrat dicens, quia Iesus baptizabat, & discipuli eius. Mittens quoq; Apostolos ad prædicationis officium, p quadrifidum orbem, dixit eis: *Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Ecce quomodo fuit Dominus Iesus minister circumcisionis spiritualis. Possumus etiā & de hoc veraciter dicere, quia quotidie administrat ipse eandē circumcisionē dimittēdo peccata in baptismate. i Ministeriū etenim tingendi corpora tradidit suis fidelib. potestatē aut dimittend peccata sibi, ppter reservauit. Sicut Ioannes præcursor eius de eo dicit turbis. *Ipsē vos baptizauit in Spiritu sancto, & igne, & iterū.* Ego, inquit Ioannes, nesciebam eum, quod sibi esset reseruaturus potestatem baptizandi, nulliq; traditurus, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quē videris spiritū descendente & manente super eum, hic est qui baptizat. Apostolo dicente Christū Iesum ministrum fuisse circumcisionis spiritualis, poterat ei aliquis obiicere, cuius rei gratia extitit ipse minister circumcisionis. Adhac Apostolus, ppter veritatē inqt, Dei Patris ad confirmandas promissiones patrū, id est, vt cōfirmaret Deus Pater, pmissiones suas, quas locutus est ad patres de salute gentiū dices Abrahā: *In semine tuo benedicētur oēs gentes*, siue ut verax appareret cōplendo, pmissiones, quas patres promiserant de salute gentiū & quæ prædixerat de eadē circumcisione spirituali. Nisi n. per gratiā baptismatis mūdarentur gentiles, & per fidē Domini salvatoris nequaquam in filiationē Abrahā transirent, nequaquam etiā esset cōpletum, q; dicit Moyses. In nouissimis diebus circūcidet Dominus cor tuū, & non carnē tuā, i. mundabit illud ab infidelitate, omnibusq; peccatis, per baptismū. Illud quoq; Ezech. Prophetæ dicentis. *Effundam super vos aquā mundā.* Aquā videlicet baptismatis. *Gentes aut super misericordia, i. misericordiā honorare Deū.* Subaudi debet, quia gratissimè nullis meritis præcedentib. vocati sunt ad fidē, gratiāq; acceperunt remissionē omniū peccatorū per spiritualē circumcisionem, per gratiam videlicet baptismatis, nō per circumcisionem carnalem. Cui enim plus dimittitur, plus debet diligere. *Sicut scriptum est, propterea hoc conserbo ribi in gentib. & nomini tuo cantabo.* Psalmista loquitur ex persona Filiī Dei Deo Patri gratiam referētis propter obedientiā gentium ad fidē venientiū. Quomodo ergo laudat, & glorificat Filius Deū Patrem, qui æqualis est & in omnib. gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quandoq; n. gentes glorificant, & laudāt Deū Patrem, Filius Dei laudat illum per ora & opera gentium, cuius sanguine redempti sunt, ideoque dicit propterea, quia multos mihi populos & gentes per fidem subiugasti. Confitebor tibi Deus Pater, & glorificabo te per ipsas gentes, & nomini tuo cantabo, id est, nomen Deitatis tuae laudabo te. *Et iterum dicit*, scriptura in Deuteronom. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Moyses Legislator extendens oculū prophetiæ ad tempus vocationis gentium, alloquitur eam hortando, & laudent Deum cum plebe Israëlitica, quæ olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur, ò gentes credentes in Filiū Dei, per cuius passionem estis redempti, & per cuius baptismū mundati, atq; expiati estis ab omnibus peccatis sociantes vos in affectu charitatis credentibus Israel. *Lætamini lætitia spirituali.* *Et iterum: laudate omnes gentes Dominū.* Chorus Apostolorū alloquitur multitudinē gentiū ad fidem Christi, & baptismi gratiam concurrentem, & præcipit, vt laudes gratiarum referendo corde ore, opere, cuius gratia redempti, cuius misericordia ab omnibus reatibus purgati. In hoc verbo, quod subdit: *Magnificate cum omnes populi.* Iudeos hortatur, vt gaudeant de salute gentium inquietes & vos omnes populi, id est, oēs Iudei magnificare Deum

Marc. 16. v. 15.

Matth. 28. v. 19.

Matth. 3. v. 11.

I.

*vos baptizauit in Spiritu sancto, & igne, & iterū.* Ego, inquit Ioannes, nesciebam eum, quod sibi esset reseruaturus potestatem baptizandi, nulliq; traditurus, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quē videris spiritū descendente & manente super eum, hic est qui baptizat. Apostolo dicente Christū Iesum ministrum fuisse circumcisionis spiritualis, poterat ei aliquis obiicere, cuius rei gratia extitit ipse minister circumcisionis. Adhac Apostolus, ppter veritatē inqt, Dei Patris ad confirmandas promissiones patrū, id est, vt cōfirmaret Deus Pater, pmissiones suas, quas locutus est ad patres de salute gentiū dices Abrahā: *In semine tuo benedicētur oēs gentes*, siue ut verax appareret cōplendo, pmissiones, quas patres promiserant de salute gentiū & quæ prædixerat de eadē circumcisione spirituali. Nisi n. per gratiā baptismatis mūdarentur gentiles, & per fidē Domini salvatoris nequaquam in filiationē Abrahā transirent, nequaquam etiā esset cōpletum, q; dicit Moyses. In nouissimis diebus circūcidet Dominus cor tuū, & non carnē tuā, i. mundabit illud ab infidelitate, omnibusq; peccatis, per baptismū. Illud quoq; Ezech. Prophetæ dicentis. *Effundam super vos aquā mundā.* Aquā videlicet baptismatis. *Gentes aut super misericordia, i. misericordiā honorare Deū.* Subaudi debet, quia gratissimè nullis meritis præcedentib. vocati sunt ad fidē, gratiāq; acceperunt remissionē omniū peccatorū per spiritualē circumcisionem, per gratiam videlicet baptismatis, nō per circumcisionem carnalem. Cui enim plus dimittitur, plus debet diligere. *Sicut scriptum est, propterea hoc conserbo ribi in gentib. & nomini tuo cantabo.* Psalmista loquitur ex persona Filiī Dei Deo Patri gratiam referētis propter obedientiā gentium ad fidē venientiū. Quomodo ergo laudat, & glorificat Filius Deū Patrem, qui æqualis est & in omnib. gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quandoq; n. gentes glorificant, & laudāt Deū Patrem, Filius Dei laudat illum per ora & opera gentium, cuius sanguine redempti sunt, ideoque dicit propterea, quia multos mihi populos & gentes per fidem subiugasti. Confitebor tibi Deus Pater, & glorificabo te per ipsas gentes, & nomini tuo cantabo, id est, nomen Deitatis tuae laudabo te. *Et iterum dicit*, scriptura in Deuteronom. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Moyses Legislator extendens oculū prophetiæ ad tempus vocationis gentium, alloquitur eam hortando, & laudent Deum cum plebe Israëlitica, quæ olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur, ò gentes credentes in Filiū Dei, per cuius passionem estis redempti, & per cuius baptismū mundati, atq; expiati estis ab omnibus peccatis sociantes vos in affectu charitatis credentibus Israel. *Lætamini lætitia spirituali.* *Et iterum: laudate omnes gentes Dominū.* Chorus Apostolorū alloquitur multitudinē gentiū ad fidem Christi, & baptismi gratiam concurrentem, & præcipit, vt laudes gratiarum referendo corde ore, opere, cuius gratia redempti, cuius misericordia ab omnibus reatibus purgati. In hoc verbo, quod subdit: *Magnificate cum omnes populi.* Iudeos hortatur, vt gaudeant de salute gentium inquietes & vos omnes populi, id est, oēs Iudei magnificare Deum

Ezech. 36. v. 25.

I. X.

*super vos aquā mundā.* Aquā videlicet baptismatis. *Gentes aut super misericordia, i. misericordiā honorare Deū.* Subaudi debet, quia gratissimè nullis meritis præcedentib. vocati sunt ad fidē, gratiāq; acceperunt remissionē omniū peccatorū per spiritualē circumcisionem, per gratiam videlicet baptismatis, nō per circumcisionem carnalem. Cui enim plus dimittitur, plus debet diligere. *Sicut scriptum est, propterea hoc conserbo ribi in gentib. & nomini tuo cantabo.* Psalmista loquitur ex persona Filiī Dei Deo Patri gratiam referētis propter obedientiā gentium ad fidē venientiū. Quomodo ergo laudat, & glorificat Filius Deū Patrem, qui æqualis est & in omnib. gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quandoq; n. gentes glorificant, & laudāt Deū Patrem, Filius Dei laudat illum per ora & opera gentium, cuius sanguine redempti sunt, ideoque dicit propterea, quia multos mihi populos & gentes per fidem subiugasti. Confitebor tibi Deus Pater, & glorificabo te per ipsas gentes, & nomini tuo cantabo, id est, nomen Deitatis tuae laudabo te. *Et iterum dicit*, scriptura in Deuteronom. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Moyses Legislator extendens oculū prophetiæ ad tempus vocationis gentium, alloquitur eam hortando, & laudent Deum cum plebe Israëlitica, quæ olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur, ò gentes credentes in Filiū Dei, per cuius passionem estis redempti, & per cuius baptismū mundati, atq; expiati estis ab omnibus peccatis sociantes vos in affectu charitatis credentibus Israel. *Lætamini lætitia spirituali.* *Et iterum: laudate omnes gentes Dominū.* Chorus Apostolorū alloquitur multitudinē gentiū ad fidem Christi, & baptismi gratiam concurrentem, & præcipit, vt laudes gratiarum referendo corde ore, opere, cuius gratia redempti, cuius misericordia ab omnibus reatibus purgati. In hoc verbo, quod subdit: *Magnificate cum omnes populi.* Iudeos hortatur, vt gaudeant de salute gentium inquietes & vos omnes populi, id est, oēs Iudei magnificare Deum

x.

*super vos aquā mundā.* Aquā videlicet baptismatis. *Gentes aut super misericordia, i. misericordiā honorare Deū.* Subaudi debet, quia gratissimè nullis meritis præcedentib. vocati sunt ad fidē, gratiāq; acceperunt remissionē omniū peccatorū per spiritualē circumcisionem, per gratiam videlicet baptismatis, nō per circumcisionem carnalem. Cui enim plus dimittitur, plus debet diligere. *Sicut scriptum est, propterea hoc conserbo ribi in gentib. & nomini tuo cantabo.* Psalmista loquitur ex persona Filiī Dei Deo Patri gratiam referētis propter obedientiā gentium ad fidē venientiū. Quomodo ergo laudat, & glorificat Filius Deū Patrem, qui æqualis est & in omnib. gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quandoq; n. gentes glorificant, & laudāt Deū Patrem, Filius Dei laudat illum per ora & opera gentium, cuius sanguine redempti sunt, ideoque dicit propterea, quia multos mihi populos & gentes per fidem subiugasti. Confitebor tibi Deus Pater, & glorificabo te per ipsas gentes, & nomini tuo cantabo, id est, nomen Deitatis tuae laudabo te. *Et iterum dicit*, scriptura in Deuteronom. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Moyses Legislator extendens oculū prophetiæ ad tempus vocationis gentium, alloquitur eam hortando, & laudent Deum cum plebe Israëlitica, quæ olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur, ò gentes credentes in Filiū Dei, per cuius passionem estis redempti, & per cuius baptismū mundati, atq; expiati estis ab omnibus peccatis sociantes vos in affectu charitatis credentibus Israel. *Lætamini lætitia spirituali.* *Et iterum: laudate omnes gentes Dominū.* Chorus Apostolorū alloquitur multitudinē gentiū ad fidem Christi, & baptismi gratiam concurrentem, & præcipit, vt laudes gratiarum referendo corde ore, opere, cuius gratia redempti, cuius misericordia ab omnibus reatibus purgati. In hoc verbo, quod subdit: *Magnificate cum omnes populi.* Iudeos hortatur, vt gaudeant de salute gentium inquietes & vos omnes populi, id est, oēs Iudei magnificare Deum

xi.

*super vos aquā mundā.* Aquā videlicet baptismatis. *Gentes aut super misericordia, i. misericordiā honorare Deū.* Subaudi debet, quia gratissimè nullis meritis præcedentib. vocati sunt ad fidē, gratiāq; acceperunt remissionē omniū peccatorū per spiritualē circumcisionem, per gratiam videlicet baptismatis, nō per circumcisionem carnalem. Cui enim plus dimittitur, plus debet diligere. *Sicut scriptum est, propterea hoc conserbo ribi in gentib. & nomini tuo cantabo.* Psalmista loquitur ex persona Filiī Dei Deo Patri gratiam referētis propter obedientiā gentium ad fidē venientiū. Quomodo ergo laudat, & glorificat Filius Deū Patrem, qui æqualis est & in omnib. gentibus vtiq; credentibus laudat illum. Quandoq; n. gentes glorificant, & laudāt Deū Patrem, Filius Dei laudat illum per ora & opera gentium, cuius sanguine redempti sunt, ideoque dicit propterea, quia multos mihi populos & gentes per fidem subiugasti. Confitebor tibi Deus Pater, & glorificabo te per ipsas gentes, & nomini tuo cantabo, id est, nomen Deitatis tuae laudabo te. *Et iterum dicit*, scriptura in Deuteronom. *Lætamini gentes cum plebe eius.* Moyses Legislator extendens oculū prophetiæ ad tempus vocationis gentium, alloquitur eam hortando, & laudent Deum cum plebe Israëlitica, quæ olim plebs eius sola ex omnibus gentibus vocabatur, ò gentes credentes in Filiū Dei, per cuius passionem estis redempti, & per cuius baptismū mundati, atq; expiati estis ab omnibus peccatis sociantes vos in affectu charitatis credentibus Israel. *Lætamini lætitia spirituali.* *Et iterum: laudate omnes gentes Dominū.* Chorus Apostolorū alloquitur multitudinē gentiū ad fidem Christi, & baptismi gratiam concurrentem, & præcipit, vt laudes gratiarum referendo corde ore, opere, cuius gratia redempti, cuius misericordia ab omnibus reatibus purgati. In hoc verbo, quod subdit: *Magnificate cum omnes populi.* Iudeos hortatur, vt gaudeant de salute gentium inquietes & vos omnes populi, id est, oēs Iudei magnificare Deum

L.

Deum, id est magnum prædicare propter salutem fratrum vestrorum gentilium & propter ineffabilia magna, quæ vobis contulit à diebus antiquis referentes gentibus quanta, & qualia vobis libentissime præsttit. *Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse, quæ exurget regere gentes in eo gentes sperabunt.* Iesse ipse est Isai Pater David Regis, de cuius prosapia exortus est Christus secundum carnem per Mariam Virginem. Hoc, quod dicit erit radix Iesse, dupliciter intelligi potest hoc modo. Iesse ipse est radix, David vero filius eius ipse est arbor, Maria Virgo ramus ipsius arboris, flos vero ramistius Christus est, qui dicit ad Ecclesiam in cantico canicorum. Ego flos campi, radix ergo huius flosculi, id est Christi, Iesse fuit, qui sicut flos ex radice arboris processionem habet, ita & Christus secundum carnem ex Iesse originem traxit. Altiori autem intellectu radix Iesse Christus est, verbum scilicet Dei patris, quod inter cætera, quæ creavit, Iesse quoque creator extitit, *Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Qui ergo secundum carnem ex Iesse originem duxit, ipse utique secundum diuinitatem radix, & creator Iesse extitit. Iesse autem interpretatur, est mihi, est, verbum substantiuum est. Quod vero dicitur erit radix, similiter, erit, ab eodem verbo substantiuo venit, & ponitur in futuro tempore. *Quicunque ergo in eum credit, qui dixit ad Moysen, qui est, misit me ad vos ille* veraciter potest dicere est mihi, id est in eum credo, qui semper est, & ipse est mihi Deus, & erit. Sed quæri potest, quare dixerit Propheta, erit radix Iesse, & non potius radix Boož, vel Obed, cum ipsi iusti extiterint, & Patres Isai, *Ad quod dicendum, ideo dixisse Prophetam erit radix Iesse, & non radix Boož, siue Obèd,* vt ostenderet dominum Iesum Christum de progenie regali etiam secundum carnem descendere, qui ante saecula genitus est à Deo Patre rege regum, & Domino Dominantium, Notandumque, quod dicit erit radix Iesse sub verbo futuri temporis loquens ad Natuitatem Christi vnam respexit, quæ adhuc futura erat, quando ista prædicta dicatur itaque hoc modo. Erit radix Iesse radix Christi secundum humanitatem, & ipse Christus exurget nascendo per Virginem, vel à mortuis resurgendo regere gentes in eo gentes sperabunt. Christus igitur regit, & gubernat gentes in se credentes, & ipse defendit illas ab insidiis, & infestationibus dæmonum, omniumque aduersariorum, quoniam ipsi in eo sperant. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo.* Ex hoc, quod Esaias Propheta de Christo in eo gentes sperabunt summis Apostolus occasione, ut diceret illis hanc benedictionem, Deus autem spei, qui tribuit spem futurorum bonorum in se credentibus repleat vos omni gaudio spirituali, & pace, id est concordia, & amore fraterno in credendo, ut credentes in eum, qui vos per sanguinem suum pacificauit Deo Patri, sitis & ipsi inuicem concordes, & pacifici, qui haec tenus fuitis inuicem diffidentes, *Vt abundetis in spe, & virtute spiritus sancti,* id est ut per virtutem spiritus sancti plenam habeatis spem æternæ remunerationis, eiusque dono, atque auxilio subleuati virtutem totius bonitatis adipisci mereamini, *Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam pleni estis dilectione Dei & proximi, & repletio omniscientia,* Ita ut possitis alterutrum monere, id est inuicem vos castigare, & corripere perfectos in fide blandè alloquitur, *Audacius autem scripsi vobis Fratres ex parte,* Audacius licet sit comparatius gradus, in hoc tamen loco propositio ponitur, quod est audacter, id est cum audacia, & securitate, Ideoque addidit ex parte, quia multa sciebat ipse in corde, quæ non proferebat ore, & quæ illi non poterant capere, ex quibus partem scribit eis, vel etiam idcirco dixit ex parte, quia iam legerant illi epistolas eius, quas aliis ecclesiis destinaverat, & quæ illi non legerant, ex parte in hac inserere studuit, vnde & sequitur. *Tamquam in memoriam vos reducens subaudi iami legisse mea dicta,* in quibusdam epistolis meis, quod tale est, ac si aliis verbis diceret, dum reduxi ad memoriam vos iam legisse mea dicta, pauciora scripsi vobis, & hoc propter gratiam, que data est mihi à Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus. Gratiam hic appellat sapientiam, quam præ omnibus Apostolis accipere meruit, ut Beatus Augustinus dicit. Potest & de ministerio Apostolatus dici, intelligi quod ei gratis à Deo collatum est, scripsi, inquit, vobis paucæ ex pluribus, quæ in corde meo habentur propter gratiam sapientiæ, quæ mihi à Deo data est, ut illam capacitatem audiendum expenderem, siue etiam ut ministerium Apostolatus mei complerem in gentibus.



Num prædicans in his duntaxat finibus Christus non fuerat prædicatus agnitione Dei vñ iuersa replefset. Designat iam ad tempus, quod desiderium suū debeat adimplere. Videndo scilicet eos, qui Romæ morabantur. Bene autem hos, quos non secundum carnem viderat, & ad quos nondum in corpore venerat, præsentia sui, & recordationem moderatius pollicetur. Desiderabilium enim suscipimus bona, quæ cito metuimus auferenda, securius vero negligimus, quod nos diutius possidere credimus. Frui est cum delectatione, & gaudio aliquid posside, vel amplecti, & videri, *Hanc igitur subaudi ante quam veniam ad vos, proficisci Hierusalem ministrale sanctis.* Sanctos appellat illos, qui pro Christi amore omnia sua reliquerant, aut vendiderant, & pretium illorum ad pedes Apostolorum posuerant, vel illos, qui deprædati fuerant à Iudeis non credentibus, quos laudat in Epistola ad Hebreos inquietus. *Rapinam, inquit, bonorum vestrorum cum gaudio suscepisti,* de istis e- Heb. 10. ver. 5. Isai. 59. ver. 15.

qui propriæ reliquerunt, vel qui expoliati fuerant qui scientiam prædicandi non habebant, ut ad prædicandas gentes possent ire. Erant in Hierusalem vacantes iugiter orationibus, ac ieiuniis, quibus Apostoli de singulis prouinciis, & locis, in quibus prædicabant, quidquid pecuniarum argenti, & auri, frumenti, vestimentorum accipiebant, maxime tamen Paulus, qui pluribus gentibus prædicabat, Vnde dicunt Doctores, qui aliquando amplius, quam tres, aut quinque modios argenti eis mittebat. *Probauerunt enim Macedonia, & Achaia, id est sanctum, & bonum visum est illis collationem aliquam facere munera in pauperes sanctorum, qui sane in Hierusalem.* Macedonia, & Achaia, quæ & Achæa vocatur à qua, & Populi eius Achæi dicuntur prouinciae sunt nobilissimæ Græcorum sibi adiacentes, quas Apostolus Ecclesiis repleuit. *Placuit enim eis, & debitores sunt eorum.* Quid acceperant Macedones, & Achæi, siue Achæi, à sanctis, qui erant Hierusalem, ut eorum debitores essent? Tribus modis erant debitores eorum, vel quia eos in fide præcesserant, à quorum Apostolis, & prædicatoribus eruditabantur, vel quia ipsorum exemplo, & Doctrina proficiebant, vel etiam quia viii fidei erant, & unum Deum patrem habentes fratres erant in fide. Omnes enim Christiani, qui fratres sunt in fide, debitores sibi sunt, ut alterius onera portent. Potest & quarto modo intelligi in hoc eos existere debitores eorum, quia illi die, ac nocte pro salute istorum orationibus inflebant, ut fides Christi in eis roboretur. Quoniam *spiritualium bonorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis.* Iisdem modis erant participes eorum, quibus & debitores, Etest sensus: Iamque in spiritualibus illi præbuerant istis supplementum, & quod in te non habent in illis iustum est, ut temporalibus beneficiis eis subueniant. *Hoc igitur opus ministratiois cum consummavero, id est cum perfecero, & assignauero eis fructum hunc, collationem videlicet munera, quam eis mittunt per me fideles, proficisci per vos in Hispaniam:* Congruè autem dicit proficisci per Romanos in Hispaniam, quia euntibus de Achæa in Hispaniam in medio itinere Roma habetur. *Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam spiritu Prophetico afflatus talia cum securitate dicebat.* Quod autem dicit in abundantia benedictionis Christi veniam, tale est, quale & illud, quod in exordio huius Epistolæ dixit, *desidero inquietus videre vos, ut aliquid gratia spiritualis impertiar vobis ad confirmandos vos in abundantia benedictionis, veniam, id est in plenitudine virtutum, ut mea prædicatione, quod minus habetis in fide, percipiatis & virtutem miraculorum, quæ apud vos operabor, roboremini in eadem fide, & maiorem gratiam Christi in meo aduentu percipere mereamini, sic enim fecit, quia veniens, quod illis deerat in fide, in charitate, & cæteris rebus spiritualibus suo aduentu suppleuit.*

*Obsecro ergo vos fratres Romani per Dominum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti, id est per dilectionem, quam debetis habere erga Deum, & proximum, quæ per spiritum sanctum datur fidelibus, ut adiuuetis me in orationibus ad Deum, id est apud Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudea & obsequiis meis, id est ministerii, vel obedientiæ meæ. Oblatio accepta fiat sanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigeretur vobiscum. Ille querit refrigerari, qui calore solis viritur,*

vel perpugnando, & luctando calefit, atq; laxatur, & Beatus Apostolus fortiter pugnabat contra Philosophos, contra Iudeos, contra Hæreticos, ideoq; desiderabat  
 1. Cor. 15. vers. 32 ad tempus corpore, quam spiritu requiescere. Vnde ipse dicit quodam loco: si ad bestias pugnari cephas, Bestias ibi appellat Philosophos, & hæreticos. Ideo autem exorabat, vt Romani suis orationibus ei subuenirent, quia timebat comprehendendi, dum veniret Hierosolymam ab infidelibus Iudeis, & retrudi in carcerem, vel occidi & non posset neq; sanctis deferre munera, & oblationem suam, neq; postmodum venire Romam, sicut in desiderio habebat. Hinc deducitur Pontificum superbia, & prælatorum, atq; Principum, & Potentum huius sæculi, qui dedignantur exhortari subiectos suos, quatenus pro eis preces, orationesq; fundunt. Si enim ille, qui Apostolus, & Pontifex erat omnium gentium, omniq; gratia spiritus sancti repletus, non est dignatus auxilium subiectorum expetere in orationibus, quanro magis isti, qui repleti sunt rapacitate, superbia, omniq; nefario actu non debent dignari, itaq; imitandus est omnibus viribus. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amon. Deus pacis intelligitur sancta Trinitas, cuius misericordia reconciliatum est genus humanum, & cuius dono pax, & concordia datur cunctis fidelibus. Et satis pulchre in pace finiuit duobus populis in concordiam reuocatis, ostendens, quia non nisi in pacificis Deus pacis, qui pacem præstat, possit habitare.

## CAPVT XVI.

Commendat Apostolus quosdam apud Romanos, propter nonnullas eorum præminentias nominatim salutandos, quosdam vero vitandos hortatur, & de aliis dicis quod salutant Romanos.

1.  
A  
2.

 Ommendo autem vobis Phœben sororem nostram, qua est ministerio Ecclesie, que est in Cenchris: + ut eam suscipiat in Domino digne sanctis & assistatis ei, in quocumque negotio vestri indigerit: etenim ipsa quoq; astitit multis, & mihi ipsi + Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu; (+ qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cuncta Ecclesia gentium) + & domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epanetum dilectum mihi, qui est primitius Asia in Christo. + Salutate Mariam, quem multulaborauit in vobis. + Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. + Salutate Ampliam dilectissimum mihi in Domino. + Salutate, Urbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. + Salutate Apellen probum in Christo. + Salutate eos, qui sunt ex Ariftoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcisi domo, qui sunt in Domino. + Salutate Tryphanam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. + Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius, & meam. + Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermā, Patrobā, Hermē; & quæcum eis sunt, fratres. + Salutate Philologū & Iuliam, Nereū & sororē eius, & Olympiadē, & omnes, qui cū eis sunt sanctos. + Salut-

† Salutare in uicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesia Christi. † Rogo autem vos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, prater doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis. † Huiuscmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium. † Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. † Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. † Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. † Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam in Domino. † Salutat vos Caius hospes meus, & uniuersa Ecclesia. Salutat vos Erafus ararius ciuitatis, & Quartus, frater. † Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen. † Eiautem, qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus aeternis taciti, ( † quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundum præceptum aeterni Dei, ad obæditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, † soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

**C**ommendo autem vobis Phæben sororem nostram non carne, sed communi in fide, que est in ministerio Ecclesia, qua est in Cenchræ, ut eam suscipiat in Domino digne sanctis. Hoc est, sicut conuenit sanctis, siue, ut quidam codices habent, digne sanctis, id est, abundè, & humane & adiutoris ei, id est, auxiliemini, & subsidium præbere, in quoconque negocio, siue causa indigeris vestri auxiliij. Cenchræ portus est Corinthi, ubi erat Ecclesia fidelium, cui ministrabat Phœbe nobilissima matrona vietum & vestimentum, utpote fidelissima in fide Christi. Ergo tunc temporis, quando Apostolus ipsam scribebat Epistolam, Romani omnibus gentibus imperabant, & si quis nobilium causam habebat ex aliquo negocio, siue ex oppressione aliorum, siue ex prædiorum, vel mancipiorum ratione, Romam concurrebat, ubi erat Imperator, & iudices causarum. Potuit ergo fieri, ut Phœbe matrona ob huiusmodi causam tunc deuenerit Romanam, quapropter præcepit Apostolus creditibus, ut ei in omni negocio auxilium præberent, siue in testibus, siue in victu, vel aliquo subsidio temporali. Redditque causam, quare talia præcipiat: *Etenim ipsa astigit, id est, ministravit, atque auxilium præbuit maleis, & mihi.* Salutare Priscam, & Aquilam adiutores meos in prædicatione, videlicet, & alijs operibus, qui pro anima mea, id est, pro vita mea, ut illam seruarent, suas cernices supposuerunt periculo se opponentes. Prisca ipsa est, quæ & Priscilla appellatur in Actibus Apostolorum, & erat Iudæa genere vxor Aquilæ Iudæi, qui quodam tempore, dum Iudæi vellent apud Corinthum Paulum occidere, isti se in medio opposuerunt, & liberauerunt eum, vnde & subdit: *Quibus non solum ego Paulus gratias ago pro hoc facto, sed & cancta Ecclesia gentium,* quibus ego prosum, quia per meam prædicationem ad fidem venerunt. Iste est ergo Aquila & Priscilla vxor eius, apud quos manebat Paulus in Corintho positus, quia eiusdem artis labori insistebat, cui & Paulus, structuræ videlicet tabernaculorum, quæ & scenofactoria ars appelatur, futores etenim erant, & sciebant siue ex pellibus, siue linteaminibus tabernacula, & papilioes, in quibus maximè Saraceni habitabant, vendebantque ea quæ operabantur, indeq; viuebant, de his ergo ita legitur in Actibus

Act. 18. v. 12. bus Apostol. Post hec autem egressus Paulus ab Athenis, venit Corinthus, & inuenito ibi quod  
 datum Iudeo nomine Aquila Ponticum genere, & qui nuper venerat ab Italia & Priscilla  
 uxore eius, eo quod praecepisset Claudi. Imp. discedere ab urbe Romae oes Iudeos, eo quod seditionis  
 esset, accessit ad eos, & quia eiusdem artis erat, manebat in vnu, & operabantur simul.  
 Erant martifices tabernaculorum, ut diximus, id est futores cōponētes tabernacula  
 ex pellib. seu cortinis linteis, sed quæstio oritur hic, cum in actib. Apostol. dicatur  
 sicut paulo supra ostensum est, quod apud Corinthum simul hospitabantur Paulus  
 & Aquila & Priscilla, quare in hac Epist. à Corinth. verba salutatoria scribebat, quasi  
 Romæ de gentib. Quæ ita soluitur: quod expulsis Iudeis ex urbe per præceptū Claudi  
 Corinthum isti duo venerint. Rursusq; reddita libertate redeūdi in morte Cæsaris,  
 reuersi sunt Româ, vbi nunc eos Apostolus salutat, horum etiā domesticos, & ver-  
 naculos salutat, quos & Ecclesiā appellat dicēs, & domesticā inquit eorū Ecclesiā, subaudi  
 saluto. Salutare Epanetus dilectū mibi quod primius Asia. Hic Epanetus videt primus  
 credidisse ex Asia, vnde & primius Asia illū vocat, siue quod primus omniū credit  
 seu etiā, quia magnæ dignitatis, atq; nobilitatis erat, idcirco autem istius mentionē  
 fecit, ut ostenderet nobiles etiā ad fidem venire, ac per hoc inuitaret principes Ro-  
 manor. ad fidem. Salutare Mariam, quam muliū laborauit in Dño officiū videlicet præ-  
 dictioñis foemini sui sexus impendēdo per domos, nā Ecclesiā non docebāt mu-  
 lieres, sed viri, quia ipse Apostol. hoc prohibuerat, dicens; Mulieres in Ecclesiis taceant.  
 Salutare Andronicū & Iuliā cognatos meos, & cōcaptivos, qui sunt nobiles in Apostol. quicquid  
 ante me fuerūt in Christo. Potest fieri, ut secundū carnē isti cognati fuerint Apostoli.  
 Iudei similiter existentes, & sunt exules effecti propria sedes ob gratiā fidei, sicut &  
 Paulus quādo appellauit Cæsarē. Crediderunt autem ante illū in Christū, & nobiles  
 habiti sunt in Apostolis, i. apud Apostolos 12. de quib. & illud intelligi potest, quod for-  
 tasse ex illis 72. Apostolis fuerint, & ipsi nobiles. Salutare eos, qui sunt ex Aristobolus do-  
 mo. Iste Aristobolus congregator intelligitur fuisse fratrū in Christum credentiū,  
 cuius factū sic probat, ut eos discipulos sua salutatione dignos dicat Salutare Appel-  
 lē probum, licet quidā faciant ex hoc duo nomina propria, dicentes ita, salutare Ap-  
 pellen & Probū, non est illud, sed vnu nomen & propriū, cū de adiectu. Salutare  
 inquit Appellen Probū, id est, probatū in fide & laude dignū, Probum enim di-  
 cimus, probatum & laudabile. Salutare eos, qui sunt ex Narcissi domo. Iste Narcissus, ut  
 in aliis codicib. inuenitur presbyter erat tunc, tēporis. Salutare Rufum electū in Do-  
 mino, id est, promotū ad sacerdotium. & matrē eius, atq; mēa per adoptionē amoris  
 Hæc mulier magna religione pollebat, quæ apud Apostolū hoc donū promerue-  
 rat, ut mater ab illo vocaret. Non n. putandū est in illis salutationib. inaniter fieri  
 per singulos quosq; laudes, & pro salutationis differētia. Qui n. scit, quia Christus  
 loquitur in Paulo, certus est, quod pro vita merito alius quidē Probus dicitur ab eo,  
 alius charissimus, alius laborans in Dño, alius electus, ut hic Rufus, de quo nūc ser-  
 mo est electus in Dño. Salutatur & mater illius, mater Apostoli inducitur causa sum-  
 mæ dilectionis. Salutare inuicem in osculo sancto, id est, in osculo nō ficto, vel subdolo,  
 quali osculo tradidit Iudas Salvatorē, vel quali osculatur incesti alios causa im-  
 menditiae, quod osculū nō castū vocatur, sed cor vnu, & est sensus: iam quia ego non sum  
 præsens, ut vos possim oes osculari. Osculumini vos inuicem mei amoris causa, cum  
 hanc acceperitis Epistolā. Ex hoc loco, aliisq; similib. mos traditus est Ecclesiæ, ut  
 conuenientes fideles in Ecclesia ad audiendū verbum diuinum, missarumq; ce-  
 lebrationem, post orationes osculo dilectionis accipiāt se inuicem. Rogo autem vos  
 fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones faciunt, id est, declinate ab illis, qui discordias,  
 & rixas mouent inter vos. Contra Pseudoapostolos, & Iudeos non credentes,  
 loquitur iste, huiusmodi n. subaudi homines qui dissensiones generant inter vos  
 discurrendo de domo in domū, adulantes quibusdam, & laudantes quosdā. Aliis  
 vero detrahentes, & concitantes vnum aduersus alterum per detractiones. Nō ser-  
 uiant Christo, sed suo ventri, quia ideo adulantur aliis detrahentes, aliis ut possint su-  
 um ventrem implere. Et per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda inno-  
 centium. Ad hoc inquit prædicat, & dulces sermones adulatioñis & benedictionis  
 proferunt;

proferunt, ut corda simplicium fratrum seducere possint, & innocenciam eorum auferre  
valeant: *vestra enim obedientia*, qua obedistis Euangelio venientes ad fidem. In omni  
locum vestram potestatis diuulgata est; hoc est, quod in principio huius Epistolae di-  
xit: *gratias ago Deo meo, quia fides vestra annunciatur in universo mundo. Gaudet igitur in*  
*vobis* Romani, quia credidistis, sicut & ego, *sed volo vos sapientes esse in bono*, ut quid  
quid boni sapitis, & intelligitis, totum opere satagitatis implere. Simplices autem in  
malo, ut virtus, & omnia, quae mala sunt, vitetis, & contemnatis simile est hoc illi dicto,  
quod ad Corinthios scribit, dicens: *Malitia parvuli estote sensibus autem perfecti estote si-*  
*tis*, ac si diceret alijs verbis bonum sapite faciendo, malum ignorare vitando, & ita  
in vobis implebitur, quod subsequitur. *Deus autem pacis*, qui pacem amat, & pa-  
cem tribuit suis, conteret *Satanam sub pedibus vestris*. Satanus in lingua nostra inter-  
pretatur aduersarius, & potest significari in hoc loco diabolum, & Neronem, qui  
Christianis aduersabatur. Possimus etiam & omnia aduersa per hoc nomine intellige-  
re, quae animae tendenti ad Deum resistant, & aduersantur, & quae exorat Apostolus co-  
teri, & subiici potestati illorum. Deus pacis, cui pax placet, conterat hoc, q[uod] contrarium  
est paci, & dissensiones operatur. Quod autem dicit, sub pedib. vel simpliciter accipien-  
dum est sub potestate, vel etiam in breui tempore, & velociter. *Salutat vos Timotheus adiutor*  
*mensis in prædicatione, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei*. Timotheus adiu-  
torem suum dicit, o[ste]nsusq[ue] simul cognatos appellat, & quidem Timotheo plenissime  
fertur in actibus Apostolorum, q[uod] fuerit ex Derben filius mulieris viduae fidelis patre  
gentilis. Ipse quoque Apostolus dicit, quod propterea rogauerit eum manere Ephesi,  
ut denunciaret quibusdam, ne aliter docerent, neque attenderet fabulis, & genealogiis  
infinitis. Lucium autem quidam ipsum perhibent Lucam esse, qui Euangelium, actusq[ue]  
Apostolorum scripsit. Beatus enim Apostolus non curat de proprietatibus nominum,  
pro eo quod soleant nomina interdum sive patriam declinationem, interdum etiam  
sive græcam, Romanamque proferri, Iason ipse est, cuius mentionem liber Actuum  
Apostolorum facit, Sosipater fuit filius Pyrrhiberoensis. *Salutat vos Caius*. Iste est  
Caius concaptius, qui baptizabatur ab Apostolo sicut dicitur in Epistola ad Corin-  
thi. *Gratias ago Deo meo, eo quod neminem vestrum baptizavi, nisi Christum, & Caium*. *Saluto vos ego, Tertius*, qui scripsi hanc Epistolam. Tertius proprium nomen est scri-  
ptoris creditis, q[uod] Apostolo dictante hanc Epistolam scripsit, cui concessit Apostolus  
suo nomine plebem Romanam salutare, & vocatur Tertius nomine, non numero. *Salutat*  
*vos Eustathius ciuitatis Arcarius*. Eustathius Arcarius erat ciuitatis Corinthiorum,  
id est, Princeps, vel dispensator, qui præerat Arcæ, vbi ponebantur census Regis  
tributorum, & vectigalium. Quod addit *& Quartus frater*, proprium nomen est, sic-  
ut & Tertius. *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis Amen*. Gratia dicitur  
gratis data, & nomine gratiae debemus intelligere quicquid boni gratis percipi-  
unt electi a Deo, fidem videlicet, spem, charitatem, remissionemque peccatorum.  
*Ei autem honor in secula saeculorum, qui potens est vos confirmare in fide perfecta, & o-*  
*mnini bono iuxta Euangelium meum*, videlicet, ut sic sitis confirmati, sicut nos, & Eu-  
angelium, quod prædico, & de quo nihil vobis desit. Quod autem subdit sive prædi-  
cationem Iesu Christi ipsum est, quod Euangelium, quia Christus illud prædicauit. Se-  
cundum reuelationem mysterii taciti, id est, absconditi temporibus, æternis. Æterna tempora  
intellige secunda imensa, quæ præcesserunt mundi exordium homine creato potuit  
reuelari mysterium sanctæ Trinitatis, & mysterium Dominicæ incarnationis, pas-  
sionis, & cætera talia, sed noluit tam venerabile mysterium omnipotens Pater, nisi pau-  
cis innotescere. Præsertim cum homo neglecto Deo sibi se totum, & diabolo con-  
cesserit. Igitur a temporibus æternis, quæ præcesserunt creationem mundi, & ut ita  
dicamus, ex eo quo modus caput esse, tacitum, occultumque fuit mysterium sanctæ  
Trinitatis, quod nunc in aduentu Christi, patet factum est ab ipso Christo per scripturas  
Prophetarum, qui de illo mysterio aliquando apertis, aliquando obscuris Prophetarum  
sermonibus, verbi gratia. Dixit Moyses, in principio creavit Deus celum & terram, Gen. 1.  
& Spiritus Dei ferebatur super aquas. Ecce Trinitas, sed non nisi paucis intelligebatur. vers. 1. & 2.  
Quid dicit Christus, cum veneris Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre. & alibi, ba- Ioan. 15.  
ptizate omnes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. De nativitate quoque il- vers. 20.  
lius dixit Esaias. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Natus est Christus de Virgine Isa. 7. v. 14  
parefecit

xix.  
Rom. 14. 8.i. Corin. 14.  
vers. 20.xx  
G

xxi.

xxii.

H

xxiii.

I

xxiv.

xxv.

J

xxvi.

**I**II. II. v. 10. patefecit mysterium Propheticæ scripturæ. De sepultura enim illius dicit idem Propheta: *Erit sepulchrum eius gloriosum.* Sepultus est Christus, patefactum est illud mysterium quod latebat. Quid plura? surgens à mortuis apéruit discipulis sensum, ut inteligerent scripturas. Illis intellectis, & cognitis cognoverunt mysterium jam esse completum, & manifestatum, quod ante latebat, concordantibus enim, & adimplentis de Christo, de conceptione, de nativitate, morte, ascensioneque mysterijs, & cæteris Propheticis vaticinationib. nulla remanet jam dubitatio, quin per Prophetas patefactum sit mysterium à sæculis, & temporibus æternis occultū secundum preceptum aeterni Dei. Quia præcepit filius Dei, qui unius substantiæ est cum patre, & Spiritu sancto, dicens: *Euntes in mundum predicate Euangelium omni creatura,* & baptizate omnes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Ad abominationem fidei Dei in omnibus,* id est, ut omnes gentes obediānt fidei, & Euangelio eius. Quod ergo dixit cui gloria, & honor in secula. Manifestare voluit subiungens soli sapienti Deo cognito per Iesum Christum, id est, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, qui unius substantiæ sunt, & qui in Trinitate unus est Deus. Ideo autem cognito per Iesum Christum, quia per illum est cognitus, & manifestatus Deus Pater, & Spiritus sanctus, mysterium vide licet Trinitatis. Sapiens autem Deus non ex accidentia, vel accidenti dono sicut Salomon, aut aliquis hominum, sed essentialiter dicitur sapiens, & est, quia nihil est aliud esse, quam sapientem esse, nec sapientem esse, quam esse. Finis huius Epistolæ in græco apertius habetur, in quo scripta est Epistola. Nā quod dicit ei honor & gloria, & postea addit cui, cum sufficeret quod præmissum hahebat ei gloria in usitato nostræ locutionis genere usus est, & quod dicit *In secula seculorum.* Morem sacræ scripturæ tenuit immensitatem temporum per hoc volens designare, & tale est ac si diceret in omnia futura secula honor, & gloria sit omnipotenti Deo, Amen. Amen autem idcirco supposuit, quod est iuramentum, vel affirmatio in lingua Hebræa, Latinæ autem sonat verum ut confirmaret omnia vera esse, quæ per totum textum huius Epistolæ ab eo scripta sunt. Finitur Epistola ad Romanos.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

### CAPVT I.

Paulus Deo gratias agit de datis donis Corinthijs, cæterum dolet quod de baptizatoribus essent inter ipsos schismata, gaudens quod missus ad prædicandum Euangelium paucos baptizauerit: ostendens etiam reprobata mundi sapientiam, & electos simplices: sicut & sita est salus in Christi morte, cuius prædictio iudicatur mundo stultitia, credentibus vero virtus ac sapientia: ideo enim contemptibilia mundi elegit Deus, ne quis in se glorietur.

**D**: *Aulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, & Ecclesia Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnib. qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro. & Gratias vobis & Pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. & Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu: & quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia: & sicut testimonium Christi confirmatum est*

in vobis: † ita ut nihil vobis desit in illa gratia, expectantibus re-  
uelationem Domini nostri Iesu Christi, † qui & confirmabit vos  
usque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu  
Christi. † • Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem filij  
eius Iesu Christi Domini nostri. † Obsecro autem vos fratres, per  
nomen Domini nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicatis omnes, &  
non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, &  
in eadem sententia. † Significatum est enim mihi de vobis fratres  
mei ab ijs, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. † Hoc  
autem dico: quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum  
Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cepha: ego autem Christi. † <sup>A&C. 18. f. 24.</sup>  
Diuinus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis?  
aut in nomine Pauli baptizati estis? † Gratias ago Deo, quod ne-  
minem vestrum baptizauit nisi Crispum & Caium: † ne quis dicat  
quod in nomine meo baptizati estis. † Baptizauit autem & Stephanus  
ad domum: ceterum nescio, si quem alium baptizauerim. † Non  
enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapi-  
entia verbi, ut non evanescatur crux Christi. † Verbum enim crucis,  
per euntibus quidem stultitia est: ijs autem, qui salvi sunt, id est, no-  
bis, Dei virtus est. † Scriptum est enim: Perdam sapientiam sa-  
pientium, & prudentiam prudentium reprobabo. † Vbi sapiens? <sup>A&C. 18. b. 2.</sup>  
Vbi scriba? Vbi conqueritor huius faculi? Nonne stultam fecit De-  
us sapientiam huius mundi? † Nam quia in Dei sapientia non  
cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stulti-  
am predicationis saluos facere credentes. † Quoniam & Iudei  
signa petunt, & Graci sapientiam querunt: † Nos autem pradi-  
camus Christum crucifixum: Iudeis quidem scandalum, Gentili-  
bus autem stultitiam; † Ipsi autem vocatis Iudeis, atque Gracis,  
Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: † quia quod stultum  
est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius  
est hominibus. † Videte enim vocationem vestram fratres, quia  
non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non  
multi nobiles: † sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat  
sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: † &  
ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt,  
ut ea quae sunt, destrueret: † ut non glorietur omnis caro in conspe-  
ctu eius. † Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis  
sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: † ut  
quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. <sup>1. Pet. 1. c. 15.</sup>  
<sup>Inf. 2. a. 1. 4.</sup>

7.  
8.  
B  
9.  
Theff. 5. vers. 24  
10

11.  
12

13.  
14.  
15.  
C  
16.  
17.  
2. Pet. 1. c. 15.  
Inf. 2. a. 1. 4.  
18.

19.  
Rom. 1. b. 16.  
Ifa. 29. c. 14.  
Ifa. 33. c. 18.  
20.  
21.

22.  
23.  
24.  
D  
25.

26.  
27.  
28.

29.  
30.  
1erem. 23. a. 5.  
31.

1. Ier. 9. g. 22. 23.  
2. Cor. 10. d. 17.

Paulus

**P**aulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, Subaudi, patris de nomine Pauli in Epistola ad Romanos, pro ut melius cognoscere potuimus, auctoritate Doctorum dicere studuimus, & quomodo ipse vocatus sit Apostolus, in hoc autem quod dicit, vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei Patris ostendit vnam voluntatem esse Patris, & Filij: Sicut enim vnius substantiae, vnius maiestatis atque potentiae sunt Pater & Filius, ita vnius voluntatis existent, & qui vocantur à Filio, vocantur à Patre, sicut Paulus per Filium vocatus est à Deo Patre Apostolus, id est, missus & legatus, quia legatione Euangelii functus est. Quibus verbis percutit Pseudoapostolos, nec non & Iudaeos, qui dicebant illum non esse à Deo vocatum Apostolum. *Et Sothenes frater.* In fide, in prædicatione, non tamen Apostolus. Quare interponebat nomina Apostolus discipulorum suorum in suis Epistolis? ob duas causas. Siue ut maioris auctoritatis essent, secundum quod Dominus dixit, *In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.* Ne aliquis diceret, quia vnius mendacio ista excogitata sunt. Siue ut compleret, quod ipse docebat, dicens quodam loco sicui reuelatum fuerit aliquid sedenti, prior taceat. Nam quando dictabat Epistolas, discipuli eius aderant in præsentia, & si forte alicui illorum aliter ut alia reuelata essent per Spiritum sanctum, quod ipse dicebat, quia idem Spiritus sanctus erat in discipulis, qui & in magistro, sicuti ab illo dicebatur, ita ponebat in ordinem non inuidens bonus magister discipulis, & insuper nomen illius in exordio cum suo ponebat, quia quandam partem ibi habebat Ecclesia que est Corinthi. Generaliter ad omnem Ecclesiam, id est, multitudinem Corinthiorum scribit, quia carebant illi adhuc Episcopo, cui specialiter scribebat. *Sanctificatis in Christo Iesu,* id est, per fidem Iesu Christi, per passionem eius, per aquam baptismatis. *Vocatis sanctis.* Non ideo votati sunt Corinthij ad Christum per Paulum, quod sancti essent, sed ut sancti fierent, sancteque viuarent. *Cum omnibus, qui inuocant nomen Domini Iesu Christi.* Sacerdotum est inuocare Deum pro salute populi. Vnde dicitur in veteri testamento vos inuocabitis *nomen meum, & ego benedic a meis.* Et in Psalmo, Moses Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Hoc loco dupliciter potest intelligi, cum omnibus, subaudi Sacerdotibus, qui inuocant nomen Domini, vel cum omnibus Iudeis credentibus cum eis habitantibus *in omni loco ipsorum, & nostro.* Subauditur salutem optamus eis. *Gratia vobis sit* id est, fides, remissio peccatorum, *Et pax,* qua reconciliamur Deo per passionem Christi à Deo Patre, *Domino Iesu Christo* Spiritus sancti persona in donis suis accipitur, in remissione videlicet peccatorum, & pace, quia per illum nobis dimittuntur peccata tempore baptismatis, sicut Dominus discipulis promisit, inquiens. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto.* *Gratias ago Deo meo semper pro vobis,* id est, laudes refero Deo meo, cum dixit Apostolus, gratias ago Deo meo, non sine causa addidit, meo. Cum enim omnium creaturarum vnius sit per naturam, atque potentiam, eo quod sit creator omnium, illorum tamen Deus propriè dicitur esse, qui merito fidei, & iustitiae eius cultores esse probantur, sicut Pauli Apostoli, aliorumque Apostolorum. Hinc dicitur, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob* per gratiam, & vitæ meritum. Et quare dicit gratias se agere Deo semper pro salute illorum, cum nemo hominum semper possit intentus esse in orationibus, aut gratiarum actionibus? Nam sicut in scripturis Patrum legimus Apostolus ab hora prima, usque ad quintam labori manuum insistebat. Ab hora autem quinta, usque ad decimam prædicationi operam dabat, post decimam vero iterum procurabat pauperum peregrinorum hospitalitatem, suique corporis necessitatem, per noctem vero orationi attentissime insudabat. Igitur proximia assiduitate, quia per singulos dies, & noctes Deo gratias, laudesque referebat tam pro Corinthiis, quam pro omnibus, quos Christo acquisierat, dixit, se gratias referre Deo semper pro illis. *In gratia Dei,* subaudi patris, id est, pro remissione peccatorum, *qua data est vobis,* subauditur gratis à Deo Patre in Christo Iesu. Hoc per fidem Christi Iesu. Illis enim tantummodo largitur Deus Pater gratiam suam, remissionem

Deut. 19. v. 15.

II.  
B

Num. 6. v. 27.

III.

Aðor. 1. v. 5.

IV.

Exod. 3. v. 6.

C

missionem videlicet peccatorum , quos veraciter cognoscit credere in Filium suum. Gratia dicit gratis data, & non immerito remissio peccatorum , & fides gratia Dei appellatur, quia quicquid donorum habemus , gratia Dei est, quoniam gratis nobis tribuitur , nullis præcedentibus meritis : *Quod in omnibus diuitiæ facti es in illo*, hoc est, in Christo, in quibus rebus erant illi diuitiae effecti in fide, in doctrina, in diuersitate linguarum, in efficacia miraculorum. Iste sunt diuitiae veteris testamenti, vel ut ita dicamus. *In omni sapientia, & scientia*, siue intellectu veteris, & noui testamenti. *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis*. Testimonium Christi appellat Euangelium , in quo narrantur testimonia nativitatis Christi: Miraculorum quoque , nec non passionis , resurrectionis, ascensionisq; eius ad coelos, & aduentu. illius ad iudicium. Quæ testimonia Christi ante passionem suam prædixit , & omnia in sua morte confirmabantur. Videamus vnum testimonium ex multis , & consideremus quomodo illud prædixit , & quomodo confirmauit. Longe ante passionem suam dixit discipulis suis. *Ecce ascendimus Hierosolymam*, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt Matih. 26. v. 18. per Prophetas de Filio hominis , & cætera usque dum ait : *Et tertia die resurget*. Sic omnia illo veniente Hierosolymam completa sunt , quia traditus est gentibus , & à Pilato , & militibus eius illusus est , occisus , & die tertia resurrexit. Vnde dicit Apostolus , sicut testimonium Christi , id est , Euangelium confirmatum est in vobis, hoc est, creditum est vobis , & confirmatum in vestris coribus, quia omnia creditis vera esse , quæ ibi continentur. *Ita ut nihil vobis deficit in ultra gratia*, id est, neque in fide , neque in doctrina , neque in diuersitate linguarum , neque in virtute miraculorum. Quæstio oritur in hoc loco , si Corinthij diuitiae erant facti in omni verbo , & in omni scientia , & si tanta gratia erant repleti ut nihil eis deesset gratia , sicut in sequentibus dicitur. Quare Apostolus in subsequentibus huius Epistolæ locis dicat illos contentiosos esse, & super addat ad verecundiam vestram dico , quæ hoc modo soluitur. Sicut in omnibus Ecclesijs duo sunt genera hominum bonorum , malorumque , ita & apud Corinthios tunc tēpōis erant. Primum ergo Apostolus à laudibus cœpit, & gratiarū actione alloquens eos, qui in fide , bonisq; operibus perfecti erant abundanter diuitijs spiritualibus , ut ipsi semper in melius proficerent. Sicque postmodum fortiter cœpit redarguere illos , qui in fide errabant , dissensionesque seminabant more peritissimi medici agens , qui vulnus secundum videns , sed ægrum timendum esse conspiciens diu palpavit membra , subitoque , percudit , morte , etiam matrietis , qui primum humiliato capite incedit , sed postmodum fortiter ferit. Primum enim laudauit bonos , & deinde percussit malos verectim dæ etenim mentes nisi fuerint palpando reprehensa , ita ut ex aliis rebus audiant , quod in consolationem sumant per increpationem duram protinus ad desperationem cadunt. *Expectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi*. Reuelatio est manifestatio. Christus ergo modo absconditus est quodammodo & non appareat , quia non videtur à nobis , nisi mente. Videbitur autem in die iudicii , quando se manifestabit omnibus hominibus tam electis , quam reprobis , sicut Scriptura dicit , immo Propheta per scripturam. *Videbit omnis caro salutare* Luc. 3. vers. 6. Dei , & tunc dabit electis gloriam , quam eis promisit , & vitam sine fine mansuram. Vnde Apostolus alias. *Mortui enim*, inquit, *estis peccato, & vita vestra ab* Thess. 3. vers. 4. *secunda est cum Christo in Deo*. Cum autem Christus apparuerit vita vestra , tunc , & vos apparebitis cum ipso in gloria, quia eritis, sicut Angeli Dei in coelo, & quod maius est similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicut est , qui & confirmabit vos, id est, roborabit in sua fide, & in bonis operibus usque in finem, id est, usque ad diem iudicij sine criminis. Non dicit siue peccato, sed sine criminis, id est, sine capitali peccato, quod à regno coelorum separat. Nam nullus est homo super terrā, qui faciat bonum, & non peccet, aut in verbo, aut in cogitatione. Vnde Ioannes ait: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est*. Quod autem dicit, confirmabit vos usque in finem , hoc exposuit subiectus in die adventus Domini nostri 1. Ioan. 1. vers. 2. VIII.

*nostri Iesu Christi, quando ipse veniet reddere vnicuique secundum opera sua. Duas autem sunt vocationes, una est, quae fit singulis hominibus, quando ab hac vita per mortem corporis transeunt vocati a Domino. Altera erit generalis in die iudicii, quando omnes tam boni, quam mali ad iudicium vocabuntur. Et quos in ista prima vocatione inuenierit Deus omnipotens bene laborantes, illos utique in*

*Matth. 25. v. 41. secunda non vocabit ad hoc, ut damnet cum reprobis, quia audituri sunt: discedite in ignem eternum, sed potius ut remuneret cum electis, quibus dicturus est. Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod vobis paratum est a constitutione mundi.*

**ix.** In omnibus enim vera pax apparebit, sicut sequentia manifestabunt. *Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi.* Fidelis dicitur Deus, quia verax est, & completor sui sermonis, promisit enim Abrahæ daturum se illiteram peregrinationis suæ, & quod in semine eius benedicenda essent omnes gentes, id est, in Christo, compleuit illud, sicut modo cernitur, promisit nobis per filium suum regnum cœlorum, apparebit verax utique, quia dabit illud nobis, si permanserimus in fide eius. Societatem, secundum Ambrosium, fraternitatem debemus accipere. Fidelis, inquit Deus Pater, & verax, quoniam dabit vobis omnia bona patriæ cœlestis, per quem Deum Patrem vocati estis in societatem, id est, in fraternitatem, filij eius Iesu Christi; Ut simus fratres Iesu Christi, & filii eius non per naturam, sed per adoptionem, per filium suum vocavit nos ad fidem suam, ut sit ipse nobis Pater, & nos sumus fratres Iesu Christi, & filii eius non per naturam, sed per adoptionem. Quicunque enim veraciter in Deum credit, eiusque voluntati obtemperat, ipse utique frater est Domini Iesu Christi non per naturam,

*Matth. 12. v. 50. sed per gratiæ adoptionem. Sicut ipse dicit in Euangelio. Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, & cætera, & ad mulieres post resurrectionem, Ite, inquit, nunciate fratribus meis. Obsecro autem vos fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.*

Hactenus laudauit illos, qui manserant veraciter in fide. Amodo vero, & ex hoc loco incipit redarguere illos, qui diuisiones, quæ schismata græcæ appellantur, seminabant, dicentes se potius filios hominum, à quibus baptizabantur, sicut sequentia manifestant, quam filios Dei. Quapropter dicit eis Apostolus: Obsecro vos fratres per nomen Domini saluatoris, per quod salutati estis, ut id ipsum dicatis omnes. Subaudi, quia ego dixi superius, quia filij Dei estis, non dicentes vos filios alicuius hominis, sed Dei. *Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia, quod unum est, id est, in eodem intellectu manete, quem à me accepisti, & dicite vos filios esse Dei, sicut dicebatis, quando à vobis discessi corpore. Significatum, id est, reuelatam est mihi ab his, qui sunt Chloës, contentiones sunt inter vos.*

Chloës locus est, & tale est, ac si diceret ab his, qui sunt Antiochiae, aut aliquid tale. Ego quidem sum Pauli. Subaudi, Filius vel baptismate baptizatus. Apud Corinthios emerferant hæretici post discessum Apostoli, maxime hi, qui ex circumcisione erant Iudei credentes, qui quoscunque baptizabant, suas esse credebant filios, baptizantes eos in nomine suo, & illi, qui ab eis baptizabantur gaudebant se appellari filios esse illorum, à quibus baptizati fuerant. Credentes vero, qui erant, fidem, & doctrinam Apostoli credentes & dicebant: Ego sum Christi, quod utique bene dicebant, quia sic est dicendum. Similiter factum est, quodam tempore, quando exsurrexerunt Donatus, & Nouatus, hæretici, qui quoscunque poterant, ab Ecclesia expellebant, iterumque rebaptizabant, & dicebant suos esse filios & illi gaudebant se appellari Donatistas, & Nouatianos. Ergo Apostolus ut comperit talia geri apud Corinthios, scripsit eis ista, quæ hic dicuntur, errorum quidem illorum ostendens, sed nomina auctorum non prodens. Maluit enim in suam, & aliorum fidelium Doctorum personas ista transferre, quā illos prodere, ne deteriores efficerentur. Si enim ita esset, ut illi volebant, ut omnes, à quo baptizabantur, illius essent filii, quasi eius baptismate baptizati, qui essent baptizatores, tot essent baptismata, cum unum sit baptismum Christi, sicut unus Deus una fides. Deus enim Iesus ministerium quidem

quidem tingendi corpora dedit fidelibus suis , gratiam autem baptizandi , id est , peccata dimittendi , nulli tribuit , sed sibi propriè retinuit . *Sicut Ioannes dicit de eo turbis , Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto.* Et iterum , Ego , inquit Ioannes , nesciebam eum , id est , nesciebam , quod potestatem baptizandi sibi esset reseruaturus , sed qui misit me baptizare , D e u s Pater videlicet , ipse mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendenteum , & manentem super eum , hic est , qui baptizat in Spiritu sancto , in tantum ergo retinuit sibi C H R I S T U S potestatem baptizandi , vt sicut dimicantur ei omnia peccata ; qui à sancto , & innocentē viro tingitur in aqua , ita & illi , qui à peccatore , & scelerato , tantum vt in nomine sancte Trinitatis illud fiat . Meritum enim in te baptizantis , siue agentis , nec prodest , nec obest in hac parte illi , qui baptizantur . *Divisus est C H R I S T U S.* Subaudi , si ita est , vt dicitis non affirmatiue ; neque interrogatiue est legendum , sed suspensa voce C H R I S T U S ergo quodammodo dicitur diuisus esse , quando honorem , & gloriam eius , quam sibi propriè ipse retinuit , hæretici inter se partiuntur diuidentes eius baptismum , similiter hæretici diuidebant C H R I S T U M . , quando aliqui dicebant illum verum corpus , noꝝ habuisse animam , vt Apollinaristæ , quidam minorem patre , vt Arrius , *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est.* Subaudi , non , & est sensus , in illius nomine debetis baptizari , & illius baptismate debetis credere vos posse saluari , qui pro vobis crucifixus est . *Aut in nomine Pauli baptizati estis ?* Se ponit ipse pro omnibus illis , in cuius nomine se dicebant baptizatos esse . Ideoque à se cœpit , ne dicerent illi hæretici , idcirco Paulus talia prohibet , ne aliquis dicat se nostro baptismate baptizatum , & nostrum filium esse , vt ipse sibi vindicet omnem honorem . *Gratias ago D E O meo , quod neminem vestrum baptizavi , nisi Crispum , & Caium , qui fuerunt primitiæ Achæiæ.* Baptizabat quidem Paulus , tamquam minister , non tanquam ipsa potestas , idcirco ipse gratulabatur , quod plurimos illorum non baptizauerat , vt quia error sub hac re cœperat oriri , si ipse plurimos baptizasset , multo magis ex eius nomine augeretur , & dicerent , Ego sum Pauli , baptizavi & Stephane domum . Nobilis matrona extitit , cuius familiam baptizauit Apostolus , vtrum vero ipsa baptizauerit , an in infidelitate permanserit , ignoratur .

Matt. 3. vers. 11.

H  
xii.

xiv.

I  
xvi.

xvii.

K

*Non misit me Christus baptizare , sed Euangelizare .* Magis electus vt Euangeli- lizaret , quia plus est euangelizare quam baptizare . Omnis enim qui euangelizat , potest & baptizare , sed non omnis , qui baptizat , idoneus est euangelizare , in Episcopo omni vero ordinum dignitas est , caput est enim cæterorum membrorum , & Apostolus , qui Pontifex erat , omnes gradus Ecclesiasticos in se habebat . Ideoque & baptizare , & euangelizare poterat , sed maxime prædicationi insistebat sicut alij Apostoli , discipuli vero eius baptizabant . Sic legimus , quod Petro veniente ad domum Cornelii , postquam cecidit Spiritus sanctus super omnem domum eius , præcepit eos Petrus à suis discipulis baptizari ; In primordio enim fidei omnes fideles baptizabant , & non solum viri , sed etiam mulieres , si quando necessitas imminebat . Sed ne tantum ministerium vilesceret , aut non recte à simplicioribus completeretur , crescente numero fidelium per vniuersas ciuitates , & villas decretum est à sanctis Patribus , vt tantum Episcopi , & Presbyteri baptizent , & si necessitas fuerit , Diaconi . *Non in sapientia verbi , Subaudi , misit me C H R I S T U S euangelizare , Vt non evanescatur crux C H R I S T I , id est , vt non annihiletur passio crucifixi C H R I S T I .* Hæretici , & Philosophi prædicabant in sapientia verbi , hoc est , culto , & polito sermone , vt placerent suis auditoribus , & ipsi apparerent docti . Vel etiam in sapientia verbi prædicabant , qui ea , quæ mundus , id est amatores , huius mundi , & Philosophi humanae sapientiae stulta putant non prædicabant illi ; verbi gratia : Natiuitatem ex Virgine , mortem , resurrectionemque , quæ omnia illi denegabant , dicentes , non posse aliquid gigni , nisi ex commixtione alterius seminis , & D e u m ,

L 2

qui

qui spiritus est non esse hominem factum, neque Filium Dei mori potuisse, sed quomodo voluit, apparuit, & quando voluit, recessit, neque resurrexit, quia non est mortuus. Ista omnia Philosophi, & hæretici, qui per humanam sapientiam illam penetrare non poterant, dicebant mendaciū esse, & annihilabant passionem Christi, sed Apostolus prædicabat simplicibus verbis Christum natū esse de Virgine, mortuum, & resurrexisse, vt auditores eius intelligere possent, quæ loquebatur. Quicunq; enim fidem Christi verbis vult exornare, non De gloriam, sed propriam querit, Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, q̄s autem, qui salvifunt, id est, nobis, virtus Dei est.

Quid est, quod dicit verbum crucis, crux, quæ in animata, & infensibilis res est quomodo potest loqui verbum? Verbum crucis dixit, id est, Euangeliū, & prædicatio crucifixi CHRISTI. In infidelitate manentibus, & intelligentibus virtutem, & sapientiam Dei, stultitia est Filium Dei dicere crucifixum. Credentibus vero, & fidem habentib. quod passione sint redempti, virtus Dei est ipsa passio, quia per illam merentur saluari. Scriptum est in Esaia per dam sapientiam sapientiam. Non sapientiam, quam ipse Deus dat, perdit, siue reprobat, sed humanā, quam ipsi homines sibi adinueniunt Deo permittente Dialecticam videlicet, cæterasque artes, qui quas sperant sapientes esse, illam ad nihilum deducit, & stulta esse manifestat. Vbi sapiens? vbi scriba? hoc ad Iudæorum sapientes, ad scribas, videlicet & Pharisæos pertinet. Vbi inquisitor, vel conqueritor viuus seculi, hoc ad Philosophos gentium, qui sapientiam conquirebant cum cæteris de occultis, & de abditis rebus, & de naturis creaturarum, & maxime ad Astrologos, qui cursu, & moderatione duodecim signorum solis quoque, ac lune, & quinq; planetarum dixerunt omnia, quæ in terris aguntur, neque de hominibus, neque de animantibus. De his ergo dicit Apostolus. Vbi sunt modo sapientes, & scribæ Iudæorum? & vbi sunt Philosophi gentium, & Astrologi? In Ecclesia nullum habent locum Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi: id est, nunquid non fecit, id est, demonstravit Deus stultitiam esse sapientiam amatorum mundi, & Philosophorum, dum compleuit opere, quod illi denegabant? Vtique illi negabant non posse aliquid digni nisi ex commissione viri, & foeminæ. Deus omnipotens ostendit sapientiam illorum non esse veram, dum filium suum constituit nasci ex Virgine. Sic etiam resuscitauit eum à mortuis, licet negarent illi resurrectionē. Nam quia non cognovit eum mundus, id est, amatores mundi, & Philosophi per sapientiam suam mundanā Deum Patrem in Dei sapientia, id est, in Filio, qui est sapientia Dei Patris. Placuit Deo. Subaudi, Patri per stultitiam prædicationis, id est, per prædicationē Euangelij q̄ illi stultitiā docebant saluos facere credentes, sensus huiusmodi est, qui sapientes huius seculi confidentes in sapientia humana, noluerunt credere in Christum, qui est sapientia Dei, neq; in illo etiam voluerunt cognoscere Deum Patrem, vel quia noluerunt credere vera esse, quæ in sapientia Dei erant, id est, in Euangeliō, permisit eos Deus perire in sua incredulitate, & placuit ei per illam prædicationem, quam illi purabant esse stultitiam, saluos facere eos, qui credere voluerunt. Quoniam Iudæi signa petunt in hoc, quod credunt Deo omnia possibilia esse, quærunt semper signa, quomodo illud factum sit, de quo sermo agitur. Sic fecit Abraham, quando dixit ad Deum. In quo scire potero, quod datus es mihi terram hanc in possessionem? Sic Gedeon, & alii plurimi Grati sapientiam, subaudi humanam querant, id est, Philosophiam, quia septem liberales artes apud illos præcipue viguerunt, ideoque pro nihilo ducunt simplicem doctrinam fidelium. Nos autem prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum, & contentionem, gentibus autem stultitiam. Apostolis prædicantibus mysteria humanitatis filii Dei, videlicet quomodo natus est ex virgine, miracula multa fecit, quomodo Iudæi illum crucifixi sunt ianocenter, & quomodo ipse resurgens ascendit ad cœlos, scandalizabantur Iudæi, id est, rixabantur, siue contendebant dicentes, nullo modo hoc verum esse, vt Virgo pareret, vt ipsi Filium Dei interfecissent, sed magnum quendam, alicuius discipuli dicunt inuenta esse illa, quæ

xviii.

L

xix.

xx.

xxi.

M

xxii.

Gen. 15. v. 8.

xxiii.

quæ in Euangelio eius resurrectionem, & ascensionem referunt, quæ illi omnia denegant vera esse. Dicunt enim inter cætera Christum, quem vos dicitis jam venisse per virginem, nondum venit, quia nobis promissus est, nec nasceretur ex Virgine, sed David resurget, ipse erit noster Messias, similiter Philosophis gentium stultum visum est, ut Filius Dei, qui est auctor vitæ, moreretur, & dum ea audiebant prædicare de Christo, quæ ratio mundana, & Philosophorum sapientia penetrare non poterat constricti stultitiam esse illi dicebant. Ipsi enim dicebant Virginem sine semine viri, non posse parere, & resurrectionem negabant.

N

xxiv.

*Ipsius autem vocatis Iudeis, Subaudi ad fidem Christi, & Græcis, id est, gentilibus similiter prædestinatis ad vitam, & credere volentibus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, subaudi prædicamus esse. Christus, virtus Dei Patris est, quia per illum Deus Pater omnia fecit, ipse est etiam sapientia eius, quæ dicit per Salomonem. Ego sapientia ex ore altissimi prodigi primogenita.* Et de qua Psalmista ad Deum Patrem, *Omnia in sapientia fecisti, id est per Filium, ipse enim recte dicitur sapientia, & verbum Patris, quia per illum Deus Pater semet ipsum manifestauit hominibus. Verbi gratia. Sicut homo per verbum suum manifestat voluntatem suam.* Vnde ipse Filius in Euangelio ait: *Pater manifestauit nomen tuum hominibus.*

Ecclesiasticus 24. v. 4.

Psalm. 103. v. 24.

*Quia quod stultum est Dei, id est, quod stultum ab hominibus putatur, sapientius est hominibus,* id est humanam sapientiam transcendit. Et est sensus: Quod

xxv.

O

homines stultum putant esse, ut Deus omnipotens Pater Filium suum ad passiones, ad crucem perferendam mitteret in hunc mundum, omnem sapientiam Philosophicam antecedit, & quia penetrari ab ipsis non potest stultum dicunt esse, & nolunt credere. Non quia vere stultum est, sed sapientius omni sapientia mundana. *Et quod infirmum est Dei fortius est hominibus,* id est, quod illi putant, & dicunt infirmum esse, quod Filius Dei potuisse mori, fortius est hominibus omnibus, & omni fortitudine Gigantum. Quomodo? quia mortem, quam Gigantes euadere non potuerunt infirmitas crucifixi Christi superavit. *Quamobrem infirmum Dei, quod illi dicunt esse infirmum, non est infirmum,* quia infirmitas Christi magna victoria est, superavit enim dia**bolum**, superavit mortem. *Videte,* id est, considerate, & in vobis ipsis, probate *vocationem vestram,* Subaudi, quia vocati estis ad fidem Christi, *Quia non multi sapientes,* Subaudi, à Deo vocati sunt ad fidem prædicandam Euangelij, & cætera usque ad id, quod sequitur, *Sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes,* id est, pescatores, pauperes, atque idiotas, quos potentes huius sæculi, & Philosophi stultos deputabant, & quo nihilo ducebant.

xxvi.

*Et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia,* id est, ut mendaces ostendat, & erubescere faciat Philosophos, & potentes huius sæculi. Apostolos appellat infirma mundi, vel quia stulti videbantur sapientibus huius mundi, & infirmi in sensu, atq; intellectu mundano vel propter infirmitatem filij Dei, quam prædicabant. Videamus quomodo per ista infirma mundi ostendebat mendaces potentes, & fortes huius sæculi, & quomodo faciebant eos erubescere. Prædicantibus Apostolis mysteria humanitatis Filij Dei, dum à Philosophis contraria dicebantur omnia quasi mendacia, præcipiebant Apostoli afferri sibi mortuos duos, vel quinque, vel etiam amplius, & dum eos per inuocationem Filii Dei crucifixi suscitabant, apparebant Philosophi, & potentes mundi mendaces, & illi veraces, *Et ignobilia mundi,* id est, quæ sine nomine dignitatis erant, *Et contemptibilia,* id est, despicabilia elegit DEVS Apostolos vide licet, qui respectui habebantur, & ea quæ non sunt, Subaudi, elegit, eosdem scilicet Apostolos nullius dignitatis, vel utilitatis apud Philosophos, & potentes huius sæculi videbantur esse, *ut ea, quæ sunt, destrueret,* id est, ut sapientiam illorum euacuat, qui apud se aliquid videbantur esse. Et quare elegerit infirma mundi, & non fortia, manifestat ex parte, dum subdit *ut non glorietur omnis homo in conspectu eius sapientes, & potentes non possint gloriari,* quia non sunt ab eo vocati, propter suam sapientiam, aut diuitias.

xxvii.

xxviii.

xxix.

Q

xxx.

Psal. 93. ver. 22.

xxxi.

Nec habent sapientiam diuinam , aut diuitias spirituales : Apostoli non possunt gloriari , quia quicquid boni habent sine suis meritis à D E O perceperunt , & non possunt gloriari propter sapientiam suam , & diuitias se esse electos . *Ex ipso autem vos estis in CHRISTO IESU ex ipso DEO Patre estis , quia ab ipso creati estis , vel ex ipso estis in CHRISTO , id est , ex DEO Patre factum est , ut in CHRISTVM crederetis , & firmi sitis in fide IESU CHRISTI . Propositum , dispositio DEI Patris fuit , ut per CHRISTVM , veritatem , & misericordiam eius cognosceremus . Qui , Subaudi , IESUS CHRISTVS factus est nobis sapientia à DEO Patre . Non debemus pueriliter intelligere Filium DEI secundum diuinitatem esse factum , sed genitum à DEO Patre ante omnia saecula , licet secundum humanitatem factus est in utero Virginali opere Spiritus sancti , sed ita est intelligendum , factus est nobis sapientia , id est , factum est , ut nobis fieret sapientia , & nos faceret sapientes , talc quid in Psalmo habetur , Factus est mihi DOMINVS in refugium , quod nihil est aliud , nisi factum est , ut in illo refugium haberemus . Et in Propheticis libris factum est verbum DOMINI ad Iohel , & ad Osee , verbum enim non est factum , sed genitum , dicamus . Et aliter , factus est nobis sapientia à DEO Patre , id est , ille , qui est genitus ante omnia saecula , factus est homo , ut nos faceret sapientes , simili modo factus est nobis Iustitia , quia nos iustificat . Et sanctificatio , quia Sanctos facit , & sanctificat per baptismum , & redemptio , quoniam sanguine suo nos redemit . Et hoc quare ? Ut quemadmodum scriptū est , Subaudi in Hieremia . Qui gloriatur in Domino , gloriatur in Domino , & non in se gloriatur , qui omne bonum , quod habet à Deo percepisse faretur sine suo merito ideoq; non querit gloriam propriam , & laudem , sed illius , à quo , quicquid habet , accepit .*

## C A P V T II.

Ostendit Paulus se Christum & hunc crucifixum magna modestia ; verbisq; simplicibus prædicasse Corinthiis , quanquam perfectis loqueretur etiam sapientiam mundo absconditam quæ solo Dei spiritu cognosci potest : animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt .

1.  
Sup. 1. c. 17.

A

2.

3.  
Acto. 1. 8. 1.

4.

2. Pe. 1. 16. 17.

5.

6.

B

7.

8.  
1. Mai. 6. 2. 4.

9.

C

**E**T ego cum venissim ad vos , fratres , veni , non in sublimitate sermonis , aut sapientia , annuncians vobis testimonium Christi . † Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos , nisi Iesum Christum , & hunc crucifixum . † Et ego in infirmitate , & timore , & tremore multo fui apud vos : † & sermo meus , & prædicatio mea , non in persuasilibus humana sapientia verbis , sed in ostensione spiritus & virtutis : † ut fides vestra non sit in sapientia hominum , sed in virtute Dei . † Sapientiam autem loquimur inter perfectos : sapientiam vero non huius saeculi , neq; principum huius saeculi , qui destruuntur : † sed loquimur Dei sapientiam in mysterio , quæ abscondita est , quam prædestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram , † quam nemo principum huius saeculi cognovit : si enim cognouissent , nunquam Dominum gloria crucifixissent . † Sed sicut scriptum est : Quod oculus non vidit , nec auris audiuit , nec in cor hominis ascendit , quæ preparauit Deus

Deus q̄s, qui diligunt illum: + nobis autem reuelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.  
 + Quis enim hominum scit, qua sunt hominis, nisi spiritus hominis,  
 qui in ipso est? ita & qua Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.  
 + Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum  
 qui ex Deo est, ut sciamus que à Deo donata sunt nobis: + qua &  
 loquimur, non in doctis humana sapientia verbis, sed in doctrina  
 Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. + Animalis autem  
 homo non percipit ea, qua sunt Spiritus Dei: sapientia enim est illi, &  
 non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. + Spiritualis  
 autem indicat omnia: & ipse à nemine indicatur. + Quis enim co-  
 gnouit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi  
 sibi habemus.

10.

11.

12.

13.

D.

2. Pet. 1. c. 16.

14.

15.

16.

1fa. 40. d. 22.

Sap. 9. c. 13.

Rom. 1. d. 34.

**E**t ego cum venissim ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis, id est in facun-  
 dia eloquentiae mundanæ, quia nihil vobis per humanam sapientiam com-  
 pilato sermone prædicavi, annuncians vobis testimonium Christi. Testimonium  
 Christi est euangelium, quia ibi sunt testimonia incarnationis eius, passionis, mor-  
 tis, resurrectionis, ascensionisque ad cœlos, & aduentus ad Iudicium. Non enim  
 indicare fore me aliquid in sermone, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quod nihil  
 est aliud, nihil aliud vobis prædicavi, nisi Iesum Christum crucifixum. Questio  
 exitur in hoc loco, cum in subsequentibus dicat, Tradidi enim vobis in primis, quod  
 & accepi, quoniam Christus mortuus propter peccata nostra, & quia resurrexit tercia die  
 loquens de mysteriis humanitatis eius, quare modo dicatur non alia se prædicaf-  
 se, nisi Iesum Christum Crucifixum, id est passionem eius, Quæ hoc modo solui-  
 tur. Quia in hoc, quod dicit Christum Iesum crucifixum, comprehendit omnia  
 mysteria pertinentia ad humanitatem eius, Ille enim crucifigitur, qui antea na-  
 scitur, ille moritur, qui crucifigitur, ille sepelitur, qui moritur, ille resurgit, qui  
 mortuus fuerat. Ac si diceret aliis verbis. Quia vos idonei non eratis ad capienda  
 alta mysteria diuinitatis Christi, licet multa sapientia in me esset, iudicavi, siue sta-  
 tui, & decreui in animo meo ea tantummodo mysteria vobis prædicare, quæ ad  
 humanitatem Iesu Christi pertinent, & quæ vos penetrare possitis. Et ego in infir-  
 mitate subaudi corporis, & timore mensis & tremore malo membrorum fui apud  
 vos ò Corinthii. Forsitan Apostolus veniens Corinthum infirmatus est corpore,  
 & timebat nimium, ne Corinthii ab ipsis pseudoapostolis decepti recederent à  
 rectitudine fidei, quam ab ipso percepserant. Vel aliter in infirmitate sensus fuit a-  
 pud illos, quia quodam modo infirma vehebatur eius sapientia, dum propter in-  
 firmitatem auditorum, & tarditatem sensus eorum non manifestabatur plenissi-  
 me; in timore etiam, & tremore erat timens interfici, ut diximus ab hereticis, &  
 pseudoapostolis. Et prædicatio mea subaudi non fuit in persuasibilibus humana sapien-  
 tie, id est non in philosophico, & culto sermone prædicavi vobis Christum, ut vos  
 deciperem, & deluderem per obscuritatem verborum, sicut Philosophi faciunt,  
 sed in offensione spiritus, & mentis, id est in exhibitione miraculorum, quæ per vir-  
 tutem spiritus sancti operabatur, confirmabam meam prædicationem, quia quic-  
 quid docebam, & prædicabam verbis, miraculis roborabam, & ostendebam  
 verum esse, quod Philosophi vestri, & pseudoapostoli non poterant agere. Hoc  
 autem idcirco faciebam, ut fides vestra non sit in sapientia hominum humana tan-  
 tammodo sapientum, sed in virtute Dei, hoc est in virtute miraculorum probetur.  
 Sapientiam autem diuinam laquimur inter perfectos in fide, & sensu, qui valeat  
 L 4

17.

1. Cor. 15. v. 13.

111.]

B.

17.

V.

eam capere, perfectos hic appellat Apostolos, aliosque credentes, qui tantum iam profecerant in fide, ut socii essent, & adiutores in officio prædicationis, sicut erat Timotheus, Titus, Sostenes, aliique quam plurimi. Et est sensus: Nos quidem habemus sapientiam diuinam, sed vos non potestis eam capere, neque tunc poteratis, quia adhuc paruuli probamini esse in sensu. Sapientia vero huius saeculi, id est mundanam sapientiam non loquimur, qua utuntur amatores huius saeculi, neque sapientiam Principum huius saeculi loquimur, id est Philosophorum, qui destruuntur. Quomodo destruuntur Philosophi, & potentes huius saeculi, per mortem corporis rediguntur in puluerem, & destruitur, siue annihilatur, eorum sapientia. Destructus Plato, & Aristoteles per mortem, & eorum sapientia in Ecclesia pro nihilo dicitur, vel etiam tunc destruebantur illi, eorumque sapientia, dum quod illi per humanam sapientiam edocti dicebant, nullo modo posse fieri. Deus omnipotens per Apostolos ostendebat verum esse. Verbi gratia: Negabant illi, quod filius Dei non esset natus ex virgine sine semine viri, eo quod humana natura hoc non admitteret; dum per inuocationem eiusdem filii Dei Apostoli mortuos suscitabant, euacuabatur eorum sapientia, & illi stulti reputabantur. Si ergo Apostoli sapientiam humanam non loquebantur, id est prædicabant, Idem Apostolus expunit, loquimur inquiens Dei sapientiam, quæ abscondita est in mysterio, id est in obscuritate intelligentiae. Sapientiam hic duobus modis possumus intelligere, euangeliū videlicet Christi, vbi inenarrabilis sapientia latet, vel quod melius est, sapientiam substantialem, quæ est verbum Dei Patris, quæ loquitur per sapientiam. Ego sapientia ex ore altissimi prodigi primogenita. Istim ergo sapientiam loquebantur Apostoli, quia ipsa loquebatur per ora eorum, & ipsam prædicabant illi, sed si abscondita erat quomodo loquebantur illam? Philosophi vtique, & potentibus huius saeculi erat abscondita, & illis erat manifesta per se ipsam, vnde sequitur. Quam sapientiam id est Christum prædestinavit Deus Pater secundum humanitatem ante saecula in gloriam nostram, id est ad glorificationem nostram, qui credidimus, vt per illum redempti, & mundati à peccatis glorificari mereamur ad huc. Igitur ante omnia saecula prædestinavit Deus pater hominem assumentum à verbo, vt esset verus filius, & nos per illum glorificaremur. Vnde Apostolus in epistola ad Romanos ait: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Sequitur. Quam sapientiam nemo Principum huius saeculi cognovit. Principes huius saeculi dupliciter intelligendi sunt in hoc loco. Princeps huius saeculi, id est, Octavianus, Tiberius, Herodes, Pilatus, scribæ & Pharisei, sacerdotesque Iudaeorum non cognoverunt Christum esse filium Dei, videntes illum hominem esse, videntes eum fatigari, sitiare, esurire non putabant esse Deum. Scio, inquit, fratres, quia per ignorantiam hoc fecisti, sicut & Principes vestri. Quid ergo si per ignorantiam servi occiderunt filium Dei, nunquid immunes sunt à peccato? Absit, vt peccatum eis non adscribatur, quia per opera miraculorum poterant cognoscere operatorem. Quoniam nisi filius Dei esset, talia nequaquam facere posset, quæ nemo ante eum alias fecit, vnde ipse dicit:

Ecol. 14. vers. 5.

D. Si non venissem, & locutus eis fuisset, & opera non fecisset in eis, quæ nemo aliud fecit, peccatum incredulitatis non haberent. Et quid sequitur? Hanc autem excusationem non habent de peccato suo, & quamvis Deum esse nescirent, tamen, quia rem quam faciebant & iniustam innocentem damnantes, non erant nescii, ideoque rei tenentur. Alio modo Principes huius saeculi possumus intelligere aeras potestates, Dæmones videlicet per hunc aëre discurrentes, De quibus dicitur in Epistola ad Ephesios. Non est nobis collectatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in cælestibus.

Rom. 1. vers. 4.

VIII. Aitor. 3. vers. 17.

E. Ephes. 6. vers. 12.

Ioan. 15. vers. 14.

Et de quo Principe Dominus ait: Nunc Princeps mundi eiicietur foras, & venit Princeps mundi, & in me nihil inuenit. Quamvis enim Marcus Evangelista dicat de Dæmonibus, Sciebant inquit, illum esse Christum, & ipsa Dæmonia sumus, quia tu es filius Dei, tamen non veraciter poterant credere illum esse filium Dei, videntes illum iterum post facta miracula esurire, sitiare, fatigari. Sciebant quidem illum esse promissum in lege, sed nesciebant, quod potestatem, quam in hoc mundo

Ioan. 12. vers. 31.

Digitized by Google

mundo tenebant, per illum essent perdituri. Quapropter subiungit Apostolus de  
vtrōque ordine Principum, *sc̄enim cognouissent* subaudi principes huius saeculi il-  
lum esse filium Dei, *nunqnam gloria, Dominum crucifixissent*. Dominus glo-  
rificat verbum Dei Patris, per quod glorificatur Deus pater, quia per illum omnia  
facit, sed querendum est studiosissime, si gloria Dei patris, verbum eius est,  
*Quomodo ipse Dominus gloriæ qui spiritus est, potuerit crucifigi.* Christus  
filius Dei ex duabus substantiis consistit, diuina scilicet, & humana in vni-  
tate personæ, Diuinitas ergo verbi, quæ genita est à Deo patre ante omnia sa-  
cula à tempore conceptionis illius hominis, quem assumpsit in utero virginali,  
in eodem homine plenissime mansit, & eadem gloria, & potestas, quæ  
erat in verbo, cœpit habitare in homine, & factus est ipse homo gloria Dei pa-  
tris, sicut ei Deus pater dicit: Exurge gloria mea de sepulchro, & non solum  
gloria Dei patris est ipse homo, sed etiam Deus est. Si enim verbum caro  
factum est, id est si Deus homo factus est, vtique & homo Deus factus est.  
Et tamen hoc est diligētissime attendendum, quia licet Iudæi, & Principes  
huius saeculi Deum persequerentur, tamen in forma servi crucifixus est ipse,  
qui erat Dominus gloriæ, & diuinitas impossibilis mansit. Videamus ex hoc  
aliquam similitudinem: Rutilante sole, & clara lampade lumen fundente ra-  
dius, & splendor eius illustrat, & perfundit arborem. Dum ergo ad eandem  
arborem homines accedant cum securibus incidendam. Nunquid erigendo,  
& deponendo secures incident radiis solis, licet arborem incident. Sic v-  
tique sicut impassibilis manet radius solis, licet semper videatur feriri super  
arborem, quam illustrat, ita illa diuinitas, quæ omnia implet impassibilis man-  
sit, quamvis quem replebat in cruce passionem sufferret. Multa possunt ex  
hoc dici, sed ista pauca dicta sufficiant tenentes firmissime, quia si Dæmones  
Christum esse filium Dei cognouissent, qui est Dominus gloriæ, & maiesta-  
tis, per quem Deus pater glorificatur, nequaquam ad crucifigendum eum  
Iudæos, ac milites Romanorum compellerent, ipsi enim illum cruciferunt,  
qui ad crucifigendum suaverunt, & ipsi Iudæorum Principes, & milites ne-  
quaquam illorum suasionibus obedirent, ad hoc ut eum crucifigerent, filium  
Dei esse veraciter crederent, sed sicut scriptum est in Esaiæ, *Quod oculus corpo-  
ris non videt, quia non est corpus, neque color, nec auris corporis audiret,*  
quia non est sonus, *nec in cor hominis humana sapientis ascendit, quia cor, id est*  
intellectus hominis illuc debet ascendere. *Quæ præmia preparauit Deus, iis qui*  
*diligunt illum, id est qui eum non offendunt corde, verbo, & opere.* Nobis  
Apostolis, & credentibus in se reuelauit Deus per spiritum suum, id est per spi-  
ritum sanctum, quod non reuelauit Dæmonibus, neque Philosophis humana  
sapientibus. *Spiritus enim sanctus, qui est in nobis, omnia scrutatur, id est, om-*  
nia secreta inuestigat, non solum secreta cordium, *sed etiam profunda, subaudi*  
*mysteria Dei, & præscientiam illius, quia unius substantiæ est cum patre, & fi-  
lio.* *Quis enim scit hominum, que sunt in corde hominis, nisi spiritus hominis, qui*  
*in ipso est?* subaudi nullus, & est sensus: Sicut quæ sunt hominis, nemo nouit,  
nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita nemo nouit, *que sunt Dei, nisi spiritus*  
*Dei, & cui idem spiritus sanctus reuelare dignatur.* Nos autem Apostoli, & creden-  
tes, *non spiritum huius mundi acceperimus, id est spiritum diuinationis, & spiritum phy-*  
*tomium, sed spiritum sanctū.* Et in doctrina spiritus loquitur id est simplici sermo-  
ne, & sicut spiritus sanctus nos docet interius cum miraculorum virtute spirituali-  
bus viris, qui possunt penetrare quæ dicimus spiritualia mysteria comparates. Quod  
tunc fit, quando capacioribus diuina comittuntur mysteria. *Animalis homo non per-*  
*cipit ea, que sunt spiritus Dei, id est, quid gratiæ crux Christi conferat credentibus.* An-  
imalis homo dicitur, qui spiritu Dei non habet, quilibet ratione distet à pecore, i-  
psa ratione non bene utitur, quia non putat aliquid esse post mortem, sed ritu animalium co-  
versatur. Ideoque animalis est, quia secundum hominem sapit. Quapropter animalis dicitur  
est ab anima, carnis à carne, eo quod totum cōstet ex anima, & corpore, *autem est in illi*  
*subau.*

F.

ix.

G.

x.

xi.

xii.

xiii.

xiv.

H.

subaudi quod audit de mysteriis Dei, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur, id est discutitur, & diiudicatur, id est dum non potest intelligere, quod audit, nec vult credere, à spiritualibus viris diiudicatur, & condemnatur. Philosophi mundana sapientes, & hæretici apud Corinthios degentes, ut facilius animos auditorum peruertere possent, & à rectitudinis statu delincere, sua prava dogmata honesto sermone polibant. Ideoque dixit parumper superius: non loquimur nos in verbis doctis humanæ sapientiæ, dicebant enim culto sermone, quod humana natura non reciperet, ut Deus incomprehensibilis, & in corporebus homo fieri posset, nec esse credibile, quod virgo hominem sine semine virili conciperet, aut post partum, virgo esse posset, nec posse fieri, ut homo post mortem de puluere tetræ resurgeret. Et talia luculentissime sermone proferebant, & ut creditur stultum esse dicebant, Ideo quia ipsi per humanam sapientiam penetrare non valebant. *Spiritualis autem vir diiudicat omnia*, id est discernit, & probat omnia, quæ audit, videt, & cogitat, quid sit verum, & falsum, quid sit bonum, & malum, & cognoscit vera esse, quæ prædicamus, vel discernit omnia genera hominū carnalium. *Ipsæ autem à nemine indicatur*, id est neque spiritualibus viris suis similibus, neque à Deo damnatur, vel reprehenditur. *Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum?* id est quis hominum potest intelligere, & penetrare intellectum, & sapientiam Domini, qui omnia fecit, Qui subaudi homo instruat, & doceat, siue corrigit ipsum Deum, & dicat hoc, & illud non bene fecisti, ita debes corrige re istud, & ita meliora illud: subaudi nullus. Insuper magnificauit, & laudauit sensum Domini, & intellectum eius, atque potentiam si cognouerit ab illo omnia esse facta, dicens eum sapienter cuncta fecisse, *nos autem sensum Christi habemus*, id est intellectum Christi habemus, & sentimus vera de illo per spiritum sanctum illuminati, qui omnia nouit cum patre, & filio. Et est sensus: Ideo quia nemo potest penetrare intellectum, & sapientiam Dei, nisi ipso donante, Idcirco nemo debet dubitare, quin ista vera non sint, quæ dicimus de nativitate, & humilitate Christi, quia nos spiritum sanctum habemus.

## C A P V T III.

Corinthiis adhuc carnalibus non potuit Paulus prædicare recondita fidei mystria: contendebant enim de his qui tantum ministri erant, cum solus Deus possit gratiæ ac virtutum dare incrementa, solusq; Christus sit fidei fundamentum: super quod quis bene aut male superædificauerit, patebit in die examinis. Non est violandum Dei templum quod sumus nos, nec in Dei ministris gloriandum.

i.

A

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

autem plantat, & qui rigat, unum sunt. *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* † Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. † Secundum gratiam Dei, qua dat: est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superedificat. *Vnusquisque autem videat quomodo superedificet.* † Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Iesus. † Si quis autem superedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam, † *vniuerscuiusq; opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuerscuiusq; opus quale sit, ignis probabit.* † Sic cuius opus manserit quod superedificauit, mercedem accipiet. † Sic cuius opus arserit, detrimentum patietur ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem. † Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? † Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. † Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. † Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo stultus fiat, ut sit sapiens. † Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: *Comprehendam sapientes in astutia eorum.* † Et iterum: *Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanas sunt.* † Nemo itaque glorietur in hominibus. † Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt: † *vos autem Christi: Christus autem Dei.*

**N**on posui vobis loqui quasi spiritualibus, tarditate sensus vestri, non mei pæditus. Non damenim poteratis subaudi mysterium diuinitatis Christi capere. Ne illi dicarent, modo possumus, subdidit, *nec nunc posessis,* In futurum tamen, Domino donante, poteritis. Ideoque quia non poteritis capere alta. *Lac vobis, potum dedi, non escam,* id est simpliciter doctrinam de humanitate Christi, non solidum cibum de diuinitate Christi, & mysterio Trinitatis. *Cum sit inter vos zelus,* id est inuidia, & contentio de variis baptismatibus, dum dicit unus. *Ego sum Pauli baptimate baptizatus, & eius filius sum;* *Alius ego Apollo, non ne carnales estis?* id est non ne carnaliter sapitis fidelium Apostolorum nomina pro falsorum ponit ob causam supra memoratam. *Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus?* subaudi nihil comparatione Christi & ipse expavit, quid sint. *Ministri inquit, cui credidistis,* ideoque non possumus dimittere peccata in baptimate, quod Christus pro me sibi retinuit. Ille igitur ministrat, qui rectè prædicat, & unicuique, sicut venit, ministrare, sicut Dominus ministerium dedit, ego planuai prædicando fidem in vobis, *Apollo rigauit,* id est baptizauit, & vnxit corpora. Deus autem incrementum, id est augmentum dedit mihi prædicanti, & Apollo vnxit corpora, sed Deus peccata dimisit, Deus omnia ex se, & à se habet, nos autem ex illo, & ab illo. *Neque qui plantat, id est prædicat, neque qui baptizat est aliquid compa-*

Gal. 6. b. 8.

9.

10.

11.

C

12.

13.

14.

15.

16.

17.

z. inf. 6.d. 19.

2. Cor. 6.c. 16

18.

19.

1. Job. 5.c. 13.

20.

P. 93. b. II.

21.

22.

23.

L.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

comparatione Dei, quia non potest neque fidem infundere, neque peccata dimittere, si Deus auxilium non dederit. *Qui plantat, & qui rigat, vnum sunt, id est, vnius Dei ministri, & servi sunt, & vnius naturae, quia homo iste, & homo ille in personis quidem duo sunt, sed in natura, & officio vnum.* *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem,* id est, qui prædicat maiorem, & qui baptizat minorem. Similiter intelligitur de omnibus hominibus, quia unusquisque secundum quantitatem laboris accipiet & quantitatem munieris. *Dei enim sumus adiutores, in græco melius habetur, Dei operariis participes sumus, Deus operatur fidem in prædicatione, & soluit peccata in baptimate huius operis participes, & adiutores, qui prædicant, & baptizandorum corpora mergunt. Dei agricultura estis, Ager est hic mundus, id est, eius habitatores, quorum corda excolit per prædictores suos.* Nam sicut ager vomere, & ligone excolitur à cultore, ita & vomere prædicationis excoluntur corda auditorum, ut sementem fidei, & prædicationis recipiant, & fructum bonorum operum reddant. *Dei edificatio estis,* quia vos ipse ædificat in sua fide per nostram prædicationem, vel ædificat, ut ipsum in corde retineatis secundum gratiam, id est, secundum sapientiam, quæ data est mihi præ omnibus Apostolis, *ut sapiens Architectus fundamentum posui, Architectus dicitur Princeps in structura domus.* Sapiens Architectus est, qui eius, à quo edoctus est, voluntatem, & auctoritatem imitatur, sicut fecit Paulus Christi doctrinam imitando, non aliam prædicans, quam, quæ ab ipso percipiebat, & in mente videbat. *Vel sapiens Architectus est, qui super aliud fundamentum non ponit suum, ne sit infirmum, sed super viuam terram.* Similiter Paulus, *ut sapiens Architectus, fundamentum posuit, quia Corinthiis ipse primus prædicauit.* Nullus enim ante ipsum fundamentum fidei in illis locauerat. *Alius autem aut bonus ædificator aut malus, vel operator videat, & consideret, quomodo super edifices,* ut secundum firmatatem fidei, siue fundamenti procedant parietes, id est bona opera. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Fundamentum appellat mihi in hoc loco fidem Christi Iesu, quæ bene fundamento comparatur, quia sicut in domo fundatum primum ponitur, ac deinde parietes eriguntur, ita primum fides collocanda est in cordibus auditorum, ac deinde bona opera debent surgendo apparere, & sicut domus sine fundamento si fuerit vel si fundatum infirmum, & non solidum habuerit non potest consistere, ut non corruat impulsa à ventis & imbris, ita opera non possunt esse bona, ne que à Deo accepta sine fine perfecta, quia sine fide impossibile est placere Deo, & sicut Domus firmum fundatum habens immota permanet, ita quicunque veram, sinceram amque fidem habuerit inter aduersa, & prospera huius seculi firmiter permanebit, quia iustus ex fide vivit. Sed sicut fundatum sine structura paratum nihil utilitatis habet, ita quicunque fidem sine operibus habere videtur non ideo perfectus habebitur, quia fides sine operibus mortua est, Quia propter exornanda est bonis operibus, ut quod credimus corde, confiteamur ore bona opera secundo studeamus decorare. Fundamentum ergo aliud nemo Philosophorum, nemo pseudo apostolorum, nemo hereticorum potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Quia aliud Deum nemo potest prædicare, quam illum, quem nos prædicamus, neque aliam fidem, quam annunciamus, & quæ cordibus vestris est, id est, fides Christi Iesu. Benè autem dicit Christum Iesum fundatum esse, quia quicunque fidem eius habent in illorum utique cordibus habitat ipse, ideoque nemo potest aliud fundatum ponere in cordibus fidelium, quam fundatum fidei Christi. Quod si aliam fidem coepit prædicare, à fidilib. non recipietur, & si aliquis illius doctrinam, & errorē suscepit, iam non erit fundatum, sed potius destructio Domus, si quis autem super edificat super fundamentum hoc, id est, supra fidem Christi aurum, id est, Doctrinam sanctam, & rectum sensum, argentum, id est, eloquia diuina, de quibus dicit Psalmista. *Eloquia Domini eloquia cœpta argenteum igne examinatum, & lapides preciosos in diuerso genere virtutum, quæ sicut lapides boni insolubiles sunt ab igne, ita & illæ*

Heb. ii. vers. 6.

Rom. i. vers. 17.

Jacob. ii. vers. 26.

D

Psal. ii. vers. 7.

**N**on externaliter permanent, nec consumuntur ab igne, diei iudicii, si quis autem adificat ligna, fenum, stipulam, id est, prauam Doctrinam, & mala opera *uniuscunque opus manifestum erit in die iudicij*. Sicut ergo per aurum, sensum perfectum, per argentum, eloquia incorupta, per lapides preciosos, qui ab igne non liquefunt, virtutes intelleximus, ita per ligna, fenum, ac stipulam prava Doctrina, & mala operatio accipi potest. Aliter per aurum, & argentum, & lapides preciosos, possumus intelligere bona opera, virtutesque praeclaras, per fenum vero, ligna, stipulam, levia peccata, sicut & otiosus sermo, risus in honestus, & cætera talia, per plumbum vero & ferrum, atque stannum, quæ sancti Doctores addunt, grauia, & immanissima peccata, quæ à regno cœlorum separant. Igitur sicut aurum, & argentum, & lapides preciosi igne probantur, & tamen non consumuntur, ita in die Iudicij, qui habuerit bona opera, & bonam prædicacionem, licet per ignem transeat, tamen nullam poenam, neque læsuram sustinebit. Qui vero habuerit levia peccata transundo per ignem expiabitur, quia consumetur ibi sicut fenum, vel stipula, siue ligna comburuntur ab igni, sed mundati, & probati ascendunt ad Dominum. At, qui habuerint grauia peccata, quæ à regno cœlorum separant, & quæ Apostolus commemorat alibi inquiens adulterium, fornicationem, homicidium, & cætera talia, sicut ferrum, & plumbum, siue stannum liquefunt quidem, sed non deficiunt per ignem, ita illi pondere peccatorum grauati remanebunt in igne, & sustinebunt non defiendo. *Dies enim Domini declarabit*, id est dies iudicij, & vindictæ Domini manifestabit omnia opera hominum, *Quia in igne remelabisur*, id est cum igne demonstrabitur ipse Dies. Tradunt Doctores, quod quantum spatium aëris occupauit aqua in diluvio, quæ omnes montes transcendit, & ut Philosophi definiunt usque ad circulum lunæ peruenit, tantum spatium occupabit ignis in die iudicij, in quo probabuntur electi, sicut aurum, & quorumdam levia peccata consumentur impiis ibi remanentibus. Dicit etiam beatus Ephrem, quia tantus terror inuaderet omnes in die illa & bonos, & malos, dum viderint infernum ardenter, & Dominum Iesum Christum cum maiestate, & gloria venientem ad iudicium, ut nisi iam immortales essent electi, iterum morerentur, quo timore etiam levia peccata sanctorum purgabuntur, sicut dicitur. Videntes *Angeli purgabantur*, Angeli hic appellantur electi, & *uniuscunque opus quale sit*, utrum bonum, an malum, ignis ille probabit, sciuus opus manserit, quod super fidei fundamentum adificans mercedem æternæ retributionis accipiet. De illis modo loquitur, qui adificant super fidei fundamentum, id est bona opera, quæ designantur per aurum, & lapides, siue argentum, quæ manebunt, quæ non consumantur ab igne, sed potius probantur, sicut probatur aurum. *Sic cuius opus arserit in igne*, id est, illius, qui levia peccata habuerit, quæ velut stipula, consumentur, *detrimentum patietur*, id est poenas sustinebit, dum cœperint illa probari, & consumi, licet ipse non pereat, sicut sequentia manifestant. *Ipsæ tamen saluaserit*, sic tamen quasi per ignem, subaudi transiens, & ab igne purgatus, & expiatus, Nam & in hac vita electi aduersitatibus, & infirmitatibus probantur in modum auri, & argenti, veluti ab igne, sicut tres pueri, & sancti Martyres, necnon etiam, & Beatus Iob. Qui vero levia peccata attrahunt, purgantur ab illis, qui tribulationibus incenduntur in hoc sæculo vel post mortem in igne purgatorio, vel alia afflictione, orationibus que bonorum hominum expiantur. Tamen quod sine illiciente amore non habuit utique sine urgente dolore non perdet. Qui ergo plumbum coaceruant sibi, plerunque in hoc sæculo incipiunt cruciari, & ex parte pati, quæ in futurum plenius passuri sunt. *Nescitis, quia templum Dei estis*, id est, habitatio spiritus sancti, & quod spiritus Dei habitat in vobis? Tempore baptismatis incipit habitare in nobis spiritus sanctus, & templum illius sunt omnes Angeli, & omnes Iusti. *Si quis autem templum Dei violauerit*, id est, si quis se ipsum corrupit peccando, vel alios prava Doctrinam, sicut pseudoapostoli, vel quemlibet prauo suo exemplo,

M

*Disper-*

xiiii.

E.

F.

Iob. 42. vers. 16

xiv.

xv.

G

xvi.

xvii.

*Disperdet illum Deus de numero fidelium suorum, & cœtu electorum, sicut latro, vel homicida, siue quilibet reus ab omni intentia iudicis diuiditur, & manibus tortorum in carcerem mittitur. Templum Dei, id est, templum spiritus sancti, Patris & filii sanctum est, quod etsi vos ideoque non debetis illud violare. Fideles alloquitur, in quibus Deus per fidem, & dilectionem habitat. Nemo se vos seducat, id est ne nō falsorum hominum blandiendo decipiatur vos. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, id est stultam deputans temporalem sapientiam deponat illam, ut sit sapiens apud Deum in futurum. Hoc dupliciter potest intelligi, & distingui hoc modo si quis vult veram sapientiam habere, hic distingue in hoc sæculo stultus fiat, id est hoc credat de Christo, quod sapientibus huius sæculi stultum videtur. Aliter si quis creditur sapiens esse in hoc sæculo, & subinferendum stultus fiat ut sit sapiens apud Deum. Qui potuit agere, quod humana sapientia denegabat. Sapientia huius mundi est, qua negatur Deus absque coniuge filium genuisse, sicut scriptum est in Iob in verbis Elipharam. Comprehendam sapientes, id est mendaces ostendam sapientes Philosophos videlicet in astutia eorum, cum filium meum ex virgine nasci fecero. Nemo vestrum o Corinthii glorietur in hominibus, ut illius nomine se velit appellari, à quo baptizatus est, sicut Donatistæ à donato, Apollinaristæ & Manichæi, Omnia enim vestra sunt, si vos Dei etsi, omnia Dei vestra sunt. Quæ omnia? siue Paulus subaudi minister vester est siue Cephas minister est non Dominus. Forsitan veniens Romam Petrus, per Corinthios transitum fecit. Sine mundus subaudi vester est, quia propter vos factus est, ut vt amini bene his, quæ in mundo habentur, & ut credatis illum per verbum Dei esse factum. Sine vita subaudi prælens, in qua oportet bonum operari, vestra est, si ita viuatis, ut Deo placeatis, vel vestra est in hoc, quia in vestra potestate est vtrum pro Dei nomine illam velitis ponere. Sine mors subaudi vestra est, ut si vultis pro Deo moriamini temporaliter, ut viuatis æternaliter, siue presentia subaudi bona, & commoda vestra sunt, ut pauperibus ea distribuatis, à quibus recipi mereamini, & de cætero viuatis, at vestiamini, siue futura gaudia vestra sunt, ut bene conuersantes in hoc sæculo ad ea possienda quandoque perueniatis. Omnia enim, quæ dixi, & quæ facta sunt, vestra sunt, id est ad vestram dignitatem, & utilitatem creata sunt. Vos autem Christi subaudi serui esse debetis duobus, vel quia per illum, qui est verbum Dei patris, vel cum perditæ essetis per illum redempti estis, Christus autem subaudi Dei filius est, & ab illo habet esse tam secundum humanitatem, quia ante omnia sæcula ab illo est genitus, & ab illo habet originem, & in fine temporum secundum humanitatem ab illo factus est.*

નૃત્યાં (૦) નૃત્યાં  
જી જી

CAPVT

## C A P V T IV.

Non temere iudicandum est de Dei ministris: reprehenduntur Corinthii qui de ministris acceptis donis gloriabantur, ac si illa à se haberent, & se extollentes contemnebant etiam Apostolos, quamquam Paulus illos in Christo generat: dicit se breui venturum Corinthum, quò Pseudoapostolos redarguat.

**S**i nos existimet homo, ut ministros Christi, εἰ dispensatores mysteriorum Dei. + Hic iam queritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. + Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. + Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est. + Itaque nolite ante tempus iudicare, quo adūsq[ue] veniat Dominus: qui εἰ illuminabit abscondita tenebrarum, εἰ manifestabit consilia cordium εἰ tunc laus erit unicuique à Deo. + Hac autem, fratres, transfiguraui in me εἰ Apollo, propter vos: ut in nobis discatis, ne su praquam scriptum est, ut unus aduersus alterum infletur pro alio. + Quid enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? + Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatus: εἰ utinam regnetis, ut εἰ nos vobiscum regnemus. + Putò enim, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, εἰ Angelis, εἰ hominibus: + Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. + Usque in hanc horam εἰ esurimus, εἰ sitimus, εἰ nudis sumus, εἰ colaphis cadimur, εἰ instabiles sumus, + εἰ laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, εἰ benedicimus: persecutionem patimur, εἰ sustinemus: + blasphemamur, εἰ obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. + Non ut confundam vos, hac scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. + Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. + Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut εἰ ego Christi. + Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, εἰ fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas, quae sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo. + Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. + Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit: εἰ cognoscam non sermonem eorum,

20. *rum, qui inflati sunt, sed virtutem. + Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. + Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?*

1. A. *Si nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, Corinthi postquam per prædicationem Apostoli venerunt ad fidem, quidam illorum seducti à pseudoapostolis minus sentiebant de illo quam dignum erat, quasi non tantæ dignitatis, & gratia esset eo quod à Domino per præsentiam carnis non esset vocatus, qualiter Petrus, aliisque Apostoli, qui Dominum sunt secuti, & eius prædicationem audierunt. Dicebant etiagi illum seductorem, & falsæ Doctrinæ prædicatorem, honorantes amplius pseudoapostolos seductores suos, qui ei blande loquebantur, quam illum, qui veritatem prædicans eorum virtutem redarguebat, quod ut Apostolo manifestatum est, inter cætera scripsit etiam ista, quæ hic dicuntur, ostendens hoc debere intelligi de se, & sentire, quid Deus pater illum ad Apostolatus elegerit dignitatem, inquiens, sic nos me, & Barnabam, & Sosthenem existimet homo Corinthius, vel alius quilibet, ut ministros Christi, ac si diceret aliis verbis. Nolite nosò Corinthii despicere, ac spernere, eo quod nos à Domino non sumus vocati cum Petro, aliisque Apostolis, quia non alia prædicamus ego, & Barnabas, quam quæ illi prædicabant, & qui illos in terra positus adhuc mortalis vocauit, & docuit, ipse me utique in cœlis regnans, vocauit, atque ad gratiam Apostolatus accersiuit & eadem mihi reuelavit de cœ'ō, quæ illos docuit in terra. Nec rogo ut me, & Barnabam similes Christo existimetis, sed ut ministros Christi, qui vobis euangelium eius ministravimus. Minister Christi est, qui præceptum illius seruando imitatur illum, sicut ipse dixit.*

*Item. 12. vers. 16. Quimibi ministrat, me sequatur. Ille etiam Christi minister est, qui eius euangelium prædicando aliis ministrat, sicut Paulus, qui & seruabat, vel prædicabat, & ministrabat. Christo etiam ministrat, qui bona temporalia pro amore eius pauperibus erogat, quod idem Apostolus attendebat non solum de aliis pauperes sustentando, sed de hoc, quod labore manuum acquirebat. Quod autem sequitur. Et dispensatores mysteriorum Dei, & quidam codices habent ministeriorum Dei, melius est dicere ministeriorum. Erit sensus, quasi tantummodo ad disponendos, & ordinandos gradus Ecclesiasticos sint vocati, Episcopos videlicet, presbyteros, diaconos, cæterosque ordines, qui & ministeria Ecclesiastica appellantur. Cum vero dicimus dispensatores mysteriorum, intelligimus illos electos ad dispensanda suis auditoribus mysteria, & sacramenta veteris, nouique testamenti, quamuis & ordines Ecclesiæ, sicut alii Apostoli, ita & ipsi ordinauerint. Dispensatores ergo fuerunt, quia sicut qui paterfamilias elegit dispensatorem in domo sua, qui conseruus suis secundum suam voluntatem singulis illorum bona sua distribuat, quibusdam amplius, quibusdam minus, & quibusdam hora tercia, quibusdam nona. Sic Christus elegit Paulum, & reliquos, qui mysteria euangeli sui secundum qualitatem auditorum distribuerent, perfectis videlicet, & qui capacioris sensus, intellectusque erant alta, & profunda mysteria de diuinitate omnipotentis Dei committerent: simplicioribus vero, quæ capere possent. Quod utrumque idem prædictor egregius agebat, sicut ipse dicit.*

1. Cor. 2. vers. 5. *Sapientiam inquiens loquimur inter perfectos, & quid dicit iisdem Corinthiis in hac epistola. Tamquam parvulus in Christo lac vobis, potum dedi, non escam. Istorum mysteriorum diuinorum dispensator erat ipse, ideoque se hoc volebat haberi à suis auditoribus, quod erat, id est minister Christi, & dispensator sacramentorum eius, in quo non verba tantum, sed virtus fulgebat. Hic item queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.*

1. Cor. 3. vers. 2. *Licet quidam hunc versiculum interrogati uè velint legere, tamen secundum Beatum Augustinum potius est affirmatiuè legendum, sicut sequens manifestauit sensus. Hic, id est in præsenti sæculo queritur, & consideratur à Deo ut fidelis dispensator quis inueniatur à Deo.*

Deo inter dispensatores alios, sicut ego sum, & Barnabas. Pseudo igitur Apostoli, qui vos decipiunt non sunt fideles dispensatores, quoniam à fide Christi, & doctrina discordant, Nam in hoc non erant fideles dispensatores, quia adulterabant verbum Dei, & defraudabant, Paulus autem fidelis dispensator erat, quia sicut ex Deo coram Deo in Christo loquebatur. Ille etenim fidelis dispensator euangelii est, qui non alia prædicat, quam quæ in euangelio habentur sine errore videlicet, & mendacio, & qui non querit suam gloriam, ut ipse laudetur ab Auditoribus suis, sed Dei, ut Deus honorificetur per illos, & qui non pro lucris temporalibus, & ut ventrem suum impleat, prædicationi insistit, sed ut à Deo præmium sui laboris accipiat. Igitur si euangelium per malos non dispensaretur, nequam Dominus diceret, quæ dicunt bona facite, & quæ faciunt mala, facere nolite. Rursus si per bonos non dispensaretur, nequam Apostolus alibi diceret. *Imitatores mei estote, sicut & ago Christi.* Multi ergo dispensatores sunt, per quorum ministerium peruenitur ad æternam salutem. Sed queritur à Deo inter dispensatores in præsenti, ut fidelis quis inueniatur. Videlicet, ut quod prædicat o re, operibus exornet. *Mibi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die.* Pseudoapostoli, atque Philosophi, & quidam Corinthiorum seducti ab illis diiudicabant siue diridebant Paulum Apostolum eo quod non discrepat à prædicatione Petri, aliorumque Apostolorum simpliciter, & rustice prædicans. Dicentes si Petrus, & Andreas, Iacob, & Ioannes, qui Piscatores fuerunt rusticè prædicabant, & non scholasticè, non est adeo mirum. Quare attem Paulus imitator illorum sit rusticè, & non philosophice siue dialecticè disputationis, qui legis Doctor extitit, hoc mirum est. Non est ergo aliud, nisi quia & magus, & seductor est, ut quia non potuit persequeando Christianos perdere, saltem seducendo sua prædicatione falsa decipiat, tingens se socium esse Petri, aliorumque Apostolorum, Aliter enim prædicat exterius, atque aliter agit interiorius in occulto, sed Apostolus non curans de eorum detractionibus, atque irrationibus sciens profecto, quia nihil nocent homini aliena verba, quem propria non maculat conscientia, subaudi intulit, inquiens. Mihi inquit pro minimo est, id est, pro nihilo duco, & non est mihi curæ si iudicer, id est, detrahatur, & irridetur à vobis, vel damner, qui legibus diuinis debueratis vti, aut ab humano die, id est, ab illis, qui legibus humanis vtruntur, & humanis laudibus, & fauoribus delectantur loquentes, & prædicantes philosophicè, ut ab hominibus laudentur, quia neque contraleges diuinæ, neque contra humanas aliquid perpetro. Humanæ leges, vel Dei comparat, quia illi habentur, & videntur clari, & iucundi, qui in illis edocti sunt, & qui ab hominibus extolluntur. Sed neque me ipsum iudico, id est, neque me ipsum reprehendo in aliquo contra leges diuinæ, aut humanæ egisse, quia nulli vitio subiaceo. Quare? Nibil enim subaudi mali conscius sum, id est, nullius criminis malum in me recognosco postquam per gratiam Christi expiatus sum ab omnibus peccatis originalibus, & actualibus, & est sensus: Si ego me irreprehensibilem esse inuenio, qui melius me ipsum noui, quam vos, Quomodo potestis iudicare conscientiam meam? quomodo valetis examinare, quo animo, & intentione facio, maxime cum nemo sciat hominum, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Felix conscientia, quæ ita securè dese audeat loqui, & ne videretur Apostolus præsumptiuè, ac superbè talia de se fateri subiunxit: *Sed non in hoc iustificatus sum.* Subaudi apud me, vel apud Deum, ac si diceret aliis verbis. Licet ego in me nihil mali, nihilque reprehensionibus dignum inueniam, & quidam mihi detrahant, si iustè quidam extollant suis fauoribus, tamen non ideo iustificatus sum apud me, neque iustificatum me credo esse per hoc apud Deum, quia nescio vtrum placeant ei, quæ ago, aut qualiter ea accipiat, qui melius cognoscit, quid sit in me quam ego. Quoniam & si in maximis operibus peccatorum non deliqui, saltem in cogitationibus peccavi. Melius quidem ego me ipsum cognosco, quam vos, qui me diiudicatis, & detrahitis, & melius, quam Deus ego. Unde sequitur. *Qui autem iudicas me Dominus est.*

D

i.Cet.ii.vers.6.

III.

E.

F.

i

IV.

G

Non ideo bona est conscientia mea, quia laudat me aliquis, neque ideo mala vos illam diiudicatis. Quid enim damnatis, quod non videtis? Ille debet alii una reprehendere, qui aliquid reprehensibile in eo videt, quod eius oculos offendit. Vos autem nolite me iudicare, & detrahere, quasi seductorem, & rusticanum. Aliudque ostentantem exterius, & aliud operantem interius, quia Dominus iudicat me, id est discernit, & probat causam meam, & considerat actus meos, qui nouit non solum de operibus, sed etiam de cogitationibus iudicare. Quantum etenim possunt homines de alio iudicare plus homo utique de se ipso, sed Deus plus de homine, quam homo de se. Tanta profunditas est in homine, ut lateat plerumque hominem, in quo est. Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid intus in se ageretur, nesciebat, & se cum Domino moriturum temere promittebat. Nam hoc illi Christus pronunciabat. Itaque subaudi quia nescitis, quid sit in homine, & Dominus est, qui discernit, & iudicat me. Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus ad iudicium.

**H.** De apertis rebus quae cognosci possunt quo animo fiant permittitur nobis iudicare. Verbi gratia: Sicut est homicidium, adulterium publicum, fornicatio & cetera talia. Cuius auctor criminis non aliter permittitur nobis damnare secundum auctoritatem canonum, & sanctorum patrum, nisi aut confessus aut conuictus etiam sit testibus. De his vero, quae dubium, & incertum est, quo animo fiant, sicut est de abstinentia, & ieiunio, quando plerique hominum dicunt se non posse abstinere à vino, & à carnibus, & quod non possunt ieiunare, non est iudicare, quia possunt & bono animo, & malo fieri. Sicut & de cogitationibus, & de his quae in occulto fiunt, quae licet dicantur, non tamen per approbationem patent, sed debemus Domino iudicium referuare. Quia, si quis de his vult iudicare, quae incerta habentur omnipotenti Deo quantum in se est conatur auferre, plerumque tamen in his nostra credulitas fallitur. Pertinet autem ad nos, ne perniciofa opinione fallamur, ut quia non possumus hominum indagare conscientiam de rebus incognitis, iudicium non proferamus. Hoc est ut si ille, vel ille homo utrum sit impudicus nescimus odio habeamus impudicitiam, & pudicitiam diligamus. Tamen præsumptive sententiam non proferamus neque a horum criminum narratores simus. Et si illum vel illum iniustum esse, iustum neque nescimus, amemus iusticiam, iniusticiam detestando non tamen iudicio proferendo quoadusque veniat Dominus ad iudicium. Qui & illuminabit, id est manifestabit, & denudabit, reuelabit abscondita. Subaudi opera tenebrarum, quae ad tenebras perpetuas ducunt hominem. Vel abscondita opera tenebrarum dicit, quae in occulto fiunt à bonis & malis, & non solum opera reuelabit, sed etiam consilia cordium manifestabit bonorum & malorum. Cui ergo reuelabit siue manifestabit opera & cogitationes siue consilia cordium? Secundum quod beatus Augustinus dicit, singulis electis manifestabit opera, & cogitationes hominum electorum nec erit quod suis quisque aperiat amicis, & abscondat alienis. Similiter credendum est omnia opera, & consilia reproborum patere ad contumeliam, & verecundiam illorum. Nam modo quamdiu non vides cor meum, & non video certum, nox est. Non enim scimus mortalis corda mortalium. Lux autem per quam manifestabuntur ista omnia ipse Deus est qui est vera lux. Videamus quid subiungat Apostolus, & tunc inquiens cum Dominus manifestauerit omnia opera abscondita, & cordium consilia iuxta quod dicit per Prophetam. Ecce ego venio ad hoc ut opera & cogitationes congregem singulorum. Laus erit unicuique à Deo. Non omnium hominum laus erit, sed unicuique bona opera, & consilia seu cogitationes habenti, quoniam tunc laudabitur iustus audiens à Domino Euge bone serue, & fidelis intra in gaudium Domini tui, & Venite benedicti Patri mei percipite Regnum vobis paratum. Vituperabitur quoque iniustus accipiens sententiam. Mittite eum in tenebras, & ite maledicti in ignem eternum. A qua maladictione qui fuerint alieni exclusi felices regnabunt eum Deo. Hac autem fratres, id est nomina falsorum Apostolorum

I. Mai. 66. vers. 12.

Matth. 25. vers. 21.

Matth. 25. v. 34

ibid.

VI.

trans-

*transfigurauit, id est, transstuli in me & Apollo propter vos*, videlicet ne vos ad iniuidiam & detractionem prouocarem *ut in nobis discatis*, Subaudi, humilitatem ne supra quā scriptum est *vnius aduersus alterum infletur pro altero*. Concatenatio est huiusmodi ut in nobis discatis humilitatem, ne infletur, id est, ne superbiat vnuſ aduersus alterū pro alio. Supra quā scriptum est, id est, sicut jam supra scriptum est. Quod nō debetis agere videlicet, ne vnuſ Donatista infletur pro alio, id est, p̄ Donato à quo baptizatus est, aduersus alterū Nouatianū, dicens se à sanctiore homine & meliori baptismate esse baptizatum, & iterū Nouatianus contra Donatū pro alio Nouato videlicet à quo est baptizatus dicēs sanctius eisē baptismū Nouati quo baptismate est baptizatus ipse, meliore, inquit, baptismate sum baptizatus quā tu, quia melior est Nouatus Donato. *Quis n. te discernit?* Subaudi, fidelē esse ab infideli doctū ab indocto, id est, quis te facit meliorem illo cui donauit, qui tibi donauit, vel quis te fecit meliorem ō Donatista quam sit Nouatianus, donando sibi virtutes, quas ille non habet, dedit tibi hoc donum Donatus an Deus? vtq; Deus donis suis, & gratia sua hoc facit, dans vni, quod nō habet aliis. *Quid autem habes donorū diuinorū, quod non acceperisti?* Subaudi à Deo. *Iam saturati es sis,* subaudi, diuinis mysteriis. *Iam diuites facti es sis in omni verbo, & doctrina, & abundantia bonorum operum.* Sine nobis regnatus securi de præmio, ironicos est hoc legendum, & per contrarium quia non erant illi qui seducti fuerant à Pseudoapostolis saturati diuinis mysteriis neque diuites, neque regnabant sine illis. Hoc autem quod sequitur optative, atq; affirmatiue est legendum, & aliter proferendum. *Et utinam regnaretis modo ut & nos vobis regnaremus.* Illi in præsenti sæculo regnant cū Deo, qui talia opera agunt pro quibus iam securi de præmio æternæ vitæ, & quod cum Deo regnaturi sunt, sicut Apostoli, & sancti martyres. *Puto enim quod Deus nos Apostolos me, & Barnabam Softhenem, & reliquos qui nobis prædicauimus.* Non siimes ostendit tanquam morti destinatos, id est, quando misit nos ad prædicandum vobis Euangeliū morti nos destinavit, quoniam vestra incredulitas & ferocitas nos interficiet. Ideo dixit nouissimos, quia post duodecim Apostolerum vocationē, &, post Domini Ascensionem vocati sunt, & electi. *Spectaculum,* id est, ridiculum, siue irrisio vel pro miraculo facti sumus mundo, *Angelus,* videlicet, id est, malignis spiritib. & malis hominibus, qui gaudent de malis atq; tormentis quæ patimur pro vobis. Spectaculum dicitur à spectando, id est, videndo, & cōtemplando quod & beatū dici potest. Erat enim locus in ciuitatibus vbi exercebātur ioca regalia, & vbi decollabantur rei, & plerunque innocentes, ut erant sancti martyres. Ad quem confluēbat omnis populus, ad videndum ea quæ ibi agebantur. *Nos stulti propter Christum sicut vos putatis.* Quia non contradicimus mala inferentibus, & malum pro malo non reddimus. *Vos autem prudentes in Christo,* sicut vobis videtur, quia sic vultis esse Christiani, ut prudentiam mundi non omitatis, & magna vultis sentire de Christo, infirma denegantes, *Nos infirmi* quia nostras iniurias non vindicamus. *Vos fortes,* qui viribus propriis resistendum putatis. *Vos nobiles* de nobilitate generis gloriantes. *Nos ignobiles* ut vos putatis. Hæc omnia per contrarium intelligi debent & ironicos proferendum, quoniam quod videtur denegare hoc affirmat, & quod affirmare, hoc denegare. Quasi diceret nos prudentes vos stulti, nos fortes in fide, qui aduersa huiusmodi sustinemus pro Christo. Vos infirmi quia talia, & similia non audetis sustinere. Nos nobiles de genere Patriarcharum descendentes, vos ignobiles, id est, sine nominis dignitate de genere gentiliū idola colétiū. *Vsque in hanc horam,* id est, vsq; ad præsens tempus *esurimus* longam famem, nuditatem, & penuriam Paulus pertulit qui iuuenis vocatus v̄que ad senectutem in his perdurauit. Colaphis etiam cædebantur, id est, pugnis quibus omnia genera tormentorum designat. Instabiles erant qui appellabantur de loco in locum, & fugabantur de ciuitate in ciuitatem. *Laboramus manibus nostris.* Laborat Paulus scænofactoriam artem à prima hora vsque ad quintam, & à quinta prædicationi insistebat vsque decimam, quoniam nolebat à Corinthiis aliquid accipere, neque ab aliis auditoribus, ut libere posset eorum vitia redarguere

K

VII.

VIII.

L

IX.

X.

M

xi.

xii.

- N  
xiii. & corripere. *Maledicimus*, id est, blasphemamur ab infidelibus, quasi Magi malfici, atque sacrilegi, & *benedicimus* prædicando illis Christum. *Blasphemamur* quasi seductores, & *obsecramus*, Subaudi, ut libere audiant doctrinam Domini quam illi detestantur, velut blasphemiam, perimusque ut dent nobis locum credendæ rationis quam manifeste probamus non esse, quales blasphemamur: *facti sumus peripsema*, id est, despectissimi & vilissimi hominum. *Peripsema* est proprieta tura & rasura æris aut alicuius metalli, vel purgamentum pomi sive quisquilia domus. *Non ut confundam hac scribo*, id est, non verecundari vos faciam, sed *ut filios meos charissimos moneo*, quod agere in exemplum Patris debeat, vel indico vobis qualia perferam, & ut vos similia non dubiteatis sustinere pro Christo. *Nam si decem millia, pedagogorum habeatis in Christo*, id est, in doctrina fidei Christi, sed non multos patres potestis habere. Pædagogi dicuntur eo quod pedibus agant, id est, ducent, siue ducant pueros, idem sunt, & pedissequi. Pater prius generat postmodum verò pædagogo committitur ad nutriendum ut cum multis possit habere pædagogos non tamen nisi unum Patrem. Sic Paulus per fidem prædicatio nis genuerat Christo Corinthios, sed post discessum eius acceperunt multos pædagogos, non solum bonos, sed etiam malos pseudo videlicet Apostolos. Quapropter ipse dicit. Licet multos Magistros Doctores habeant tamen non possint habere multos Patres videlicet, nisi illum qui primum eis fidem prædicauit. *Misi ad vos Timor haum*, qui est *fidelis in Domino*, latenter eos percutit, & in laude istius vituperat illos, quasi dicat vos non estis fideles qui vos commonefaciat vias meas. Id est, qui vos commoneat, & annunciet quid agatur circa me & quod prædico, opere compleo, & quomodo viuo, & qualiter in omni Ecclesia prædico, quoniam in omnibus æqualiter prædico, *Tanquam non venturia sim ad vos sic inflati sunt quidam*. Quidam Corinthiorum despiciebant Paulum & dicebant superbiendo, cognoscit se Paulus rusticum esse nostri comparatione, & ideo non venit ad nos, nec nobis curæ est, quoniam habemus nostros Philosophos peccatores nos deputat esse, ideoque designatur ad nos venire, nec nobis curæ est, quoniam habemus nostros Apostolos: faciat quod vult. Quapropter subiunxit Apostolus *Veniam ad vos si Dominus voluerit*, sed modo non dimittam Ephesum ut ad vos veniam quia maius lucrum hic adquiro Deo, quam apud vos. Cum autem venero cognoscam non sermonem eorum. Subaudi, tantum qui inflati sunt, sed virtutem, id est, cum venero non considerabo sermonem illorum pompticum quomodo superbiunt, sed virtutem, id est, meritum virtutæ, & rationem veritatis quomodo credant, vel quas virtutes miraculorum possint operari qui ita inflantur. *Non enim in sermone pompticō atq; polito regnum Dei*, id est, non consistit sermo prædicatio nis & Euangeli quod regnum coelorum appellatur, eo quod suos obseruatores ad regnum Dei perducat, sed in virtute boni operis consistat, quia in coelo non regnant verba, sed facta, vel in virtute miraculorum consistit, quando quod prædicatur miraculis confirmatur. *Quid vultis*? O Corinthij vultis ut in virga veniam ad vos, id est, in vindicta vitiorum vestrorum, & in severitate correptionis, sicut Moyses in Ægyptum, quod significabatur per virgam, quam ferebat. *In vultis* ut in charitate siue dilectione, & *Spiritu mansuetudinis*? Veniam, id est, in lenteitate mentis, & humilitate atque tranquillitate, Et est sensus, si vultis ut in virga veniam, manebitis incorrecti. Sin autem in animo pacifico, & lenitate mentis, corrigite vos & emenda te agentes poenitentiam.

CAPVT

## C A P V T V.

Corinthios reprehendit, quod in incestu publicè viuentem tolerarent, quem absens tradit Satanæ, monens ut expurgatio vitiorum fermento, puri Pascha celebrant, nec vult eos commisceri Christianis palam criminosis.



**M**nino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. <sup>†</sup> Et vos inflati estis: & non magis luctu habuistis, ut tollatur de medio vestru qui hoc opus fecit. <sup>Leu.18. b. 12. &</sup> <sup>20.b.11. 2.</sup> <sup>2.</sup> <sup>†</sup> Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicauit ut praesens, eum, qui sic operatus est, <sup>3.</sup> <sup>Colos.2.3.5.</sup> <sup>4.</sup> <sup>B</sup> in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, <sup>5.</sup> <sup>C</sup> tradere huiusmodi satana in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. <sup>6.</sup> <sup>D</sup> Non est bona gloriaratio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam, <sup>Gal.5.b.9.</sup> corruptum? <sup>7.</sup> <sup>E</sup> Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua consperatio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. <sup>8.</sup> <sup>F</sup> Itaque epulemur, non in ferme veteri, neq; in fermento malitia & nequicia: sed in azymis sinceritatis & veritatis. <sup>9.</sup> <sup>G</sup> Scripsi vobis in Epistola: Ne commisceamini fornicariis. <sup>10.</sup> <sup>H</sup> Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc modo exiisse. <sup>11.</sup> <sup>I</sup> Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. <sup>12.</sup> <sup>J</sup> Quid enim mihi de ipsis, qui foris sunt, iudicare? Nonne de ipsis, qui intus sunt, vos iudicatis? <sup>13.</sup> <sup>K</sup> Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

**A**videtur inter vos talis fornicatio qualis nec inter gentes, id est, inter paganos. Ita ut uxorem patris quis habeat, nouercam videlicet suam. Et vos inflati estis, id est, in superbiam eleuati superbitis, & non magis luctu habuistis pro hoc scelerere. Sicut Samuel lugebat super Saul. Et est sensus: Cum debuissetis lugere peccatum illius & à vestro consortio huiusmodi separare; magis in superbiam eleuati, quā intuitu illius scelesti, puratis vobis magni meriti esse & sanctiores illo apparere. Ego autem absens corpore, praesens vero spiritu, subaudi, sancto qui replet omnia. Ut B. Ambros. dicit: Tanta gratia erat concessa Paulo, ut vobis unq; esset, per Spiritū sanctū cognosceret, quid alibi gereretur ab his, quib; euangelizauerat. Iam iudicavi eum qui sic operatus est ut praesens illum qui uxorem patris accepit, iam indicans quasi praesensim corpore. In nomine Domini nostri Iesu Christi, id est, vice illius, cuius legatione fungor. Congregatis vobis & meo spiritu, id est, Spiritu sancto, cū virtute Domini Iesu, id est, cum sententia Dñi Iesu, quæ in me est. Ecce tres personæ, Spiritus sanctus videlicet, Dñs Iesus, atq; illorū in quo numero omne iudicium & sententia roboretur, iuxta quod Dominus dicit: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. <sup>Deut.19.v.15.</sup> Ab his tribus personis iam iudicatum habebat Apostolus. Tradere huiusmodi hominem satana, id est, diabolo in interitum carnis, siue in afflictionem, ut vexaretur a diabolo in corpore, graui ægritudine: tamen neq; phreneticum ille reddebet, ut spiritus, id est, anima illius, salua sit in die iudicij. Dicit beatus Augustinus, quia

i.

A

Leu.18. b. 12. &amp;

20.b.11. 2.

2.

3.

Colos.2.3.5.

4.

B

5.

6.

Gal.5.b.9.

7.

C

8.

9.

10.

11.

D

12.

13.

I.

A

II.

III.

IV.

V.

B

1 Timot. i. v. 20.

vi.

ix.

C

x.

D  
xi.

xii.

xiii.

quia potestas hæc, & gratia data erat Apostolo, vt peccantes & penitentiam nolentes agere, posset tradere diabolo ad vexandum in corpore, sicut istum nec non Hermogenum, & Philetum, de quibus ipse dicit, *quos tradidi inquiens satan aet discant non blasphemare*, ei ciebat enim illum tam ab Ecclesia & ab omnium societate, & sic diabolus per imperium & permissionem illius nimium graui infirmitate vexabat illum, putans eam animam illius per talia posse auferre. Sed piissimus prædicator in animam non dabit potestatem, vt illum amentem redderet vel vt extingueret. Non est bona gloriatio vestra ò Corinthii, qui gloriamini in peccato illius, putantes vos comparatione eius meliores esse. *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit*. Fermentum hic duobus modis possumus intelligere. Prauam videlicet doctrinam, & peccatorem hominem, sicut modicum fermentum omnem massam farinæ conspersam corrumpit, & ad suum acorem trahit, ita mala doctrina, vel unus homo peccator totam congregationem, & Ecclesiam solet corrumpere suo malo exemplo, & omnes qui possunt eum corripare, & non corripiunt utique similes ei efficiuntur in poena. Siue enim praua doctrina seu malus & indisciplinatus peccator qui non vult se emendare ab Ecclesia debet expelli, *Scripsi vobis in Epistola ne commisceamini fornicarijs*, id est, ne similes illis efficiamini vel nolite interesse eorum societati. Miserat eis Apostolus paruam Epistolam, ne commiserentur fornicariis talibus, qualis erat ille, qui vxorem patris habebat. Sed Corinthii male intellexerunt hoc putantes quod de infidelibus gentilibus diceret, non de fidelibus, ideoque repente ita corrigit eos inquietus. *Non utique fornicarijs huius mundi*, id est, non dixi, vel scripsi de fornicariis huius mundi, Paganis videlicet, sed de illis, qui sunt inter vos. *Alioquin debueratis de hoc mundo exisse*, id est, si Paganis iterum misceremini ad Paganissimum transcedendo, melius vobis esset per mortem corporis ab hac vita transire, quam illis misceri. Vel aliter alioquin, id est, si in talibus peccatis permanere vultis, melius vobis mori & exire à corpore. Commiscetur fornicario quis aut fornicando, aut etiam illi in aliquo famulatu cibi, & potus, vel colloquii fauendo, vel non increpando. Idcirco aut melius est ab hac vita exire quam in peccatis manere, quia quanto amplius viuit in illis, tanto amplius maiorem poenam sibi accumulat. *Si quis frater nominatur*, id est, fidelis dicitur esse, & est fornicator cum eiusmodi, id est, *cum tali nec cibum sumere*. *Quid enim mihi de ipsis qui foris sunt, indicare?* id est, quid pertinet ad me iudicare de his, qui foris sunt, de Paganis videlicet qui extra Ecclesiam sunt. *Nonne de ipsis qui intus sunt in Ecclesia vos indicatis?* siue discernitis, id est, vos potestis satis discernere cum quibus debeat commisceri ex his qui in Ecclesia sunt. *Nam eos qui foris sunt*, id est, Paganos & infideles, Deus indicabit, quoniam qui non credit, iam iudicatus est, auferre malum à vobis, id est, illum qui malum opus fecit à vestra societate expellite ne eius miseria alij vitientur. Vel quicquid mali in vobis est auferre à vobis.

## CAPVT VI.

Corripit eos quod iudicio contenderent coram iudice ethnico: enumerans quædam peccata, quibus inioluti regnum Dei non possidebunt: quædam licere dicit quæ non expediant: & varias ob causas ostendit vitandam fornicationem.

i.

A

2.

3.

**A**udet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? † An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicatis? † Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?

mus? quālō magis ſacularia? † ſacularia igitur iudicia, ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. † Ad verecundiam vefram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quisquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum? † Sed frater cum fratre iudicio contendit: ἐγ̄ hoc apud infideles? † Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitus? quare nō magis fraudem patimi ni? † Sed vos iniuriā facitis, ἐγ̄ fraudatis: ἐγ̄ hoc fratribus. † An neſcitis quia iniqui regnū Dei non poſſidebunt? Nolite errare: Neq; fornicari, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, † neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. † Et haec quidam fuistiſ: ſed abluti eſtiſ, ſed ſanctificati eſtiſ, ſed iuſtificati eſtiſ, in nomine Domini noſtri Ieſu Christi, ἐγ̄ in Spiritu Dei noſtri. † Omnia mihi licent, ſed non omnia expediuunt: Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar potestate. † Eſca ventri, ἐγ̄ venter eſciſ: Deus autem ἐγ̄ hunc, ἐγ̄ has deſtruere: corpus autē non fornicationi, ſed Domino: ἐγ̄ Dominus corpori. † Deus vero ἐγ̄ Dominum fuſcitauit: ἐγ̄ nos fuſcitabit per virtutem ſuā. † Nescitis quoniam corpora vefra membra ſunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretriciſ? Abſit. † An neſcitis, quoniam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne una. † Qui autem adhaeret Domino, unus Spiritus eſt. † Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. † An neſcitis, quoniam membra vefra, templum ſunt Spiritus sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, ἐγ̄ non eſtiſ veftri? † Empti enim eſtiſ prelio magno. Glorificate ἐγ̄ portate Deum in corpore veftro.

**A**udet aliquos vefrum ò Corinthii, babens negotium. Quid dicitur quafi negotium, id eſt, cauſam, & accusationem aduersus alterum fratrem in fide, apud uniueros, id eſt, apud Paganos iudicari, id eſt, iudicium accipere, & non apud sanctos, id eſt, fideles. Quidam Corinthio, um creditum ſed non recte viuetum habentes accusationem & iudicium aduersus fratrem aliquem fidelem, ibat ad iudices Paganos infideles ut illorū iudicio dānaretur, & diiudicaretur illi cōtra quę cauſam habebat, lucranti muherib. quatenus falſo aut veraciter illum diiudicaret. Qui iudices iniqui appellantur, vel quia alieni erant à Deo, veletiam quia leges diuinas hominib. confeſſas frequenter accipientes munera cum adulacione aut ſpernebant, aut falſa interpretatione auctoritatē illarum legū idolis ſuis deputabant dicentes. Sic & ſic dicit ille Deus meus in lege, quā nobis ſuis cultorib. tradidit. Quapropter quia Corinthiū hoc faciebant redarguit eos Apostolus, inquiēs audet

4.

5.

6.

7.

Matth. 5. f. 39.  
Luc. 6. c. 9.  
Rom. 12. d. 17.  
1. Thess. 4. b. 6.

B

8.

9.

10.

11.

C

12.

13.

14.

15.

16.

Gen. 2. d. 4.  
Matth. 19. a. 5.  
Marc. 10. a. 8.  
Ephel. 5. g. 3.

17.

D

18.

19.

Sup. 3. d. 1.  
2. Cor. 6. c. 16.  
1. Inf. c. 7. d. 23.

20.

1. Pet. 1. d. 12.

A

audet aliquis vestrum hoc agere? Omnimodo non debuerat tanta præsumptio esse in vobis, vt aliquos dimittens fideles, causa iudicii iret ad infideles iudicare fratrem suum. *An nescitis quoniam sancti de mundo iudicabunt?* id est, nescitis quoniam sancti amatores huius mundi iudicabunt exemplo fidei suæ, & comparatione melioris facti non potestate, sicut iudices sæculi? *Et si in vobis,* id est, per vos & per vestram comparationem *iudicabitur mundus,* amatores videlicet, mundi: *indigni estis qui de minimis iudiceris,* dat non affirmatiue, sed potius increpatiue & interrogatiue est legendum. Est autem huiusmodi sensus si comparatione vestri damnabuntur sæculares homines, & mundi amatores, indigni estis, id est, indignos vos iudicatis. Vt de minimis iudiciis vel causis iudicetis de equo videlicet ablato, & aliquo furto, Subaudi non estis digni ea iudicare quæ mundi sunt. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* Malignos videlicet spiritus eodem modo, quo & mundum, *quanto magis secularia?* id est, amatores sæculi, hi quidam auxilio freti obedientiam, & humilitatem seruauerunt, comparatione sui iudicabunt malignos spiritus qui in superbiam ceciderunt. *Secularia igitur iudicia si habueritis,* id est, ad corpus pertinentia siue corporea, vt est de veste furata, velequo aut a liquid tale *Contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum.* Hoc dupliciter potest intelligi secundum Augustinum, contemptibiles appellat simplices, qui notitiam diuinæ legis neque humanæ habebant, neque prudentiam discernendi in negotiis, & quorum personæ despicabiles habebantur quos illi constituerant iudices. Ideoque illi qui aliquod negotium habebant Christiani, necessitate cogente, qua non habebant iudices viles sibi, pergebant ad iudices Pagorum, qui in circuitu suo erant. Et secundum hunc sensum non dicit affirmatiue hoc, sed ironicè præcipit, quod illi agebant, sicut sequentia manifestant, sæcularia, inquit, iudicia si habueritis illos qui non possunt, neque sciunt discernere illa, constituite ad iudicandum. *Ad verecundiam vestram dico,* quia non debueratis ita agere. Quasi diceret. Non imperatiue hoc præcipio, sed ironicè, & denegando. Quia licet vos ita agatis, non debueratis talia agere, sed tales debueratis constituere, qui aliarum causas discernere, & diiudicare scirent, & quorum personæ honorabiles essent, aliquem propter hoc necesse ad iudicem gentium transire? Igitur nolite constituere amplius contemptibiles: secundum Gregorium, contemptibiles possumus intelligere sæculares homines humanarum legum scientiæ habentes, in personis quoque honorabiles qui comparatione illorum qui diuinæ leges intelligunt, & mysteria sanctæ Trinitatis penetrant contemptibiles sunt & simplices licet & ipsi fideles sint, & est secundum hunc sensum affirmatiue legendum. Quia tales constituendi sunt, qui & in canonibus filii Ecclesiæ appellantur, & tales debuerant illi constituere, vnde & sequitur. Ad verecundiam vestram dico, quia etiam me non præcipiente hoc facere debuissetis. Ideoque tales præcipit constitui quia illi qui altario debent deseruire, & diuina eloquia meditari, & populis verbum prædicationis exhibere, à sæcularibus negotiis & iudiciis alienos se debent reddere. *Sic non est inter vos,* id est, numquid est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare fratrem suum? Sed frater fidelis cum fratre infideli contendit. Subaudi, certe est, & hoc interrogatiue, atque increpatiue est legendum. Quem superius appellauit secundum Gregorium contemptibilem siue simplicem in diuinis legibus comparatione Doctorum & Prædicatorum, modo appellat sapientem in humanis legibus quem præcipit constitui. Secundum Augustinum autem quia illi despicabiles constituebant, dixit iste. Numquid non est sapiens inter vos qui possit constitui ut fratres interf se non contendant? & quod peius est, *hoc etiam apud infideles faciunt,* duplicantque peccatum, & quod in præsentia litigant à quibus blasphematur nomen Christianitatis. *Iam quidem delictum,* id est, offendio, & peccatum est in vobis quod inter vos iudicabebitis, quia accusatio litem, lis discordiam, discordia, odium generat. Ne forte illi dicerent omnino hoc peccatum est in mea requiro. Ideo Apostolus dixit in virtute dico, delictum est in vobis, quia contra præceptum Domini agitis, qui dixit: *Si quis ausert quæ tua sunt ne repetas, & qui*

qui nobis pacem suam commendauit, *Quare non magis iniuriam accipitis?* id est, quare non magis damnum sustinetis, ut præceptum Domini custodiatis? *Quare non magis fraudem patimini?* quam vos aliis fraudem faciatis vel iniuriam inferatis? Sed nō solum veltra repetitis, sed etiam *iniuriam* in aliis *facitis* percutiendo illos, & *fraudatis*, & hoc subaudi, facitis fratrib. vestris in fide cum quib. pacē habere debueratis. *Iniqui*, id est, peccatoris, *regnum Dei non possidebunt*. *Nolite errare*, id est, à rectitudine viæ declinare. Errabant Corinthii, qui ab uno vitio non credebant hominem separari à regno D E I, nisi omnibus fuisset implicatus. Ideo subiungit commemorando, quæ vitia singula à regno D E I separant, dicens. *Neque fornicary*. Subaudi, Regnum D E I possidebunt, nisi pœnitentiam dignam in hoc sæculo egerint. Secundum quātitatem peccati, & eleemosynis illud redemerint, vel nisi pœnitentiam agentem mors illos inuenerit ut post mortem hoc quod deest ex pœnitentia in locis purgationis deleatur per orationes, & oblationes sacrificiorū. Dicit etiam beatæ recordationis Gregorius, qui aliter has orationes & oblationes obtinere nō poterunt bonorū operū, nisi illi pro quorū illud in hoc sæculo positi bona intētione promeruit & eleemosynis, ut si tēpus ei esset concessū, illa plangendo alia non committeret. *Omnia mihi licent*, i. omnia genera ciborū lictū est mihi sumere, qd intrat in os non inquinat hominē. & vidit Deus cuncta que fecit, & erant valde bona, omnia quoq; mūda mundis. *Sed nō omnia expedient*, id est, non omnia sunt utilia, quia quædam sunt venenata, & vnu horrida. Vel non exp̄diunt propter scandalum fratrib, quia melius est non manducare q fratrem scandalizare. *Omnia mihi licet*, subaudi, quæ promissa sunt Apostolis à Dño Iesu, ut qui Euangelium prædicant, de Euangelio sumptus accipient ab his, quibus prædicat. *Sed ego sub nullius redigar potestate*, id est, nullius potestati me subdam. Beatus Apostolus noluit te subdi Corinthiis, aliquod munus ab eis accipiens, ut omnium vitia libere redarguere posset, ne causa ventris vigor Euangelicæ veritatis torpescere, et, & ne occasionem Pseudo Apostolis daret expoliando domos, essetq; Euangelium venale. *Escā vestri*, subaudi, modo seruit, & venter seruit escis Deus autem, & hunc, id est, vētem destruet per mortem, cum cessauerit officium edēdi, & redactus fuerit in puluerem & hanc, id est, destruet, cum homines nasci desierint. *Corpus autem hominis non fornicationi*, subaudi, debet deserire. & *Dominus corpori*, subaudi, immortalitatem dabit. *Deus vero Pater & Dominum suscitavit*, & vete ipse filius suscitat semetipsum, & nos Deus Pater suscitabit cum filio per virtutem suam. *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* Generaliter tota Ecclesia corpus Christi, quia ipse est caput & Princeps eius secundū humanitatē, eo quod homo factus est propter nos. Singuli autem electi mēbra eius sunt. Si ergo Dñs Iesus Christus tantummodo animā susciperet, membra eius non essent nisi animæ nostræ. Quia vero & corpus suscepit per quod etiā nobis est caput, quia ex anima & corpore constamus, profecto, & membra illius sunt & corpora nostra. *Tollens mēbra Christi faciam membra meretricis?* Absit, quia mēbra, quæ meretrici adharent, & copulantur desinunt esse membra Christi. *An nescitis, quoniam, qui adharet meretrici in coitu, unum corpus efficitur*, & per naturā, & per gulam peccati vnu efficiuntur per naturā masculus, & mulier vnum corpus sunt, quia mulier de viro sumpta est per maculā peccati, concubendo simul in ipso amplexu coitus vnum corpus fiunt sicut & ille cum legitimate vxori copulatur, vel etiam qui adharet meretrici vnu corpus efficitur per peccatum. Erunt, inquit, *duo in personis in carne una*, vel quia ex viri corpore facta est mulier, vel etiam simul concubendo vnum corpus efficitur. *Qui adharet Domino, unus spiritus est*, Spiritus sanctus per se Deus est, & mens hominis, siue spiritus quæ spiritualiter viuit, & voluntatem Dei adimpler per fidem & dilectionem adhærendo summo spiritui, efficitur cum eo vnu spiritus. *Fugite fornicationem*. Non dixit, pugnate contra fornicationem, sed fugite, cum enim multa sint vitia, contra quæ pugnare debeamus, Verbi gratia sicut contra ebrietatem & gulositatem, abstinentia animos potionē vni & perceptione ciborū similiq; modo contra alia. Contra fornicationem non præcipitur nobis pugnare, sed

N

E

viii.

ix.

xii.

Matth. 15. v. 11.

Gen. 1. vers. 31.

F

xiii.

xiv.

xv.

G

xvi.

xvii.

xviii.

H

fugere, quia nullo modo melius vitari potest, debemus n. fugere locū, & declinare per sonas, quibus facile forniciatio suggeritur & querere multitudinē bonorum hominū, quorum reverentia timeamus fornicationē perpetrare, licet concupiscentia nobis suggestat. *Omne peccatum quodcumq; fecerit homo, extra corpus est qui aut̄ fornicatur in corpus suum peccat.* Quæstio oritur in hoc loco cum Dñs dicat; de corde exent cogitationes malæ: adulterium, fornicatio, homicidium, furtū, ceteraq; talia. Quare dicat Apostolus omnia peccata esse extra corpus solumq; peccatum fornicationis in corpore cōsistere, quæ hoc modo soluitur. Quia ad exaggerandū tantū malū, dixit Apostolus quoniā comparatione istius peccati omnia peccata quasi extra corpus sunt. Dum enim facit furtum, homicidiū, aut tale aliquid dum illud agit, aliud potest cogitare. Verbi gratia, vult facere furtum, cogitat se aucturū, poenitentiam Profert falsum testimoniu, forsitan de poenitentia quā agere debet, cogitat, dum aut̄ fornicatur, ita omnibus peccatis tota mens absorbetur in coitu, totumq; animū voluntas corporis, ita facit captiuum, atq; seruum sibi. ut totus sit homo carneus, nihil valens cogitare præter q̄ delectatio corporis agit. *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, à tempore baptismatis, quem habetis à Deo, & non estis vestri?* Superius dixit templū Dei, hic Spiritus sancti, quia in substantia idem est Spiritus sanctus, quod & Deus, & in quo habitat Spiritus sanctus, habitat Pater, habitat Filius. Quia sic sunt viiūs substantiæ viiūs Deitatis, ita inseparabiles sunt. Quandocunq; animus & delectatio trahit nos & ad libidinem vel aliquod vitium, debemus considerare, quia non sumus nostri, neq; nostræ potestatis, sed Christi serui sumus, cuius voluntati obedire debemus, cuius sanguine redēpti sumus, sicut sequentia manifestant. Pulsatur corpus delectatione, vult anima cōsentire, debet rationabilitas animæ ad se redire, ac dicere. Quid cogitas? Quid aestuaris? Quo vis ire? non es tuꝝ potestatis, sed Christi seruus es, qui te redemit preciosissimo sanguine suo à diabolica captiuitate. Ut quid vis iterum captiuarī à diabolo, & eius potestati subdi, qui tibi in primo parente omnem gloriam abstulit? Dum talia cōperit cogitare, omnipotentis gratia Dei protectus cōuadet laqueos incensiua cogitationis. *Empti estis pretio magno.* Non auro, neq; argento, sed sanguine Christi. Ille qui emitur, siue redimitur, captiuus tenebatur, & seruus est illius à quo redimitur. Sic genus humanum captiuū tenebatur à diabolo seruusq; erat diaboli, quoniam accipiendo dulcedine pomi vetiti, vendidit semet ipsum illi. Redemptus vero sanguine Christi, illius seruus est, eiūq; voluntati obtemperare debet. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Ille Deū glorificat, q̄ mandata eius seruādo alios ad laudem Dei excitat, iuxta quod Dñs ait: *Videat opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum Deum etiā portat, qui eius notitiam, precepta q; in mente gerendo, operibusq; implendo sancte vivit & iuste secundū q̄ Deus præcipiet. Sancti estote, quia & ego sanctus sum.* Quicunq; ergo sancte viuendo sanctus est, Deum portat in mente sua, ad cuius imaginem est factus in anima.

## CAP V T VII.

Corinthios instruit de matrimonio, eiusque vsu & indissolubili: vinculo innuptis commendans coelibatum: & quomodo fidelis cum cōiuge infideli se habere debeat: quodq; unusquisq; in quo vitę statu ad fidem vocatus est, permaneat, virginitatem matrimonio præfert, uxorem mortuo marito liberam dicens, ut cui velit in Domino nubat,

**E** quibus autem scripsisti mihi: Bonum est homini mulierē non tangere: + propter fornicationē autē unusquisq; suam uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat. + *Vxori vir debitum reddat: similiter autem & uxori viro.* + *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter aut̄ & vir sui corporis potestatem nō habet, sed mulier.* + *Nolite fraudare*

xix.

I

xx.

Matth. 5. v 17.

Leu. 11. v. 44.

1.

A

2.

3.

1. Pet. 3. b. 1.

4.

fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut iacetis orationi: Et iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. + Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. + Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. + Dico autem non nuptis, Et viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego. + Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam viri. + Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, praeципio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: + quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. + Nam ceteris ego dico; non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, Et hac consentit habitare cum illo, non dimittat illam. + Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, Et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: + sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, Et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. + Quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocavit nos Deus. + Unde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut unde scis vir, si mulierem saluam facies? nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, Et sic in omnibus Ecclesias doceo. + Circumcisus aliquis vocatus est? non circumcidatur. + Circumcisio nihil est, Et preputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei, + Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. + Seruus vocatus es? non set tibi cura: sed Et si potes fieri liber, magis utere. + Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. + Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. + Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum. + De Virginibus autem praeceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. + Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. + Alligatus es uxori: noli querere solutionem. Solutus es ab uxore: noli querere uxorem. + Si autem acceperis uxorem: non peccasti. Et si nupseris virgo non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. + Hoc itaque dico fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut et qui habent uxores, tam-

N

quam

6.

7.

B

8.

9.

10.

<sup>s</sup> March. 5. c. 32.

& 19. b. 9.

Marc. 10. b. 9.

Luc. 16. d. 18.

11.

12.

13.

14.

C

15.

16.

17.

18.

D

19.

20.

<sup>s</sup> Ephes. 4. a. 1.

21.

22.

23.

<sup>s</sup> Sup. 6. d. 20.

1. Pet. 1. d. 18.

24.

E

25.

26.

27.

28.

29.

30. quam non habentes sint: + εἰ qui flent, tamquam non flentes: εἰ qui  
 31. gaudent, ταῦτα non gaudētes: εἰ qui emunt, tamquam nō possi-  
 32. dentes: + εἰ qui utūtūr hoc mundo, tamquam non utantur: pre-  
 33. terit n. figura huīus mundi. + Volo aut̄ vos sine sollicitudine esse. Qui  
 34. fine uxore est, sollicitus est qua Domini sunt, quomodo placeat Deo.  
 35. + Qui aut̄ cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo pla-  
 36. ceat uxori, εἰ diuisus est. + Et mulier innupta, εἰ virgo, cogitat qua  
 37. Domini sunt; ut sit sancta corpore εἰ spiritu. Quia aut̄ nupta est, co-  
 38. gitat qua sunt mundi, quomodo placeat viro. + Porro hoc ad utili-  
 39. tate vestram dico: non ut laqueum vobis iniçiam, sed ad id, quod  
 Rom. 7. a. 2. honestum est, εἰ quod facultatem præbeat sine impedimento Domi-  
 40. num obsecrādi. + Si quis autem turpē se videri existimat super vir-  
 G ine sua, quod sit superadulta, εἰ ita oportet fieri: quod vult faciat:  
 non peccat, si nubat. + Nam q̄ statuit in corde suo firmus, non habēs  
 37. necessitatē, potestatem aut̄ habens suę voluntatis, εἰ hoc iudicauit  
 38. in corde suo, seruare virginem suam, benefacit. + Igitur εἰ qui ma-  
 39. trimonio iungit virginem suam, benefacit, εἰ qui non iungit melius  
 40. facit. + Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit, quod  
 si dormierit vir eius, libera est: cui vult nubat: tantum in Domino.  
 + Beator autem erit, si sic permanferit, secundum meum consilium:  
 puto autem quod εἰ ego Spiritum Dei habeam.

I. A **D**e quibus aut̄ scripsisti mihi, subaudi, per vestras literas. Bonū est homini mulierē  
 non tangere, siue nō accipere. Pseudo apostolis dicentib. ad Corinth. non de-  
 betis mulierib. adhærere, qui mūdo Deo seruitis, sed qui creditis in Christū,  
 vestras vxores debetis dimittere. Scriperunt Apostolo Corinthii sup hac re vtrū  
 deberent vxorib. adhærere in coitu, nec ne. Quib. Apostolus respondit. Bonū qui-  
 dē esse ab uxore abstinere, sed melius est accipere, q̄ cum alterius perpetrare adul-  
 terium, aut aliquo modo fornicationem. **V**xori vir debitum reddat, & uxori viro, id  
 est, non se subtrahant ab inuicem à coitu. Sed volente viro concubere, det locum  
 & licentiā mulieri, reddens ei debitū concubendi illa volente. **M**ulier sui corporis, id  
 est, sui genitalis mēbri potestate non habeat, vt prohibeat viro coitū, sed in viri pote-  
 state est, similiter, & vir sui corporis, id est, sui verendi siue genitalis membris non ha-  
 ber potestatem, vt mulieri coitum prohibeat, sed in mulieris potestate est. Sic sunt si-  
 bi inuicem debitores, & quod maius est serui, & vna debet esse voluntas in lege  
 naturæ. Dies festi diesque purgationis, & ipsa ratio conceptus iuxta legem cessari  
 temporibus his debere mōstrat. Nolite fraudare inuicē, id est, nolite vos subtrahere  
 ab inuicem, ne forte dissensio generet fornicationē nisi forte ex cōsensu, id est, com-  
 muni voluntate & consilio, vt vacetis orationi. Omni quidem tempore orandum  
 est nobis, orationiq; debemus insistere, sed tunc acceptior est Deo, quādō corpo-  
 re & corde profertur. Cum n. quis concessa non rāgit, ostendit se velle accipere q̄  
 precatur. Et iterum reuertimini in id ipsum, id est, ad licitum coitum. Consilium dat  
 coniugatis, vt post dies orationis ad vsum naturalem reuertātur exponens causam  
 quare hoc præcipiat. Ne tenet, inquit, vos satanas, siue diabolus propter incon-  
 tentiam vestram. Videlicet vno subtrahente alter fornicetur & satanas locum  
 tentandi inueniat. Hoc autem dico secundūm indulgentiam non secundūm imperium,  
 quia

Quia non præcipio, sed permitto. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum*, id est, si fieri posset, vellem omnes homines esse virgines, sicut ego sum, & amare virginitatem, sicut ego amo. Sed quia non potest fieri, concedo secundum indulgentiam infirmis, qui nō possunt se continere: non tamen præcipio perfectis, sicut imperiū. Quia omnes homines velim me in omnibus imitari, & in integritate corporis manere, quia scio quantū valet castitas apud Deum. Alius sicut virgo maneat. Alius vero sicut sit cum coniuge. *Melius est nubere quam viri*. Non dixit ideo copartiuo modo melius est nubere, quam viri, quasi bonum sit viri, ideoque melius nubere, sed consuetudinē sequutus est. Solemus enim dicere melius est lucrū facere quam damnum, melius est unum oculum habere, quam nullū, melius est uno pende inniti, & ex altera parte baculo sustentari, quam fractis cruribus repere. Sic melius est nubere, & vxorē ducere, quam viri, quod est proprie calore corporis cogēte, libidinem explere & quocunque modo nefas perpetrare. *Is autem qui matrimonio iuncti sunt, id est, vxor legitime, quæ coiunctio, matrimonium dicitur à matrona eo quod sit mater filiorum, præcipio non ego ex mea sententia, sed Dominus in Evangelio, uxorem à viro non discedere*, excepta causa fornicationis. *Si discesserit, causa fornicationis maneat innupta aut viro suo reconcilietur.* Nam ceteris ego dico non Dominus. Loquutus est superius cum innuptis & viduis atque conjugatis fidelibus, modo dicit de ceteris, id est, permixtis fidelibus cum infidelibus. Quare dicit ego, non Dominus: Numquid Dominus loquebatur p̄ eum? vtique. Sed ideo dixit se dicere, & non Dñm, quia hoc præceptū non continentut in Evangelio dictum à Domino, sicut illud superius quod non debeat vir dimittere vxorem suam excepta causa fornicationis. *Si quis frater fidelis habet uxorem infidelem, siue non credentem, si consenserit vxor, habitare cum illo, id est, si nomini Christiano non detrahatur, non dimittat eam.* Quia accidere solebat, ut viro credente mulier infidelis persisteret, & plerunque vxore credente vir infidelis manaret. Ideo talia præcipit Apostolus ut nomini Christiano non detrahatur, non dimitteret aliquis socium suum. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem.* Iam hoc venerat in multis post Domini Ascensionem, ut per mulierem fidem sanctificatus esset vir infidelis credendo in Christus et in illius prædicatione, & bono exemplo, quæ superba facta erat humilis, & subiecta viro. *Et per virum fidem mulier infidelis, similiter saluata est quondam.* *Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Id est, si ambo infideles essent, vel ille, qui fidelis factus est, iterum reuertetur ad Paganismum propter illum qui noluit credere, vtique filii vos imitarentur. Vel etiam si fidelis dimitteret socium suum infidelem, essentque separati ab invicem, filii forsitan immundi essent, quia idolis deseruissent Patrem infideli, vel matre infideli adorante & immundi essent ex cibis quos comedenter, idolis consecratis. Nunc autem dum simul morantur fidelis cum infideli forsitan filii illorum fidem imitantur & sancti sunt. *Quod si infidelis vir, aut mulier à socio fidi discedit, nolens credere, discedat, id est, liberam habeat potestatem discedendi, tamen fidelis non proijicit illum à se neque recedat à te.* Non est enim scrupuli subiectus frater, aut soror in eiusmodi, in tali facto, id est, si infidelis non vult manere cum fidi, ille qui fidelis est, non est ita subiectus illi, ut debeat illum sequi, neque subiectus est culpæ propter hoc si ille discedit in pace, id est, ad concordiam vocavit nos DEVS. Idcirco si vult credere infidelis, qui blasphemat nomen Dei, recedat ut pacem possit habere fidelis, nec oportet litigare cum eo qui discedit. *Vnde enim scis mulier, aut vir, si unus alterum salvum facies, nisi sis unicus viro & mulieri divisus, siue dispositus DOMINVS.* Subaudi, tempora credendi ut primum credit vir, deinde mulier, aut primum mulier, deinde vir. *Vnumquemque sicut vocauit DOMINVS ad fidem ita ambulet ita maneat.* Id est, si habeas vxorem teneto eam, si non habeas, ducere non compelleris. *Circumcisus aliquis vocatus est: non adducat prepucium.* Quid est, quod loquens Apostolus de viribus atque conjugatis, sic subito transiit ad circumcisionem, & prepucium,

& quomodo potest, quod præcsum est, iterum redintegrari? Notandum in hoc loco, quia non de circumcisione, id est, expoliatione pellis genitalis membra loquitur, sed circumcisum appellat liberum ab vxore, & præputiatum vxorem habentem. Circumcisus, inquit, vocatus est quis, id est, non habens vxorem, non adducat præputium, id est, non ducat vxorem, vt non sit præputiatus sed alienus à coniugio. *In præputio aliquis vocatus est, id est, habens vxorem non circumcidatur*, id est, non relinquat vxorem suam, nisi forte, & illa casta permanere decreuerit. *Circumcisio nihil est, id est, castitas sine bonis operibus otiosa est, & præputium nihil est, id est, coniugium absque opere bono.*

F xix. *Si fuerit quis circumcisus, id est, castus siue celibatus, quod est sine vxore conuenitque bonis operibus, nihil ei prodest castitas, si etiam fuerit coniugatus, & habuerit opera bona, coniugium illius nec prodest, nec obest ei, sed obseruatio mandatorum Dei prodest.*

xx. *Vnusquisque in qua vocazione vocatus est ad fidem in ea permaneat, siue cum vxore, siue sine vxore. Seruus, Subaudi, vxoris vocatus es? cuius voluntati seruire & parere debes, non sibi cura.*

xxi. *Noli diffidere, neque dimittere eam, quia non ideo amittes regnum Dei, licet coniugatus sis, si ita seruieris vxori, vt non displiceas creatori. Sed, & si potes liber fieri. Subaudi, ab vxore, id est, si tua coniux obierit, aut etiam in castitate manere delegerit, Magis utere, Subaudi, libertate ista, vt consentias ei, & aliam noli accipere.*

xxii. *Qui enim in Domino, id est, vt in DOMINO crederet, vocatus est seruus, Subaudi, vxori, libertus est DOMINI, id est, liberatus est à peccati iugo, & quandam libertatem illam habet à Domino, vt seruiat vxori, ita vt non displiceat creatori.*

*Similiter qui liber vocatus est, id est, sine vxore, seruus est CHRISTI, id est, non debet occupari seruitio terreno & vxorio, sed ex toto debet seruire DOMINO, quia matus seruitum re-*

*quiritur ei à Domino, quam coniugato. Pretio empti estis sanguinis CHRISTI, Nolite fieri serui hominum, id est, serui vxoris; illi serui hominum efficiuntur qui propter vxorem deserunt creatorum, & displicant, immoderately seruientes vxori.*

*Iam caro ergo pretio empti sumus, vt nullo alio redimi possemus, nisi sanguine Filii Dei. Quapropter sicut ille, qui emitur, magis seruire debet illi, à quo emitur, vt aliquando vicem reddat emptori, ita & nos omni studio atque instantia seruire debemus CHRISTO, à quo empti sumus.*

*Vnusquisque frater, id est, fidelis, in quo vocatus est vt crederet in hoc permaneat. Videlicet si cum vxore vocatus est, non dimittat illam, si liberab vxore, se potest contineare, vtatur illa libertate.*

*De Virginibus autem præceptum Domini non habeo. Quia DOMINVS virginitatem laudauit, non tamen præcipit, ne videretur nuptias damnare, sed dixit:*

Matth.19. v.12. *Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, atque subintulit, qui potest capere, capiat. Concilium autem do, quod non dispiceat aliis, Tamquam misericordiam consecutus à DOMINO, vt sim fidelis, Subaudi, consiliator & idoneus in dandis salutaribus consiliis. Paulus Apostolus consiliator Dei erat, quia*

*Spiritum Dei habebat, sicut ipse dicit alias, Puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeam. Idcirco dicit gratiam & misericordiam consequutus sum, vt sim fidelis consiliator Dei. Ideoque consilium meum non debeo vobis abscondere. Existimò ergo hoc bonum esse, id est, virginitatem seruare propter instantem necessitatem.*

*Instantem siue præsentem appellat tribulationem, & angustiam, quam sustinent coiugati, & maximè coniugata, fastidium videlicet in concipiendo, dolore in parturiendo, quo dolore plerumq; solent mulieres mori, curam multam in alendis, & vestiēdis filiis suis, tristitiam de ægrotatione, & morte eorum proximeq; si omnib. filiis fuerint orbatæ de amissione quoq; coniugis. Similiter etiā labores & dolores sustinet vir de amissione filiorum, & morte vxoris. A quibus sunt omnib. illi liberi, qui virginitatem seruant, imitantur illam vitam, que post mortem erit. Quapropter subdit Apostolus.*

*Quoniam bonū est homini sic esse, id est, in integritate corporis viuere, virginitatemque seruare, vt possit esse liberab his necessitatibus. Quod vero sequitur tribulationem carnis habebunt huiusmodi.* Illi tales videlicet qui matrimonio copu-

nō copulantur quod supra appellauit necessitatem instantem, in hoc loco appellauit tribulationem. *Ego autem vobis parco.* Et est Iesu suadeo vobis & consilium do, ut castitatem seruatis, volens vos seruare ne in tribulationem carnis incidatis. Alter. Ego vobis parco, id est dimitto, vel consentio accedere vos ad hanc tribulationem carnis, si non vultis seruare integritatem corporis. *Tempus* subaudi vitæ nostræ breue est quia in breui finietur. Ideoque non est populus Dei ita propagandus generatione carnali, sicut haec tenus à principio mundi, sed regeneratione iam colligendus. *Reliquum est* hoc remanere vel hoc superest ut qui habent modo uxores tamquam non habentes sint. Vxorem namque habet, sed quasi non habet quia hodie videtur illam habere, sed crastina die moritur, & desinit post modum vxorem habere. Ideoq; debet in præsenti sæculo futuram vitam imitari, in qua erunt electi similes Angelis Dei. Alter: Vxorem habet, sed quasi non habet, quia sic scit debita carnis exsoluere, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur inhærente, Videlicet sic reddens debitum vxori, ut non displiceat creatori. *Et qui flent, tamquam non flentes.* Flet quilibet amissione carorum, & miseriis huius sæculi, sua quoque & aliorum peccata. Sed quasi non flet, quia consolationem habet in spe coelestis remunerationis, ut impleatur quid Dominus dixit. *Beati homines, quoniam ipsi consolabuntur & qui gaudent tamquam non gaudentes.* Multi sunt qui gaudent de temporalibus commodis, sed quasi non gaudent, quia sic gaudent in temporalibus bonis, ut semper tormenta perpetua considerent, & æternum Dei iudicium timeant. *Et qui emant tamquam non possidentes.* Emit aliquis prædia terrena, boues, seruos, & ancillas, sed quasi non possidet, dum repente ab hoc sæculo transit per mortem corporis. Alter, Emunt multi bona temporalia, atq; in usum suum aliorumq; præparant, quæ in hoc sæculo necessaria sunt, sed quasi non possident, dum sic adhærent terrenis, ut non amittant æterna, & cauta consideratione præsident, quod hæc omnia in proximo relicturi sunt, spemque suam in terrenis & transitoris rebus & possessionibus non ponunt. *Et qui utuntur hoc mundo tamquam non utuntur.* Multi utuntur bonis istius sæculi, sicut Reges, & Principes, sed quasi non utuntur, dum insperatè Mundum, & concupiscentiam eius relinquunt per mortem corporis. Multi etiam utuntur his quæ in hoc mundo sunt, sicut boni Reges, & Principes, diuitiæq; ut fuit Abraam, Iob, & Dauid propter honorem dignitatis, & principatus, quam obtinenter, non possunt his non uti, sed quasi non utantur, dum non sunt servi diuitiarum, neque permittunt hæc eadem se æ menti dominari cogitantes cuncta transitoria esse. *Praterit enim figura huius Mundi.* Transibit figura, & species Mundi per ignem, remanebit substantia innoxuata per ignem, & meliorata ad hoc, ut in æternum maneat. luxta quod Salomon dicit: *Terra in æternum fatigatur.* Volo vos sine sollicitudine esse id est sine multa & superflua cura, quam habent coniugati. *Qui cum uxore est, divisus est, quoniam ex parte seruit coniugi, & ex parte Domino.* Et mulier innupta & Virgo quid unum est cogitat quomodo sit sancta corpore & spiritu, id est, mente. Ideo addidit mente, siue spiritu, quia multæ sunt, quæ habent integratatem corporis, sed non sunt virgines mente, quoniam si possent, iam nupsissent, *Hoc ad utilitatem vestram dico,* quia sanctum est apud Deum & deus in hoc sæculo in virginitate permanere. *Non ut laqueum vobis iniciam,* id est, non dico ideo ista ut æternam perditionem vobis immittam, sed ad id quod honestum est vos, subaudi, prouducans virginitatem seruare honestum est, ergo omne honestum sanctum ideoque virginitas sancta honesta & Deo accepta est, si quis existimat & putat turpem se videri ab aliis super virginem sua, eo quod sit superadulteria, id est, eo quod ad nubiles annos peruenit, timet illam fornicari cum aliquo seruorum suorum, nec potest illam seruare virginem, quod vult faciat, id est, tradat illam cuicunque vult. *Non peccat virgo si nubat si dormierit,* id est, si mortuus fuerit vir, nubat mulier, cui vult, tantum in Domino, id est, fideli se misceat viro. *Beator autem erit si sic permanserit id est, in castitate & in viduitate manserit.*

I.

xxix.

xxx.

Matt. 5. vers. 4.

K.

xxxii.

L

Eccl. 1. vers. 4.

xxxiii.

xxxiv.

xxxv.

xxxvi.

xxxx.

## CAP V T VIII.

Quanquam idolothytis vesci non sit ex se illicitum , cùm idolum nullius sit efficacie aut potestatis , non sunt tamen illa edenda aut repugnante conscientia : aut cum infirmorum offendiculo : neque ea edere aut non edere hominem efficit meliorem .

1. **A** **D** E ijs autem , qua idolis sacrificantur , scimus quia omnes  
2. scientiam habemus . Scientia inflat , charitas vero adificat .  
3. † Si quis autem se existimat scire aliquid , nondum cognoscit , quemadmodum oporteat cum scire . † Si quis autem diligit Deum , hic cognitus est ab eo . † De escis autem , qua idolis immolantur , scimus quia nihil est idolum in mundo , ε̄ quod nullus est Deus , nisi unus . † Nam et si sunt qui dicantur dīj , sine in cælo siue in terra ( siquidem sunt dīj multi , ε̄ domini multi : ) † nobis tamen unus Deus , Pater , ex quo omnia , ε̄ nos in illum : ε̄ unus Dominus Iesus Christus , per quem omnia , ε̄ nos per ipsum . † Sed non in omnibus est scientia . Quidam autem conscientia usq; nunc idoli , quasi idolothytum manducant : ε̄ conscientia ipsorum cum sit infirma , polluitur . † Esca autem nos non commendat Deo . Neque enim , si manducauerimus , abundabimus : neque si non manducauerimus , deficiemus . † Videte autem , ne forte hac licentia vestra offendiculum fiat infirmis . † Si enim quis viderit eum , qui habet scientiam , in idolo recumbentem : nonne conscientia eius , cum sit infirma , adificabitur ad manducandum idolothyta ? † Et peribit infirmus in tua scientia frater , propter quem Christus mortuus est ? † Sic autem peccantes in fratres , ε̄ percutientes conscientiam eorum infirmam , in Christum peccatis . † Quapropter si esca scandalizat fratrem meum : non manducabo carnem in aeternum , ne fratrem meum scandalizem .

• Rom. 14. d. 21. 1. Rom. 14. c. 15.

2. **A** **D** E iis autem subaudi cibis & potibus , qua idolis immolantur subaudi scripsisti mihi . Inter cetera que Corinthii Apostolo scriplerunt , per Epistolam etiam super hoc scriplerunt , vtrum deberent comedere nec ne , & vtrum essent omnia munda . Quia quidam illorum habentes scientiam cuncta esse à Deo creata , bona , manducabant in templis Idolorum , & scandalizabant simpliciores fratres , qui dicebant : Nisi iste qui maioris scientiae est , quam ego , sciret aliquid numinis , & deitatis esse in hoc Idolo , & in carnibus eius consecratis nequamquam in Idolio , id est , in templo Idolis consecrato residens , carnes , aliasque cibos & vinum Idolis consecratum sumeret . De hoc multa dicturus est hic Apostolus . Scimus quia omnes scientiam habemus , subaudi omnia munda esse per naturam . Sed inuocatio Idolorum & consecratio , quai illis consecrantur , fuit ea immunda scientia subaudi qua credimus omnia munda mundis , & omnia sanctificari per inuocationem nominis Christi inflas , id est in superbiaz tumorem mentem eleuat , caritas vero edificat , id est dilectio fraterna , qua consulimus fratribus simpliciori-

plicioribus, quatenus eos in aliquo non scandalizemus Aedificationem habet in qua virtute, id est, caritate etiam aliæ comprehenduntur: Patientia videlicet, humilitas, cordisque simplicitas, sicut enim vinum non temperatum admixtione alicuius dulcedinis, aut etiam aquæ mente alienat. Et sicut omnia mera & pura non ita delectat, sicut mixta, sic scientia diuina vel humana non est utilis, quia mente in superbiam eleuat, nisi temperata fuerit dilectione proximi, humilitate quoq; patientia, atque simplicitate. Tunc autem scientia magna est, & sibi utilis, si charitate humilietur, cum qua etiæ amplius crescit. *Si quis autem se existimat scire aliquid id est, omnia munda esse, & quod licite fidelibus sint utendæ, nondum cognovit quemadmodum oportet eum scire,* id est, nondum considerat quia expedit ei à multis lictis abstinere propter scandalum fratris. *Si quis diligit Deum & causa charitatis scientiam mitigat, hic cognitus est ab eo,* id est, hic electus est ab eo. *De ecclesiis autem que immolantur scimus quia nihil est Idolum in mundo,* Idos Græcæ, Latino vocabulo dicitur species, vel formula inde diminutiu eIdolum, id est, formula ex aliquo metallo aut ex lignis sive lapidibus. Ideo ergo Idolum nihil est, quia videtur imaginem hominis habere, non est homo. Videtur imaginem alicuius bestiæ habere, non est bestia, videtur, aures, oculos, nares, & ossa habere, sed ideo nihil est, quia non audit, non videt, non olfacit, non loquitur; dicitur homo esse, non est homo, dicitur Deus esse, non est Deus, Ideoque nihil est quia illud quod dicitur esse, nihil est. Ad Oratores quoque cultoresque eius atq; cibi, qui illi consecrantur nihil sunt, quia illius cultura, & consecratio facit eos nihil esse. Ex hoc etiam homines Idola colentes nihil sunt, quia omnis creatura, quæ non adhaeret ei, qui semper habet esse, nihil sunt, omnes gentes Idola colentes sic sunt, quasi non sint, & quasi nihil & inane reputatae sunt ei. Idola quoque propterea nihil sunt quia facit homo formam habentem caput hominis ex una parte, caput bovis ex alia, caput leonis ex tertia, caput aquilæ ex quarta, reliquum corpus serpentinum, pedes equinos, quod nihil est, quia Deus aliquam creaturam talem non fecit. *Nam etiæ sunt, qui ocanturn à Paganis Dii in Cælo, ut Saturnus, Iuppiter, Mercurius, aut certe à Christianis Angeli & sancti nuncupatiue, & non substantialiter sive in terra, à Paganis ut neptunus Platon, aut certe iusti homines, si quidem sunt Dii multi paganis, vel Christianis nuncupatiue ut Moyses, cui dictum est, Constitui te Deum Pharaonis, & de quibus dicitur, ego dixi Dii estis. Nobis* Exod. 7 vers. 10. *samen Apostolis aliusque fidelibus unus est Deus Pater substantialiter ex quo omnia constant, & à quo originem cuncta sumpterunt, & nos in illo consistimus, sive in illum quasi intra illum subsistimus, quia omnis creatura intra illum consistit, & ipse extra omnia & unus Dominus Iesus Christus cum Patre & spiritu sancto, per quem Dominum Iesum Christum omnia subaudi facta sunt, & nos per ipsum creati sumus, & redempti, sed non in omnibus est scientia subaudi ista, ut credant unum verum Deum solummodo esse, qui Trinitatem habet in personis, & unitatem in substantia, Quidam autem conscientia infirma Idoli, quasi Idolothryrum, id est, Idolis datum, & consecratum, manducant & conscientia illorum infirma polluitur, quoniam dum firmiores in fide vident recumbere in Idoliq, & comedere idolothyra, aliquid numinis, & religiosum putant esse in Idolis, & in hoc illorum est conscientia infirma, vel quia putantes omnia esse munda comedunt idolothyra vel quia aliquid numinis credunt in Idolis. *Esa nos subaudi quam credimus mundam non commendas Deo,* id est non facit nos acceptabiles Deo, & laudabiles apud illum neque enim si non manducauerimus subaudi de sacrificiis I dolorum, deficiemus ut alios cibos non habeamus quos possimus manducare. *Neque si manducauerimus carnes Idolis consecratas, abundabimus subaudi ut alienum ciborum refectionem non queramus,* Videte ne forte hec licentia vestra, subaudi qua creditis omnia munda mundis, & per inuocationem nominis Christi omnia sanctificari. *Offendiculum fiat infirmis in fide,* ut credant aliquid Deitatis esse in Idolo, & comedant propter hoc carnes illi consecratas, *Si quis enim viderit eum, qui habet scientiam, id est, perfectus est**

B.

II.

I. V.

C

V.

Exod. 7 vers. 10.  
V. I.  
Psal. 81. vers. 6.

VII.

D.

VIII.

I. X.

E.

X.

est in fide, & credit omnia munda in idolio recumbentem, id est recumbendo manducare. Sic autem peccantes in fratres dum comeditis coram illis carnes idolis consecratae recumbentes in idolio. Si esca scandalizat fratrem meum quemlibet credentem simplicem, & adhuc infirmum in fide, non manducabo carnem idolis consecratam in eternum ne fratrem meum scandalizem. Erant quidam apud Corinthios, qui scientiam habentes omnia munda esse, comedebant cibos idolis consecratos, & prouocabant simplices, & infirmos in fide ad similia, qui dicebant nisi isti, qui prudentiam, & scientiam habent, scirent aliquid Deitatis esse in his idolis, nequaquam hoc agerent. Manducabo ergo & ego, ut consecrer per has carnes. E contra alii erant perfectiores, qui licet scirent omnia munda esse a Deo facta, nolebant carnes idolothytas comedere, qui sciebant illas per invocationem demoniorum esse immundas, & scandalizarent fratrem suum, prouacarent eum ad comedendum, dicebant ista, quae Apostolus ex persona illorum loquitur. Ante inquit moriar fame, quam ut fratrem meum scandalizem manducando carnis idolothytas, & non solum abstinebo ab illis, sed etiam ab omnibus, pro quibus ille potest scandalizari, potest tamen & ex persona Apostoli esse dictum, ut Apostolus ex se talia diceret, prouocans eos ad charitatem.

## CAPUT IX.

Non accipiebat Paulus victimum a Corinthiis quibus concionabatur, ut omnem amputaret offendiculi occasionem, licet hoc sibi fuisse licitum multis probet argumentis. sed in omnem formam se vertit, quo plures ad Dei cultum adducat: Corinthios exhortando ad imitationem eorum qui in stadio currunt, aut in agone certant, suum quoque ait se domare corpus.

**N**on sum liber? Non sum Apostolus? Non Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino? † Et si alius non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino, mea defensio apud eos, qui me interrogant, hac est. † Numquid non habemus potestatem manducandi, et bibendi? † Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri Apostoli, et fratres Domini, et Cephas? † Aut ego solus, et Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? † Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? † Numquid secundum hominem hac dico? An et lex hac non dicit? † Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? † An non propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare: et qui triturat, in spe fructus percipiendi. † Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? † Si alij potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi. † Ne-  
scitis

Deut. 25. a. 4.  
1. Tim. 5. c. 18.

B

10.

Rom. 15. f. 27.

C

Deut. 18. a. 1.

scitis quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt, c-  
dunt: Et qui altari deseruiunt, cum altari participant? + Ita Et  
Dominus ordinavit ihs, qui Euangelium annunciant, de Euan-  
gelio vivere. + Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scri-  
psi hac, ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam  
ut gloriam meam quis euacuet. + Nam si euangeli<sup>r</sup> auero, non est  
mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: va enim mihi est, si  
non euangeli<sup>r</sup> auero. + Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si  
autem inuitus, dispensatio mihi credita est. + Quae est ergo merces  
mea? Ut Euangelium pradicans, sine sumptu ponam Euangelium,  
ut non abutar potestate mea in Euangelio. + Nam cum liber essem  
ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. + Et  
factus sum Iudeis tamquam Iudeus, ut iudeos lucrarer. + Iis qui  
sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non esset sub lege) ut  
eos, qui sub lege erant, lucrifacerem, ijs qui sine lege erant, tam-  
quam sine lege essent (cum sine lege Dei non essent: sed in lege essent  
Christi) ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant. + Factus sum infir-  
mias ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut om-  
nes facerem saluos. + Omnia autem facio propter Euangelium: ut  
particeps eius efficiar. + Nescitis quod iij, qui in stadio currunt, om-  
nes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, ut co-  
prehendatis. + Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus  
se abstinet: Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipient; nos  
autem incorruptam. + Ego igitur sic curro, non quasi in incertum:  
sic pugno, no<sup>t</sup> quasi aerem verberas: + sed castigo corpus meū, Et in ser-  
uitutem redigo: ne forte cu<sup>t</sup> alius predicatorum, ipse reprobis efficiar.

**N**on sum Liber? Verba irascentis sunt, & quod videtur negare, confirmat, sunt  
autem increpatiae legenda, No<sup>t</sup> sum Liber? Sum. Vtq; liber erat Apostolus  
secundum carnis prosapia a<sup>r</sup> vtpore de genere Patriarcharū descendens, liber quo-  
que erat ab omni debito ipsorum, quia nihil ab eis acceperat. Non sum Apostolus? Di-  
cebatur a quibusdam Iudeis non creditibus, & insuper Corinthiis seductis a falsis Apostolis, quod Paulus non esset Apostolus, eo quod Christū non viderit, quos  
increpat Apostolus inquiens. Numquid non sum Apostolus a Christo missus? lum  
vtiq;, quia ipse mihi dixit, longe mittam te ad gentes. Nonne Dominum Iesum vidi? v- Acto<sup>r</sup>. 22. v. 11.  
tiq; vidi illū pergere Damascum, & postea in templo. Nonne opus meū, id est opera-  
tio, & plantatio mea Vos estis in Domino: Estis omnino. Etsi alius subaudi gentibus, &  
Iudeis non sum Apostolus, quos in spatio vnius anni, & sex mensium ad fidem Christi  
mea prædicatione adduxi. Non solum ergo Corinthiis erat Apostolus, sed penè  
omnibus gentibus, sicut ipse dixit, qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisōnis,  
operatus est & mihi inter gentes. Nam signaculum, id est, signū & indicū Apostolatus mei Psal<sup>m</sup>. 2. v. 8.  
vos estis, & vestra credulitas, qui per meam prædicationē credidistis in Domino. Mea  
defēsio apud eos, qui me interrogāt, subaudi vtrū sim Apostolus, nec ne, Hac est, qd vos  
estis signū Apostolat⁹ mei, & p hoc defēsus est Apostol⁹. Vos n. estis, defēsio mea,  
qui<sup>b</sup>

quibus euangelium prædicauit. *Num quid non habemus ego, & Barnabas manducandi, & bibendi potestatem subaudi officio prædicationis, & à vobis accipiendi, quæ necessaria sunt, secundum quod Dominus nobis potestatem dedit, sicut & aliis Apostolis; Nunquid non habemus ego, & Barnabas potestatem sororem, mulierem id est, quamlibet fidelem cito ducendi, id est, de loco ad locum ducendi, ut ministret nobis, sicut fratres Domini faciunt, Iacob, videlicet, & Ioannes Zebedæi filii materteræ Domini, nec non & Iacob Alphei, & Iudas, & Ioseph filii similiter materteræ Domini, nec non etiam & Cephas, qui & Petrus, Cephas Hebræum, & Sylrum est. Petrus Græcum, & latinum, Simon Græcum.* Quidam non intelligentes proprietatem Græcæ linguæ sefellit eos ambiguitas verbi Græci in hoc, quod dicit sororem mulierem quasi vxores habuerint Apostoli, quas secum ducerent, nam Dyne vtrumq; significat & vxorem, & mulierem, Vnde Dynēum appellatur locus, vbi plurimæ resident mulieres, habentes terrenam substantiam, ibant cum Petro, aliisque Apostolis Iudæorum ministrantes ei de substantia sua, quæ necessaria erant. Sicut Maria Magdalena, & Martha, aliæque mulieres, quæ fecutæ fuerant, Dominum de Galilæa sequebantur illum ministrantes ei. Quod Beatus Paulus, qui gentibus prædicauit, licet potestatem haberet, tamen non ducebat secum mulieres, ne scandalum oriretur apud gentes, quarum Magistri, & qui præpositi, hanc consuetudinem non habebant, quia miles militat pro vita regis, pro defensione patriæ suis stipendiis, subaudi nullus, tamen ego milito meis stipendiis, labore manuum mearum victimum, & vestimentum acquirens. *Quis plantauit vineam, & fructum eius, id est, racemos eius non edit? Vinea Apostoli erant Corinthii, quos plantauerat ipse in fide Christi, sed fructum ab eis non suscepit, sumptus videlicet vnde viueret. Nunquid secundum hominem duo, id est, numquid secundum humanum intellectum ex proprio sensu ita loquor non alligabis os boui tritarianti, id est, os prædicatoris alienum à mercede non facies, Recte ergo prædicatores, bubus comparantur. Quia sicut illi vomere exarant terram, ita prædicatores vomere, siue ligone verbi Dei excolunt corda auditorum, ut ferant fructus salutis æternæ. Nunquid de bubus cura est Deo, est vtrique Deo cura de bubus, qui omnium, quæ fecit, curam habet, sicut eis dicitur, nihil odisti eorum, quæ fecisti, & non solum de bubus, verum etiam de passeribus cura est illi, sicut in Euangeliō ostenditur, vbi dicitur pascere illos, sed non curabit de bubus, ita ut inter præcepta, quæ homini dedit ad salutem sui, præciperet curam bouum habere. Nec enim necesse est per scriptam legem monere hominem quomodo boui suo consulat. Quoniam debet in sp̄e subaudi fructus percipiendi, quierat arare, si nos vobis spiritualia subaudi bona seminavimus, prædicando gratiam videlicet fidei, & Doctrinæ magnum est si nos vestra carnalia metamus? id est, ut à vobis accipiamus temporalia, quibus contulimus æterna, non est hoc magnum increpatiū, & interrogatiū legendum est. Si alii, id est, pseudo apostoli potestatis vestre, hoc est facultatis vestræ, bonorumque temporalium participes sunt, & non potius nos subaudi debemus participare bonis vestris, qui sacramenta Euangeliō vobis prædicamus. Verum omnia incommoda sustinemus ego, & Barnabas, sicut videlicet, famem, nuditatem, omnemq; indigentiam, ne quod offendiculum demus Euangeliō Christi, id est, ne dicatur de nobis quod causa queritus, & lucri temporalis potius prædicamus Euangeliū, quoniam causa salutis animarum, & remunerationis æternæ, habeaturque Euangeliū venale. Nescitis quoniam qui in sacrario id est, in templo idolorum operantur, excoriando victimas, & coquendo, que de sacrario sunt, edunt, id est, de his viuunt, quæ ibi offeruntur, & quæ pertinent, ad sacrarium. Qui altari subaudi Dei in veteris Testamento legis deseruiunt cum altari participantur. Si quando holocaustum offerebatur in altari domus Domini, totum animal sibi vendicabat altare, si quando vero victimæ, aliaque sacrificia offerebantur, partim cremabantur in altari, partim sumebant in suum usum seruitores. Ita & Dominus ordinavit, id est, disposuit, & potestatem dedit, ego autem, licet potestatem habarem de Euangeliō viuei enullo horum, quæ superius dixi, usus sum, quia nullos sumptus*

sumptibus à vobis accepi ut Euangeliū non facerem vénale, & vos libere possem  
 redarguere, *Non scripsi autem bac, ut ita fiant in me.* Poterant illi dicere, ve et ideo  
 Apostolus talia scripsit nobis, vt quod antea non accepit à nobis, modo accipiat,  
 vt dēmus ei, quæ necessaria sunt. Ad hæc ille. Non ideo inquit ista dico, vt quod  
 hactenus non feci, nunc facere incipiam, sed vt vos ad charitatem prouocem.  
*Bonum est mihi magis mori fame, siti, nuditate, quam vivere gloriam meam*, quam spero  
 me recepturum pro mercede prædicationis, *Aliquis eracutus*, siue destruat dan-  
 do mihi munera. Tunc enim gloria illius evanescet si mercedem accipiens in  
 præsenti, non speraret aliam mercedem accipere infuturum, nec redargueret de-  
 linquentes. *Nam si Euangelizavero subaudi folummodo propter hoc, vt propter*  
 assiduitatem prædicationis mercedem in præsenti recipiam, & laudem ab homi-  
 nibus, *non est mihi gloria subaudi infuturo.* *Necessitas enim subaudi manducandi,*  
 & bibendi *incumbit.* Ideoque prædicō, quoniam vnde viuam, aliunde non ha-  
 beo. Hæc in quibusdam fiebat, sicut in pseudoapostolis, sed in Paulo non erat,  
 qui neque mercedem, neque laudem ab hominibus in præsenti quærebat, ti-  
 mens audire in die Iudicii, recepisti mercedem tuam, si laborasti. *Ve enim mihi*  
*est*, id est, indigentia me opprimet, & penuriam famis sustinebo, *si non Euangelizavero.* Non ex sua persona talia dicit, sed potius ex illorum, qui idcirco præ-  
 dicabant, vnde viuerent, nisi ex prædicatione, ideoq; fauebant suis auditori-  
 bus. *Sic enim volens*, siue sponte hoc ago, id est, si non prædicauerō propter sum-  
 ptus carnales, & si administravero euangelium sine mercede temporali, *Mercede-*  
*babeo paratam à Christo, remuneracionem videlicet æternam*, auditurus ab  
 ipso, *intra in gaudium Domini tui.* *Quæ est ergo merces mea?* Interrogat semetipsum Matth. 25. v. 23.  
 Apolitus, quæ sit merces prædicationis eius in præsenti, & dicit. Iam inquiens xviii.  
 volo sponte prædicare euangelium, quæ est merces mea in præsenti, & respon-  
 dec ipse sibi, aut alicui interroganti, quæ est merces tua? Hæc est merces mea in  
 præsenti, & intentio, *vt Euangelium predicans fidelibus, omnibusque audire vo-*  
*lentibus, sine sumptuonam Euangelium subaudi in cordibus eorum, vt non abutam*,  
 siue non vtar potestate mea in Euangelio, quam cum alis Apostolis habeo; id est, ne  
 accipiam aliquid ab auditoribus, quoniam magna mihi merces reseruatur à Chri-  
 sto. *Nam cum liber essem.* Non solum secundum naturam, ut pote de genere Pa-  
 triarcharum descendens, verum etiam ex omnibus negotiis hominum nihil ab eis  
 accipiendo, *omnium subaudi hominum me seruum feci*, supportando omnes, ve-  
 luti bonus procurator supportat firmos, maxime reos o Corinthii per meam  
 patientiam. Feci autem hoc non calliditatis asperitu, sed compatientis affectu, *vt*  
*plures lucrificarem Christo, & factus sum Iudeis tamquam Iudeus*, subaudi legis ob-  
 seruator adhuc rondendo caput in Cenchrīs, qui est portus Corinthi, offerendo  
 munera in templo Hierosolymis, secundum quod in actibus Apostolorum ha-  
 betur, quando purificatus ascendit in templum, & circumcidendo Timotheum  
 propter Iudeos, *vt Iudeos lucraceret Christo*, à cultura videlicet legis ad gratiam  
 perducendo euangelii. *Ius, qui sub lege sunt*, id est, Samaritanis, quinque libros le-  
 gis habentibus veniens ad illos factus sum eis quasi sub lege essem, id est, quasi car-  
 naliter legi seruirem. *Cum ipse non essem sub lege Moysi animo*, sed sub gratia Euan-  
 gelii, *vt eos Christo lucrificarem*. Feci autem hoc non simulandi versutia, sed com-  
 patiendi misericordia. *Ius, qui sine lege erant*, id est, gentilibus, factus sum tamquam  
 sine lege essem. Constituendo gentilium philosophis apud Athenas vnum Deum  
 esse, qui cuncta fecerit, & animas immortales esse, & homines ab uno Deo princi-  
 piū sumpsisse. Visus est ei quasi unus ex ipsis, licet idola non adoraret, paulatim  
 que trahebat eos ad illa, quæ minus credebant suadens, vt in eum crederent, per  
 quem facta sunt omnia, id est, in filium *factus sum infirmus Iudeis*, & gentibus in  
 sensu, qui magna non poterant capere, *infirmus* comparando, & coquando me  
 illorum pusillitati, *vt infirmos sensu*, & intellectu *lucrificarem* talia prædicando,  
 quæ eorum capacitat congenuebant, & quæ ipsis capere poterant. *Omnibus sub-*  
 audi gentibus Iudeis quæ omnia superius dicta *factus sum*, infirmus videlicet in-  
 firmis Iudeis, Iudeus, Samaritanis Samaritanus, qui reprobationem de Chri-  
sto ex-

G  
xxii.

sto expectabant, gentibus gentilis, ut omnes saluos facerem, prædicando illis verbum fidei. Omnia autem facio propter euangelium, id est, propter Christum, cui Euangelium testimonium perhibet, ut particeps Euangelii efficiar. Sic videntur hæc verba sonare, & hic loquitur Apostolus, quasi Euangelium rationis sit capax, ac si diceret ut particeps Euangelii efficiar, id est, ut præmia, quæ in Euangelio promittuntur, in regno cœlorum consequi merear.

xxiv.

Nescitis, quòd ii, qui in stadio currunt omnes quidem currant, sed unus accipit brauium. Volens, & desiderans egregius prædictor Corinthios, omnesque fideles prouocare ad cursum bonæ operationis, quatenus fortiter insudando pertingere mereantur ad brauium æternæ vocationis, dat inde comparationem, cuius exemplo accendantur ad victoriæ captandam æternam, inquiens. Nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, & cætera. Fuit quodam tempore gigas quidam nomine Hercules apud græcos fortissimus, omnique virtute corporis roboreus. Agilitate quoque, seu velocitate pedum in cursu velocissimus, atque perniciissimus, qui vno anhelitu cucurrit, atq; ut ita dicamus periuolauit centū vigintiquinq; passus. sicq; substitit uno in loco, quod spatium sui cursus stadium appellauit à stando, & est octaua pars milliarii, inde postmodum inoleuit mos apud Græcos, & consuetudo diurna, ut ex singulis vrbibus, castellis, oppidis, nec non & villulis iuuenes se præpararent, quatenus adueniente festiuitate Deorum, possent currere ad illud stadium, quod mensurabatur centum vigintiquinq; passibus, post cuius metam ponebatur aurum, vel argentum, aut equus, siue pallium, vel aliquod præmium, quod brabium græco vocabulo dicebatur, Latinè vero palma, victoria appellari potest, vel corona cunctisque adstantibus viris, & mulieribus ad spectaculum illud currebant omnes sed unus, qui prior præcurrebat, accipiebat brabium cæteris inuanum currentibus, quia nihil utilitas præstabat eis sui cursus, nisi risus, & cachinnum populis excitabant, sibi autem magnam verecundiam. Altiori vero intelligentia per stadium, per quod illi currebant debemus intelligere fidem nostram, intracuius metas currere debemus ab exordio fidei nostræ usque ad terminum huius vitæ, quoisque perueniamus ad brabium repromissum, de quo

Matth. 10. v. 22.

I

Dominus ait; qui perseveraverit usq; in finem, hic saluus erit. Hoc tamen distat inter illorum cursum, & nostrum, quia ibi omnes, qui ad hoc erant præparati currebant, sed unus, qui cæteros præcurrebat prior perueniendo ad brabium, accipiebat solus remunerationem suæ victoriæ. In nostro autem cursu omnes, qui benè currerint, præmium sui laboris percipient, nec dolebunt se incassum cucuruisse, cum omnes, qui perseverauerint, vel peruererint, remunerationem accipient, ille vero unus significat numerum electorum, qui comparatione reprobatur immisus erit, licet in se sit perfectus, vnde Dominus dicit, multi vocati, sed pauci elegati. Quasi diceret multi incipiunt currere, sed ante deficiunt, & lassescunt, quam perueniant ad brabium, pauciq; sunt, qui perueniant ad palmam victoriæ, significat etiam ille unus, unitatem Ecclesiæ, quæ est corpus Christi. Quicunque enim unitati Ecclesiæ fide, bonisq; operibus, atque perseverantia iungantur, illi peruenient ad palmam, de qua unitate dicit Dominus, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis, qui est in cælo cum corpore videlicet suo, quod est Ecclesia. Sic currite ò fideles in fide recte credendo, & benè viuendo, ut comprehendatur palmam perennis remunerationis, sollicitè, ac viriliter vult. Apostolus, ut curramus, quia magna est promissio, ad quam tendimus. Omnis autem, qui in agone, id est, in certamine, & pugna contendit, seu desudat ab omnibus se abstinet, quæ contraria sunt cursui illius. Illi iuuenes, qui ad currendum se præparant, ab omnibus rebus abstinebant, quæ impedit poterant cursum illorum. Nec solum animi à commissione corpus refrenabant, sed etiam laminas plumbeas noctibus ponebant circa lumbos, ne fluxum libidinis per somnum paterentur. Quoniam libido nimium debilitat cor-

Ivan. 3. vers. 13.

K

xxv.

ut corpus, & si illi omnes ita se præparabant, cum scirent unum coronandum, & illi solummodo re promissum brabium, qui prior veniret, licet post illum omnes ad eundem locum peruenissent, quanto magis nobis est obseruandum ab omnibus, quæ cursum nostrum impedi posse possunt, cum omnibus nobis promissa sit salus æterna? Si quærimus ergo à quibus rebus debemus abstinere, & quæ cursum nostrum impediens separant, retrahunt à promisso brabio, interrogemus Apostolum, & ipse nobis demonstrabit illo in loco, ubi dicit. *Manifesta autem sunt operacarnis, adulterium videlicet, fornicatio, immunditia, luxuria, ista & his similia contraria sunt nostro cursui, & illi quidem, qui currunt intra stadium, ita idem currunt, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem ideo currimus intra metas dei nostræ, ut coronam incorruptam accipiamus.* Quod superius appellauit brabium Græco vocabulo, nunc vocat Latinè coronam corruptam, illorum corona, & remuneratio corruptibilis erat, id est, temporalis, quia cum tempore transiebat, Verbi gratia: Accipiebat aurum, argenteum, corruptibile erat, quia de terra sumitur, & in terram reuertitur, accipiebat vestes, vetustate, & tineis consumebantur, accipiebat equum, corrumpebatur per mortem, & consumptus à vermis in puluerem transiebat. Dabatur eis corona terrenis, & marcescentibus floribus conserta, sed quasi ventus transiebat. Nostra autem corona, & remuneratio incorruptibilis est, quia nulla immutatione corrumpetur, nec erit ad ornata marcescilibus floribus nostra corona, sed in modum regalis diadematis æternis gemmis conserta in æternum spiritualiter nobis seruabitur. Iam ergo corona, & remuneratio ipse Deus omnipotens erit, & contemplatio totius Trinitatis, videntes Deum, sicut est, in quo habemus vitam sine fine mansuram, Omnemque beatitudinem, atque satietatem. Quoniam videntes fulgidum erimus fulgidi, videntes beatum, erimus beati, videntes immortalem erimus immortales, fœlicesque per omnia sæcula. Qua propter debemus currere credendo, sperando, desiderando, corpus castigando, eleemosynis insudando, ambulando de virtute in virtutem, donec videatur à nobis Deus Deorum in Sion, nec debemus desperare de præmio promisso, sicut Apostolus non desperabat, cum diceret, *Ego igitur sic curro intra terminos fidei bene viviendo, non quasi in incertum,* quia non dubito de remuneratione certum habens, quod sit mihi promissum. Illi, qui currerant in stadio, in incertum currebant, quia non erant secuti de præmio, sed ut nos certissimus de remuneratione exempli causa ponit se Apostolus in medium, quatenus illum imitemur, *Sic pugno, non quasi aërem verberans eleuando & depo nendo gladium, velut stultus miles, qui non positus contra hostem verberabat aërem agitando brachia, & gladium, volens apparere præliator.* Paulus ergo pugnabat contra aëreas potestatis de quibus loquitur in epistola ad Ephesios. Pugnabat contra Philosophos & magos, & bestias homines, de quibus dicit in hac eadem epistola. *Si ad bestias pugnauis Ephesi,* pugnabat autem non materiali gladio sed prædicando, miracula faciendo, orando, iejunando bonis operibus insistendo ille Prædicator verberat aërem qui sine effectu prædicationis prædicat, videlicet verba tantummodo profens, non operibus exornans, qui aliud prædicat, atque aliud agit & hoc quod prædicat, miraculis & exemplis non roboret. Apostolus autem aërem non verberabat, quia in vanum verba non proferebat, complens & roborens opere quod prædicabat ore. *Sed castigo corpus meum subaudi in labore & ærumnis in vigiliis multis in fame, & siti in ieconiis multis, & cæteris talibus.* Et in seruitutem redigo, id est, seruum illud mihi facio, ut quod prædicto verbis, non destruam operibus, sed potius seruam verbis & exemplis his, quibus prædicto. Castigare corpus: est multis tribulationibus quæ superius enumerauimus affligere, & illa ei dare, quæ ad vitam æternam proficiunt, non ad luxum. Seruituti vero subiicitur, dum non suam perficit, sed voluntatem spiritus, id est, rationabilitatis animæ. Sic debet unusquisque fidelium agere castigando videlicet corpus suum & seruituti subiicendo implens illud quod Apostolus alias ait *spiritu ambulate, & de fideia carnis non perficietis.* Et cuius rei causa Apostolus corpus suum domabat refrenans

Gal. 5. vers. 19.

M

xxvi.

1 Cor. 15. vers. 2

N

xxvii.

Gal. 5. vers. 16.

refrenans illud à prauis delectationibus protinus manifestat subdens. *Ne forte, inquit, cum alius prædicaverim ipse reprobus efficiar.* Probus dicitur laude dignus, & approbatus. Vnde econtra reprobus laude indignus & non probatus sic dicit Dominus reprobis, *nescio vos, id est, non approbo ad meam partem pertinere, vel non approbo vos dignos laude esse, timens igitur Apostolus reprobari & indignus laude apparere dicebat ideo castigo corpus meum, & seruituti subiicio, ne forte alii percipient palmarum victoriae prædicatione mea edocti, & ego ipse alienus existam laude & præmio remunerationis, audiens à Domino; Recepisti mercedem tuam. Ne forte etiam aliis curatis ipse remaneam in vulnere.*

## C A P V T X.

Commemoratione ingratorum Iudeorum frequenter ob varia peccata à Deo punitorum, hos à similibus abstineret: de tentatione humana, & Dei intentionibus auxilio: non solum idolatria fugienda est, sed & mensa eorum qui idolothytis vescuntur: tum quod per hoc videantur aliquid idolis defere: tum quod scandalio sint infirmioribus.

**N**olo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt; + & omnes in Moysè baptizati sunt, in nube, & in mari: + & omnes eandē escam spiritualem manduauerunt, + & omnes eundem potum spiritualem biberunt: (bibeant autem de spirituā, consequente eos, petra: petra autem erat Christus) + sed non in pluribus eorum bene placitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. + Hac autem in figura facti sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, + neque idololatrae efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. + Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia. + Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. + Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. + Hec autem omnia in figura continentur illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenierunt. + Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. + Tentatio vos non apprehendit nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. + Propter q̄ charissimi mihi fugite ab idolorū cultura: + Ut prudentibus loquor, vos ipsi iudicate q̄ dico. + Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quē frangimus, nonne participatio corporis Domini est? + Quoniam unus panis, unū corpus multi sumus omnes qui de uno pane participamus + Vide-

+ *Videte Israël secundum carnem: nonne qui edunt hostias, particeps sunt altaris? + Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid aut quod idolum sit aliquid? Sed quae immolant Gentes, demoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: + non potestis mensa Domini participes esse, & mensa demoniorum. + An emulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expedient. + Omnia mihi licent, sed non omnia edificant. + Nemo quod suū est querat, sed qd alterius. + Omne, qd in macello vanit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. + Domini est terra, & plenitudo eius. + Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. + Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis: nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: + conscientiam autem dico non tuam, sed alterius: Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? + Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago? + Sine ergo manducatis, siue bibitis siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. + Sine ostensione estote Iudeis, & Gentibus, & Ecclesie Dei: sicut & ego per omnia omnibus placebo, non quarens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.*

18  
19  
20  
E.  
21  
22  
<sup>Sup. 6.c. 12.</sup>  
<sup>Eccles. 17.d. 31.</sup>  
23  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
<sup>Colos. 3. c. 17.</sup>  
32.  
33.

**N**olo enim vos ignorare fratres subaudi mysterium hoc quod vobis ex parte enarrabo quoniam patres nostri Iudei de quorum progenie originem duco omnes sub nube fuerunt. Quæ præcedebat eos de super diem, & omnes mare transferunt, quia mortem euaserunt, & omnes in Moyse, id est, per Moysem baptizati sunt in nube, & in mari, id est, à morte sunt liberati. Quantum ad veritatem historiarum pertinet, Iudei egredientes de Ægypto sub nube fuerunt, quia nubes per diem gradiebatur, siue ferebatur super eos. Altiori autem sensu secundum Ambrosium sub nube fuerunt, quia omnia, quæ gesta sunt, illis in obscuritate & in figura facta sunt. In hoc vero, quia nube tuta sunt ab aduersariis Ægyptiis, quando nubes se interposuit inter illos & Ægyptios & aquæ fuerunt à dextris & sinistris, & postmodum protecti sunt per diem ab ipsa nube à calore solis. Dum autem à morte liberati sunt, baptizati dicuntur fuisse per Moysem in nube quæ erat post ipsos, & in mari, per cuius mediū transierunt siue etiam in hoc dicuntur esse baptizati per Moysem in nube, & in mari quia omnia quæ facta sunt illis, in figura, nobis eueniunt in virtute, Nam sicut illi per Moysem ducem Ægypto liberati sunt, & mortem euaserunt per nubem, & per mare, ita & nos per Christum, & per gratiam spiritus sancti in baptismate à morte originalis peccati & actualis liberamur. Moyse enim Christum significat, nubes: spiritum sanctum, Mare rubrum, per quod illi transiundo liberati sunt à morte, baptisma significat, quod rubore sanguinis Christi consecratur, per quod nos à morte æterna liberamur. Et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, & omnes eandem possum spiritualem liberas. Manna, quæ de celo, id est, de illo aere eis data est, & aquam quæ de

1.  
A.  
11.

III.  
B.  
IV.

O ; pétra

petra fluxit, dicit spiritualia esse, vel quia spiritualiter intelligenda sunt: significabant enim corpus & sanguinem Domini, quod modo consecratur & percipitur in Ecclesia, vel quia non mundana lege & consuetudine parata sunt, sed per virtutem Dei sine commixtione elementorum; aquæ videlicet, ac farinæ, ad tempus creata est illa esca atque eis data, & aqua similiter non consuetudine mundana, sed virtute spirituali omnipotentis Dei eis profluxit è petra. Idcirco & ille cibus, panis Angelorum dictus est, quia virtute Dei quæ Angeli viuunt, & subsistunt, sine labore aliquo ea virtute creatus est ille cibus, & appositus est eis, sine aliquo labore illorum. Hoc etiam significare quia de cœlis venturus erat Christus spiritualis panis, qui spiritualiter nos pasceret. Vnde & manna primum prima feria siue prima sabbati quæ num ob reuerentiam Dominicæ resurrectionis dies Dominicæ vocatur. Primum venit de cœlo, ad saturitatem populi. *Bibebant autem de spirituali subauditum petra sequente eos eadem petra.* Iudæi & quidam etiam simplicium Doctorum ex hoc loco fabulose disputant, volentes affirmare, quod postquam Moyses percussit virga bis silium, Populus qui babit, ac iumenta, semper secuta sit eos illa petra, & vbiunque ficebant territoria, voluebatur in medio castrorum nullo homine impellente, emittens largissimos riuulos ad satietatem populi, & iumentorum. Dicunt autem tamdiu hoc factum esse per quadraginta annos, vñque dum venirent in terram Madian vbi foderunt puteos, & inuenierunt aquam dulcem satis, abundeque. Quidam etiam somniando singunt quod tantæ paruitatis fuerit ille lapis, vt Maria soror Moysi ferret illum in pectore suo per illam vastam solitudinem. Sed illi qui talia contingunt, dicant vbi & quando vel quomo-  
do secundum litteram impletum sit, quod secundum septuaginta Interpretes in cantico Moysi habetur, quia sūixerunt mel de petra, & oleum de firma petra, & tunc præbendus est assensus, quod sequuta sit eos petra. At cum nusquam in ve-  
teri testamento hoc factum reperire poterint, submittant vocem & inclinent a-  
rem, vt spiritualiter ista penetrare valeant, quoniam litteram in his se qui non pos-  
sunt. Nam sicut Doctores tradunt Oreb petra, quam Moyses percussit, mons est  
lapideus, cuius latus percussit Moyses. Quapropter melius est, vt spiritualiter ista  
intelligantur, sicut & superiora. Vnde & Apostolus spiritualem appellat eandem  
petram, quia spiritualiter est intelligenda. Significat enim Christum sicut sequen-  
tia manifestant. *Petra, inquit, erat Christus.* Non dixit petra significabat Christum,  
sed tamquam in veritate esset petra. Cum vtiq; per substantiam non hoc erat, sed  
per significationem. Similiter loquens de duobus filiis Abrahæ, non dixit hæc si-  
gnificant duo testamenta. Christus ergo per significationem propter firmitatem  
est petra, non per substantiam, & aqua illa, quæ fluebat ex petra significabat Do-  
ctorinam Christi, & gratiam spiritus sancti, de qua ipse dixit in Euangilio: *Qui si sit  
veniat ad me & bibat & cætera, spiritualis quoque, & consequens petra dicitur, quia  
Christum subsequentem spiritualiter significabat. De qua petra spirituali & con-  
sequenti bibebant illi, quia vbiunque deficiebat eis humanum auxilium, aderat  
Christus, præstans illis suffragium. Cuius potentia qui est verbum Dei Patri libe-  
rati sunt de Aegypto & in terram repromissionis introducti idcoq; dicitur conse-  
qui eos, quia subueniebat eis. Nec enim petra aquam dedit illis una vice sed Chri-  
stus per potentiam suam. Notandum ab Apostolo omnia ista idcirco esse dicta,  
ne quis sibi in baptisme confidat, aut in esca, & potu spirituali, vt putet sibi De-  
um parcere, si peccauerit criminaliter, nisi poenitentia digna hoc promeruerit.  
Quapropter omnibus est laborandum, & vigilandum, quoniam tempus vitæ no-  
stræ breuissimum est. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est D'eo, quoniam multi  
propter infidelitatem mortui sunt in eremo non intelligentes beneficium Dei, sexcen-  
ta videlicet millia. Hec omnia quæ dixim⁹ de nube, mari, Moysè esca, potu, & petra,  
in figura facta sunt nostri, i. nostræ veritatis, quibus veritates contigerunt & manet mo-  
do, quia in exēplo illorū educti sumus de Aegypto de errore videlicet huius mudi.*

*E. Non simus concupiscentes malorū subauditur ciboru, & vitorū. Sicut & illi, id est, Is-  
raelites concupierunt carnes & pepones & ea quæ in Aegypto habuerunt, in vñ co-  
medendi. Ista ex superioribus verbis Apostoli pendet, ybi dicit, omnia quæ Iudeis  
conti-*

D.

Ioan. 7. vers. 57.

V.

VI.

E.

contigerunt, in nostra figura præcessisse, sicut & sequētia manifestant & in nostrā salutē scripta esse, vt non simus concupiscentes malorū ciborū vitiorumq;. Quæstio est cūludæi multitudinē animalium & pecorū secū haberent, quare desiderabāt carnes, & quare nō comedebant carnes animaliū. Quæ hoc modo soluitur, qā nō desiderabant illi carnes pecorū, sed carnes auiū concupiebant, quib. soliti fuerant vesci in Ægypto. Nilus n. fluuius in litoribus suis & palustrīb locis multā genera auium habet, & talia, qualia non habentur in circuitu aliorū fluuium. Fugiamus ergo concupiscentiam malam, & pugnemus contra eam in quantum valemus. Quia vt B. August. dicit, & in nobis quoq; experimento probare possumus, omnia mala per illam fiunt, atq; patrantur. Concupiscentiam autem malam ideo dixi, quia est & concupiscentia bona, de qua dicit Salomon : *Fili concupiscentia sapientiam.* Et Psalmista : *Concupiscentia anima mea desiderare iustificationes tuas,* concupiscentia mala est, quæ suggesterit nobis, vt concupiscamus cibos illicitos, & ultra modū, & vt faciamus homicidiū, furtum, vt perpetremus adulteriū cæteraq; huiusmodi. Ideo Apostolus volens nos sollicitos reddere, donat nobis exēplum illorū Iudeorum, qui per concupiscentiam offenderunt Deum in eremo, & perierunt. *Neg. idololatra efficiamini sicut quidam illorum.* Subaudi, qui vitulum fecerunt ad montem Sinai quem ad modum scriptum est in Exodo. Idos, græcè, latine dicitur species, siue forma inde diminutive dicitur, Idolum formula ex aliquo metallo, siue ex lapidibus vel lignis, latria quoque græco vocabulo dicitur seruitus, quæ omnipotēti Deo soli cōpetit. Ex quibus nominib. componitur, & dicitur idololatra, ille, qui honorem & seruitutem, quam omnipotenti Deo soli debet exhibere, i-dolis impedit, inde & idol ipsa res *sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Veterem historiā hic tangit Apostolus. Egressi filii Israël ex Ægypto, dum peruenissent ad Sina montem, Moyse ascendentē in monte ad D E M, & morante aliquantis diebus, conuenerunt ad Aaron, petentes, vt faceret eis D E O S, qui illos præcederent, dicentes : *Fac Deos, qui præcedant nos, Moysi enim qui eduxit nos de Ægypto, nescimus quid acciderit.* Tunc sicut historia narrat, accipiens Aaron ab eis armillas, & inaures, fecit inde vitulum conflatilem quem colebant Ægyptij. Statimque ædificantes aras ante illum, immolauerunt ei hostias, dicentes isti sunt Dij tui Israël, & cætera completoque sacrificio federunt ad manducandum & bibendum. Ac si postmodum surrexerunt ludere ad diuersa ioca & ad choros, & insuper cooperunt fornicari. Quapropter multitudo illorū interfacta est à fratrib. suis iubente Moyse, & Domino volente. Quod factum ideo replicat Apostolus, vt non se crederent Corinthii immunes esse eorum criminē, qui in idolio epulabantur. Idololatra quoque est omnis avarus, qui nummum quasi Deum colit, timens illum amittere. *Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt.* Subaudi, cum Madianitis, & cæciderant unadie viginti tria millia. Hoc in terra Madian factum, & hoc retributum est illis, quando cum Madianitis se copulauerunt, vel commaculauerunt. Adorantes primum idola ante ostia domorum illarum. Nam Baalam ariolus filius Beor cernens animos Iudæorum pronos ad libidinem, & proclivos ad idola colenda, ductus, & captus a amore pecuniarum dedit Balac regi Moabitum, atq; Madianitarum consiliū, vt constitueret puellas iuuenculas, & meretrices in domorum ostiis, comptas ornamento meretricio, & ante ostia domorum idola, & aras, vt venientes Israelitæ caperentur amore illarum, & coirent cum illis: Ita tamen vt primum adorarent idola, quo facto cognouit ipse iram Dei contra illos excitandam. *Vnde factum est,* vt viginti tria millia ab igne cœlesti consumerentur, & pene omnes perirent, nisi Phinees zelo D O M I N I, confodisset cuspidē virum Hebrewum cum Madianide scorto in locis genitalibus. Cuius rei causa quietuit ira D O M I N I à populo. Notandum quoque quia non solum illi dicuntur, & sunt fornicatores qui quocumque modo sit, libidinem suam expletū; sed etiam qui per alia vitia à D E O recedunt. De quibus dicit Psalmista : *Perdes omnes qui fornicantur abs te,* id est, qui recedunt à te. *Neque tentemus*

Psalm. 18. v. 20.

VII.

F.

Exod. 32. v. 1.

Ibid.

VIII.

G

Psalm. 72. vers. 17.

358

I X. tentemus Christum , sicut quidam illorum tentauerunt. Subaudi, Moysen, qui Christi figuram gerebat, vel etiam ipsum Christum tentauerunt, qui erat in Moysi, sicut ipse Moyses dicit : *Nos quod sumus? non contra nos est murmur vestrum sed contra Dominum.* Christus enim est verbum Patris, ipse erat in Moysi, & ipse loquebatur per os eius, & quando tentabant Moysen, & quando murmurabant contra illum, contra Deum murmurabant. Sed quid contigit illis. *Perierunt à serpentibus ignitis.* Qui vtrumq; faciebant & mordebat, mordendo quoq; venenum infundebant. Reducit ergo Apostolus talia ad memoriam, & commonet, ne nos in eadem causa inuenti tradamur diabolo, cuius figuram serpentes hebent. *Neque murmuraueris.* Subaudi, contra Dominum, neque contra Prælatos & Rectores, sicut quidam eorum murmurauerunt. Dathan videlicet, & Abiron, sociiq; eorum contra Moysen & Aaron, & exterminati sunt à Deo veligne. Dathan enim, & Abiron cum omni domo sua exterminati sunt desuper facie terræ à Deo, quia præcipite Deo viuos deglutiuit eos terra. Fueruntque ante sepulti quam mortui. Quoniam sicut scriptura narrat, viui descenderunt ad infernum, socii vero illorum, qui in ipsa conspiratione similes extiterunt, ab igne coelesti exterminati sunt. Murmure autem est plerumque falso ad inuicem de præpositis & Rectoribus queri atque causari, plerumque etiam solet murmur fieri & iusta ex causa, quando Prælati non simpliciter, recteque erga subiectos incedunt. Tamen quocumque modo nascatur, & fiat, malum est, & vñ illi, quo excitante prouenit, vtrum sit Prælatus an subiectus. Dicit enim beatus Augustinus, quia in nulla alia causa ita offendunt Iudæi Deum in eremo, sicut in murmuratione, quoniam semper murmuratores extiterunt. Quapropter caendum est omnimodo ab huiusmodi vicio, ne similia nobis euenant. Hec autem omnia superius dicta de serpentibus, & de igne, qui eos deuorauit, in figura contingebant illis. Videamus quomodo serpentes igniti quibus illi traditi sunt, in figura contingebant illis, vel figura fuerunt & serpens æneus, qui suspensus est à Moysi in ligno, quem qui aspiciebant, sanabantur. Serpentes illi, qui mordendo venenum infundebant, dæmones significant, qui suggerendo nobis venenum mortiferæ delectationis infundunt, quibus etiam tradimur, si serpentem æneum in ligno pendentem non aspicimus, id est, Christum. Serpens æneus qui similitudinem serpentis habebat. Sed tamen venenum non habebat, quem qui aspiciebant temporealem mortem à moribus serpentum euadebant. Christum significat, sicut ipse dixit, *Sicut Moyses exaltavit serpem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat.* Similitudinem ergo serpentis habuit ille serpens, sed veneno caruit, quia Christus similitudinem quidem carnis peccati habuit, sed peccati venenum non habuit. Per hoc quod æneus fuit significat æternitatem Christi, quia æs durabile æramentum est, suspensus est in ligno, & Christus in patibulo crucis. Qui illum aspiciebant, sanabantur à morsibus, & veneno serpentium, quoniam quicunque Christi passionem cum reuerentia ad memoriam reducunt, & aspiciunt illum ad hoc vt mortificant corpora sua cum vitiis & concupiscentiis saluantur à suggestionibus dæmonum, & veneno prauæ delectationis, & insuper à morte æterna. Ille vero ignis, qui deuorauit murmuratores, significat ignem æternum, qui deuorauit omnes, similia agentes. Scripta sunt autem ad correptionem nostram, vt nos per talia corrigamur, in quos fines sæculorum deuenerunt. Quia nos jam in fine sæculi sumus positi, in ultima scilicet ætate, non propter illos sunt scripta, vt illos legerent, qui talia agentes talia meruerunt recipere, quia jam olim mortui erant sed pro nostra salute, & utilitate, vt si timore eorum in Dei seruitio manserimus, gloriam illis promissam accipiemus, terrâ videlicet repromotionis, quæ significat patriam coelestem. Si quo minus aut aliter gerimus geminabitur vobis, poena illorum. Quoniam maior notitia legis plus facit hominem reutum. Itaque qui se existimat stare in rectitudine fidei, bonisq; operibus & in scientia, qua credit omnia esse munda, videat nec cadas in superbiam aut in scandalum fratris. Isto in loco tacite ac specialiter percutit eos, qui præsumentes de sua scientia, qualiterū est omnia

Omnia edere, quia omnia munda sunt mundis, recubebant in idolis & edebat carnes idolothytas. Vnde scandalizabantur simpliciores fratres, qui vidétes illos talia agere, putabant aliquid numinis & Deitatis esse in idolis atque in cibis illis consecratis. Generaliter autem ad omnes pertinet quod dicitur, qui stat in fide, & in bono opere, videat ne cadat. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana, quæ opere non perficitur.* Tentatio humana est, malum cogitare, & in corde tentationes multas perpeti: diabolica vero tentatio est certamen temptationis in opere superari, & malum perficere concupisci mulierem humana tentatio est. Adulterium vero siue fornicatione perpetrare diabolicum est. Sic de cæteris vitiis intelligendū. *Fidelis autem Deus est qui non patietur vos tetari super id, quod potestis subaudi, sustinere.* Fidelis dicitur Deus esse quoniā quicquid pmisit fidelib. suis opere compleuit. Cōplet quoq; quotidie & cōpleuit. Promisit diligentib. se regnacœlestia cōplebit illud, quia dabit eis. Ideoq; nō permittit eos tentari super id, quod humana fragilitas potest ferre, sed faciet eum temptatione etiam progenitum, id est, auxilium ut possit sustinere, id est, illud faciet prouenire, quod potest humana fragilitas ferre, videlicet aut à temptatione & tribulatione citius liberādo. Sicut legimus factum de beato Abraham quando liberatus est de Vr Chaldæorum. Nec nō de tribus pueris in camino, & Daniele, quando missus est in lacum leonum, & de innumerabili multitudine martyrum, aut etiam interpretatione tolerantia præbēdo, & victoriā sicut præbuit B. Iob, Petro quoq; in cruce, & Andreæ, Laurentio quoq; supra craticulam multisq; aliis martyribus. *Quis n. hominum posset credere, quod hō mortalis talia posset sustinere, qualia sustinuit Laurētius padiutoriū Dei?* Quapropter dū tales & huiusmodi nobis temptationes afflictionesq; proueniūt, debemus ista ad memoriā reducere, omnemq; spē nostrā in Deū iactare, vt ipse nobis faciat prouētū venire citius liberando, aut etiam victoriā tolerantia præbendo. *Vt prudentibus loquor vos ipsi iudicare, i. discernite, quod dico, utrum bonum, & verū dicā, nec ne.* Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio est? Idcirco autem primum calicē nominavit, quia de pane postea plus erat disputaturus, calix autem benedictionis dicitur, quia benedicitur à sacerdotib. in altari. Appellatur & ipse calix communio, quasi participatio, quia omnes communicāt ex illo, partemq; sumunt ex sanguine Domini, quem continet in se. *Et panis quē frangimus in altari, nonne participatio corporis Domini est?* Vtq; primum consecratur & benedicitur à sacerdotibus, & Spiritu sancto, & deinde frangitur cum iam licet panis videatur, in veritate corpus est Christi, ex quo pane quicunq; communicant corpus Christi edunt. *Quoniam unus, subaudi, panis Christi vnum corpus Christi multis sumus,* qui comedimus illum panem, caro quam verbum Dei Patris assumpsit in utero virginali, in unitate suæ personæ, & panis qui consecratur in Ecclesia vnum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi, sed nec sunt duo corpora, sed vnum corpus, diuinitatis enim plenitudo quæ fuit in illo, replet & istum panem, & ipsa diuinitas verbi, quæ implet cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, ipsa replet corpus Christi, quod à multis Sacerdotibus per vniuersum orbem sanctificatur, & facit vnum corpus CHRISTI esse. Et sicut ille panis, & sanguis in corpus CHRISTI transeunt, ita omnes, qui in Ecclesia digne comedunt illud, vnum corpus CHRISTI sunt. Sicut ipse dicit: *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet;* Ioan.6. ver.57.

*& ego in eo.* Tamen illa caro quam assumpsit, iste panis omnisque Ecclesia non facit tria corpora CHRISTI, sed vnum corpus, & sicut qui corpore & sanguine DOMINI communicant, vnum cum eo corpus efficiunt, sic & qui communicant de idolothytis vnum cum diabolo corpus existunt. *Omnes qui de uno pane, id est, devno corpore Christi, & de uno calice siue sanguine participemur, id est, partem accipimus, & vnum corpus Christi efficiemur.* Videte, inquit, id est, considerate Israël secundū carnem, id est, qui carnaliter viuit, & carnales hostias adhuc offert. Tunc tēporis quando Apostolus ista loquebatur adhuc erat templum Hierosolymis, in quo offerebat Israël carnaliter viuens, hostias Deo.

Carnalem

xiii.

L

xv.  
xvi.

M

xvii.

N

Carnalem autem illum appellat, quia legem carnaliter volebat obseruare, id est, ad differentiam Israel spiritualem, qui iam veteres umbras non sequebatur, ex cuius numero erat idem Apostolus. Vult autem ostendere Corinthiis, quia sicut illi erant socii, & participes altaris qui comedebant ea quae in altari offerebantur, ita & isti Corinthii comedentes carnes idolothytas socii erant dæmoniorum. Vnde & sequitur. *Nonne qui edunt hostias, Subaudi, victimarum in lege participes sunt altaris?* Sunt utique, ita & vos qui editis in idolio carnes idolis consecratis, participes estis illorum. *Quid ergo quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid?* non hoc dico quod aliquid sit, quia idolum nihil est, & quod ei offertur nihil est. Quicquid in illo non est, vel illi non adhaeret, qui habet esse, nihil est. *Nolo vos socios fieri dæmoniorum,* tunc siebant socii dæmoniorum, quando comedebant idolothyta, & quando voluntatem implebant illorum. *Non potestis calicem,* id est, sanguinem Domini bibere. Subaudi, recte, & sicut bibendum est, & calicem dæmoniorum, qui idolis libatur. *Non potestis mensa Domini,* id est, corporis Domini participes esse recte & dæmoniorum cibos comedere, sicut recte non potest duobus dominis seruire, sic non possumus utrumque agere recte, & diabolo seruire, & Christo placere, corpusque eius digne sumere. *An amulamus Dominum?* Iungit se Corinthiis, & loquitur ex persona illorum, qui dicebant: Numquid non imitamur Dominum. In hoc ergo quod pergitus ad tempora idolorum, & comedimus, ibi cum infidelibus quos volumus lucrari ad fidem Christi, imitamur Dominum, qui ad domos publicanorum & peccatorum veniebat, ut occasionem haberet docendi. *Numquid fortiores illo sumus?* Quasi diceret, numquid fortiores illo estis in hac parte? Non estis in hoc volebant fortiores esse Christo, quia nolabant agere quod ipse non fecit. Illi enim ibant ad domos Paganorum, Christum vero non legimus peregrinantes ad domum alicuius gentilis. *Omnia,* subaudi, alimenta licet mihi edere secundum naturam, sed non omnia expediant, id est, non omnia sunt utilia. *Omnia mibi licent,* sed non omnia edificant alios in fide, sed potius destruunt, simplices per scandalum. *Nemo quod suum est querat,* tantummodo in hac parte comedendo omnia, sed quod alearius, id est, quod simplicioribus prodest, sicut Christus non quæsiuit sua, sed nostra. *Omne quod in macello,* id est, in mercato venit siue venditur manducare nihil interrogates propter conscientiam illius, quem interrogaueritis. Macellum dicitur a mactando eo quod ibi mactentur carnes. Ideo autem prohibuit Apostolus, ut non interrogarent aliquid de carnis utrum consecratae essent idolis, necne quia si interrogarent, diceret ille, insultando, & deridendo qui interrogatus fuerat, omnes istæ carnes quas cernis, in toto macello, idolis sunt dicatae. Si aliquis fidelium audiens haec posseta emeret, derideret illum Paganus in sua mente & conscientia dicens: Ecce quid fecit Christianus, qui me prohibebat idolis offerre, eas comedere, ut sanctas? Nisi aliquid numinis in idolis cognosceret, nequaquam hoc ageret. Quamdiu video talia eum facientem non transibo ad Christianismum; *Si quis* infidelium *vocat vos ad coenam,* & *vultis ire.* Subaudi, ad domum eius, non praecipit, ut irent nec prohibuit, sed licentiam præsttit. Coena vocatur commune conuiuum, & communis esca siue refectio coenæ, quippe dicat græci commune. Vnde communicantes dicuntur, quod communiter, id est, pariter comedant. Apud veteres enim consuetudo erat hora nona coenare. Non in abscondito, sed in propatulo ne singularitas luxuriam gigneret. *Si quis dixerit hoc immolatum est idolis,* id est, consecratum, *Nolite manducare propter conscientiam alterius,* id est, illius qui indicauit & circumstantiam, ne vos derideant sicut supra dictum est. *Vt quid enim libertas mea,* qua credo omnia esse munda, *dijudicatur,* id est, reprehenditur ab aliena conscientia, id est, si ego manduco omnia, quid pertinet ad aliquem ut me reprehendat? vel quid nocet eius reprehensio? *Si ergo cum gratia.* Subaudi, Dei participio, siue manduco, *quid blasphemor pro eo quod gratias ago Deo?* Ex persona illorum loquitur, qui talia dicebant, quasi subiungeret Apostolus, non debetis hoc dicere, licet sanctificetis illud, quod sumitis signaculo crucis, & inuocatione nominis Dei, ramen non ideo comedere quia blasphematur exinde non men

xix.

xx.

xxi.

xxii.

O

xxiii.

xxiv.

xxv.

P

xxvii.

xxviii.

xxix.

men Dei, & vos blasphemamini. *Omnia in gloriam Dei facite, id est, in uocatione nominis Dei, & cum honestate, ut Deus glorificetur per vos, legimus quodam loco, quod quodam tempore quidam homuncio prænimitia tristitia voluisse se laqueo suspendere, & dixisset, Deus adiuua me, quod verbum semper in vnu habebat: astitit beatus Paulus, inquiens, infelix temetipsum illaqueare vis? & præsumis nomen Dei inuocare? Sed quia illum inuocasti, esto liber ab hac tristitia, & morte præsentis, quia omnia tibi prosperè succedent. Sine offensione, id est, sine scandalo, & reprehensione, estore Iudeus qui idola execrantur, & gentilibus fidelibus etiam & infidelibus, sicut & ego per omnia, Subaudi, quæ facio omnibus placebo.* Cum Apostolus alias dicat. *Si hominibus placerem Christi seruus non essem.* Quae- Gal. i. vers. 10.  
rendum est, quare modo hic dicat se omnibus per omnia placere. Ad quod di- cendum, quia vbi dixit, *si bominibus placerem:* homines ibi voluit intelligi hæreticos Iudeos incredulos Paganos & persecutores. Hic autem vbi dicit omnibus se placere, Subaudi, bonis & religiosis viris. Si hominibus, inquit, infidelibus pla- cerem. Neroni scilicet, hereticis, Iudeis incredulis & persecutoribus, Christi seru<sup>9</sup> non essem quia Christū negasse. Tamen licet illis non placeā, omnib. tamē bonis & religiosis placebo, *Non querens quod mihi soli utile est,* quia non accipio à vobis vi- etum & vestimentum, sed alterius. Sicut Christus non quæsiuit sua, quia non est flagellatus pro se, consputus, passus & mortuus, nec quæsiuit sua, sed nostra; ita Paulus non erat propria salute contentus, quia non quærebat quod sibi soli vi- tle erat, sed quod aliis, sustinens pro aliorum salute libenter multa aduersa & probra.

Q

xxxii.

xxxiii.

## C A P V T XI.

**Vir Aperto, mulier autem velato debet orare capite. Corinthios reprehēdit quod ad celebrandam cœnam dominicam inuicem non expectarent, sed inter se dissiderent, referens interim sacramenti Eucharistiae à Christo institutio- nem, & scelus ac pœnam indignè ad illud accendentium.**

**Mitatores mei es tu, sicut & ego Christi. † Laudo autem vos fratres, quod omnia mei memores es tu: & sicut tradidi vo- bis, præcepta mea tenetis. † Volo autem vos scire, quod omnis vi- ri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput vero Christi, Deus. † Omnis vir orans aut prophetans velato capito, detur pat caput suum. † Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, detur pat caput suum: unum n. est ac si decaluetur. † Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum. † Vir quidem nō debet velare ca- put suum: quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. † Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. † Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. † Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. † Ve- rum tamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Do- mino. † Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. † Vos ipsi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? † Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si co-**

1.

2.

A

3.

4.

5.

6.

B

7.

8.

9.

Gen. i. d. 11.

10.

11.

C

12.

13.

14.

15. *mam nutriat, ignominia est illi: + mulier vero si comam nutriat,*  
 16. *gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. + Si quis*  
 17. *autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non ha-*  
 D *bemus, neque Ecclesia Dei. + Hoc autem pricipio: non laudans,*  
 18. *quod non in melius, sed in deteriorius conuenitis. + Primum quidem*  
 cōnuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos,  
 19. *E ex parte credo. + Nam oportet E hereses esse, ut E qui pro-*  
 20. *bati sunt manifestiant in vobis. + Conuenientibus ergo vobis in*  
 21. *vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare. + Vnusquis*  
 22. *que enim suam cœnam presumit ad manducandum. Et alius qui-*  
 E *dem esurit, aliis autem ebrius est. + Numquid domos non habetis*  
 23. *ad manducandum E bibendum: aut Ecclesiam Dei contemnitis,*  
 24. *E confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo*  
 o Mat. 16. c. 26.  
 Març. 14. c. 22.  
 Luc. 22. b. 17.  
 25. *vos in hoc? non laudo. + Ego enim accepi à Domino, quod E tra-*  
 F *didi vobis, quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, ac-*  
 ceperit panem, + E gratias agens, fregit, E dixit: "Accipite, E man-  
 ducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite  
 in meam commemorationem. + Similiter E calicem, postquam  
 26. *cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine,*  
 27. *hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.*  
 o Ioan. 6. E 59.  
 28. *+ Quotiescumque enim manducabis panem hunc, E calicem bi-*  
 a Cor. 15. 5.  
 29. *betis: mortem Domini annuciabitis, donec veniat. + Itaq; qui-*  
 30. *cumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini*  
 31. *indigne: reus erit corporis E sanguinis Domini. + Probet autem*  
 32. *scipsum homo: E sic de pane illo edat, E de calice bibat. + Qui e-*  
 33. *nim manducat E bilit indigne, iudicium sibi manducat E bilit:*  
 34. *non dijudicans corpus Domini. + Ideo inter vos multi infirmi E*  
 imbecilles, E dormiunt multi. + Quod si nos metipso dijudicare-  
 mus, non utique iudicaremur. + Dum iudicamur autem, à Do-  
 mino corripimur, ut nō cum hoc mundo damnemur. + Itaq; fratre-  
 mei, cum conuenitis ad manducandum, in uicem expectate. + Si  
 quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Ca-  
 tera autem, cum uenero, disponam.

Y. **A** *Miratores mei estore sicut & ego Christi, Id est, sicut ego imitator Christi sum, non*  
 II. *querēs solūmodo quod mihi vtile est, sed quod alteri, ita & vos me imitamini;*  
 III. *sicut enim Deus Pater misit Christum, vt Apostoli eius imitatores essent, ita*  
 Christus misit nobis Apostolos, vt eorum imitatores simus. *Laudo autem vos fratres*  
*quod per omnia memores estis: ironicos ista dicit, & quod videtur affirmare, increpat,*  
*& denegat. Quasi diceret; non laudo vos, quia non estis mei memores, Neg. tenetis*  
*præcepta quæ tradidi vobis. Volo autem vos scire, quoniam omnis viri caput Christus est:*  
*Omnis*

Omnis viri caput est Christus, id est, Princeps & origo, quia ab illo, qui est verbum Dei Patris, creatus est, & non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum quod homo est, & carnem nostram assumpsit, caput & princeps est omnis hominis. *Caput autem mulieris*, id est, princeps & initium mulieris, vir est, quia de costa eius facta est, & eius potestati subiecta. *Caput vero Christi*, id est, origo & principium illius Deus Pater, quia ab illo habet originem & principium, tam secundum diuinitatem quam iuxta humanitatem. *Omnis vir orans in Ecclesia, aut prophetans*, id est, docens vel prophetans explanans velato capite detur patet, id est, de honestate caput suum, vel orans, id est, orationem dominicam, dicens prophetans, symbolum Apostolorum recitans, ubi prophetatur aduentus Christi ad iudicium. *Si non velatur mulier*, id est, si non vult operire caput suum linteo tondeatur. Quare praecepit hoc Apostolus? quia mala consuetudo erat tunc temporis quia nolebant capillos ligare, & caput cooperire, & ne ipsa profluxio capillorum prouocet homines ad amorē libidinis, ideo praecepit velare, & ligare capillos. *Vir non debet velare caput quoniam imago & gloria est Dei*, homo imago Dei est quia sicut ab uno Deo omnia originem sumpserunt, & ab illo facta sunt, ita ab uno homine Adam omne genus humanum profluxit. Gloria quoque Dei est, quia glorificatur Deus per hoc, quod hominem rationabilem fecit. Ideoque non velare caput, ut ostendat non esse se subditum mulieri, sed potestatē habere super eam. *Mulier autem gloria viri est*, quia ex ipso facta est, vel quia subiecta est ei, & in hoc gloriam habet vir. *Non enim vir, primus Adam ex muliere est factus, sed mulier ex viro*: Etenim non est creatus vir, Adam propter mulierem, quia nec dum erat creata mulier, sed mulier propter virum, id est, ad auxilium viri. Ideo subaudi, ut recognoscas te mulier sub viri esse potestate debet habere potestatem velandi super caput propter Angelos, Angelus Graece, latine dicitur Nuncius, quo vocabulo vult ostendere Apostolus, Episcopos, Sacerdotes, oecum; ordines altaris qui Angeli debent esse annuncianto populis, quid debent appetere, & quid vitare. Propter istos Angelos debent mulieres stantes in Ecclesia velata habere capita, ne respiciens aliquis illorum ad populum capiatur ad amorē & pulchritudinem illarum, dicamus & aliter iuxta Augustinum, ex hoc vir non debet velare caput, quoniam imago est Dei, mulier autem debet propter Angelos, virum in hoc loco uno modo debemus intelligere quemlibet Prædicatorem spiritualem, & viriliter agentem. Cuius caput est ipsa eius sapientia, quia sicut caput regit membra, ita illa regit mentem. Istud caput, id est, sapientiam non debet velare vir prædicator talis, quia non debet illam celare, & abscondere, sed aliis manifestare docendo, & prædicando, bonisque operibus insistendo debet se imitabili præbere. Per mulierem autem debemus intelligere quemlibet in Ecclesia muliebriter, & stulte agentem, cuius caput est ipsa eius ignorantia, & stultitia, quam non debet aliis in propatulo manifestare, ne se imitabilem reddat, sed debet illam tegere, & ad Angelos qui & viri appellantur, id est, ad prædicatores referre, ut illorum exhortatione & doctrina saluari possit, vel debet suam insipientiam, & ignorantiam velare propter prædicatores, quia illis se debet humiliare. Aliter homo ex corpore, anima, & mente consistit, quae & rationabilitas animæ dicitur, cum unum sit anima & mens, dividamus hic animam, quae vivificat corpus, & mentem, quae regit animam, quia fecit differentiam inter bonum & malum, inter virtutes & vitiæ. Per virum in hoc loco debemus intelligere secundum Augustinum, rationabilitatem animæ nostræ, id est, mentem, quae imago Dei est, quia sicut Deus seit differentiam facere inter bonum & malum, ita & mens modulo suo, cuius viri caput, id est mentis, siue rationabilitatis quod unum est, ipsa bona eius intentio est, quam quod non debet: quia non debet illam refrenare à contemplatione Dei, sed quanto amplius de Deo intelligit, tanto amplius debet illam permettere, ut se eleuet ad contemplationem Dei, donec perueniat ad hoc ut, quod modo videt, in spe, & in speculo, quandoque videat in re, contemplans Deum sicuti est. Per mulierem possumus intelligere animam, cuius caput est intentio plerumque intendit terrenis rebus ultra modum. *Quod caput, id est, quam intentionem debemus velare, quia debemus illa refrénare, ne ultra modum in terrenis rebus*

rebus se occupet. Anima enim quæ vivificat corpus, plene ea desiderat ultra, quæ  
necessitatem sit in quibus delectatur corpus, quod terrena querit. Verum tamen neque  
vir sine muliere. Subaudi, creatus est in præsentia Dei, Neque mulier sine viro,  
Subaudi, creata est in Domino, id est, per Dnm. Nam sicut mulier Eua de viro, id est, de  
costa Adæ, ita & vir Cain per mulierem extitit. Omnia autem, Subaudi, genera homi-  
nū ex Deo, Adam videlicet Eux, & Cain, vel omnia, id est, corpora virorum & cor-  
pora mulierū. Vos ipsi indicare, id est, vos ipsi discernite, quæ dicturus sūt mulieri pro  
velamine, id est, pro ornamento dati sunt capilli. Si quis autem videtur contentiosus esse  
ut dicat, ego sum Pauli, ego Apollo, nec vult nostris admonitionibus parere, nos  
Iudæi credentes, & Apoltonalem consuetudinem non habemus, ut contendamus,  
quia lex irā, & contentionem prohibet. Neq; Ecclesia Dei, quæ Euangeliū habent.  
Hoc autem præcipio, Subaudi, non laudans quod contenditis. Primum quidē conueni-  
entibus vobis in Ecclesiam, & in conuētu fidelium in dominicis diebus. Audio ab his,  
qui sūt Cloes, scissuras, id est, dissensiones & discordias esse inter vos. Et ex parte credo,  
ita esse verum, ut audio. Nam oportet, id est, necesse est, heres esse, ut qui sunt in vo-  
bis probati fide, bonisq; operibus, manifestifiant, & appareat etiam, qui sint imper-  
fecti, & duplices, sic dicit Dominus in Euangilio; Necesse est ut veniant scandala, id  
est, non potest aliter esse. Et reuera magnam utilitatem præstiterunt hæreses san-  
ctæ Ecclesie, non per se, sed dum Doctores excitauerunt, qui quasi dormiebant.  
Nequaquam enim tantam copiam librorum haberet sancta Ecclesia, & tantam  
cognitionem de Deo, nisi hæreses exortæ essent, à quibus excitatus est Hierony-  
mus, Augustinus, Hilarius, Gregorius, aliqui Doctores sancti, qui multa cón-  
scripserunt contra hæreticos.

**E** Convenientibus vobis in unū iam non est dominicam cœnam menducere. Cœna do-  
minica dicta est eo, quod ipso die saluator cum discipulis cœnauerit, compleps  
veteris testamenti Pascha, & mysteriū corporis & sanguinis sui tradens Apostolis.  
Corinthii, qui & Achaici, vel Achæi venientes ad fidem Christi per prædicatio-  
nem Apostoli Pauli, à quo inter cætera, quæ Dominus fecit, etiam Sacramentum  
cœnæ Dominicæ, singulis annis quinta feria ante diē Paschæ conueniebant om-  
nes ad Ecclesiam, ac nobiles quoque & potentes, diuitesque iubebant defer-  
ri, aut etiam deferebant singuli panem & vinum, & dabant Sacerdoti vnde  
consecraret corpus, & sanguinem Domini. Consecratis autem mysteriū à Sacer-  
dote, unusquisque quod detulerat accipiebat desuper altari, sumebatque tacito  
cum suis, ut super venientes non inuenirent, quod ederent, & vnde communica-  
rent. Aut etiam deferebant omne, quodcunque attulerat, ad domum suam, ut cū  
suis illud sumeret. Ob cuius rei causam magnæ dissensiones inter illos erant,  
quas seminauerant Pseudo Apostoli, ita ut cum una benedictione omnium obla-  
tiones consecratæ essent, singulas suas accipientes quæ communes debuerant esse  
maximam verecundiam inferrent his, qui ut assolet; non obtulerant, licet habe-  
rent, aut his etiam, qui non habebant, quid afferrent. Hoc autem faciebant mul-  
ti, postquam aliis cibis crapulati erant istamq; acceptionem Eucharistie Domi-  
nicam cœnam vocauit Apostolus uno modo. Alteri soliti quoque erant conueni-  
re eodem die ad Ecclesiam omnes diuites, potentes, & nobiles & præparare sibi in  
Ecclesia, & in foribus, atq; atris illius æpulas, & conuiuia, & crapulari, & inebria-  
re, vsque ad vesperam comedentes, & bibentes in conspectu pauperum, & ege-  
norum, qui non habebant vnde similia sibi præpararent, nihilq; accipiebant ab il-  
lis diuitibus, sed præstolabantur ieiuni horam cum verecundia, qua placeret illis  
diuitib. & potentibus benedici corpus Christi à Sacerdotib. vnde comunicarent.  
Impleti autem illi diuites omnibus cibis, & potibus vsq; ad vomitum, accipiebant  
ad ultimum Sacraenta corporis & sanguinis Christi, dicentes, sic tradidit Chri-  
stus discipulis suis, nostris Doctoribus, & Magistris corpus & sanguinem suum,  
posteriorū ciborum perceptionē, & sic nos volumus illud sumere. Quod audiens  
Apostolus scripsit eis inter cætera ista, quæ in præsenti habentur, volēs corripere,  
inquiens; Convenientibus vobis in unum & in Ecclesia iam non est dominicam  
cœnam

cœnam manducare, id est, non est vobis licitum dominicam cœnam taliter manducare, qualiter vos manducatis. Cœnam autem dominicam dupliciter possumus intelligere appellatam ab Apostolo esse, vel perceptione videlicet Eucharistie, de qua sibi singuli vindicabant partes proprias, quas attulerant, aliis non communicantibus, aut etiam eandem Eucharistiam post alios cibos sumentes. Vel alio modo cœnam Domini appellat illas præparationes conuiiorum, & epularū, quas sine charitate sumebant, non dantes inde pauperibus. Sacramentum igitur corpus Christi à communione, cœna appellatur, quia commune debet esse omnibus fidelibus & iustis. Vno enim pane vniuersitas Ecclesiæ significatur. Per id enim, quod vnum sumus, de uno pane omnes nos sumere oportet. Licet enim à multis partibus differatur ille panis, & à multis Sacerdotibus per vniuersum orbem consecratur, diuinitas tamen, quæ replet omnia, replet & illud, facit que, ut sit vnum corpus Christi, omnesque, qui dignè percipiunt illud, vnum corpus Christi faciunt, non duo, quia ipse dixit. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Quicunque ergo cœnam Domini vult imitari percipiendo corpus illius, vel etiam in percipiendis aliis cibis, communiter debet ea vti, quia cœna DOMINI omnibus recumbentibus communis fuit non solum aliis, sed etiam proditori Iude. Sed non immerito quærit aliquis, quare Saluator noster post cœnam corporis, & sanguinis sui Sacra menta Apostolis tradiderit, vel vnde processerit ista consuetudo vniuersalis Ecclesiæ, ut ieuni doceantur eadem Sacra menta percipere, cum Apostoli jam cœnati ea perceperint, & Dominus hoc ita non ordinauerit, sicut modo tene tur: cui respondendum est, tunc cœnatos communicasse Apostolos, quia necesse erat Pascha illud typicum antea consummare, & sic ad veri paschæ Sacra menta, Eucharistie, ut haberent eius Apostoli honorem aliquid ordinandi in sancta Ecclesia, qui post eius ascensionem à Spiritu sancto edocti ordinauerunt in honorem tanti, tamquam terribilis Sacra menti, primo nos ieunos dominicæ passionis participatione muniri. Primoque spiritualibus epulis interius, exteriusque sacrari, ac deinde terrenis dapibus, & vilibus corpus refici cum gratiarum actione, & cum temperantia atque sobrietate. *I nus quisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum.* Et hoc simpliciter intelligi potest, ut intelligatur cœna Sacramentum Eucharistie, quod illi singuli sibi vindicabant, vel illa præparatio conuiiorum, quam vtramque illi, ut propria manducabant, non communicantes ex inde pauperibus. Diximus superius breuiter cœnam vocari à communione vescientium, quasi commune conuiuum, communemque escam atque refectionem. Cenon quippe dicunt græci commune, vnde & communicantes dicuntur, quod communiter siue pariter comedant. Apud veteres enim consuetudo erat, hora nona cœnare, non in abscondito, sed in propatulo, ne singularitas luxuriam gigneret. *Et alius quidem vestrum esurit.* Ille videlicet qui paupertate præmente caret pane triticeo & vino, quod deferat ad consecrandum vnde communicetur, vel vnde præparet sibi conuiuum. *Alius autem* diues quilibet & potens christus est, & crapulatus tam ex aliis cibis, quam etiam ex Sacra mentis corporis, & sanguinis DOMINI. *Numquid domos non habetis à Corinthis, ad manducandum & bibendum communes cibos;* Aut Ecclesiam Dei contemnitis? id est, despicabilem facitis, & pro nihilo ducitis, parantes vobis turpia conuiua in ea, & confunditis eos, id est, verecundari facitis qui non habent. Subaudi, alimenta, ex quibus consecratur corpus CHRISTI, & sanguis, vel unde sibi præparent cœnam in ipsa Ecclesia, sicut vos, qui diuitiis abundatis. *Quid dicam vobis à Corinthiis?* id est, quid possum vobis dicere præ nimio dolore? *Lando vos,* Subaudi, in hoc, quod bene agitis in quibusdam rebus. *In hoc tamen non lando vos,* quod Ecclesiam DEI despicibilem facitis, & taliter iam ebrij corpus DOMINI percipitis. *Ego enim accepi à Domino quæ & tradidi vobis,* id est, mysterium corporis, & sanguinis Domini, quomodo debeatis sumere. Sicut

G

H

xxi.

xxii.

I

xxiii.

mihi reuelauit Dominus, ita tradidi vobis, insuper etiā quod significaret illud Sacramentum sicut in sequentibus dicturus est, quando pergebat Damascenum, & cecatus est, vel tunc manifestauit ei Dmīnus hoc inter cætera, vel quando positus in ecstasi mentis dum esset in templo. Ac sic demum tradidit Corinthiis, quando moratus est apud eos anno vno & mensibus sex. *Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, id est, in ipsa nocte qua erat tradendus à Iuda,* *Accipie panem, & gratias agens, fregit, & dixit.* Finitis solemniiis veteris Paschæ, quæ in commemorationem antiquæ liberationis Dei populi de Aegypto agebantur, omnibus annis, transiit statim ad nouum Pascha, sicut supra diximus, quod in memoriam suæ passionis, & nostræ redēptionis Ecclesiaz suæ reliquit frequētandum, fregit ipse panem, quem discipulis portexit, vt ostenderet corporis sui fractionem, & passionem suam sponte venturam, sicut ipse antedixerat: *Pone fratrem habeoponendi animam meam: Accipite & manducate hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Sicut caro Christi, quam assumpsit in utero virginali, verum corpus eius est, & pro nostra salute occisum, ita panis, quem Christus tradidit discipulis suis, omnibus prædestinatis ad vitam æternam, & quem quotidie consecrant sacerdotes in Ecclesia cù virtute diuinitatis, quæ illū panem replet, verū corpus est Christi. Nec sunt duo corpora quæ assumpsit, & iste panis, sed vnum corpus Christi, in tantum vt dum ille frangitur, & comeditur, Christus immolatur, & comeditur, & tamen vias manet. Et sicut ille corpus, quod in cruce deposuit, pro nostra salute, & redēptione est immolatum, ita quotidie ad nostram salutē, & redēptionē iste panis Deo offertur, qui licet panis videatur, corpus est Christi. Dñs enim & redēptor noster consulens nostri fragilitati, quia cognouit nos fragiles esse ad peccandum, tradidit nobis hoc Sacramentum, vt quia ipse iam non potest mori, & nos quotidie peccamus, habeamus, verum sacrificium quo possimus expiari. Ideoque quia vnum corpus faciunt, & pro nostra redēptione offeruntur, dixit, hoc est corpus, quod pro vobis tradetur, & addidit, *hoc facite*, id est, hoc corpus sanctificate in meā commemorationē. In commemorationē videlicet passionis meę, vestręq; redēptionis, quia ego vos redemi sanguine meo. Relinquens Dominus hoc Sacramentum salutiferum omnibus fidelibus, vt illud infigeret cordib. & memoriae eorū, egit more cuiuscunque hominis, qui appropinquans morti aliquod munus pretiosum dimittit alicui amicorum suorum in memoriam suam, inquiens, Accipe hoc munus amice charissime, & tene illud cum omni diligentia penes te in memoriam mei, vt quotiescunque illud videris, recorderis mei. Qui amicus admittens illud munus amici sui charissimi, si eum toto animo dilexit, non potest dolere; & tristari de morte amici quotiescunque munus sibi conspicit dimissum, similiter nos quotiescunque accedimus ad consecrandum vel percipiendum Sacramentum muneris æterni quod nobis Dñs piissimus in memoriam sui dimisit tenendū cum timore & cōpunctione cordis, omniq; reuerētia debemus accedere, recolentes quanto nos amore dilexit qui pro nobis se ipsum obtulit, vt nos redimeret. *Similiter & calicem, subaudi, tradidit eis, postquam canauit dicens, hic calix nouum testamentum est in meo sanguine,* id est, hic calix quem vobis tradō, nouū testamentū significat, vt Fulgent. dicit, vel nouum testamentū confirmat in meo sanguine, siue per meū sanguinem. Calicē noui testamenti, quod cōfirmatum est sanguine hircorum & taurorum, sicut habetur in Exodo, dicente Moysē ad populū, quādo collegit sanguinem hircorū in calice, vel patera, & aspersit eundē populum hic est sanguis testamenti q; mandauit ad vos Deus, id est, hic sanguis est testis verbōrū & promissionū Dei ad vos, & testis verborum vestrorū quod promisistiſtis esse obedientes illi. Similiter nouūm testamentū, id est, Euangeliū, vbi continentur promissiones nostræ redēptionis & de patria cœlesti, confirmatū est sanguine passionis Christi, & qui quotidie celebratur in Ecclesia. Omne enim testamentum in morte confirmatur testatoris. Quod autem dedit *hoc facite*, siue significare quotiescunque bibetis in meā commemorationē, idem sensus est, vt de corpore supra diximus. *Quotiescunque enim manducabitis panem hanc, & calicem bibetis, mortem*

xxiv.

K.

Iean.10.vers.12.

xxv.

L

Exod.26.v.2.

xxvi.

*mortem Domini annunciatis donec veniat Ipse ad iudicium. Duob. modis annun-*  
*ciamus mortē Dñi, iam esse celebratam pro nostra redēptione, vel ipsum myste-*  
*rium celebrando, vbi iteramus passionē illius, vel etiam prædicando aliis. Quod v-*  
*trumq; agere debemus, & sumēdo & prædicando. Hoc quoq; sciendum est, quia*  
*caro saluatoris pro salute nostri corporis, sanguis vero pro anima nostra fusus est,*  
*quia sedes animæ in sanguine consistit. In cuius memoriā corpus & sanguinē illius*  
*sumimus, quoniam ipse, vt totum hominem saluum faceret & redimeret, sanguine-*  
*nem suum fundi permittit. Itaq; quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem*  
*Domini indignē, id est, qui corpus & sanguinem Christi sumpscrit indignē, reu-*  
*erit corporis & sanguinis Domini, id est, poenas æternas inde exsoluet, nisi poenitentia*  
*digna hoc expiauerit, aliisque bonis operibus. Indignē dicit, id est, ordinem non obseruato, videlicet qualiter mysterium illud celebrat vel sumunt quod*  
*traditum est à sanctis Patribus, vel qui nullam differentiam credit inter illud cor-*  
*pus Christi, & reliquos cibos, vel qui in grauiorib. criminibus coñaculatus præ-*  
*sumit illud sumere. Qui taliter, vt diximus, illud comedit, & bibit, indignē illud su-*  
*mit, ideoq; poenas inde exsoluet. Apostolus igitur exponit, quomodo debeamus*  
*illud percipere. Prober aūt se, sum homo, & sic de pane illo edat, i. de corpore Domini,*  
*& de calice bibat, id est, de sanguine Domini. Prober se, id est, discutiat se, exami-*  
*net se, & probabilem se reddat, vtrum dignus sit nec ne: Ne forte vnde alii sumunt*  
*remedium, accipiat ille damnationem, & iudicium indignē illud percipiens, sic*  
*ut fecit Iudas proditor, nam cum alii Apostoli sumpsissent illud terribile Sacra-*  
*mentum ad remedium, & ad salutem suam, ille qui indignus erat tanto mysterio,*  
*acepit illud ad damnationem suam, quia quē diabolus antea tenebat per sugge-*  
*stionem & tentationem postea ad damnationem, tenuit ad possidendum plenus*  
*vt nihil aliud posset cogitare, aut facere, nisi quod voluntas eius erat. Dicit enim*  
*Euangelista: Quia post buccellam statim introiuit in eum satanas, vt malum,*  
*quod illo instigante tractauerat, eo concitante perficeret. Qui enim manducat, &*  
*bibit indignē, sicut iam supra diximus, iudicium sibi manducat & bibit, id est, ad dam-*  
*nationem suam illud sumit, non dījudicans corpus Domini, id est, non discernens à re-*  
*liquis cibis. Cum timore & tremore debemus accedere ad illud terribile Sacra-*  
*mentum, vt sciat mens, reuerentiam se debere præstare ei, ad cuius corpus sumen-*  
*dū accedit. Ideo, subaudi, quia indignē præsumitis percipere salutiferum sacramē-*  
*tum, idcirco sunt inter vos o Corinthii multi infirmi, id est, languentes & imbecilles,*  
*id est, febricantes & dormiunt multi, non in somno pacis, neque quietis, sed morte*  
*damnationis, id est, mortui sunt morte æterna propter hoc peccatum. Volens de-*  
*demonstrare quia, qui corpus Domini indignē percipiunt, iudicium inde sumunt &*  
*damnationē, ostēdit quosdam Corinthios vindictam in præsentia præcepisse, qui*  
*inconsiderate & irreuerenter illud acceperant, quia febris & infirmitatib. multis*  
*correpti sunt, & quidā etiam mortui, vt illorū exemplo cæteri terrorentur: vel dis-*  
*cerent non debere indignē & negligenter corpus Dñi sumi. Quod si nos metipso di-*  
*iudicaremus, i. discuteremus, & examinaremus vitā nostrā, vtrū digni essemus nec*  
*ne, & si nos metipso errores nostros corrigeremus, non utiq; iudicaremur, i. non dam-*  
*naremur à Christo, neq; in hoc sæculo neq; in futuro; dum iudicamur aūt in paucis,*  
*in illis videlicet, qui infirmantur, febricitant in præsenti, & in illis etiam qui mo-*  
*riuntur. A Domino corripimur & flagellamur corpore per illos, vt ipso timore*  
*perterriti non damnamur æternaliter cum hoc mundo, id est, cum infidelibus & a-*  
*matoribus huius mundi. Nihil enim distat ab infideli, qui irreuerenter, cum sit o-*  
*mnibus peccatis criminalibus coñaculatus, ad mensam Dñi præsumit accedere,*  
*sed potius deterior est illo, & maiori pena dignus, quia melius est viā veritatis non*  
*cognoscere, quam post cognitionem retrorsum abire. Itaque fratres mei cum con-*  
*venientis ad manducandum corpus & sanguinem Christi in Ecclesia, Inuicem exspectatē*  
*vt multorum simul celebretur, & oēs communiter ex vno pane coñunicate, quia*  
*illa oblatio unus panis est, & communis debet esse omnibus. Si quis esurit, domi*  
*manducesset, id est, qui impatiens est, nec vult ieiunare cum cæteris, domi terreno*

L

xxvii.

xxviii.

xxix.

xxx.

M

xxx.

xxxii.

xxxiii.

xxxiv.

pane vescatur. *V*nus non in iudicium conueniatis, id est, nec corpus Christi reprehensibiliter percipiatis ad damnationem vestram. *C*etera autem, Subaudi, quæ restant inordinata, sum venero disponam.

## CAPVT XII.

Variis dantur varia eiusdem Spiritus sancti charismata, ut in modum humani corporis quisque suo fungatur officio, & mutua se opera omnes indigere cognoscentes, mutuò se foueant: & ita Christus suæ prouidit Ecclesiæ de variis hominum statibus.

**D** Espiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. + Scitis quoniam cū Gētes essetis, ad simulachra multa prout ducebamini euntes. + Ideo notū vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquēs, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. + Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus: + Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus: + Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. + Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. + Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientia: alij autem sermo scientie secundum eundem Spiritum: + alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in uno Spiritu: + alijs operatio virtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum. + Hac autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. + Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita et Christus. + Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: et omnes in uno Spiritu potati sumus. + Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. + Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? + Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? + Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus: ubi odoratus? + Nunc autem posuit Deus membra, unumquotque eorum in corpore sicut voluit. + Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? + Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. + Non potest autem oculus dicere manui: Oper tua non indigo: aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarij. + Sed multo magis, quæ videntur membrac corporis infirmiora esse, necessaria sunt: + et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus:

damus: *E*sque in honesta sunt nostra abundantiorum honestatem habent. + Honestia autem nostra nullius eagent: sed Deus temperauit corpus, ei, cui decerat, abundantiorum tribuendo honorem, + ut non sit schisma in corpore, sed id ipsum pro inuicem sollicita sint membra. + Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. + Vos autem estis corpus Christi, *E*sque membra de membro. + Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum + Num quid omnes Apostoli? numquid omnes propheta? numquid omnes Doctores? + numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur + Emulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

**D**e spiritualibus autem, Subaudi, mysteriis, nolo vos ignorare fratres, id est, nolo vos ignorantibus reddere. Scitis quoniam cum gentes essetis. Reducitur ab Apostolo Corinthiis vita Pristinae conuersatio in notitiam, ut ex eius consideratione crescatur in nouam conuersationem. Quoniam sicut gentiliter viuentes foetabant in mendacio, & errore, quia illa cultura nihil erat, sic iam Christiani effecti diuinis praceptis cum feroore animi debebant obsequi. Gentes autem sive gentiles appellantur, qui ab errore patrum suorum, in quo naescuntur, in religionem melioris vite non commutantur. Vnde & gens quae sic manet, ut genita est, vocatur, hi sunt Pagani qui ad diuinum cultum non accedunt. Quos gentem nunc appellat, non quod tunc temporis Pagani esent, quando ista dicebat: Sed quod ante notitiam fidei fuerant, hoc est, quod ait cum gentes essetis, & subaudi, iam non esstis. Legitur & gens in bono, sicut est, non tantum pro gente, sed ut filios Dei congregaret in unum. *Ad simulachra muta prout ducebamini euntes.* Subaudi, eratis simulachra, quae a simulando dicuntur, eo quod simuletur hominem, & non sit homo equus, & non sit cætera, quae huiusmodi idcirco appellantur, quia ut Psalmista ait: *Os habent, & non psalmi. v. 5.* loquentur, oculos & non vident, neque enim est spiritus in ore ipsorum. Si quod autem verbū ab idolis auditur, de monū deceptioni, & non simulachrorum insensibilitati ascribitur. Adhac oranda tam a dæmonib. quam etiam ab aruspiciis & Philosophis desipientibus impellebantur. Et est sensus, sicut, cum gentes essetis, dæmonum templo sine reluctancee pro ut ducebamini, frequentabatis, sic modo dum agimini Spiritu sancto secundum sanam doctrinam nostram ad Ecclesiam Dei accedite & praceptis salutiferis cum omni humilitate obtemperare contendite. Et quod dicit pro ut ducebamini, ostendit eos tantam venerationē exhibuisse simulachris, ut eorum cultū nequaquam abhorrent, à quibuscumque hortaretur, moneretur & duceretur personis, ita & couersi diligentes Deū, & Paulū & Coapostolos eius spernere non deberet suæ salutis amatores. Ideo, subaudi, qd Deū cognouisti & quia de spiritualibus mysteriis, nolo vos ignorantibus reddere, *Notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens, id est, nemo spiritum sanctum habens, & per spiritum sanctum loquens, qui linguas infantium facit disertas, Dicit anathema Iesu.* In decretis Justiniani Imperatoris, anathema, separatus a Deo vocatur. Legitur & in canonib. pro maledictione, legitur & pro auisione, sicut ipse Apostolus ait in Epistola ad

**Rom. Optabam ego anathema esse pro fratribus meis, id est, optabam pro eis interfici secum dū carnem. Ponitur & pro abominatione: Hic vero pro separatione ponitur. Itaq; nullus spiritus Dei afflatus dicit ipsi Iesu, tu es anathema, id est, separatus à Deo & Patre, & spiritu sancto, & aliqua parte inferior. Hoc quorundā hæreticoru velania insaniēdo dicere nō timuit, idcirco anathemate, id est, separatione à Deo & Ecclesia percussi sunt. Et nemo potest dicere: Dominus Iesus nisi in spiritu sancto, in sacra scriptura dicere, aliquādo per simplicē sermonē accipitur ut est. Non omnis qui dicit mihi Domine intrabit in regnum cœlorū. Aliquando vero pro ipsa re & facto, sicut ait Ezech. Rex ad Esaiā: non fuit verbū, id est, res in domo mea quod nō ostenderim eis. Sic & in hoc loco pro re & facto ponitur. Nemo potest inquit, dicere, id est, corde credere, ore confiteri, & digna opera fidei exercere Iesum diligendo, Dominum asserere nisi spiritus sancti gratia fuerit intrinsecus edoctus.**

**Matt. 7. v. 22.**

**Nam ille dicit Iesum Dominum esse qui credit eum Patri & spiritui sancto coæqualem, & coomnipotentem. Et hanc fidem confitetur seruando præcepta illius quibus vera dilectio comprobatur. Dicamus & hoc ipsum breuiter conclusione. Nemo potest dicere, nisi per spiritum sanctum fuerit illuminatus. Diuisiones vero gratiarum sunt subaudi non meritorum: idem autem spiritus subaudi sanctus manet semper unus in omnibus & indiuisus. Notandum autem quod non ait diuisiones meritorum sunt sed gratiarum quia dona Dei gratis dantur non humanis meritis tribuuntur. Vn-**

**C**

**xi. v.** **de ait ad Romanos. Quis prior dedit illi, id est, Deo fidem suam aut aliquid & retribuet ei? spiritus namq; sanctus in se ipso unus idemque manet, id est, immensus, indiuisus, & inseparabilis cum Patre & filio, sed dona illius diuisa sunt, quia non omnibus æqualiter conferuntur. Vnde fatendum est, quia cum Deus per diuinitatis potentiam vbique sit, non tamen ubique est per inhabitatiois gratiam, & in quibus habitat per gratiam, non æqualiter habitat. Sicut ergo mare immensum est, & aduenientes secundum capacitatē vasorum suorum, & differentiam hau- riunt, & non exinanitur mare, neque euacuatur, sic spiritus sanctus cum sit immensus, distribuit ipse iustis gratiam suam secundum quod ipsi videtur. ipse tamen omnipotens in immensitate sua perseverat & quantum vult, & quomodo vult, cui vult, & quando vult dat, & nihil minus habet, quia extra se nulli erogat.**

**Rom. ii. vers. 35.**

**v. Et diuisiones ministracionum sunt. Verbi gratia ut in Episcopis Presbyteris Diaconi- bus cæterisq; ordinibus, qui spiritu sancto distribuente, Ecclesiæ ministri consti- tuuntur. Non p propriam hominis deliberationē, sed per spiritus sancti efficien- tiā. Idem autem Dominus, subaudi indiuisus manet in omnibus. Et diuisiones opera- tionum sunt idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Quem superius appellauit spiritum, modo vocat Dominum & Deum. Et ter idem dicendo manifestat, se se loqui de spiritu sancto, sed non separat inde Patrem & filium quia quorum una est virtus, naturæ & substantia una, horum ulla est operatio indiuisa, qui videlicet Deus operatur omnia bona in omnibus. Quibus verbis tollitur humana arro- gantia, cum sine spiritu sancto nec magna nec minima bona operari possit nostra fragilitas. Altius monet Apostolus ut in Trinitate nullos faciendo gradus dum primum ponit spiritum sanctum, secundo Dominum Christum, Tertio Deum Patrem, qui unus Deus distribuit dona sua, manens in se indiuisus. Vnicuique ex- ceteris subaudi fidelium datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Et illius videlicet, qui percipit donum spiritus sancti & aliorum. Quia aut ab illo erudiuntur, aut exem- plu ipsius in meliorem vitam instruuntur, & in Dei laudem excitantur, sicut Do-**

**V.**

**vi. matt. 5. vers. 16. Et diuisiones operationum sunt idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Quem superius appellauit spiritum, modo vocat Dominum & Deum. Et ter idem dicendo manifestat, se se loqui de spiritu sancto, sed non separat inde Patrem & filium quia quorum una est virtus, naturæ & substantia una, horum ulla est operatio indiuisa, qui videlicet Deus operatur omnia bona in omnibus. Quibus verbis tollitur humana arro- gantia, cum sine spiritu sancto nec magna nec minima bona operari possit nostra fragilitas. Altius monet Apostolus ut in Trinitate nullos faciendo gradus dum primum ponit spiritum sanctum, secundo Dominum Christum, Tertio Deum Patrem, qui unus Deus distribuit dona sua, manens in se indiuisus. Vnicuique ex- ceteris subaudi fidelium datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Et illius videlicet, qui percipit donum spiritus sancti & aliorum. Quia aut ab illo erudiuntur, aut exem- plu ipsius in meliorem vitam instruuntur, & in Dei laudem excitantur, sicut Do-**

**VII.**

**D.** **Luc. 12. vers. 49. Et diuisiones operationum sunt idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Quem superius appellauit spiritum, modo vocat Dominum & Deum. Et ter idem dicendo manifestat, se se loqui de spiritu sancto, sed non separat inde Patrem & filium quia quorum una est virtus, naturæ & substantia una, horum ulla est operatio indiuisa, qui videlicet Deus operatur omnia bona in omnibus. Quibus verbis tollitur humana arro- gantia, cum sine spiritu sancto nec magna nec minima bona operari possit nostra fragilitas. Altius monet Apostolus ut in Trinitate nullos faciendo gradus dum primum ponit spiritum sanctum, secundo Dominum Christum, Tertio Deum Patrem, qui unus Deus distribuit dona sua, manens in se indiuisus. Vnicuique ex- ceteris subaudi fidelium datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Et illius videlicet, qui percipit donum spiritus sancti & aliorum. Quia aut ab illo erudiuntur, aut exem- plu ipsius in meliorem vitam instruuntur, & in Dei laudem excitantur, sicut Do-**

**Matt. 5. vers. 16.**

**minus monet, laceat lux vestra coram hominibus & cætera. Manifestatio vero spiri- tū sancti ipsum eius donum intelligitur quod ipsi homini manifestat datum se ei ad utilitatem suam, ut recte credat, sancte viuat, & ut alii ex eo utilitatem perci- piant. Siue manifestatio spiritus idcirco dicitur, quia ubique per dona sua fue- rit, illico per operationem iustitiae manifestatur. Hinc scriptum est. Ignem veni mis-**

**tere in terram, & quid volo nisi ut ardeat. Alii quidem per spiritum sanctum datur ser- mo sapientie. Modo incipit exponere diuisiones gratiarum & ministracionum quae per spiritum sanctum dantur, intelligitur sapientia in vitandis malis, & appetendis bonis.**

**VIII.**

bonis. Scientia vero indisponendis ordinandisque humanis. Etenim fundos siue agros excolere, domum prudenter ædificare familiam competenter ordinare ad scientiam videtur pertinere. Alter sapientia pertinet ad cognitionem æternarum, quia credimus Deum Trinitatem habere in personis, unitatem in substâlia. Scientia vero humanarum rerum, sicut supra diximus, siue sapientia est secundum Gregorium: quando quis veteris testamenti & noui legit volumina, & intelligit, & ad utilitatem aliorum exponit, sicut Hieronymus, Augustinus, Hilarius, & ipse Gregorius. Scientia autem quando expositiones illorum leguntur & intelliguntur, & secundum eas vetus testamentum aut nouum traditur. Est etiam sapientia quia abstinet quis à prauo opere, Scientia quando & à praua cogitatione. Itaque siue scientiam humanarum rerum habeamus non ex nobis ipsis, sed ex dantis Spiritus sancti gratia percipimus. Quod vero dicit, Secundum eundem spiritum, nihil est aliud nisi dicere: alii datur sermo sapientiae secundum voluntatem eiusdem Spiritus sancti. Alteri, Subaudi, datur Fides in eodem spiritu, id est, per eundem Spiritum. DOMINVS loquitur in Euangeliô de persona Patris, hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille, & Apostolus fidem dicit dari per Spiritum sanctum. Vnde datur intelligi, quia quod dat Pater, per Spiritum sanctum dat, dat ipse Spiritus sanctus cum Patre, & Filio, quia unius est potestatis, & operationis cum illis. Fides ergo, qua credimus in DEVM, & à Patre, & à Filio, & à Spiritu sancto datur, nec est naturaliter in homine, sed à DEO datur, quoniam si esset, omnes haberent fidem. Alij gratia sanitatum in uno spiritu. De gratia sanitatum dicit, quo sanantur infirmi, vel ægri. Alij operario virtutum in euiciendis dæmonibus & patrandis aliis miraculis. Alij Propheta, qui à Spiritu sancto repletus futura prædictit, vel Prophetarum libros exponit. Alij discretio spirituum, ut nouerit quis loquatur ex Spirtu sancto, vel quis ex spiritu humano, siue maligno, sicut loquebatur puella, que magnum prestabat Autor. 16. v. 16. quæcum Dominis suis, de qua Paulus spiritum pythonicum expulit, & sicut loquebantur Magi, & incantatores. Alij genera linguarum, id est, varietas sermonum, ut Apostolis & credentibus in exordio fidei. Alij interpretatio sermonum. Ut Hieronymo qui diuinas scripturas ex Hebræo in latinum transtulit. Hac autem omnia quæ enumerauimus etiam plura operatur unus atque idem spiritus. Ad utilitatem scilicet totius Ecclesiæ in quo intelligitur Pater, & Filius quia in separabilis est eorum operatio, Dividens singulis pro ut vult. Electoru dona sua non tamen ipse diuisus & pro ut vult, quia omnipotens est. Sicut enim corpus unum est & multa habet membra, & cætera vñque, ita & Christus, Subaudi, cum Ecclesia unum corpus. His verbis docet non debere inflari quemlibet aduersus alterum. Quia & si non magnum tamen paruum est Ecclesiæ membrum, & sicuti omnia membra, siue sint magna, siue parua, siue honesta, siue inhonesta corpus humanum formant, ita homines diuersi meriti vnam Ecclesiam ædificant, & vnum corpus Christi faciunt. Cum CHRISTO enim qui est caput Ecclesiæ, ipsa Ecclesia intelligitur, quæ est corpuseius. Etenim in uno spiritu, Subaudi, sancto, de quo scriptum est, Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, omnes nos in unum corpus cum capite nostro Christo, & omnes nos vno spiritu potati sumus. Quasi diceret portionati, vel vnum spiritum potauimus quia tempore baptismatis omnes vnum Spiritum sanctum accepimus. Nam & corpus non est unum membrum sed multa, quia vnum membrum non facit corpus, sed multa insimul neruis conglutinata sic omnes credentes siue sint sublimes vita merito, siue parui, vnum corpus efficiunt conglutinante eos virtute Spiritus sancti. Si dixerit pes, non sum manus: non sum de corpore, interrogative est legendum, & Subaudi, utique de corpore est, caput corporis sui, id est, Ecclesiæ Christus est. Oculi huius corporis Apostoli sunt intelligendi de quibus dicitur pulchiores sunt oculi eius vino, sed & predicatores qui sibi atque aliis spiritualia prouident, aures sunt fideles auditores,

E

ix.

x.

F

xi.

xii.

xiii.

Matth. 3. v. 11.  
Ioan. 3. vers. 5.

xiv.

xv.

G

res. Nares, qui vim discretionis habent inter Odores virtutum, factores; vitiōrum. Os, qui diuina eloquia aliis eructant, id est Doctores. Manus, qui operantur, vnde alii viuant. Pedes, qui negotiis saecularibus ad utilitatem cæterorum discurrunt. Si dixerit talis pes, non sum manus quia non habeo quod tribuam, vel non possum operari vnde aliis victum tribuam, propterea non sum de corpore Christi, num ideo non est de corpore, Subaudi, utique est de corpore Christi. Sic intelligendum de aure & oculo, quoniam licet dicat bonus auditor, non sum oculus, id est, prædicator, propterea non sum de corpore Christi, non ideo non erit, sed erit de corpore Christi, id est, membrum erit Ecclesie. *Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.*

Quibus verbis tollit præsumptionem, qua quis donum Dei putat suum meritum. Quisquis enim in Ecclesia est oculus, à Deo & non à se factus est oculus, sic & de cæteris intelligendum membris. Hinc

*Cor. 4 ver. 7.*

xix.

H  
xxi.  
Et si omnes essent auris, aut oculus, id est, auditores tantum aut prædicatores, quomodo Ecclesia corpus? cum non constaret membrorum varietatis? Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigo. Quoniam prædicator quilibet victu eget, ex labore illorum qui designantur per manus. *Aut caput pedibus, non estis mihi necessarii,* id est, ille qui præst subditis, non potest dicere in temporali discurso necessariis, cum eorum opera indigeat, non estis mihi necessarii, sed multo magis que videntur membra corporis infirmiora esse, sicut sunt pedes & manus quæ vilibus quibusque mysteriis deseruiunt necessaria sunt, quia pro toto corpore operantur. *Et quæ putamus ignobilia membra esse corporis his bonorem abundantiorē circumdamus.* Ignobilia membra quibus abundantiorē honorem circumdamus, sunt manus & pedes, quibus ornamenta calceamentorum armillarumque adhibemus. *Et quæ in honesta sunt nostra abundantiorē honestatem habent.*

xxii.

In honesta nostra sicut verenda, & quæ verecundamur videri nuda, his abundantiorē honestatem præbemus diuersorum vestibus colorum. *Honestia autem nostra id est, oculi, nares, & cætera talia nullius egeni ornamenti.* Sed Deus temperavit, id est, fabricauit corpus tribuendo honorem ei membro cui deerat, Subaudi, honor i. extrinsecus, adhibuit membro honorem per additamentum vestium, & ornamento-

xxiv.

rum, quæ non habent insitum per naturæ decus. *Ut non sit schisma,* id est, diuisio in corpore, quibusdam membris pulcris, quibus manentibus dishonestis, sed est corpus iam totum honestum, tam natura quam ornamentorum gratia. *Sed in id ipsum,* id est, in alterutrum pre inuicem sollicita sunt membra, sicut oculus toto corpore videt & per toto corporali ambulat & cætera. *Vos autem estis corpus Christi & membra de membro.* Sicut de humero procedit cubitus, manus, & digitus, de coxa tibiae, pedes, & articuli, sic sunt subditi membro, id est, pendentes ex sibi Prælatis. *Primum posuit Deus Apostolos in Ecclesia,* sicut ait idem Apostolus: *Obsecramus per Iesum Christum, id est vice Christi reconciliamini Deo horum vice subrogati sunt Episcopi.* Sed

Apostoli ex præcepto Domini compellebantur transire de regno in regnum; Episcopi vero suis in Ecclesiis auctoritate canonica residere videntur ob utilitatem sibi commissorum Prophetae qui futura prædicunt sicut Agabus & ipsi Apostoli siue qui Prophetarum dicta edisserunt, Doctores, qui parulos erudiunt, virtutes qui dæmones eiiciunt, aliaque miracula patrant gratias curationum, qui infirmos sanitati restituunt, epitulationes qui verbis, aut factis axilantur aliis, gubernationes, sicut in Prælatis, & Regibus, Episcopis ac Ducibus generali quorum sicut in exordio fidei. *Numquid omnes interpretantur scripturas?* vt Hieronymus: *Emulaminicbaris metam meliora.* Quibus verbis ostendit bona esse superiorius præmissa, id est, Prophetiam, doctrinam, electionem dæmonum & cætera. Sed ista quæ subsequuntur meliora sunt quantum ad utilitatem electorum attinet, quia per illa superiorius positæ tantum Dei demonstratur potentia, per cuius nominis virtutem & inuocationem fiunt. Per hoc autem, id est, per charitatem, fidem & spem hominis iustitia constat. Gloriabantur Corinthii quasi summum iustitiae haberent, eo quod quidam il-

lorum

*Cor. v. 20.*

I

xxxii.

lorum Dæmonia cūcerent, gratiam curationum infirmis impertirent. Sed ostendit Apostolus meliora deesse, & idcirco perfectos nondum esse, atque ideo horatur eos dicens, *amulamini charismata meliora.* Nam superius præmissa possunt habere mali cum bonis. Sicut Apostolus Iudas fuit, Caiphas sicut & Balaam cum esset malus, prophetauit, & multi in die iudicii dicturi sunt *Domine nonne in nomine tuo prophetanuiss, & in nomine tuo multas virtutes fecimus, & Dæmonia ciecamus?* sed audituri sunt, *Amen dico vobis nescio vos. Et abhinc excellentiorem viam vobis demonstro.* Per quam intelligitur caritas, in quo præcepto vniuersa lex pendet, & Prophetæ. Quæ via nobis efficitur, quia per eam ad patriam coelestem peuenitur. Cuius magnitudinem amodo incipit exponere inquiens.

March. 7. v. 22.

## C A P V T X I I I .

Ostendit charitatis necessitatem: ipsius officia, perpetuitatem, ac præcellentiam supra fidem & spem, reliqua Dei dona.

**S**i linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans, aut cymbalum tinniens. † Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. † Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. † Charitas patiens est, benigna est: Charitas non amulamur, non agit perperam non inflatur, & non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur non cogitat malum, & non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: † omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. † Charitas numquam excidit, siue prophetia euacuabitur, siue lingua cessabunt siue scientia destructur. † Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. † Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. † Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, Quando autem factus sum vir, euacuavi qua erant parvuli. † Videmus nunc per speculum in anigate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. † Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hac: maior autem horum est charitas.

1.  
A.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
C  
9.  
10.  
n.  
D  
12.  
13.

**S**i linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam inutilis sum. Hæc verba ex superioribus Apostoli verbis pendet, vbi dicit, *amulamini charismata meliora & cetera.* Si linguis hominum loquar, septuaginta scilicet duabus, quæ diuise sunt in ædificatione turris, & si linguis etiam Angelorum loquar, caritatem autem non habeam dilectione videlicet Dei ac proximi nihil sum. Quod dicit loquili linguis Angelorum, intelligitur ad exaggerandum, quod volebat ostendere potuisse, caritatis scilicet vim. Si quidem Angeli nec linguam, nec palatum, vel dentes habent, vt pote spiritus, quibus verba formant. Quando vero appareret hominibus sumptis corporibus aëris secundum eorum linguam loquuntur, apparent. Nā loqui illorum

I.  
A

Cap. 12. v. 46.

illorum ad Deum nihil est aliud, quam in præsentia esse, & Deum loqui ad illos nihil aliud est, quam præsentia vultus sui, qua fruuntur quid velit, illis manifestare. Et ipsorum vox in laudem conditoris ipsa est admiratio intime contemplationis, inter se quoque Angeli loquuntur nobis ineffabiliter, sed eorum ad inuicem colloquio bonæ voluntatis est concordatio. Nec est necesse at ibi sonet verba, vbi in Dei contemplatione omnium Angelorum consors est voluntas bona, inde ergo dicit Apostolus si linguis etiam Angelorum possem nihil mihi prodest sine caritate. Possunt intelligi & per Angelos sedatissime loquentes, qui liberalibus artibus instructi politis differunt verbis, quæ norunt. Per homines vero simpliciter loquentes, qui disputet, quod multi querunt, quia ibi omnium ædificatio esse potest. Siue literaliter quod multi ambiunt caritatem non habeat sit *velut es sonans aut cymbalum tinniens*. Quoniam sicut æs sonat aut cymbalum tinnit, nihilq; eis prodest quia nullam utilitatem sibi præstant. Sic est homo, qui loquitur linguis absque caritate, Reuera sicut sonat hæc, & sibi nihil confert, viuit autem, id est, delectat audientes ita lingua caritate priuata Aes quoque & cymbalum non à se sonant, nisi ab aliquo tangantur aut alicuius rei impulsione commoueantur sic & linguis loquuntur, non à se loquitur, sed potentia spiritus sancti per eum loquitur. Qui vero charitatis præceptum exercet iuuante Deo operantur, *Et fibabuero Prophetiam* videlicet futura prædicandi, sicut Balaam, qui prophetauit de Christo. *Orietur stella ex Iacob & exurget homo ex Israel, & nouerim mysteria omnia*, id est, sacramenta veteris & noui testamenti. *Et omnem scientiam*, id est, notitiam tam diuinarum, quam humanarum rerum, *& habuero omnem fidem*, id est, perfectam & integrum, quæ à Deo grano synapis comparatur, non propter modicatem, sed propter feruorem, quia tritum manifestat cuius sit vigoris, sic & fides trita aduersitatibus ostendit cuius sit fortitudinis. *Ita ut montes, transferam de loco ad locum, vel dæmones à patientibus eiiciam; charitatem autem*, id est, dilectionem Dei & proximi non habuero nihil sum, id est, nihil utilitatis mihi præstabant. Intelligitur quod quidam Corinthiorum per inuocationem Dei hoc agebant, & propterea quasi perfectos se putabant sed exhortantur, ad id, quod est præcipuum, id est, charitatem. *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas iuxta præceptum Domini, dicentis: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ babes, & pauperibus. Et si tradidero corpus meum ita ut ardēam*. Sicut Laurentius est vñstulatus, & hoc non fecero causa dilectionis Dei & proximi. Nihil mihi prodest, se ponit Apostolus pro omnibus hominibus. *Caritas patiens est*. Quomodo potest caritas patiens esse, quæ virtus est? Sic videtur loqui quasi de re animam habenti. Nam caritas virtus est, quæ per se non patitur ideoque per se patiens non est. Quapropter caritatem debemus intelligere hominem, caritatem habentem. Itaque qui habet caritatem, patiens est tolerando aduersa, quia per tribulationes nouit peruenire ad gaudia regni. *Benigna vero est*, id est, valde bona, quia non solum reddit malum pro bono, sed insuper bonum pro malo, cibando inimicum, & potando *charitas non emulari* superius ait *emulamini charismata meliora*, id est, imitamini, studetote, persequimini ibi accipitur in bono, hic autem in malo. Non emulatur dicit, id est, nulli inuidet, aliena felicitate non torquetur. *Non agit perperam*, id est, non agit aliquid peruersè, quicquid extra rectitudinem sit, quia prauum est. Perperam potest dici aduerbialiter, *non inflatur*, id est, non extollitur, & in superbiam non erigitur. *Non est ambitiosa*. Ambire est desiderare, & omnis qui caritate est plenus, non desiderat, neque cupit potestatem super alios exercere, qui maior cæteris non vult apparere. *Non querit quæ sua sunt*, id est, quod sibi solummodo utile est, sed quod aliis. Vel certe quia patiens est non querit quæ sua sunt, id est, vindictam, quia inimicis talionem non reddit. *Quæstio oritur* in hoc loco, cum Ioannes dicat *Deus caritas est*, quare Apostolus dicat, caritas non querit quæ sua sunt. Quæ tripliciter intelligi potest. Aliter intelligenda est caritas secundum Ioannis verba, aliter secundum Pauli, caritas secundum Ioannem ipse Deus intelligitur, qui caritatem infundit in cordibus fidelium iuxta quod Paulus ait, *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis*.

Secun-

B.  
II.  
Num. 24 v. 17.III.  
Matth. 19. v. 21.

IV.

C  
Cap. 12. v. 12.

V.

Rom. 5. v. 5.

secundum Paulum vero per charitatem intelligitur homo, caritatem habens, qui non querit solummodo, quæ sua sunt, & quod sibi vtile est, sed quod aliis. Vel etiam ipse Deus, qui caritas est, non querit quæ sua sunt, quia veniens in mundum per incarnationis mysterium, non quæsiuit quæ sua erant, id est, non quæsiuit iustos, sed peccatores, qui sub Diaboli imperio tenebantur. Vnde ipse dicit *non veni vocare iustos, sed peccatores.* Dicamus & tertio modo. Caritas, id est, ipse Deus veniens in mundum, non quæsiuit quæ sua erant. Quid erat suum, ut ab omni creatura adoraretur, & glorificaretur, sicut Deus & creator omnium. Sed ipse non quæsiuit ista, quæ sua erant, & sibi competebant, quia non quæsiuit honorē, non regnum, non timorem, ab hominibus, sed quæ erant latronum, homicidarū, atq; maleficorum hominum. Spūta videlicet Colaphos, alapas, irrisiones, verbera, crucem, & mortem. Et sicut ipse non quæsiuit, quæ sua erant, ita nos non debemus querere nostra, sed quæ aliorum, *Non irritat̄r, id est, etiam si læsa fuerit ad iracundiam, non prouocatur, nec cogitur, ad vindictam, ut malum pro malo redat. Non cogitat̄r, id est, non solum non facit, sed nec cogitat̄r ut alii noceat. Non gaudet super iniuriam, sed potius tristatur cum viderit quemlibet per aliquod scelus truere. Congaudet autem veritati, id est, operibus iustitiae vel etiam illi, qui in veritate, & non fidei fidelis est, Omnia suffert subaudi aduersa patienter, Omnia credit quæ continentur in veteri testamento, & nouo, vel quæ promittuntur, à Deo electis in regno futuro, vera esse credit Idcirco omnia sperat quia nisi crederet nō speraret. Si quidem spes est expectatio futurorum honorū Omnia aduersa sustinet: caritas nūnquam excidit, id est, ab homine se habenti numquam labitur, numquam cadit. Sicut propheta evanescuntur Propheta est, quæ de futuro loquitur. Quod cum venerit, non erit iam necesse, ut prophetetur. Ponatur vnum exemplū p̄ o omnibus, prophetatur Christus ad iudicium venturus, & veniente non erit necesse ut hæc propheta recitetur amplius. Sic de cæteris intelligendum sine lingua cessabunt. Quoniam sicut ante turrim Babel vna erat lingua Hebræa, sicut quidam Doctores putant, expleto iudicio ipsa remanebit vna. Reuersa in multis linguis varietas est, & ubi varietas est, ibi dissensio, in sanctorum regno nō erit dissensio, ergo nec linguarum varicias *Sine scientia destruetur. Præsens scientia, quæ ex parte nunc habetur cum plenitudo scientiæ venerite eo quod sit imperfecta, destruetur, id est, in melius commutabitur. Ex parte enim cognoscimus nō ex toto, & de Deo, & de beatitudine sanctorum. Et ex parte prophetamus. Quia quod ex parte scimus, etiam ex parte prædicamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id est, quod totum est, & integrum, quando reuelata facie ipsum Deum contemplabuntur electi, sicut est, quasi ex innanietur, & annihilabitur quod ex parte est. Sicut ait: *Carissimi filii Dei sumus & nondū apparet quid erimus, scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus sicuti est. Cum essem parvulus loquebar ut parvulus.* Comparisonem dat naturalis incrementi, & adhibet exemplum humanum, quo ostendit scientiam, quam habemus in præsenti esse quasi infantiam, & futuram quasi virile robur, quod habeturum sit perfectam abundantiam. Cū essem inquit parvulus, loquebar ut parvulus balbutiendo, & imperfecta verba promendo. *Sapiebam ut parvulus leuia scilicet, & inconuenientia. Cogitabam ut parvulus de iocis scilicet, & risu habilibus. Quando autem factus sum vir, & coepi sapere perfectius, euacuavi, id est, contempsi que erant parvuli quia quæ antea expetebam, abhorrere coepi. In hac ergo vita parvuli sumus ad comparationem futuræ vitæ, quia sicut vita hæc imperfecta est, ita & scientia. Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem. Ad hoc tendit præmissa comparatio, sicuti quis videt per speculum vultum suum, & inde discedens obliuiscitur qualis fuerit, sic & nos de Deo, & vita futura patuti quod perspicimus, & hoc in ænigmate, id est, in obscuritate, quia cum simus carnei ea quæ sola spiritualia sunt, ad liquidum capere nequimus. Tunc autem, id est, in futuro facie ad faciem, id est, præsentes præsentem Deum videbimus. Nunc cognosco ex parte subaudi Deum. Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum modo à Deo, qui exterius & interius totum me nouit. Et sciendum, quia non semper, sicut, pro æqualitate ponitur. Aliter cognoscimur à Deo, & aliter cognoscimus illum. Quia ille***

ille cognoscit cuncta ut Deus, nos cognoscemus illum ut creatura per eius donum: verum tamen sicut ille nouit nos ex toto, sic & nos ex toto cognoscimus illum. Ille cognoscet nos ut Deum decet, nos cognoscemus illum ut glorificatae creature conuenient. *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec.*

GIII.

**G.** Ille tres virtutes modo iunctae sunt inuicem, & ita in huius vita tempora copulantur ut una sine altera stare non possit. Qui enim credit in Deum, sperat quæ ab illo promittuntur se percepturum, & quo magis sperat, eo magis credit in illum, & ideo habet caritatem qua diligit illum & proximum. Ex enim quæ esse credimus, etiam nobis promissa nos accepturos speramus. His vero delectati amplius in caritate feruemus.

Veraciter enim credere non possumus, nisi ea quæ promissa sunt, spe emus, nec poterimus sustinere promissa, si desit fidei fidelitas firma, nec aderit fructus spei: vel stabilitas fidei, nisi fuerit perfecta caritas Christi in nobis, quæ & fidem ut præcedat adiuuet, & spem expectatione corroboret. *Maior autem his subaudi virtutibus fide videlicet ac spes caritas est.* Nec mirum filius Dei caritatem id est, dilectionem & non nostris meritis homo factus est, & redemptio mundi, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Per hanc Deum Pater misit eundem filium suum in mundum, hanc spiritus sanctus infundit in cordibus electorum. Fide, namque est, qua Deum Trinitatem habete in personis, & unitatem in substantia credimus. Mysteria quoque incarnationis filii Dei. Spes est expectatio futurorum bonorum quæ nec dum aspeximus nec consecuti sumus. Caritas qua Deum proximumque diligimus, cum Deum in quo sunt præmia, quæ præstolantur facie ad faciem viderint, nihil remanebit quod deficiuntur, aut ultra sperant, diligent vero per caritatem datorem bonorum omnium, diligent & omnem proximum, gaudentes de ipsis sicut & de ipsis. Ideo ergo caritas maior est fide ac spe quia illis cessantibus ac deficiuntibus ipsa in præsenti seculo cum ipsis est, & ipsa sola in æternum perseverabit, ipsa sola perducit nos ad Christum, ipsa sola fruetur gaudio sempererno & præsentissimo vultu omnipotentis Dei. Sermo & retractatio superiorum. Nam qualis & quanta sit Caritas non pedum via sed modo apostolo docente discamus. *Sil linguis hominum loquar, & Angelorum & cetera. Hominum vel Agerum linguis inanem facundi. Nam quo modum hominum significatum debemus accipere, quia omnia quecumque volunt accurate quidem atque eorum querenter annuntiant. Se Iquavis ornate copioseque differant tamen si docendi officium vanitate placet magis quam consilendi caritate suscipiant, non ut alios doceant, sed ut se doctos ostendant, nec profectum, sed plausum a suis auditoribus querant, si tota conscientia diligentia transferant, maledictione ad linguam, & studiosius eloquentiam velint curare quam vitam. Si superciliosusque loquacitatis elati dicta sua magis cupiant laudari quam fieri, nec sunt de sanctitate operis, sed sermonis clucubrati venustate solliciti. Nunquid non hi tales æramento sonanti aut, tinnienti cymbalo comparantur, qui in modum tinnientis æramenti vel cymbali præclara quæque magis appetunt sonare, quam facere nec erubescunt a se ipsis aliter viuendo, quam prædicant dispare, qui ut quomodo turpidinem suæ conuersationis obnubilent honesta prædicare non cessant non ut auditores siue eorum prædicationem proficiant sed ut ipsis videantur curare quæ prædicant. Sed videamus quæ his obiectat apostolus. *Sihabueris inquit prophetiam & nouerim mysteria omnia & cetera.* Non hoc ita dicit, quasi aliqua bona sine caritate habere aliqui non possint: sed quia nihil prosint habentibus eis, si a caritate defecerint, ipsa autem & hinc necessaria est, ut omnia bona summum bonum caritatem habentibus prolinet & ibi eis etiam profecto permanebit, cum omnes perseverantes in se visionem Dei perduxerit. Ceterum prophetia & mysterium omnium notitia, vel scientia, nec non & ipsa fides vel cetera, talia quæ non perfectioni fidelium, sed fragilitati necessaria iudicantur. In illa perfectione sanctorum quo in caritate radicati tendunt peruenientibus necessaria esse non poterunt. Cum illis incomparabiliter meliora ac perfectiora successerint, quia nec prophetia ibi opus erit, cum ad illud, quod futurum promitterebat, impleta produixerit. Nec scientia quæ velut lucerna quædam in huius seculi nocte fideles illuminat, cum in illius vita die perpetuo sol huius effulserit. Nec posteriorum notitia, aut ipsa*

Diphel. 3. v. 2.

**H.**

vers. 1.

**K.**

*Sed necessaria erit, quando ea quæ æquæ per mysterium significabantur, & creditabantur, ex fide perfectio Christiana peruenierit. Caritas vero hic quidem necessaria est, quæ nos separat à Diabolo, purificat à peccato, reconciliat Deo. Sed ibi perfecta erit, cum perfectos Deo à quo est donata eis, coniunxerit. Adhuc Apostolus laudem diuinæ caritatis amplificans, adiungit inquiens. Si distribuero incibos pauperum omnes facultates meas & si tradidero corpus meum, ut ardorem, caritatem auctem non habuero, nihil mihi prodest. Nec immerito. Si enim non quid, sed propter quid faciemus in illa ultima examinatione, querendum est eleemosynæ, vel traditio corporis in mortem quid proderit nō habentibus caritatē, ipsa ergo habenda est, ipsa sectanda. Sine qua nec eleemosynæ, nec mortificatio, siue occisio corporis, nec illa omnia superius dicta vel alia quævis bona perducunt aliquos ad salutem, quamque quælibet actio bona, vel passionis si ex fide, quæ per dilectionem operatur, extiterint, nobis prodesse nec poterant. Quapropter nihil eis peccatis damnabilis remanere poterit, nee deerit aliquid boni, quibus caritas omnis inquiumenti mundatio, & bonorum omnium mater affuerit. Quoniam quidem si caritas perfecta est, benigna est, si non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Sic omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, eis in quibus fuerit, omnia ista quæ habet impertit. Et quid illis esse potest in hac vita perfectius? qui tantis abundant caritate in regnante virtutibus. Proinde quando videmus aliquos patientiæ mōle fundatos, in concursum pectus sequentibus malis opponere abundantia sanctæ benignitatis locupletatos, bonum suum velle cum omnibus habere commune, non aliquibus ardentius inuidiæ facibus, eo qui non agere perperam, sed simpliciter cum omnibus, quibus debet puritas exhiberi nullo fastu perniciose vanitatis inflari, nihil eorum, quæ sunt aliena crimina cupiditatis ambire, quæ sua sunt præ communionis bono non quædere, nulli malum quibus liber irritatus iniuriis cogitare, non super alicuius iniquitate, sed veritate gaudere. Omnes inquietos vel inquietitudines fundata animi tria quillitate sufferrere; post hanc vitam diuinitus penas comminatas credere, non metuendo, promissa præmia sperare gaudendo. Reuelationem filiorum Dei desiderare fortiter sustinendo. Quando ergo vidimus ista & his similia bona aliquos posse nouerimus, nō eos magnitudine virtutis suæ posse, quod volunt ardenter, & faciunt, sed beneficio illius caritatis, quæ non est ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis:*

## C A P V T XIV.

*Donum linguarum inferius esse dicit dono prophetiz, imo inutile si desit qui interpretetur: tradit ergo eis normam qua his donis ordinatè vtantur: & mulieres in Ecclesiis silere iubet:*

*Et amini charitatem, emulamini spiritualia: magis autem ut prophetetis. † Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria. † Nam qui prophetat hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & consolationem. † Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei edificat. † Volo autem omnes vos loquitis; magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut Ecclesia edificationem accipiat. † Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut*

*Q 2 in scien-*

iik

K

I V.

V.

VIR

i.

ii.

A.

3.

4.

5.

6.

B.

7. in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? † Tamen quae sine  
 anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem  
 sonituum dederint; quomodo scietur id quod canitur, aut quod ci-  
 8. tharizatur? † Etenim si incertam vocem det tuba; quis parabit  
 9. se ad bellum? † Ita εστι vos per linguam, nisi manifestum sermonem  
 10. dederitis; quomodo scietur id, quod dicitur? eritis enim in aera lo-  
 11. quentes. † Tam multa, ut puta, genera linguarū sunt in hoc mun-  
 12. do: εστι nihil sine voce est. † Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui  
 13. loquor, barbarus: εστι qui loquitur, mihi barbarus. † Sic εστι vos, quo-  
 14. niam emulatores estis spirituum, ad edificationem Ecclesia quar-  
 15. te, ut abundetis. † Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interprete-  
 16. tur. † Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine  
 17. fructu est. † Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo εστι mente: psallam  
 18. spiritu, psallam εστι mente. † Ceterum si benedixeris spiritu: qui sup-  
 19. plet locum idiota, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem?  
 20. quoniam quid dicas, nescit. † nam tu quidem bene gratias a-  
 21. gis: sed alter non edificatur. † Gratias ago Deo meo, quod omnium  
 22. vestrum lingua loquor. † Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu  
 23. meo loqui, ut εστι alios instruam: quam decem millia verborum in  
 24. lingua. † Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli es-  
 25. tote: sensibus autem perfecti estote. † In lege scriptum est: Quoniam  
 26. in aliis linguis εστι labiis aliis loquar populo huic: εστι nec sic exaudi-  
 27. ent me, dicit Dominus. † Itaque, linguae in signum sunt non fidelibus  
 28. sed infidelibus: prophetia autem non infidelibus, sed fidelibus. † Si er-  
 29. go conueniat vniuersa Ecclesia in unum, εστι omnes linguis loquan-  
 30. tur, intrent autem idiota, aut infideles: nonne dicent quod insanitis?  
 31. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota,  
 32. concinxitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: † occulta cordis eius  
 33. manifesta fiunt, εστi ita cadens in faciem adorabit Deum, pronunci-  
 34. ans quod vere Deus in vobis sit. † Quid ergo est, fratres? cum con-  
 35. uenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apo-  
 36. calypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad  
 37. edificationem fiant. † Siue lingua quis loquitur, secundum duos,  
 38. aut ut multum tres, εστi per partes, εστi unus interpretetur. † Si autem  
 39. non fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur, εστi Deo.  
 40. † Prophetæ autem duo, aut tres dicant, εστi ceteri diiudicent.  
 41. † Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. † Potestis eni-  
 42. mique omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, εστi omnes ex-  
 43. hortentur: εστi spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. † Non  
 enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut εστi in omnibus Ecclesiis

sanctorum doceo. † Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit. † Si quid autem volunt discere, domi viros subi interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. † An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruenit? † Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat, qua scribo vobis, quia Domini sunt mandata. † Si quis autem ignorat, ignorabitur: † Itaque fratres amulamini prophetare: Et loqui linguis nolite prohibere. † Omnia autem honeste, secundum ordinem fiant.

34.  
Gen. 3. c. 16.  
35.

36.  
37.  
38.  
39.  
40

**S**E etiam caritatem, id est, persequimi. Hoc verbum continuationem rei significat. Sicut & ibi, hospitalitatem sectantes, *Aemulamini spiritualia*, subaudi dona, id est, imitamini, studetote inquirere dona spiritualia quæ per spiritum sanctum dantur. Non ut virtutes operemini, linguis loquendo, dæmones eliciendo. Sed magis *amulamini* diligite. *Vt Prophetetis*, id est, ut aperte Prophetas ceterosque libros veteris & noui testamenti exponatis, hoc quisquis agit Propheta est, quoniam per caritatem, qua consultit ceteris, habet spiritum sanctum, qui locutus est in Prophetis. *Qui loquitur lingua* subaudi incognita & peregrina vel in obscuritate sermonis. *Non hominibus loquerur* quia non intelligunt, quod ab eo dicitur, *sed Dea*. Qui nouit omnes linguas & insuper nouit non prolatam. *Nemo enim audie*, id est, nemo astantiū intelligit, quæ ille loquitur. *Spiritus n.* subaudi sanctus loquitur mysteria, id est, occulta per illum hominem, in quo habitat, qui peritiam, & notitiam ipsius linguae contulit. Audientes autem qui non norunt illam linguam, latent eadem mysteria. *Nam qui prophetas*, id est, qui prophetas, aliasq; scripturas aperto sermone docet, *hominibus loquitur ad edificationem intellectus*, quia int̄e ligunt, quæ proferuntur à Doctore, & solutionem quæstionū adducit ad exhortationem, quia exhortatur alios, ut desiderium habeant explanandi, & possint aliis exponere, & consolationem adhibere, quia accipiunt in lingua sibi nota, vnde alii extolluntur in ignota. *Qui loquitur lingue* subaudi incognita aliis aut in obscuritate sermonis *semetipsum edificat* & non alios quia in se tantummodo intelligit, quid loquatur. *Qui autem prophetas manifeste loquens*, prophetas explanando, *Ecclesiam edificat*, id est conuentum fidelium. Ne dicerent Corinthii, inuides nobis Apostole Paulus loqui linguis subaudi, id est, Apostolus. *Volo autem omnes vos loqui linguis* subaudi variis. Sed magis volo ut prophetetis, id est, ut dicta sacrarum scripturarum obscura in lucem producatis aperte explanando. *Nam maior est qui prophetat*, id est, qui aperte docet, exponendo prophetas. *Quam qui loquitur linguis nisi forte interpretatur plano sermone*. Ne hoc quod loquitur in alia lingua ut Ecclesia adificationem accipiat ex eius interpretatione. Si interpretari potest, ille loquitur linguis, non erit minor ille loquitur, explanat prophetas quia & ipse similiter Ecclesiam edificat. Hoc enim maius est, quod omnibus prodest. *Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens quid vobis prodero?* subaudi si loquutus facio lingua vobis incognita. *Nisi vobis loquar aut in revelatione*, id est, interpretatione manifestoque sermone, aut scientia aut prophetia aut Doctrina? *Hæc quatuor vnum significant*, *Tamen que sine anima sunt vocem dantia, sine tibia, sine cithara nisi distinctionem sonitum dederint*, ut secundum acutem aut grauitatem vocis sonitus distribuatur instrumentis musicis hoc dicit quia sonitus citharae, & tibiae, insuavis est, nisi distincte sunt personae, ita vox prædicatoris siue Doctoris nullam utilitatem præstat neque delectat audientes si non intellexerint quæ loquitur etenim si incerta voce de tuba quis parauit se ad bellum. Hic fuit mos apud Iudeos ut in inicio mensium clangerent tubis, & in solennitate tabernaculorum, vnde & *festivitas tubarum appellatur*. Sicut ait psalmista: *Buccinate in memoriā tuba in insigni*

i.  
A

ii.

III.

IV.

B

V.

VI.

VII.

C

M. 5. 4.

I. AD CORINTH.

186

*Die solemnitatis vestra. Erat etiam mos ut imminentे bello tubis buccinarent, & erat in sonitu differentia, quando ad bellum, & quando inuitabant ad diem festum. Si ergo confuse quis audisset tubas personare, ad quid se debuisset præparare, quomodo poterat scire? Si Doctore lingua incognita loquente aut in obscuritate, quomodo auditor poterit intelligere? Ac si diceret si vox tubæ incerta fuerit, utrum solemnitatis vox sit, an belli, nemo discernit, ita & vos si cœperitis loqui variis linguis, ignorabunt auditores vestram prædicationem. Vester autem sermo intelligenti debet, ut possit ad spirituale bellum Christi milites præparare. Eritis in aera, id est, inane loquentes. Tam multa utrūque generali linguarum sunt, id est, quod genera linguarum sunt in hoc mundo. Et nihil sine voce est, id est, sic erit auditori, si lingua ei incognita locuti fueritis, quasi omnes linguas proferatis. Quia sicut qui omnibus ei loqueretur, non prodesset. Sic & vos nihil prodestis una aut duabus linguis loquentes incognitis. In quibus linguis nihil sine voce est. Et tamen illa vox non capitur ab illis qui notitiam linguae non habent. Ideoque inaniter profertur sermo, quia non intelligitur. Si ergo nesciere virtutem siue intellectum vocis auditæ. Ego ei cui loquer, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus, verbi gratia: Ego sum Græcus, tu es Hebræus si tibi loqui cœpero Græce, videbor barbarus. Similiter & te loquente mihi Hebraice, videberis barbarus. Aliter profero symbolum Græce, quia sic reperi scriptum, & sum Latinus, non Græcus, barbarus tibi sum. Iterum si tu Græci sermonis aliquid didicisti, & cœperis similiter loqui, qui primum videbar tibi barbarus, cerno te quasi barbarum mihi. Sic & vos quoniam emulatores estis spirituum, id est, quia studium habetis spiritualium donorum ad edificationem Ecclesie quærите ipsa dona spiritus sancti habere, ut abundetis fructificantes aliis. Qui loquitur subaudi lingua obscura & incognita oret ut interpretetur, id est, oret Deum, ut det illi virtutem interpretandi, ut quod loquitur in una lingua, possit exponere aliis in alia. Nam si ore lingua subaudi incognita & in obscuritate sermonis spiritus mens orat, mens autem mea sine fructu est, id est, vis animæ meæ, id est, ipsa anima quæ vivificat corpus, profert verbum, intellec tus autem animæ meæ sine utilitate aliqua est, quoniam intelligo, quæ dico. Quod per spiritum intelligitur anima, ostendit Euangelista, inquiens de Domino. Inclinato capite emisit spiritum, id est, anima, Manifestum est ignorare animum nostrum, siue intellectu, si lingua loquatur, quod nescit, sicut assolent Latini homines Græce cantare oblectati sono verborū, nescientes tamen, quid dicant, quæ cantilena sine fructu intelligentiæ est. Quem enim fructum intelligentiæ habere potest, qui ignorat, quæ loquatur? Quid ergo subaudi mihi faciendum, vel quid est utile, & necessarium? Orabo spiritu, id est, loquar anima, Orabo, & mente, id est, loquar intellectu, quia illa sunt dicenda, quæ & proferantur utiliter, & intelligentiæ manifestæ. Ceteris si benedixeris spiritu, quis supplex locum idiota? id est, si spiritu sancto illuminatus bene docueris, & bene loquutus fueris, audientibus lingua incognita, quis suppleuit, siue quis adimpliuit locum illius, qui te audiuit, & non intelligit verba tua? Idion dicitur proprium, inde dicitur idiota, propriam linguam tantummodo sciens, in qua natus, & nutritus est. Si igitur talis astiterit tibi, dum aut ministerium missæ solemniter celebrat, aut sermonem facit, aut etiam benedictionem tribuis quomodo dices Amen. Super tuam benedictionem, quoniam nescit quid dicas? id est, cum respondebit verbum confirmatorium, quod dicitur, amen, cum ille tantum linguae propriæ peritus ignoret, quid tu barbara illi lingua loquaris? Non aderit aliis, qui pro illo sciens, quid tu dicas, respondeat, Amen, id est, verum, quod dixisti, vel fiat, ita, nescit quippe ubi est sermonis clausula, & sensus finiatur, & quid dicas, nescit. Tu quidem bene gratias agis, subaudi Dm in lingua tibi nota, sed aliter non adificatur, qui nescit, quid dicas. Et bene dicerent Corinthii Apostolo, quod ipse non habet, id est, varietatem linguarum, non vult ut nos habeamus subiunxit, Gratias ago Dm quod omnium vestrum lingua loquer. Quinque sunt differentiae Græcae linguae, sicut in Prisciani dictis prudens lector inuenire potest, Omnes has nouerat Apostolus, & plures alias. In ecclesiastico quinq; verba meo sensu loqui ut, & alios instruam, Quam decem millia verborū in lingue subaudi incognita aliis, vel in obscuritate sermonis, Simpliciter accipe, malo*

## C A P V T X I V .

Inquit, sic quinq; verba proferre in conuentu fidelium, ut intelligatur ab aliis, quam decē millia sine profectu aliorum. Ut ilius dicit paucis verbis in apertione sermonis loqui, quod omnes intelligent quam prolixam orationem habere in obscuro. *Nolite pueri effici sensibus.* Puerilis est sensus, id est, pueriliter agit, qui obscurio & polito sermone propter iactantiam loqui querit. *Malitia parvuli est.* id est, alieni sitis à malitia, velut sunt parvuli, *Sensibus autem perfecti est.* sensu perfectus est, qui sic alterius utilitatem, sicut suam querit. *In alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic, vnum significant quod dicit linguis, & labiis, hoc in Esaiae libro, quin nunc Liæ appellatur ab Apostolo scriptum est.* Et hæc Prophætia super nouo testamento prædicta estis in lege Moysi, peccantes variis modis puniebantur ex præcepto DOMINI. Alia lingua loquitur Deus in Euangeliō, quianon præcipit peccatores occidi, sed ad pœnitentiam hortatur dicens, pœnitentiā agite & reliqua. Ibi commendabat circumcisō, in Euangeliō baptīsum, ite baptizate gentes ibi Sabbathum, hic diem Dominicū, & otium à peccatis: ibi sacrificia pecorum hic corporis & sanguinis sui mysterium. Et nec sic exaudierunt increduli Iudæi Dñm, id est, non obedierūt illi. *Vel aliter secundū præcedentem disputationē Apostoli die Pentecostes venit Spiritus sanctus super credentes in Hierusalem, & cœperunt loqui variis linguis, pro ut spiritus sanctus dabant eloquii illis.* Aderant Iudæi ex omni natione quæ sub cœlo est, & qui prædestinati erant, versi in admirationem, crediderunt in Christum, & salui facti sunt. Cæteri vero licet tam mira audirent, noluerunt Christum credere per Apostolos eius linguis loquentes. *Lingua in signum sunt,* id est, in miraculum sunt. *Non fidelibus,* qui sciunt nihil Deo impossibile esse; *Sed infidelibus,* qui de Dei potentia dubitant. Verbi gratia, Paulus loquebatur omnibus linguis, non propter se, sed propter incredulos diuersarum gentiū, quos Christus lucrari volebat. Prophetia autem, id est, scripturarū expositiones non infidelibus, sunt qui non audierunt scripturas, sed fidelibus, qui diligunt eas. *Si ergo conueniat uniuersa Ecclesia in unum & omnes linguis loquantur, & singuli sua lingua loquantur.* Intrent autem idiota, id est, propria lingua contenti, & intrent infideles, siue pagani? Nonne dicent, quod insanitis? id est, quod in amentiam, & in phrenesim versi estis, & hoc ideo quia omnes loquimini confuse, & quod dicitis non intelligitur. *Si autem omnes prophetent,* vel scripturas legitime explanent. *Intret autem quis infidelis vel idiota, rustica tantum lingua contentus, Conuincitur ab omnibus.* Subaudi, infidelis esse, aut idiota. *Dijudicatur ab omnibus,* quod nisi pœnitentiam agat damnandus sit: *Occulta cordis eius manifesta fiunt,* id est, cogitationes prauæ, & vitia, quæ illos prædicatores putat latere, dum ipsi disputant contra vitia, manifesta fiunt ab ipso, quia dicit in veritate quia ista omnia cognosco in me esse. Sicut refert beatus Augustinus quodam loco quod aliquando dum faceret sermonem ad populum, introiuit quidam scelestus homo, statimque se non attendente, sermo suus versus est contra illius vitia. Ille autem considerans se Pontifici à DEO reuelatum, conuersus est, & pœnitens, salutem obtinuit. Sic & in vita sancti Cæsarii, Arelatensis Episcopi legitur, quod spiritus sanctus ita sermonem eius disponebat, ut omnium conscientias verbis suis percuteret, quasi sibi eos omnes eius auditores indicassent aut præ manibus haberet scriptas. *Et cadens in faciem infidelis vel idiota humilians se,* Adorabit Deum pronuntians quod vere Deus in vobis sit, qui etiam suam conscientiam reuelavit vobis, *Vnusquisque Psalmum habet,* de quo debet disparte, *Doctrinam habet,* id est, expositionem librorum Apocalypsin habet, id est, reuelationem à DEO sibi in corde manifestatam, per quam valet intelligere diuinās scripturas, *linguam habet,* per quam proferat & interpretetur dicens, sic dicitur iste sermo in illa lingua, & sic resoluitur in vestra. *Sicut lingua,* videlicet, *Quis ignora loquitur secundum dnos.* Subaudi, fiat illa allocutio aut multum tres, id est, aut quod multum est secundum tres fiat. *Et per partes,* Subaudi, loquantur, non simul, ne videantur esse amentes, si omnes cœperint loqui, ut unus interpretetur illorum linguam obscuram. *Vel etiam ideo præcipit loqui per partes,* ut interpres possit interpretari per singulos. *Et est sensus.* In conuentu

# I. AD CORINTHIOS

59

- vnus, aut duo, vel etiam tres loquantur nec ipsi simul, sed per partes, ita ut vnuſ. quisque loquitur, ab interprete manifestari possit astantibus. *Si autem non fuerit interpres taceat.* Subaudi, Doctor qui habet linguam incognitam, *sibi autem loquatur & Deo orando, & legendo quia cuncta nota sunt linguarum verba Prophetæ*, id est, explanatores *duo aut tres dicant.* Siue loquantur, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. *Ceteri vero, Subaudi, Prophetæ & Doctores siue explanatores Prophetarum diligenter.* Si quid amplius aut minus loqui necesse sit, & discernent etiam utrum secundum veritatem fidei, illi doceant. *Quod si alij sedentes reuelatum fuerit a Spiritu sancto, aliter quam ille dicat, aut aliud, prior qui loquebatur taceat, ad horam.* Secundum morem ludorum loquitur, qui hoc ordine residebant in synagogis suis, videlicet ut Scribæ & Pharisæi Doctoresque legis sederunt in Cathedris, qui minoris dignitatis erant, in subselliis & scannis, vulgaris vero populus, & simplices quique in paumento & super mattas residencebant. Inde dicit Apostolus. Si illi fuerit reuelatum qui sedet in cathedra, aliter quam exposito, loquarur, aut aliquo eorum, qui sedent in subselliis, vel in paumento, taceat qui antea loquebatur. *Potestu enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur.* Sicut Doctores non æquali peritia imbuti sunt, ita ut auditores quadam inæqualitate capacitatis differri probantur. Ideo q; perfecte docti, perfectos auditores in sensu doceant minus docti, minus capaces instruant. Sic singulis possunt prophetare, id est, docere per singulos, ut vnuſ post vnum loquatur, & sic per ordinem prædicatio ab omnibus compleatur. *Spiritus Prophetarum Prophetis, subiectus est Spiritus sanctus, qui loquutus est per Esiam, Hieremiam, & reliquos Prophetas veteris testamenti, per Prophetas quoque novi testamenti, sicut fuerunt Apostoli, & explanatores Prophetarum, qui Prophetæ non immerito appellantur.* Illis omnibus Spiritus sanctus subiectus est quodammodo quoniam nō cogit subito in vocē prorumpere, sicut malignus spiritus in energumenos, & arreptitos, sed eorum potestate tribuit quando loquantur, & quando silent. Verbi gratia, Propheta, id est, Prædicator quilibet vult sermonem ad populam facere, veluti Hieronymus alicuius Prophetæ librum expondere, id est, eius spiritus, ut instruat, & loquatur per illum, ut cœperit loqui, non tandem illico ut tetigerit librum, facit eum irrumpere in vocē, velut phreneticum. Et bene idem Spiritus sanctus, qui fuit olim in Prophetis, dicitur esse in explanatoribus eorum, quoniam aliter non voluissent explanare verba Spiritus sancti, neque in lucem producere obscuritatem illorum. Aliter si legerimus plurali numero Spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt, necesse est, ut intellegamus per spiritus, dona Spiritus sancti, id est, linguas, virtutes, electionem dæmonum, sapientium consilium, & reliqua. Hæc autem dona sic sunt electis subdita, ut quando volunt exerceant illa, & quando volunt retineant quasi occulta, his verbis datur intelligi, quod licet multi simul Doctores sunt, qui nouerint per spiritum sanctum quid loqui debeant, non tamen ita ab Spiritu sancto impelluntur, ut uno loquente tacere alii non valeant. *Non enim est dissensionis Deus sed pacis.* Quia Deus pacem & non dissensionem docuit, quando vnuſ aduersus alterum tremens, illo adhuc loquente loqui tentabat, dissensionem faciebat, & hoc D'eo execrabile erat. *Sicut in omnibus Ecclesiis, sic, Subaudi, & vos doceo, ut vnuſ vel duo, aut certe tre, in conuentu doceant, & per partes ut vnuſ interpretetur, & si interpres defuerit, taceant, mulieres in Ecclesiis taceant,* ne seminent errorem, sicut Eua prima mulier fecit, subiectæ esse debent viris, quia mulier de viro sumpta est, non vir de muliere, & quia per eam vir seductus est. *Sicut & lex dicit, id est, per Genesim inquiens, Sub viri potestate erit.* *An à vobis, o Corinthii, verbum Dei processit?* Subaudi, ad alios. Inflabantur Corinthii, quasi exemplo illorum cæteræ gentes in unitate credidissent in Christum, & ab illis esset diffamatum. Ideo ait Apostolus, an à vobis verbum, id est, fides Christi, vel eius Euangelium processit ad alias gentes? Inflabantur etiam in hoc quasi, solis illis solus, quæ in Christo est per Patriarchas & Prophetas fuisse promissa. Et hoc est, quod dicit, *aut in vobis solos permanit verbum Dei.*
- Si quis*
- Gen. 3. vers. 16.*
- L**
- xxvii.**

*Gen. 3. vers. 16.*

**xxvi.**

**xxxvii.**

*Siquis videretur Propheta esse, id est, sapiens, doctor & explanator scripturarum, aut spiritualis, id est, qui spiritualia capere possit, cognoscet quae scribo vobis, quia Domini sunt mandata, id est, intelligat, & approbet quia Domini est mandatum. Pseudo Apostoli à seipsis, & à diabolo loquebantur. Apostolus autem & reliqui Dei mandata proferebant. Ideoq; his verbis tangit illos, qui pro lucris temporalib. & desideriis hominum non diuina sed terrena decebant. Si quis autem ignoras, Subaudi, mandata Domini ignorabis, id est, si quis repudiat vel non approbat hæc mandata Domini, repudiabit nec approbabitur a Domino in die iudicii. Itaq; fratres mei in fide amulamini, id est, studete & diligite prophesare, id est, scripturas interpretari, & aperte exponere, & etiam si quis vult, vel potest linguis loqui nolite prohibere in tantum ut habeat interpretem. Omnia autem honestè fiant in vobis, id est, sine de-  
decore.*

xxxviii.

xxxix.

xxxi.

xxx.

## C A P V T X V.

Christum docet à mortuis resurrerxisse, multisque ac detinunt Paulo qui se minimum dicit Apostolorum apparuisse: ac nostram hic astruit resurrectionem, & ordinem ac modum eius, vñā cum diuersa resuscitatorum gloria, non in anima solum, sed etiam in corpore: Mors autem in resurrectione absorbebitur.



O T V M autem vobis facio, fratres, Euangeliū, quod predicauī vobis, quodēs accepistis, in quo ē statis, + per quod ē salvamini: ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. + Tradidi enim vobis in primis; quod ē accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: + ē quia sepultus est, ē quia resurrexit tertia die secundum Scripturas: ē quia visus est Cepha, ē post hoc undecim: + Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt: + Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus: + Nouissime autem omnium tamquam abortiuo, visus est ē mihi. + Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam D E I. + Gratia autem D E I sum id quod sum, ē gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia D E I mecum: + Siue enim ego, siue illi; sic prædicamus ē sic credidistis. + Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? + Si autem resurrectio mortuorum non est: neq; Christus resurrexit. + Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est fides vestra: + inueni-

A  
Gal. 1. 11.

1. 16.

4. 1. 2.

loan. 20. c. 15.

5. 6.

7. 7.

8. 8.

9. 9.

Ador. 3. 3. 3.

Ephes. 3. b. 2.

10.

11.

12.

13.

14.

15. † inuenimur autem  $\mathfrak{E}$  falsi testes Dei : quoniam testimonium  
 C diximus aduersus Deum quod suscitauerit Christum ; quem  
 16. non suscitauit, si mortui non resurgent. † Nam si mortui non re-  
 17. surgunt, neque Christus resurrexit. † Quod si Christus non resur-  
 18. rexerit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. †  
 19. Ergo  $\mathfrak{E}$  qui dormierunt in Christo, perierunt. † Si in hac vita tan-  
 20. tum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus ho-  
 21. minibus. † Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitia  
 Col. 1. c. 18. dormientium : † quoniam quidem per hominem mors,  $\mathfrak{E}$  per ho-  
 Apo. 1. b. 5. minem resurrectio mortuorum. † Et sicut in Adam omnes moriun-  
 22. tur, ita  $\mathfrak{E}$  in Christo omnes viuiscabuntur. † Vnusquisq; autem  
 23. in suo ordine, primitia Christus, deinde ij, qui sunt Christi, qui in  
 1. Thess. 4. b. 15. aduentu eius crediderunt. † Deinde finis ; cum tradiderit regnum  
 24. Deo  $\mathfrak{E}$  Patri, cum euacuauerit omnem principatum,  $\mathfrak{E}$  potesta-  
 25. D tem,  $\mathfrak{E}$  virtutem. † Oportet autem illum regnare, donec ponat  
 Psalm. 109. a. 1. omnes inimicos sub pedibus eius. † Nouissima autem inimica de-  
 Heb. 1. d. 13. &  
10. c. 13. structur mors : Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem  
 26. Psal. m. 8. c. 8. dicat : † Omnia subiecta sunt ei, sine dubio prater eum, qui subiecit  
 Heb. 2. b. 2. ei omnia. † Cum autem subiecta fuerint illi omnia : tunc  $\mathfrak{E}$  ipse  
 27. Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia , ut sit Deus omnia  
 28. in omnibus. † Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mor-  
 29. tuis, si omnino mortui non resurgent ? ut quid  $\mathfrak{E}$  baptizantur pro  
 30. illis ? † ut quid  $\mathfrak{E}$  nos periclitamur omni hora. † Quotidie morior  
 31. per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domi-  
 32. no nostro. † Si ( secundum hominem ) ad bestias pugnauit Ephesi,  
 Ita. 22. c. 13. quid mihi prodest si mortui non resurgent ? manducemus,  $\mathfrak{E}$  bi-  
 Sap. 2. b. 6. bamus, cras enim moriemur. † Nolite seduci : Corrumptunt mores  
 33. bonos colloquia prava. † Euigilate iusti,  $\mathfrak{E}$  nolite peccare : igno-  
 34. rantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiam vobis loquor.  
 35. E † Sed dicet aliquis : Quomodo resurgent mortui ? qualius corpore  
 36. venient ? † In sapientia, tu quod seminas, non viuiscatur, nisi prius  
 37. moriatur. † Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, semi-  
 38. nas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alicuius ceterorum. †  
 Deus autem dat illi corpus sicut vult :  $\mathfrak{E}$  unicuique seminum  
 39. proprium corpus. † Non omnis caro, eadem caro : sed alia quidem  
 hominum, alia vero pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.  
 40. † Et corpora cœlestia,  $\mathfrak{E}$  corpora terrestria : sed alia quidem cœle-  
 stium gloria, alia autem terrestrium. † Alia claritas solis, alia cla-  
 ritas lunæ,  $\mathfrak{E}$  alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in  
 F claritate :

claritate: <sup>42.</sup> + sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorptione. <sup>43.</sup> + Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: Seminatur in infirmitate, surget in virtute: <sup>44.</sup> + Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptum est: <sup>45.</sup> + Factus est primus homo <sup>Gen. 2.b.7.</sup> Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuiscentem. <sup>46.</sup> + Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: Deinde quod spirituale. <sup>47.</sup> + Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de caelo, cœlestis. <sup>48.</sup> + Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. <sup>49.</sup> + Igitur, sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. <sup>50.</sup> + Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. <sup>51.</sup> + Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabimur. <sup>52.</sup> + In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. <sup>53.</sup> + Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. <sup>54.</sup> + Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. <sup>Ose. 13. d. 14. Heb. 2. d. 14.</sup> + Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus. <sup>55.</sup> + Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. <sup>56.</sup> + Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. <sup>Ief. 5. 2. 3.</sup> + Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino.

**N**otum vobis facio fratres, id est, ad memoriam reduco vobis Euangelium quod predicavi vobis quod & accepistis, in quo, & statis, per quod salvamini. Fuerat Apostolus apud Corin. h. per vnum annū, & sex menses prædicans illis Euan-geliū, sed post eius discessū introierūt in eos pseudo Apostoli, qui negabat Christū ex virginē natū, passum, à mortuis suscitatū, negabant quoq; resurrectionē generaliter futurā. Idcirco cōpulsus Apostolus recapitulat, illos præfētus quae docuerat. Vnde dicit: Notā vobis facio Euan-geliū quod accepistis siue suscepistis à me, vel accepitū habuistis in quo & statis. In vna quaq; plebe fideli duo sunt populi perfecti & imperfecti. Sed hic perfectos in fide alloquitur iterū & cōtra imperfectos subiungit. Qua ratione prædicauerim vobis si tenetis nisi frustra credidistis litteratura huius versiculi minus quidē sensus videtur habere, quia puerius sonat in græco. Notandumq; interrogative atq; increpatiae esse legendū. Igitur dicatur ita qd vtilitaris accepistis in hoc qd prædicauī vobis, si modo decepti à pseudō Apostoli aliter sustinetis, nisi quia frustra siue inaniter credidistis in hoc, qd à fide recessistis. Dicit ergo qua ratione siue qua vtilitate prædicauerim vobis verbū fidei, si tenetis, suaudi modo aliter, qd tunc audistis, nisi quia f. ustra credidistis, hanc me prædicāte adepti estis fidem superfluam, & non veram, non est ita, quia vera vos docui, non falsa veramq; fidem & credulitatem. Ergo qua ratione prædicauī vobis, nisi quod frustra credidistis ignoro, frustra credit, qui ab ipsa fide postmodū recedit. Iam in sequen-

z.

A

z.

B

# I. A.D. C O R I N T H.

in sequentibus exponit quod prædicauerit. Tradidi enim vobis in primis, id est, in  
 exordio meæ prædicationis. Quod & accepi. Subaudi, à Christo, Quoniam Christus  
 Ma. 53. v. 7. mortuus est secundum scripturas. Scripturas yeteris testamenti memorat quæ in  
 futuram Christi passionem cecinerunt. Dicit enim Esaias: Sicut ovis ad occisionem  
 1 V. ducetur, & sicut agnus non aperiet os suum, & quia sepultus est. Subaudi, secundum  
 Ma. 11. vers. 10. scripturas, dabit, inquit Propheta, impios iudæos pro sepultura. & dicitem pro morte  
 v. sua. Et iterum: Erit, inquit, sepulcrum eius gloriosum. Mortui enim nulli dubium  
 VI. est sepultum esse, Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas, viuificauit nos  
 post duos dies, in die tertia suscitauit nos. Et quia visus est Cepha. Cephas Syrum  
 est & Hebræum. Petrus græcum & latinum. Licet certum locum non definiant  
 Euangelistæ ubi apparuerit ei, tamen credendum est, quia apparuit ei. Et post bac  
 undecim, octaua videlicet die resurrectionis suæ, quando cum illis erat Thomas.  
 Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, id est, credentibus. Hoc quoque  
 verum est, licet Euangelistæ non commemorent. Ex quibus multi manent in cor-  
 porre usque adhuc. Subaudi, quos si vultis interrogare, potestis. Quidam autem dor-  
 mierunt, id est, mortui sunt. Quod ideo dicit, quia facilius poterant suscitari à  
 Christo de somno mortis, quam quis à socio suo de somno lectuli. Deinde visus est  
 C Jacobo, qui spouderat in coena non se manducaturum, aut bibiturum, donec  
 viri. videret Christum à mortuis suscitatum. Deinde Apostolus omnibus, & in monte, ubi  
 VIII. constituerat eos ire, & quando coelos petiit. Non sime autem omnium tanquam ab-  
 ortiuus visus est & mihi. Abortiuus est, qui sine legitimo tempore nascendi nascitur  
 extra tempus videlicet congruum, aut antequam debeat nasci, aut post. Iulius  
 Cæsar fuit abortiuus, qui post legitimum cum Cæsarie natus est, secto matris utero. Sic & Apostolus abortiuus quodammodo extitit, quia post tempus natus est  
 in Christo, quia non ab illo vocatus est, cum esset adhuc in carne, sed cum iam in  
 dextera Patris esset collocatus: Vel abortiuus, quia sicut de vita abortiuui despe-  
 ratur, sic & de vita Apostoli desperabatur à fidelibus, quando eos persequebatur.  
 Qui vtique perpetuam incurrisset mortem, nisi ei à Christo fuisset subuentum.  
 Visus est autem ei de cœlo post non paruum tempus ascensionis suæ quando cæ-  
 catus est in via, dum pergeret Damascum, & postea oranti in templo, Ego sum mi-  
 nimus Apostolorum. Causa humilitatis hæc dicit, sicut & Matthæus qui vocat se pu-  
 blicanum, vel etiam minimus tempore, & vocatione, quia ultimus est vocatus,  
 maximus autem labore, dignitate & prædicatione, sicut ipse in sequentibus  
 manifestat, ubi dicit abundantius, siquidem illis omnibus laboravi. Gratia autem Dei  
 sum id quod sum, id est, quod credo, quod Apostolus sum, & prædictor Euange-  
 lii, totum est Dei gratia, & gratia eius in me vacua non fuit. Per liberum arbitrium  
 cooperata est gratia Dei, ipsa tamen gratia præuenit illum, ut vellet & subsecuta  
 est, ut possit implere quod volebat. Et in hoc quia voluntatem suam iunxit, vo-  
 luntati Dei, ideo dignus est remuneratione. Abundantius autem illis omnibus la-  
 borauit, quia illi solis Iudæis & singulis prouinciis prædicauerunt. Paulus autem  
 & Iudæis & gentibus prædicauit, pene vniuersum mundum perambulans aut per  
 se, aut per Epistolas suas. Vel etiam in hoc plus illis laborauit, quia illi ex prædica-  
 tione viatum secundum Euangelium acciebant Paulus non est visus hac po-  
 testate, sed labore manuum suarum viuebat, vel plus laborauit, quia illi Iudæis, qui  
 habebant scripturas, quibus vitia damnabantur, & virtutes erigebantur, prædi-  
 cauerunt, & factis miraculis facile doctrina suscipiebatur illorum, quia illi cogni-  
 tionem Dei habebant: Paulus vero gentibus, vitia, virtutesque miscentibus. Illi  
 Iudæis Prophetiam de Christo habentibus, cui concordabant quæ de Christo  
 Prophetæ habent. Non autem ego, Subaudi, solus laborauī, sed gratia Dei mecum;  
 in miraculis & auditoribus corda eorum tangendo, & illustrando ad credendum;  
 & mihi verbum prædicationis ministrando. Sicut enim ego, sicut illi, subaudi Apo-  
 stoli alii: sicut predicamus, Subaudi, sicut supra commemorauimus quod Christus mor-  
 tuus surrexit, coelos ascendit. Inuenimus autem & falsi testes Dei, id est, pro Deo tes-  
 timonium ferentes inuenimus falsi, quoniam testimonium diximus aduersus Deum  
 quod

*quod susciteret Christum quem non suscierant. Subaudi, si mortui non resurgent. In his locis syllogismis Dialecticis vtitur Apostolus, & videtur denegare, quod confirmat. Non sunt enim falsi testes Apostoli, quia & Christus resurrexit, & mortui resurgent. Etsi ita est, vt quidam vestrum dicunt, *ad huc est in peccatis vestris.* Quia in fide baptizati mortis Christi & resurrectionis fuistis. Vt remissionem acciperetis peccatorum. Ergo non credentes Christum non resurrexisse, in peccatis suis manebant, quia baptismus non prodest nisi in fide Christi. Ergo & qui dormierunt in Christo, id est, credentes ex vobis in Christum qui iam mortui sunt, perierant. Subaudi, si ita est vt vos putatis denegando talia dicit loquens dialectice. *Sic in hac vita tantum in Christo sperantes sumus,* Subaudi, & non in alia, quæ erit post resurrectionem. *Miserabiles siue miseriores sumus omnibus hominibus infidelibus;* quia illi hac vita fruuntur, luxuriantur, crapulantur, inebriantur, laxantur etiam cum male fecerint. Nos econtra qui in Christo credimus, ieunamus, vigilamus, ab uxoribus abstinemus, ab illicitis cauemus, multa aduersa, & incommoda sustinemus pro Christo. Sed sancti in hac vita sperant in Christo, credentes se ab ipso mundatos à peccatis suis, & in aliam sperant resurrectionem, beatitudinemque perennem; & sic firmiter in hac spe quasi iam totum illud posse dicant in re. *Nunc autem, id est, in hac ætate in qua sumus, Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Primitiæ dormientium dicit Christum, quia ipse quidem caput omnium electorum, ipse primus propria virtute, & ad hoc vt iam non moriatur, resurrexit à mortuis. *Quoniam quidem per unum hominem Adam mortis animæ & corporis venit, & per unum hominem Christum, resurrectione mortuorum bonorum, malorumque, unusquisque in suo ordine.* Ne dicerent illi, & forsitan dicebât, quare iusti, qui ante Christum mortui sunt, ante eum non surrexerunt. Quia per cuius virtutem quidam illorum surrexerunt, & omnes homines resurrecti sunt, primitiæ debuit esse dormientium, id est, primus debuit resurgere, sicut & fecit. Deinde omnes in suo ordine, Subaudi, aut iam surrexerunt aut resurrecti sunt post Christum, idelicet qui resurrexit primus. Deinde q̄ qui sunt Christi in aduentum eius. Quidam codices habent sunt Christi qui in aduentu eius crediderunt. Sed falso scriptum est. Deinde, inquit, qui sunt Christi in aduentum eius, cum venerit ad iudicium. Christi sunt qui in eum credunt, & crediderunt ante aduentum eius. Deinde finis, Subaudi, mundi erit, finis namque mundi resurrectionis erit. *Cum tradiderit regnum Deo & Patri.* Deus Pater omnia tradidit Filio, sicut ipse ait: *Omnia tradita sunt mihi à Patre meo.* Et Paulus dicit, quod tunc sit finis mundi venturus, cum regnum tradiderit Filius Patri suo, qui est Deus. Sed quia illud regnum sic Filio à Patre, & Patri à Filio traditur, vt communiter ab utroque possideatur. Dicendum breuiter quod Pater homini Filio à verbo suscepit, omnia tradiderit, vt sicut in Filio diuinitas & humanitas una est persona sic sit una & possessio. Illi enim homini tunc cuncta tradidit, quando ab unigenito suo suscipi voluit. Idem Filius in fine, regnum Deo & Patri tradit, cum electos suos quos suo sanguine acquisiuit ad contemplationem cognitionemque Dei Patris perduxerit, ostendens eis regnanteum Dicatum Patrem cum se ipso & Spiritu sancto, & tunc aperte scient, quomodo Deus Pater cum suo unigenito & Spiritu sancto regnet sine fine immensus est omnipotens, & quomodo Trinitas est in personis, & unitas in substantia diuinitatis. Vel certe tradet Filius regnum Deo Patri omnes videlicet electos, quia ipse videbitur in forma hominis in iudicio damnatisque iusta sententia reprobis. Omnes secum electos paterno vultui exhibebit, vt qui hominem iudicem viderunt, mundana conscientia, diuinitatem Patris, & Filii, ac Spiritus sancti contemplentur. *Cum exacuerit omnem Principatum.* Subaudi, tunc erit finis. Principiantur in diuinis spiritibus Archangeli, Angelis, sicut ipso nomine declaratur, & reliqua pandunt ordinem nomina. Principiantur & homines hominibus. Sed tunc princeps erit Deus Trinitas, quia cessavit omnis creaturæ potestas in Angelis, & hominibus, Cessabit timor, regnabit integra charitas. Nec iam erit inter praesidentes, & subditos*

Na. 2. vers. 11.

ditos villa dissentio. Ac propterea bonorum spirituum & iustorum hominum principes unus erit Deus, impleto quod scriptum est, & regnabit Dominus solus in die illa.

xxv.

Vnde & sequitur: *Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.* Donec, aliquando ponitur pro ut, sicut in Psalmo, ubi dicitur: *Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri,* id est, ut misereatur nostri. Ponitur etiam donec, pro, &c, ut in Evangelio de MARIA & Joseph dicuntur, non cognoscebat eam donec peperit, id est, peperit filium suum primogenitum.

H

Ponitur pro semper & continuatione temporis, ut isto in loco. Et est sensus. Oportet autem filium regnare donec ponat Deus Pater omnes inimicos sub pedibus eius. Quod est dicere filius semper regnabit, quia Deus Pater semper subiicit inimicos sub pedibus eius. Si per caput Christi diuinitas eius intelligitur, sicut Apostolus ait: *Caput Christi Deus,* per pedes non incongrue accipitur humanitatis eius humilitas quae velut pedes visa est obiecta. Sed ei duobus modis inimici, siue infideles subiiciuntur, videlicet dum aut conuersi inspirante Deo credunt in Christum humanitus passum, mortuum, ab inferis per resurrectionis gloriam elapsum, aut etiam in sua duritia perdurantes iudicem eum sentient. Saltem, in die iudicii bonorum malorumque a quo iusto iudicio damnari se conspicient in penitentia suppliciorum.

xxvi.

*Noniissima autem inimica destruetur mors.* Quia postquam resurrexerunt omnes in ipsa resurrectione, destruetur mors inimica, post cuius destructionem nullam inimicitiam presentis vitae patietur humanum genus. Vbi erit vita æterna nullum obtinebit mors. *Omnia autem subiecit Deus Pater sub pedibus eius,* id est, sub pedibus Filii. Omnia, subaudi, quae fuerunt, & erunt inimica, & amica terrena, & spiritualia, siue coelestia subiiciet potestati illius. *Cum autem dicat,* Subaudi. Psalmista David, *Omnia subiecta sunt ei sine dubio præter eum quis subiecit ei omnia,* qua non Pater Filio, sed Filius debet esse subditus Patri secundum quod homo est. Nam secundum diuinitatem vnius potentiae, vnius Deitatis est cum Patre, sicut vnius essentiae cum illo.

xxviii.

*Cum autem illi subiecta fuerint omnia,* id est, Filio, *tunc & ipse Filius subiectus erit illi,* id est, Deo Patri, qui sibi subiecit omnia. Sunt quidem modo cuncta subiecta Filio, sed multi non attendunt ad hoc, neque considerant, quod sub eius potestate sunt pressi quadam ignorantia. In die vero iudicii nullus hoc ignorabit. Tunc & ipse Filius subiectus erit Deo Patri. Caput videlicet cum corpore suo, quod est Ecclesia. Vnde dicit alibi. *Si ergo vos Christi, ergo Abraham semen estis,* unus Christusestis, *ut sis Deus omnia in omnibus,* id est, in omnibus electis erit Deus omnia, quia erit facetas illorum, & letitia gaudium, & exultatio, & vita, sicut ipse Prophetus dicit: Ero illis Deus, id est, ero unde patientur, unde latentur, quia ita ditabuntur praesentia Dei, & impletibuntur omnes electi omnibus bonis, omnibusque virtutibus, ut in ipso omnia bona possideant singuli; Erit enim Deus tunc in uno quoque. Patientia, sicut fuit in Iob. Obedientia, ut in Abraham. Mansuetudo, ut in Moysè. Virginitas, ut in Daniel. Sapientia, ut in Salomone, & reliqua dona, quae modo diuisa sunt electis, tunc possidebunt omnia singuli. *Alioquin,* id est, si mortui non resurgent. *Quid facient qui baptizabantur pro mortuis?* Erant apud Corinthios quidam, qui non credebant resurrectionem, & erant alii, qui credebant illos resurrecturos, qui baptizati moriebantur, illos autem qui sine baptismo moriebantur, credebant autem non resurgere, aut male resurge-re. Si quis istorum propinquus sine baptismi gratia migrasset ē mundo, viuus aliquis in nomine illius baptizabatur putantes, quod mortuo viui baptismum prodeisset. *Quod factum commemorat* Apostolus, non ut approbet, quod huiusmodi baptismus aliquid prodeisset mortuo, sed ut eius exemplo non creditibus resurrectionem suadeat; Et ostendat quia si illi resurrectionem non crederent, nequaquam viuos pro mortuis baptizarent. Et est sensus. O Corinthii, si resurreccio præcessit in Christo, & in quibusdam, qui resurre-

I

Galat. 3. v. 29.

*Tunc & ipse Filius subiectus erit Deo Patri,* qui sibi subiecit omnia. Sunt quidem modo cuncta subiecta Filio, sed multi non attendunt ad hoc, neque considerant, quod sub eius potestate sunt pressi quadam ignorantia. In die vero iudicii nullus hoc ignorabit. Tunc & ipse Filius subiectus erit Deo Patri. Caput videlicet cum corpore suo, quod est Ecclesia. Vnde dicit alibi. *Si ergo vos Christi, ergo Abraham semen estis,* unus Christusestis, *ut sis Deus omnia in omnibus,* id est, in omnibus electis erit Deus omnia, quia erit facetas illorum, & letitia gaudium, & exultatio, & vita, sicut ipse Prophetus dicit: Ero illis Deus, id est, ero unde patientur, unde latentur, quia ita ditabuntur praesentia Dei, & impletibuntur omnes electi omnibus bonis, omnibusque virtutibus, ut in ipso omnia bona possideant singuli; Erit enim Deus tunc in uno quoque. Patientia, sicut fuit in Iob. Obedientia, ut in Abraham. Mansuetudo, ut in Moysè. Virginitas, ut in Daniel. Sapientia, ut in Salomone, & reliqua dona, quae modo diuisa sunt electis, tunc possidebunt omnia singuli. *Alioquin,* id est, si mortui non resurgent. *Quid facient qui baptizabantur pro mortuis?* Erant apud Corinthios quidam, qui non credebant resurrectionem, & erant alii, qui credebant illos resurrecturos, qui baptizati moriebantur, illos autem qui sine baptismo moriebantur, credebant autem non resurgere, aut male resurge-re. Si quis istorum propinquus sine baptismi gratia migrasset ē mundo, viuus aliquis in nomine illius baptizabatur putantes, quod mortuo viui baptismum prodeisset. *Quod factum commemorat* Apostolus, non ut approbet, quod huiusmodi baptismus aliquid prodeisset mortuo, sed ut eius exemplo non creditibus resurrectionem suadeat; Et ostendat quia si illi resurrectionem non crederent, nequaquam viuos pro mortuis baptizarent. Et est sensus. O Corinthii, si resurreccio præcessit in Christo, & in quibusdam, qui resurre-

X

resurrexerunt cum illo , nec futura est generaliter in omnibus , quid est hoc , quod apud vos viui baptizantur pro mortuis ? quod faciebant , vt diximus , ob duas causas , vel quia putabant non resurrecturos , nisi baptizatos , vel quia credebant non esse feliciter post resurrectionē viucturos , nisi baptizatos sicuti veritas se habet . *Vt quid & nos periclitamur?* id est , pericula patimur omni hora in fame , & siti , & reliquis angustiis ? *Quotidie morior per vestram gloriam fratres.* Iurat Apostolus vt magis credatur ab auditoribus suis , & dicit : Iuro ergo per vestram gloriam fratres non quam vos habituri estis , sed per eam quam ego pro labore quo laborau in vobis habiturus sum . Et si quotidie moriebatur quomodo viuebat , quotidie , inquit , morior , id est , periculum mortis sustineo . Si autem dixerimus quotidie morior pro vestra gloria , sicut quidam codices habent , dicendū est , quia propterea ipse pericula mortis sustinebat , vt illi in regno æternæ beatitudinis glorificarentur . Et est sensus ad superiora respiciens . Eciam in vos perficere non vultis , ego tamen mercedem laboris habeo . Vnde , & dicit per illam gloriam iuro quā babo in Christo Iesu . Securus & fixus in spe talia loquebamur , quasi iam habens , quod in futuro adepturus erat . *Si secundum hominem ad bestias pugnauit E; hec, id est,* secundum quod homo pugnare potest , vel quantum homo ferre potest . *Quid mihi prodest si mortui non resurgunt?* Bestias in hoc loco appellat homines bestiali more viuentes , qui seditionem popularem aduersus eum prouocauerunt apud Ephesum propter Diana Idolum , cuius culturam prædicabat Apostolus destruendam . Omnis labor sanctorum ad hoc tendit , vt resurrectionis gloriam mereantur percipere . *Manducemus & bibamus cras enim moriemur.* Hec vox desperatorum Iudeorū fuit , iminente captiuitate sub Sennachereb , & Nabuchodonosor , & hoc est testimonium ab Esaia probatum . Positi enim in articulo mortis aiebant , manducemus & bibamus , quia cras moriemur . Quod Apostolus recte ad illos , qui de resurrectione dubitabant . Et si ita est , inquit , vt vos putatis , videlicet si resurrectione futura non est , manducemus modo , & bibamus , quia cras moriemur ; & postmodum nihil mali patiemur . Et reuera si resurrectione mortuorum non esset manducandum & bibendum esset . *Nolite seduci , id est , nolite decipi à pseudo Apostolis , qui negant resurrectionem , atque à diabolo , qui vult vos decipere : corruptunt mores bonos colloquia mala.* His verbis ostendit Apostolus confabulationes malorum hominum , & lasciviorum euertere posse bonum propositum : assiduitas enim prœlia colloquii vitiat mentem , ac per hoc cauendum est à talibus , quia vitam bonam & honestam atque verecundos mores corruptunt , & depravant colloquia mala , quoniam depravatio bonorum , allocutio est malorum .

*Euigilate iuste & nolite peccare.* Quidam codices habent , euigilate iusti , quasi illos præcepit euigilate , quia iusti sunt . Sed falso scriptum est , quia qui iusti sunt , non indigent admoneri , vt euigilent à somno infidelitatis , à torpori erroris . Aduerbialiter enim dixit , euigilate iuste , qui ēstis in somno erroris , & infidelitatis , non credentes resurrectionem , & nolite peccare , vt iuste in bonis operibus conuersantes possitis ad gloriam resurgere . *Ignorantiam enim Dei quidam habent* , id est , quidam vestrum ignorantiam habent verborum Dei quibus dicitur in Euangelio : *Veniet hora quando omnes qui in monumento sunt abundant vocem Filii Dei & procedent.* *Ad reverentiam* , id est , ad utilitatem vestram loquor vobis , vt Deum timeatis , & timendo ametis . Cassiodorus dicit , quod reverentia est timor mixtus amoris . *Sed dicit aliquis.* Subaudi , vestrum , dubitans de resurrectione . *Quomodo resurgent mortui?* cum quali corpore venient . Subaudi ad iudicium , inspiens tu quod seminas in terra , non vivificantur nisi prius moriantur . Physica ratione vtitur exemplo de grano alicuius seminis , quod moritur in terra , quando seminatur , quia lacteum efficitur . Quod postea potentia omnipotentis Dei vivificantur & producit multa grana ex se . *Quibus verbis ostendere vult mortua corpora rursus reparare ad vitam* *Et granum quod seminas , non corpus quod futurum est seminas , sed nudum granum.* Vbi manifestatur quoniam

xxx.  
xxxr.

L

xxxii.

xxxiii.

M:  
xxxiv.

Ioan. 3. vers. 28;

xxxv.  
xxxvi.

xxxvii.

quoniam Deus qui sua potentia purum granum, & nudum ab aristis, & culmo resuscitat, in radices, culmum, stipulas, spicas, grana & aristas ipsa quoque non nuda, sed immortalitate & incorruptione vestita sua virtute resuscitabit corpora, propriis spiritibus animata, & sicut non aliud sed granum quod seminatur de terra, pullulat, sic non in alieno, sed in proprio resurget unusquisque

N

Iob. 19. vers. 26.  
27.

XXXIX.

hominum, sicuti Iob ait: *In carne mea video Deum quem visurus sum ego ipse, & non aliis. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum*, id est, omnis caro non est vna, & similis caro, omnis quidem caro quatuor elementorum admixtione formatur. Sed ex origine diuersa capiunt loca, ut volucres aërem, hominesterram, pisces aquæ fluenta. Ergo sicut unusquisque animal proprium habet corpus, nec habere potest alterius: Ita unusquisque homo suum non alterius resumet corpus in die iudicii. Et quemadmodum ex una diuersa impensa est caro animantium, ita unius carnis hominis diuersæ erunt dignitates in die iudicii, vel in resurrectione, ut talis unusquisque appareat, qualis fuerit meriti.

XL.

*Et corpora cœlestia sunt, & corpora terrestria. Corpora cœlestia sunt volatilium, terrestria hominum, & animalium, terram incolentium. Vel corpora cœlestia, sol, luna, stellæ, quæ corporea sunt, ut pote ignea natura, &*

XL I.

*videntur. Alia cœlestium gloria, id est, dignitas, vel claritas, Alia terrestrium in suo statu. Stella differt à stella, pulchritudine, magnitudine, velocitate. Alia*

Ioan. 14. v. 2.

*claritas solis, alia luna, & cetera. Sicut sol, & luna, ac stellæ cum sint unius naturæ diuersæ tamen claritatis, sunt, ita & omnes homines cum sint unus, tamen dissimiles erunt in gloria, sicut ipse manifestat subdens. Sic erit & resurrectione mortuorum, quoniam multa sunt mansiones in domo Patris, & pro diuersitate meritorum, erit retributio cœlestium præmiorum. Non quo alibi iste, alibi ille sit remunerandus, sed sicut sol & luna, ac stellæ omnes differentes à se claritate in uno fiunt cœlo, ita differentes electi meritis uno coronabuntur in regno. Se-*

O

XLII.

*minatur, id est, sepelitur corpus in corruptione, quia corruptitur à vermis, & scatet, atque putrescit. Surge in corruptione, quia postmodum nulla labe, vel corruptione corruptetur. Seminatur in ignobilite, id est, sepelitur in igno-*

*miniâ. Surge in gloria, id est, in incorruptione, & impossibilitate. Ignobilis dicitur quasi sine nomine, at mortuus non est sine nomine, quia iam non est homo, sed cadaver, quod à cadendo dicitur, vel ignobilis est sine dignitatis nomine. Quid enim ignobilius carne mortua? vel quid iterum gloriose in crea-*

*turis, Surgente ea, & incorruptelam percipiente? Seminatur in infirmitate, quia se non potest mouere, quoniam immobile redditum est. Surge in virtute, Subaudi, Dei, vel in virtute, qua ultra non possit mori, quia viuet virtute alter-*

*nitatis Angelicæ. Seminatur corpus animale, quod animam habuit. Surge corpus spirituale, sicut animale corpus non est anima, sed corpus, ita & spirituale cor-*

*pus, non spiritum debemus putare, sed corpus. Nam electorum corpora, ut ait Gregorius Papa, in illa resurrectione erunt palpabilia per veritatem naturæ, sicut Dominicum corpus fuit post resurrectionem, quia veram carnem habe-*

*bat, sed subtilia erunt per effectum diuinæ potentiaz. Non erunt spiritus ut pal-  
pari & videri non possint, sed in hoc erunt spiritualia, quia sicut spiritus, id est, anima nostra non potest mori, non indiget cibo & potu, ita & illa immortalia erunt, nec indigebunt cibo & potu. Ideoque dicit, seminatur corpus, id est, sepelitur, quia velut granum viriditate resurrectionis donatur. Sicut corpus an-*

*imale, id est, in hac vita est & spirituale, id est, erit spirituale in alia vita, quod non poterit mori, sicut iam est in Christo, & ita erit spirituale corpus, ut supra diximus. Factus est primus homo Adam in animam viuentem, hoc scri-*

*ptum est in Genesi. Quod vero sequitur nouissimus in spiritum viuificantem, hoc A-  
postolus addidit de suo. Adam factus est in animam viuentem, id est, animalis factus  
est, & corpus eius animatum est, ita ut peccaret sicut, & fecit mori potuisse, ideo-  
que mortalis extitit. Nouissimus Adam, id est, Christus in spiritum viuificantem  
fuit, quoniam spiritus quem inclinato capite emisit, in resurrectione corpus eius  
viuificant*

XL V.

P

viūificauit. Ergo animale corpus in Adam, id est, mortale, in Christo vero spirituale, quod per resurrectionem est glorificatum. Sed intuendum est, quare Christus aut nouissimus Adam, aut secundus dicatur, cum multi inter Adam, de quo non est ambiguū, qui primus sit, & inter Christum, fuerit, ad quod dicendum. Quia videlicet in Adam, qui peccator omnes peccatores genuit, comprehenduntur omnes peccatores, vique ad Christum, Christus autem sine peccato suos fideles in baptismate absq; peccato fecit esse, quod chyrographū mortis penitus tollit. Itaque sed Deus vel nouissimus Adam recte dicitur non ordine, sed facti immutatione, quoniam donec ad Christum per fidei baptismum transreas, ad primum Adam pertinet. Deinceps vero secundum Adam qui præuaricationes primi remittit. Nam & tu primus & Adam, usquequā baptizeris, lecundus cum baptizaris. *Et nō prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale est.* Quoniam prius est homo mortalis, postmodum verò efficietur immortalis *Primus homo Adam de terra terrenus, secundus homo Christus de cælo cœlestis.* Vnde ait ipse, *Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo.* Non ipse homo per se de cælo descendit, sed in diuinitate, cum qua vna est persona. Cœlestis autem ideo vocatur, quia cœlestis fuit eius incarnatione, nativitas eius, resurrectione, & cætera talia quæ ipse patravit positus in mundo per præsentiam carnis. Doctrina quoque eius & miracula cœlestia fuerunt. *Qualis terrenus Adam, talis & terreni homines, id est, mortales, & peccatores, Et qualis cœlestis Adam, id est, Christus, tales & cœlestes, qui ad Christum pertinent, immortales videlicet, & si ne peccato, & hoc sunt modo in spe in resurrectione aterunt in re. Sicut portavimus imaginem terreni hominis, id est, peccatum & mortalitatem, Portemus & imaginem cœlestis, in spe, & fide, in nouitate vitæ ambulantes, & spei resurrectionis* Gra. 2 v. 23

XLVI.  
XLVII.  
Ioan. v. 13.  
Q

XLVIII.

XLIX.  
L

R  
LI.

LII.

Psal. 46 v. 8

**A doce. l. v. II.** Tuba intelligitur vox Angelorum , quæ infonuit dicens : *Hic Iesu , qui affump̄tus est à vobis in cælum , sic venies.* Vel in tuba dicit , in manifestatione iuxta illud. *Cum facias elemosynam noli tuba canere ante te* , id est , noli facere in manifestatione. *Canet enim Subaudi , Angelus , tuba , siue tuba* , id est , infonabit vox Angelica. *Et mortui resurgent incorrupti* , id est , integri corporis sine diminutione membrorum , & immortales. *Et nos fideles immutabimur* , Subaudi , in melius ad gloriam , quia æternæ vite immortalitate glorificabimur. *Oportet enim corruptibile hoc* , Subaudi , corpus , *inducere incorruptionem* , id est , quia resurrectio in veritate est futura , oportet ut corruptio tollatur , & incorruptio detur , *Cum autem mortale hoc indueris immortalitatem* , quasi tangendo , & digito demonstrando corpus suum , hoc dicebat Apostolus. Hoc mortale dicit , quoniam non aliud quam quod deposuero recipiam corpus. *Tunc fiet sermo qui scriptus est in Osse* , Subaudi , secundum septuaginta. *Absorpta est mors in victoria* , id est , in gloria & virtute resurrectionis , sicut parvissima gutta aquæ in ignem validum proiecta ita absorbetur , ut ultra non videatur , sic mors absorbebitur , & deglutietur in victoria & virtute resurrectionis , ut ultra non sentiatur. Nam consumptio mortis gloria erit resurrectionis , *Vbi est mors victoria tua?* vox sanctorum resuscitatorum insultantium morti. Vbi est , inquit , illa victoria ò mors , qua genus humanum tibi subiecessi ? quia etiam filio Dei homini facte dominari voluisti ? Et est sensus : Ne glorieris ultra , quoniam iam nos resurreximus qui tuam amaritudinem quandoque sensimus. Et quid tibi profuit ò mors maligna , quod gloriabar , ecce qui per te transierunt regnabunt in vita æterna felices cum Christo qui te superauit. *Vbi est mors stimulus tuus?* Sic videntur hæc verba sonare , quasi de morte stimulus procedat. Sed quia iste stimulus peccatum est , datur intelligi , quod mors de stimulo , id est , peccato processit. Nam primus homo nisi peccasset , mori ultra non posset , peccauit , & ideo mortem animæ , & corporis incurrit. Nec vero dicitur , morti ò mors , vbi est peccatum , pro quo mundo dominabar , sed vbi est stimulus tuus , unde aperiens quid stimulus appellauerit , subdit. *Stimulus autem mortis* , id est , qui mortem facit , *peccatum est* . Et rectè peccatum stimulus appellatur , quoniam velut stimulus carnem , sic peccatum pungit , & vulnerat animam & corpus. *Virtus vero* , id est fortitudo peccati lex , Subaudi , est quia quodammodo vires ministrat peccato lex , accendendo hominem ad peccatum , dum prohibet peccatum. Naturale namque est humanae fragilitati , ut omne quod plus prohibetur , ardenter concupiscatur , vel virtus peccati est lex , quia pro lege quantumcumque sit unumquodque peccatum cognoscitur. Qui enim sine lege peccat , videtur ei , quasi impune peccet. Cum autem ad legem pertransierit , si ultra peccauerit , quanta virtus peccati , id est , quanta magnitudo peccati sit , agnoscit. *Deo autem gratias qui dedis nobis victoriam* . Subaudi mortis in spe , per Dominum nostrum Iesum Christum. Laudat Apostolus Deum Patrem ex persona sanctorum , à quo victoriam mortis & resurrectionis donum iam habent in spe. *Iaque fratres mei in fide dilecti* , id est , valde admirabiles , stabiles , siue firmi esse & immobiles. Ne moueantur à rectitudine fidei deceptione corruptorum. *Abundantes siue crescentes in opere Domini semper* , id est , in præceptis iustitiae omni tempore proficie.

॥:†:॥  
॥:‡:(○)‡:॥  
॥:†:॥

CAPVT

## C A P V T X V I .

Vbi de colligenda pro Christianis qui Ierosolymis agebant eleemosyna hortatus esset, commendat eis Timotheum ac Stephanæ familiam: deinde salutares subiungit.

**D**E collectis autem, quia fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatia, ita & vos facite. + Per unam sabbati vnuſ- quisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: ut non, cum venero, tunc collecta fiant. + Cum autem præsens fuero: quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. + Quod si dignum fuerit, ut & ego eam, mecum ibunt. + Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo. + Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quocunque iero. + Nolo. n. vos modo in transitu videre, spero enim me aliquatum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. + Permanebo autem Ephesi usq; ad Pentecosten. + Ostium enim mihi aperatum est magnum, & cvidens: & aduersarij multi. + Si autem venerit Timotheus, videte, ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego. + Ne quis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace, ut veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus. + De apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam malum rogaui eum, ut veniret ad vos cum fratribus: & utiq; non fuit voluntas, ut nunc veniret: veniet autem, cum ei vacuum fuerit. + Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini, + omnia vestra in charitate fiant. + Obsecro autem vos fratres, noscis dominum Stephana, & Fortunati, & Achaici, quoniam sunt primitia Achiae, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipso: + ut & vos subditis sitis eiusmodi, & omni cooperanti, & laboranti, + Gaudeo autem in præsentia Stephana, & Fortunati, & Achaici: quoniam id, quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt: + resecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Cognoscite ergo, qui huiusmodi sunt. + Salutant vos Ecclesia Asiae, salutant vos in Domino multum, Aquila & Priscilla, cum domestica sua Ecclesia: apud quos & hospitor. + Salutant vos omnes fratres. Salutare in uicem in osculo sancto. + salutatio, mea manu Pauli. + Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maran Atha. + Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. + Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.

**D**e collectis autem, quae sunt in sanctos, Paulus & reliqui Apostoli apud eos, quos doccebant curam sanctorum gerebant, qui erant Hierosolymis & suis substantiis expoliati ab incredulis fuerunt, propter quod reliquerant traditiones patrum, & crediderant in crucifixum. Ideoque præcipiebant Apostoli ut diebus Dominicis in unum confluentes vnuſquisq; , quod sibi videretur, daret ad opus illorum, & colligebantur sumptus per singulas ecclesias, vt postmodum collecti mitterentur eis. Sicut ordinari ecclesiis Galatia, id est, apud Galatas ita & vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se reponat reponens quod ei bene placuerit, ut non cum venero tunc collecte fiant. Vnam sabbati appellat diem Dominicum qui apud Iudeos vna sabbati, vel vna sabbatorum vel prima sabbati Vocatur, qui nunc ob reuerentiam Dominicæ resurrectionis, Dominicus appellatur. In quo præcipit omnem plebem conuenire ad ecclesiam & congregare illos singulos, pro ut voluerint ad opus illorum, qui erant Hierosolymis, & hoc apud se unumquemq; reponere, quasi in thesauro, vt veniente Apostolo haberent omnia præparata, quæ volebant mittere. Quoniam quod paulatim colligit nec graue est, & inuenitur multum. Ideo autem præcipit ad ecclesiam hoc deferre, quod volebat vnuſquisq; , dare ut dum ille diceret, hoc volo mittere sanctis, qui sunt Hierosolymis de mea portione, alii istius bono exhortarentur ad eadem facienda. Et tamen ne malis ministris deperirent, præcepit ut secum referrent & tuto in loco reponerent, quoadusque ipse veniret. Cum autem præsens fuero quos probaueritis, id est, quos idoneos iudicaueritis, vel laudabiles ostenderitis. Et est isto in loco media distinctio hoc postea subinferendum. Hos mittam per Epistolas subaudi meas atque vestras laudatorias de vestra bona voluntate vel commēdatorias quibus eos apud fideles in Hierusalem commendabo ut suscipiantur cum pace. Quod si dignum fuerit ut ego ram, id est, si magna fuerit pecunia, ut ego possim cum honore illam ferre, qui sum Apostolus, & Episcopus, mecum ibunt. Nolo vos in transitu videre, quoniam multa erant corrigenda in illis, quæ in transitu non poterant corrigi, ideo hoc dicit. Permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten. Non de pentecoste Iudeorum dicit, vt putatur, sed Christianorum, quando spiritus sanctus venit super multitudinem credentium. Optimum enim mihi aperitum est magnum & evidens, id est, multa corda hominum parata sunt ad credendum, & manifesta sunt iam, quia de illorum fide non dubitatur. Et aduersarii sunt multi, subaudi qui mihi aduersantur, pro suis propinquis, & amicis, quos Christo coniunxi. Si venerit ad vos, Timotheus, qui hanc epistolam vobis portabit, videte ut sine timore sit apud vos. Fortisan fuerat iam apud illos cum timore, quia pseudo apostoli excitabant persecutionem paganorum contra fideles. Opus Domini operatur sicut & ego, id est, Doctrinam, & miraculorum virtutem ad salutem animarum vestrarum. Ne quis ergo illum spernet, quia forsitan illum spreuerant. De Apollo autem fratre notum vobis facio, fratres hic Episcopus Corinthiorum à Paulo fuerat ordinatus, sicut illi cœperunt dicere, ego sum Paulus, ego Apollo, ego vero Cepha. Cum non potuisset eos sedare, relictis illis abiit Ephesum ad Apostolum Paulum. Quem cum postea rogasset Apostolus, sicut hic dicitur, ut rediret Corinthū, noluit quia incorrectos eos adhuc sciebat. Veniet inquit, cum ei vacuum fuerit, id est, cum vos emendatos audiet. Vigilate, vigilat qui ad aspectū veri luminis mentis oculos apertos tenet, Vigilat, quia seruat operando quod credit, State in fide. Nec succumbatis decepti ab infidelibus, ut possitis audire cum Moysè tu vero hic stā tecum. Viriliter agite, Non molliter, neque mulieriter, sed firmiter pugnate contra Diaboli tentamenta. Confortamini subaudi in Domino, non in vestris meritis, neque in vestra virtute. Omnia vestra in caritate fiant, id est, in dilectione Dei & proximi, non duplicitate animo, neque causa inanis gloriæ. Nostis domum Stephana, & fortunati. Stephana nobilis quædam erat matrona, cuius familia facta erat Ecclesia, similiter & domus fortunati, quoniam sunt primaria Achaea. Quoniam primi crediderunt & omnibus Achæis, & ordinauerunt se, ut ministrarent sanctis, qui sunt Hierosolymis. Obscro autem & vos subditi sitis eiusmodi, id est, imitatores sitis, ministrantes sanctis, Et omni cooperanti subaudi sitis subditi,

subditi, siue imitatores. *Gaudet autem in praesentia Stephana & fortunati & Achaei.* datur intelligi quod hi tres, Stephana videlicet, & fortunatus nec non & Achaicus expleto ministerio suo apud sanctos Hierosolymis venerunt ad Paulum, antequam rediissent Corinthum. Nam Corinthij erant genere, in quorum praesentia letatus est Apostolus, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt vbi datur intelligi quod ministraverunt Apostolo ex sua substantia, quod alij Corinthij, quibus haec scriebantur, non egerant: vnde ait quod vobis deerat ipsi suppleuerunt, vide licet ministrando mihi. *Resecerunt enim & meum spiritum utique fame, siti, & laboribus fatigatum, & uestrum qui laetati estis, audientes quod mihi ministrarent vice omniu[m] vestrum.* Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt, id est diligite, & notate, atque imitamini tales viros, vel cognoscite, id est, subditi estote illis cum humilitate, qui talia agunt. *Salutant vos ecclesia Asiae omnes, id est, salutem vobis optant, quasi diceret, has ecclesias imitari debetis, quae mihi & sanctis in Hierusalem ministrant de suis substantijs.* *Salutant vos fratres omnes.* Hic tangit omnes adiutores suos, *salutare inuicem in osculo sancto,* id est, casto & vero. *Salutatio mea manu Pauli.* Alius hanc epistolam scriperat, sicut & alias sed ipse Apostolus propria manu in fine hoc addit: *Si quis non amat Dominum Iesum, sit anathema, græco sermone dicitur perditus vel condemnatus, id est, alienus, & separatus à Deo, & sub infert.* *Mariam Asia, quod magis est Syrum quam Hebreum tametsi ex confinio vtrarumque linguarum aliquid Hebreum sonet, interpretatur autem Dominus noster venit.* Ut sit sensus, Anathema, id est, perditio eis in aduentu Domini, qui eum non amant, & venisse aut venturum esse non credunt. *Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, id est, fides, remissio peccatorum, & cuncta Dei dona, quæ gratis dantur fidelibus.* *Caritas mea cum omnibus vobis, id est, ea dilectione qua vos diligo, diligite vos inuicem, & ea caritate, qua Deum diligo, diligatis eum.* Amen. Fiat, quod opto, vel vera sunt omnia superius commemorata. Explicit Epistola ad Corinthios Prima.

### Incipit Epistola secunda ad Corinthios.

Apostolo recessente à Corinthiis, cum audisset eos seductos à pseudoapostolis; discordias quoque habere, scripsit eis priorem Epistolam, in qua fortiter illos redarguit, qui dissensiones inter fratres seminabant, & eos, qui cum illo societatem habebant, qui vxorem Patris acceperat, quem præcipit ejici & confortio hominum, tradens illum Satanæ ad cruciandum, in qua tradidit eis mysterium corporis, & sanguinis Domini, & quomodo deberent viri, & mulieres in ecclesia stare. De resurrectione quoque instituit illos, & de multis aliis rebus. Postquam vero cognouit eos penitentiam egisse de suis erroribus, illum quoque à suo confortio exclusisse, qui incestum patrauerat, vxorem Patris accipiens, scriperit à Troade hanc Epistolam laudatoriam, & consolatoriam, in qua dicte eos misericordiam inuenisse, & reuocat illum miserrimum, quem tradiderat Satanæ, reconcilians illum Ecclesiæ, hortaturq; eos meliora.

EPI-



# EPISTOLA B. PAVLI APO. STOLI AD CORINTHIOS SECUNDA.

## C A P V T I.

Ostendit Apostolus ex quantis in Asia ortis aduersitatibus eripuerit eum Dominus, ut & ipse alios consolaretur: deinde manifestans cordis sui ac doctrinæ sinceritatem, ostendit quod licet iuxta id quod proposuerat, ad eos non venierit, nulla ipsius id actum est levitate, afferens firmam esse suæ prædicatio-  
nis veritatem.

- 1. A.
- 2.
- 3.
- Ephes. 1. a. 3.
- 1. Pet. 1. a. 3.
- 4.
- 5.
- 6. B.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12. C.

**D**atus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater Ecclesia Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in uniuersa Achaea. + Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. + Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, + qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. + Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolationis nostra. + Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, que operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur: + ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. + Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulacione nostra, qua facta est in Asia, quoniam supra modum grauatis sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam viuere. + Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis sed in Deo, qui suscitat mortuos: + qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus, quoniam & ad huc eripiet, + & adiuvantibus & vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, eiusque in nobis est donationis, per multos gratiae agantur pro nobis. + Nam gloria nostra hec est testimonium conscientia nostra, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conuersati sumus in hoc mundo:

mundo: abundantius autem ad vos. + Non enim alia scribimus  
 vobis, quam quae legistis, & cognovistis. Spero autem, quod usque  
 in finem cognoscetis, + sicut & cognovistis nos ex parte, quod gloria  
 vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. + Et hac confidentia vobis prius venire ad vos, ut secundam  
 gratiam haberetis: + & per vos transire in Macedoniam, & iterum  
 à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudaeam. + Cum  
 ergo hoc voluisssem, numquid levitate usus sum? Aut que cogito,  
 secundum carnem cogito, ut sit apud me EST & NON? + Fidelis autem  
 Deus, quæ sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST & NON.  
 + Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est,  
 per me, & Siluanum, & Timotheum non fuit EST & NON, sed EST in  
 illo fuit. + Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideo &  
 per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram. + Qui autem confir-  
 mant nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus: + qui & si-  
 gnauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. + Ego au-  
 tem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis,  
 non veri ultra Corinthum: non quia dominamur fidei vestra, sed  
 adiutores sumus gaudii vestri: nam fides statis.

**P**aulus Iesu Christi ex hac satis iam in superioribus dictum est, per voluntatem Dei  
 Patris & totius Trinitatis. Quoniam sicut una substantia Trinitas est, & in-  
 diuisa maiestas, ita inseparabilis voluntas. *Et Timotheus frater, in fide socius,*  
 in prædicatione, non tamen æqualis in dignitate, *Ecclesia Dei que est Corinbi,* For-  
 sita non habebant adhuc prælatum Episcopum, omni Ecclesiæ dirigit. *Benedi-*  
*cus Deus subaudi Pater creator omnium rerum, qui est Pater Domini Iesu Christi* secundum diuinitatem, quam secundum humanitatem. Aliter benedictus Deus, filius, qui erat in principio verbum apud Patrem. Qui est Pater Domini Iesu Christi, id est, hominis à se assumpti totius enim Trinitatis opere creatus est ille homo. Tamen considerandum, quia non diuidimus personam, sed distinguimus substantias. A benedictionibus & laudibus inchoauit Apostolus more Patriarcharum, sanctorumque. Patrum quod ubi inuenitur ea, quæ sequuntur, prospere succedunt. *Pater misericordiarum* subaudi sit benedictus, qui secundum multitudinem errorum & criminum vestrorum, largitus est vobis penitentiam agentibus, multiplicet misericordias indulgendo vobis commissas celera. *Et Deus to-*  
*tius, id est, omnis consolationis* subaudi sit benedictus. Recte Deus totius consolationis appellatur, quia quicunque consolari merentur ab illo, & per illum consolantur. *Si possumus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, id est, ideo consola-*  
 tur nos Apostolus, liberando de afflictionibus persecutorum, ut nos iterum nostro verbo & exemplo consolemur illos, qui in omni pressura & angustia sunt. *Et quomodo? per exhortationem, qua exhortamur, id est, docemur, liberando &*  
 ipsi à Deo exhortatio species est Doctrina. Verbi gratia, Dum aut verbo simplici, aut exemplo suo vel aliorum consolatur aliquem ne desperet de salute, sed sit securus de venia. *Nolumus vos ignorare de tribulatione nostra qua facta est in Asia.* Si diuidimus mundum per tres partes, inueniemus medietatem totius mundi esse Asiam. Aliam vero medietatem tenere inter Europam & Africam. Si vero quadripartitam illam diuiserimus, erunt partes eius Europa & Africa.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

L

A.

111.

B.

VIII.

**Africa. Asia major, & Asia minor,** in qua multas tribulationes pertulit Apostolus, dicta est autem generaliter omnis Asia maior & minor à muliere quadam, quæ totius regni orientis imperium tenuit, quod à suo nomine vocavit Asiam, ab in-

dico enim mari usque ad Britannicum omnes illæ insulæ Asianæ vocantur. Vtergo Corinthii, qui persecutionem sustinebant ab infidelibus ne deficerent, date ei

Apostolus se met ipsum in exemplum, dicens: Nolo ut ignoratis tribulationes,

quas nos sustinemus in Asia, & nostro exemplo roboremus. Quid enim mirum si

Discipuli verberantur, cum magistri decollentur, crucifigantur, & lapidentur.

**Quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem.** Cum idem Apostolus in Epis-

tola prima dicat, *fidelis Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis.*

Querendum est quare hic dicat supra modum se esse grauatum. Ad quod dicendum,

quia licet supra modum sint grauati, id est, ultra humanum modum, & ultra quam

humana fragilitas sua virtute sufferre potest, Non tamen ultra virtutem diuinam,

quæ eis tollerantiam sustinendi, & virtutem sperandi tribuit, Ita inquit sumus

grauati, ut taderet nos etiam vivere. Tædium est anxietas animi, aliquando & pro

grauatione ponitur, aliquando pro odio, ut hic, In tantum inquiens sumus grauati

pressuris, ut odio haberemus vitam presentem, & vellemus potius mori, quam

vivere. Sed ipsi in nobis ipsis responsam mortis habuimus, ut non sumus fidentes in nobis sed

in Christo qui suscitat mortuos. Quomodo potest mors loqui, & responsum dare:

nos inquit ipsi habuimus in nobis ipsis responsum mortis, id est, ipsa mors, & tri-

bulatio, atq; angustia dicebat nobis in corde, dum cruciaremur. Nolite in vo-

bis fidere, sed in Deo, quoniam non potestis vestra virtute, aut aliorum hominū

vincere hos cruciatus. Ponite in Deo fiduciam & spem vestram, & ipse qui susci-

tat mortuos, poterit utique vos eruere. Sic enim videbatur illis, quasi de morte

ad vitam reuocarentur. *Ad inimicibus vobis in oratione pro nobis subaudi eripi et nos*

de angustiis huius mundi. *Vt ex mulierum personis facierum eius quæ in nobis est*

*donationis per multis gratie agantur pro nobis.* Ecce confusa sententia. Imperitus

enim fuit Apostolus sermone, sicut ipse de seipso dicit, sed non scientia, istius ver-

siculi ista est constrictione, Ideo per vestras orationes liberabit & eruet a pressuris

persequitorum, ut ex multis personis facierum, id est, hominum agantur Deo

gratiae pro nobis per multis homines eius donationis, quæ donatio in nobis est.

Sensus autem iste est: Idcirco Deus nos liberabit per vestras orationes, ut cum

nos liberati fuerimus, referantur ei gratiae a multis hominibus, quibus profuimus,

& prosumus atq; prodesse possumus, quo vos exaudirent pro nobis, liberando

nos, quod eorum dicit multarum facierum, hoc est quod dicit ex personis, dona-

tionis autem eius dicit gratiam, qua illi liberati sunt. *Nam gloria nostra, id est, ho-*

*nor, & magnificentia nostra hac est, quæ? Testimonium conscientia nostra, quia con-*

*scientia nostra, id est, mens nostra perhibet nobis testimonium, quod recte cre-*

*dimus, sanctæ viuimus, & quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, id est, in ve-*

*ritate, & non duplicitate animo, neque in sapientia carnali conuersatus sumus in hoc, sae-*

*culo, sed in gratia Dei, id est, in sapientia quæ gratis a Deo nobis data est. Pseudo-*

*apostoli conuersabantur duplice corde, quia aliter decebant, atq; aliter viuebant*

*vel quia potius pro lucris temporalibus prædicationi insistebant quam pro amore*

*Dei, & salute aliorum. Philosophi quoque prædicabant incarnali sapientia, id est,*

*Philosophicæ & fucato sermone, volentes apparere sapientes, vel in hoc, quia*

*Christum negabant passum, mortuum atq; a mortuis resurrexisse. Abundanter*

*autem vos in simplicitate conuersatus sum. Quia cum ab aliis Ecclesiis aliquid ac-*

*cepisse a vobis nihil accepi, ne occasionem falsis Apostolis darem accipiendi*

*munera, & ut vos liberius reprehendere possem. Non alias scribimus vobis modo*

*quam quæ legis in priori Epistola, & cognovisti in vita mea, atque prædicatione.*

*Visque in finem vitæ vestre vel die iudicii cognoscetis quæ scripsimus, & quæ*

*prædicauimus vobis. Sicut & cognovisti nos ex parte non per omnia, quia non*

*omnia potuimus vobis manifestare, quæ intelligebamus de Deo, quia adhuc par-*

*uuli eratis sensu. Gloria vestra sumus, quia vos gloriari potestis, quod sanctos &*

veri-

Veridicos prædicatores habetis. *E: vos nostra gloria eritis in die Domini, id est, in die iudicii, quando coronam æternæ remunerationis pro vobis recipiemus veluti prius venire ad vos quando priorem Epistolam vobis direxi, ut secundam gratiam bibereatis.* Habuistis vnam gratiam, quando primum ad vos veni, dum citro venistis ad fidem, & debui iterum venire, vt vos castigarem, & corriperem, & vosmetipos emendantes vos ipsi haberetis secundam gratiam. Sed ideo non veni, quia timur, si venirem quod non possem vos ita corripere per meam præsentiam, ne forte impatientes essetis, sicut verbis per Epistolam lenius mouendo. *Cum ergo hoc voluissim, id est, ad vos venire voluisse, Dum non veni numquid levitate usus sum? leuitate dicitur vti, qui quod promittit verbis, non explet operibus. Et Apostolus tunc leuitate usus esset, si promitteret se venire, & promissum non expleret. Sed dum non promisit, quamvis vellet, non tamen usus est leuitate.* *Aus que cogito, secundum carnem cogito, id est carnaliter & humanæ. Non secundum carnem cogitat, qui pro amicitiis & honoribus Principum, & pro lucris temporalibus, quæ sperat accipere à diuitiis, & principibus, quod promisit alicui implere differt, non seruans suum promissum, ut si apud me est & non, id est, ut promittam me venire, & non veniam, & videar veritatem loqui, & mentiar? minime: fidelis autem Deus, id est, verax Deus quia quicquid promittit, opere implet, & ipse, qui est verax, ipse cognoscit.* *Quia qui sermo meus qui fuit apud vos quando vobis prædicavimus, vel qui sit modo de meo aduentu ad vos, non est in illo subaudi sermone est & non, id est, veritas, & mendacium aut mutabilitas aliqua, ut verum videret loqui, & non esset verum. Sed est in illo sermone est, hoc est veritas ibi est, quia in veritate locutus sum, quasi diceret, Idcirco ad vestra mendacia non moueo, quia leuitatis vitio non succumbo, Dei enim filius subaudi est Iesus Christus qui in vobis prædicatus est per me & Siluanum & Timotheum. Siluanus ipse est sylas, & syleas, sicut Lucius ipse est Lucas. Quare ergo ponitur Siluanus ante Timotheum? quia antea electus est ad fidem, & coniunctus ad prædicationis officium Paulo Apostolo, quam Timotheus. Ideo inquit, quia Iesus Christus filius Dei est, non fuit in illo, id est, in Christo est & non, id est, mutabilitas aliqua; aut Veritas cum mendacio. Sed est in illo fuit sicut ipse fuit, sicut ipse dixit, ego sum veritas. Quot quot enim promissiones Dei Patris sunt, factæ per Prophetas de Natiuitate Christi, passione, morte, resurrectione atq; ascensione eius. De salute quoque gentium in illo est, id est in Christo sunt impletæ veraciter, qui semper esse habet; & adimpleta est veritas illarum promissionum. Vnde ipse dicit pendens in cruce, consummatum est, id est, completa sunt omnia quæ de me prædicta erant. ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram, ideo quia in Christo adimpleta sunt veraciter promissiones per ipsum, id est, Christum. Amen, id est, veritas Deo Patri tribuenda est ad gloriam nostram; qui sumus eius Apostoli, & ministri. Quomodo ad ipsorum gloriam tribuenda est veritas per Christum Deo Patri? quia quod Christus in se compleuit, ipse prædicavit, & Apostolis tradidit, & Apostolis prædicantibus Deus Pater miracula faciendo ostendebat verum esse, quod ipse promiserat & quod illi prædicabant & in hoc gloria illorum erat. *Qui autem confirmat nos Iudeos vobiscum in Christo, id est, in fide Christi & coniungit in uno lapide angulari duos populos, Et qui unxit nos gratia spiritus sancti, id est, qui dedit nobis remissionem peccatorum, per gratiam spiritus sancti Deus subaudi est verus.* In veteri testamento sacerdotes, & Reges vngabantur oleo. In nouo autem omnes fideles vnguntur non tantum oleo visibili quantum inuisibili gratia, videlicet spiritus sancti in baptisme, & per manus impositionem, fiuntq; reges animarum, & sacerdotes populorum; ut sanctificant eos iuxta, quod Petrus dicit. *Vos genitus electum regale sacerdotium.* *Qui & signauit nos, id est, quia designauit sibi dando signum suum nobis, Dum enim dixit Christus, sicut misit me Pater & ego mitti vos, signum suum in eis posuit, Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Pignus est propriæ, quod propter rem creditam datur, ut dum illa reddita fuerit, istud recipiatur. Sed hic Apostolus*

xxii.

Ius pignus pro arra posuit, quæ ideo datur, ut certus sit de promissione, quod minus deficit, compleatur. Nos ergo arram siue pignus accepimus, gratiam videlicet spiritus sancti baptismate, ut securitatem, & certitudinem de promissione æternæ patriæ habeamus. *Testem Deum inuoco in animam meam*, id est, si mentiar, illum in uoco contra animam meam. *Quod parcens vobis non veni ultra Corinthum*, id est, ne vobis oneri essem, & vos contristarem meo aduentu, pepercis vobis, ne veniam ultra Corinthum, id est, postquam à vobis recepsi, *Non quasi dominamur fidei vestra sicut Imperatores*, quia unius fidei sumus, iam nos & vos. *Sed adiutores sumus gaudii vestri*. Sic debent prælati agere, quos vident concordare sibi bona conuerlatione, non debent se illis præferre, sed coæquare. *Quos autem à via redditu dinis vident deuiare*, in illos debent auctoritatem & potentiam suæ præposituræ ostendere. *Quod vtrunq; Petrus ostendit in Cornelio, & in Anania humilians se erga Cornelium*, & solo verbo Ananiam cum uxore perdens.

## C A P V T II.

Ostendit quod ad ipsos non venerit ne maioris esset causa tristitia, exhortans ut fornicarium illum recipient in gratiam: simul indicans quod magno quidem labore, magno tamen etiam fructu prædicauerit, licet, prædicationis suæ fragrantia quibusdam mortis occasio fuerit.

1.  
2.  
A.  
3.  
4.  
5.  
B.  
6.  
7.  
8.  
9.  
B.  
10.  
11.  
12.  
D.  
13.  
14.


Tatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. + Si enim ego contristo vos: Et quis est, qui me latificeret, nisi qui contristatur ex me? + Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. + Nam ex multa tribulatione Et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas: non ut contristemini: sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis. + Si quis autem contristauit, non me contristauit: sed ex parte, ut non onerem omnes vos. + Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hac, que fit à pluribus: + ita ut econtrario magis donec tis, Et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. + Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum, charitatem. + Ideo enim Et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. + Cui autem aliquid donatis, Et ego: nam Et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, + ut non circumueniamur à satana: non enim ignoramus cogitationes eius. + Cum venisset autem Troadem propter Euangelium Christi, Et optimum mihi apertum esset in Domino, + non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum, fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. + Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, Et odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco: + quia

<sup>i 5.</sup> <sup>i 6.</sup> <sup>i 7.</sup>  
† quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, & in iis  
qui pereunt: † aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem  
odor vita in vitam. Et ad hanc quistam idoneus? † Non enim su-  
mus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate;  
sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

**S**iergo contrista nos, quis est, qui me laetificet nisi qui contristatur ex me? id est, si ego  
contristo aliquem vestrum fortiter redarguendo, quis est qui me letiniet,  
nisi ille, qui contristatur per meam admonitionem de reatu suo promouen-  
do ad poenitentiam, dum enim ille contristatur de peccato suo, & agit poenitentia-  
tiam, tunc me laetificat. Sic unusquisque Prædicator, & Prælatus quo amplius vi-  
det contristari subiectos de reatu suo, & lugere poenitentiam agendo, eo amplius  
laetificatur de salute illorum. Ne tristitiam super tristitiam habeant. Modo quippe  
audiens vos variis erroribus implicatos, tristitiam habeo. Sed si venero ad vos &  
incoreptos vos inuenero, tunc habeo tristitiam super tristitiam. Ideoque admoveo  
ut vos corrigatis. Nam ex multis tribulatione, & angustia cordis quod vnum est scripta  
vobis priorem Epistolam per multis lacrymas, id est, pene quod syllabam dicta-  
bam, vel scribebam quasi tot lacrymas fundebam. Audiens Apostolus quosdam  
Corinthiorum ad pristina virtus rediisse & fornicationem, & poenitentiam non e-  
gisse, insuper quandam illorum accepisse vxorem Patris, nimiam tristitiam habu-  
it, & multum deflebat eos. Unde & priorem Epistolam eis misit, in qua redarguit  
eos fortiter, & præcepit illum, qui incestum patrauerat, a consortio omnium ex-  
cludere. Cuius verbis illi obedientes fuerunt, egeruntque poenitentiam, & illum a  
se sequestrauerunt. Quod ut Apostolus agnouit, valde laetus est. Reducit ta-  
men eis ad memoriam qualiter eos deflebat, & alloquitur illos adhuc inquietens;  
Non ut contristemini subaudi haec modo scribo, qui poenitentiam habuistis, sed ve-  
scias quam caritatem habeam abundantius in vobis subaudi postquam audiui vos  
poenitentiam egisse. Si quis autem contristans subaudi me, siue illi, qui vxorem  
Patris accepit, seu illi, qui ad virtus pristina redierunt. Non me contristans subaudi  
solum, sed ex parte subaudi contristauit vos, qui condoluistis super illorum rea-  
tibus, & qui mihi estis per uniti in caritate. Sequitur, Ut non onerem omnes vos, one-  
rare est onus, & pondus aliquid imponere. Sensus iste est, Non reprehendi ideo  
delinquentes, neque excommunicauit in priori Epistola, ut vos onerarem mea  
correptione, qui perfecte conuersamini. Neque euiam ideo recito talia, ut vos on-  
erem modo ex communicando, & redarguendo, sed ut illi corrigerent, qui a  
via rectitudinis deviauerant. Sufficit illi subaudi fornicatori, qui eiusmodi est, vide-  
licet qui vxorem Patris accepit, Obiurgatio bac, id est, correptio, & redargutio, que  
fit a pluribus, id est, sufficit illi ad poenitentiam correptio, & obiurgatio genetalis;  
& quod a consortio omnium vestrum exclusus. Nam priori Epistola præcepit il-  
lum eiici a societate fidelium inquietens. Expurgate verius fermentum, id est, illum  
peccatorem, qui uxorem Patris accepit, expellite eiicite a vestro coasortio, & ne  
in desperatione labore tur si semper exclusus esset a suavitate fidelium, reconciliat  
illum hoc modo, cognoscens illum purgatum. Diabolo etenim suggestente pec-  
cauit, & eo flagellante purgatus est, quando traditus est portestate illius. Ita ut a  
contrario magis d. netis, id est, tunc sufficiet ei obiurgatio, quæ facta est illi ab om-  
nibus nobis, si contrario indulgeatis ei, quod deliquid & consulemini eum ne forte  
subaudi exclusus a vobis. Abundantiori tristitia absurbeatur qui eiusmodi est, id est,  
ne forte in desperationem cadens suffocet se laqueo, vel tradat se voluptatibus hu-  
iis saeculi, dicens, intra se, Iam quia societas fidelium in præsenti & in futuro ex-  
clusus, inseram me omnibus delectationibus, & voluptatibus, indulgere ei, &  
consolamini eum, ne desperet de venia, & salute. Propter quod ne absurbeatur ani-  
ma tristitia, & labatur in desperationem obsecro vos o Corinthus ut confirmetis illi  
caritatem

*caritatem recipiendo illum in vestram societatem, & communionem; Ideo enim scripti vobis subaudi, ista de receptione illius fratris, ut cognoscam experimentum vestrum, id est, ut probemus, an in omnibus obedientes sitis, quae vobis præcepero. Iam superius obedientes sitis, quae vobis præcepero. Iam superius obedientes illi fuerant, quando illum à suo collegio expulerunt, & quando præcepit, ut viri non velato capite starent in Ecclesia, mulieres velato. Et volebat adhuc probare obedientiam illorum in hoc, ut reuocarent eiectum. Cui autem aliquid donastis & ego.*

**D.** Paulo Apostolo manente apud eos, cuidam peccanti dimiserunt quod deliquerat, & ipse Apostolus, ne videretur se ab illorum ynione sciungere, indulxit etiam ipse illi. Vnde dicit modo, cui autem donastis siue indulxistis quando apud vos eram, & ego similiter donavi, id est, indulsi, confuetudo est dicendi, donauit mihi peccatum, id est, indulxit. Volens ergo Apostolus prouocare illos ad reconciliationem eiecti, & ut ei dimitteret, vult ostendere, ut sicut ipse indulxit peccanti, quando illi dimiserunt, sic & illi indulgeant, dum ipse indulget. Quapropter subdit,

*Nem & ego quod donavi siue indulxi illi, si quid donavi propter vos qui volebaris dimittere, indulsi, & ego in persona Christi, hoc est, vice Christi, qui nobis Apostolis dedit potestatem ligandi, & soluendi, non leuiter dabat indulgentiam Apostolus delinquentibus, nisi illi quem videbat à Christo esse solutum. Cuius poenitentia accepta erat Deo, ut non circumueniamur, id est, decipiamur à Satana: Ideo, inquit, præcipio vobis, ut indulgeatis fratri peccanti, sicut & ego indulgeo, ne decipiamur à Satana, qui desiderans generare discordias, Plerumque dum unus vult misericordiam exhibere fratri peccanti, dimittendo ei, quod quid, & reconciliare conuentui fidelium, alias Diabolo suadente non vult indulgere, permanens in duritia sui cordis, vnde solent oriri discordiae, & rixæ inter illos, qui dissident, & discordant in iudicio, Non enim ignoramus cogitationes eius, id est, astutias, dolos, & fraudes, Diaboli non ignoramus, sed scimus. Cum venisset autem Troadem, Troas*

**XII.** *Civitas est Græcorum, quae Troia olim vocata est, & ponitur improprie. Phrygia enim est Provincia Græcorum, Troia regio in ipsa Phrygia, Civitas vero Ilium appellata est, sicut in Virgilio habetur, ceciditq; superbū Ilium. Plerumq; ponitur nomen regionis pro ciuitate, & appellatur Troia propter Euangelium Christi, id est, ad prædicandum Euangelium Christi. Et ostium mihi apertum esset in Domino, id est, multa corda hominum parata per Deum ad credendum. Non habuit requiem*

**XIII.** *E. spiritus meo, id est, in animo meo. Eo quod non inuenierim Titum fratrem meum sed ualefaciens eū, id est, salutans eos profectus sum in Macedoniam provinciam aliam Græcorum. Dicit beatus Hieronymus quia non inuenit fistulam suam Apostolus, id est, Titum, interpretem suum, ideo recessit. Sed quæstio est in hoc loco, si Apostolus omniū gentium linguis poterat loqui, sicut ipse dicit in priori Epistola gratias ago Deo, quod omniū vestrū lingua loquor, quare recessit à Troade, licet Titus deesset, maxime cū multa corda essent parata inibi ad credendum. Quæ hoc modo solvitur. Quia dum venisset Troadem, licet multa corda inuenisset parata ad credendum, inuenit tamen multos aduersarios, & contradictores, philosophos videlicet, magos, & alios plurimos. Nec poterat ipse solus vtrumq; agere, & philosophis resistere, & volentibus credere, verbum salutis prædicare. Si autem Titum inuenisset ibi, sicuti sperabat, ipse utique resisteret aduersariis, & Titus prædicaret simplicioribus, qui desiderabant credere, Apparuit quoque ei in eodem loco vir Ma-*

**XIV.** *cedo dicens transiens in Macedoniam adiuua nos, quia Doctoribus Angelis honorū eiusdem gentis præpositus fuisse creditur. Deo autem subaudi Patri gratias referimus, qui semper triumphat nos, id est, qui semper nos facit triumphare, & victoriā habere in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum, infidelitatem destruendo, & fidem in cordibus credentium plantando, de infidelibus efficiens fideles, & odorem noticia sua manifestat per nos in omni loco tam Iudeis, quam gentibus. Odorem in hoc loco appellat cognitionem sanctæ Trinitatis. Aromata igitur, & vnguenta cū alibi sint, alibi odorem reddunt, sic Apostolis prædicantibus fidem sanctæ Trinitatis, & notitiam diuinitatis omnipotentis Dei, cum ipsa diuinitas non videre.*

*1 Cor. 14 v. 18.*

*2 Cor. 16. vers. 9.*

**XIV.**

**F.**

videtur, ut pote quæ inuisibilis est, dum per prædicationem Apostolorum recipiebant fidem, eius, odorem quodammodo & cognitionē diuinitatis illius percipiebant. *Quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui pereunt in iis qui salvi sunt*, legimus in Genesi quod Noë offerente sacrificium post diluvii cessationem, odo-ratus est Dominus odorem suavitatis in tantum ut benediceret illi, & filius eius. Non debemus ergo pueriliter intelligere, quod Dominus qui spiritus est, nitore, & fumo carnalium delectatur, sed intentionem illius boni viri. Sanctum appellat scriptura odorem suavitatis, qua delectatus est Deus. Similiter in hoc loco intel-ligendum studium, & bonam voluntatem, intentionemque odorem appellatū. Christi inquit bonus odor sumus Deo, id est, in Christum credentes, & a Christo edicti, prædicando mysterium incarnationis eius, passionis, resurrectionis, ascen-sionis, mysterium quoque sanctæ Trinitatis, bonus odor sumus illius, quia bonam formam eius, ac totius Trinitatis gloriam prædicamus, Deo subaudi Patri placen-tes, talia faciendo. Et notandum quid subiungat. In his inquit, qui salvi sunt no-stra prædicatione, & in his qui pereunt, bonus odor sumus Christi, Deo Patri pla-centes, quia sicut placet Deo nostrum bonum studium, quod impendimus his, qui saluantur, sic placet etiam illud, quod impendimus his, qui pereunt. Quoniam nostra voluntas talis est, ut omnes possemus saluare, ideoque delectatur odore no-stræ intentionis siue ergo in his, qui saluantur, siue in his, qui pereunt. Bonus odor Christi erant Apostoli, Deo Patri placentes, quia sinceriter, & sine adulazione prædicabant, *Aliis quidem sumus odor mortis in mortem illis scilicet quibus prædi-camus, sed contemnunt credere, Aliis autem odor vita in vitam illis scilicet, qui audiunt, & credunt.* Cum una esset prædicatio Apostolorum; quam impende-bant omnibus, & volentibus, quibusdam erat ipsa prædicatio gustus, & odor mor-tis ad mortem æternam, potius quam ad præsentem quam habemus communi-ter cum animalibus, & pecoribus, quia æternaliter inde damnabantur, quod nō-lebant obedire verbis Euangelii, quibusdam erat odor & gustus vitæ ad vitam æ-ternam percipiendam, qui per illum saluantur. Sicut enim credentes per illam salui siebant, ita increduli damnabantur, quia inexcusabiles erant. *Et ad hanc subaudi discernenda quis tantum idoneus & aptus prædicator est ut possit discernere qui sint eius prædicatione saluandi & qui damnandi?* Nullus, ideoque omnibus im-pendens est sermo prædicationis. *Non enim scimus nos Apostoli sicut plurimi adulterantes verbum Dei.* Hic percutit pseudoapostolos; sicut enim adulter non cau-sa amoris filiorum adulterat alterius uxorem, sed causa suæ libidinis explendæ, Ita falsi Apostoli adulterabant verbum Dei, quia non ideo prædicabant, vt filios spi-rituales Deo adquirerent, quia falso prædicabant, neque pro remuneratione Pa-trizæ cœlestis, sed pro lucris temporalibus, & fauoribus humanis. In hoc etiam adulterabant verbum Dei, quia non recte neque veraciter illud docebant, dicen-tes Christum non esse mortuum, neque à mortuis surrexisse. Apostoli autem non adulterabant, quia spirituales Deo filios adquirere desiderabant, & non pro lucris temporalibus, sed pro præmio æternæ beatitudinis prædicationi insistentes, ne-que pro fauore & laude humana rectissime prædicantes, sicut idem Apostolus subdit *sed ex sinceritate* inquit prædicamus, id est, ex puritate & veritate, & *sicut es Deo*, id est, ex spiritu sancto accepimus, ita prædicamus, qui vnius substantiaz exi-stens cum Patre & filio, vnius est Deus, *Coram Deo, subaudi loquimur, id est, sicut prædicamus, quasi in præsencia Dei, semper simus positi, & ipse sit noster adiutor;*

*Reuera enim ipse ubique præsens adest in Christo Iesu loquimur, id est, ad honorem & gloriam CHRISTI*

I E S V.

xv.

G.

xvi.

xvii.

H

S ;

C A P.

Noneget Apostelus hominum commendatione, cùm fructus sux prædicationis eum commendet: multò enim maiori in honore eis debent ministri noui Testamenti ac spiritus, quām veteris Testamenti ac literæ: & quòd ludix velamen adhuc habebant super cor suum in lectione scripturarum, quod fide in Christum aufertur.

1. *Ncipimus iterum nosmetipos commendare? aut*  
 2. *numquid egemus (sicut quidam) commendatius e-*  
 3. *pistolis ad vos, aut ex vobis?* † *Epistola nostra vos e-*  
 4. *stis, scripta in cordibus nostris, qua scitur & legitur ab*  
 5. *omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, mi-*  
 6. *nistrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui:*  
 7. *non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* † *Fiduciam*  
 8. *autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficien-*  
 9. *tes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia*  
 10. *nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testa-*  
 11. *menti; non litera, sed Spiritu: litera enim occidit. Spiritus autem*  
 12. *vivificat.* † *Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidi-*  
 13. *bus, fuit in gloria: ita ut non possent intendere filii Israel in faciem*  
 14. *Moyssi, propter gloriam vultus eius, qua euacuatur: quomodo*  
 15. *non magis ministratio Spiritus erit in gloria?* † *Nam si ministratio*  
 16. *damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium iu-*  
 17. *stiae in gloria.* † *Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac*  
 18. *parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per*  
Exod. 34 d. 53.  
*gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est: Habentes igi-*  
*tur talem spem, multa fiducia utimur: & non sicut Moyse po-*  
*nebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel*  
*in faciem eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Us-*  
*que in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris*  
*testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur)*  
 15. *& sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyse velamen po-*  
 16. *situm est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Domini-*  
 17. *num, aufertur velamen.* † *Dominus autem Spiritus est: Vbi au-*  
dan. 4 c. 24.  
 18. *tem Spiritus Domini, ibi libertas. Non vero omnes reuelata facie-*  
*gloriam Domini speculantes in eandem imaginem trans-*  
*formamur à claritate in claritatem,*  
*tamquam à Domini Spi-*  
*ritu.*

Incipimus

**I**Recipimus iterum nosmetipsoſ commendare, id est, laudare numquid non ſe, & alios non laudauit paulo ſuperius? Fecit vtique & ſuperius, & iterum iſto in loco atq; in ſequentibus. Sed cum Sapientia dicat per Salomonem, *Laudes te* Prom. 27. ver. 11. **A** *alienus & non es tuum*, quare ſe laudabat Apoſtolum? Ni mirum idcirco ut Corinthios ab amore pfeudo Apoſtolorum retraheret ad ſuum amorem, aliorumq; ve-ridicuſ Apoſtolorum, *Aut n̄ quia de genere commendari tuis Epiftolis*, id est, laudatitiis ſiue laudatiuſ, que ab aliis gentibus & Eccleſiis, *ad vos*, mittantur, *aut ex vobis ad alias*, que nobis teſtimoniū laudis & ſanctitatis perhibeant: *Sicut quidam*, Sub-audi, faciunt pfeudo videlicet Apoſtoli, & Iudei, qui accipiunt, & Scribiſ, & Phariſei pontificibusque Iudeorum Epiftolas laudatitiis, ut pro ſanctis & religioſis prædicatoribus habeantur. Non indigemus veſtra laude, neque Epiftolis laudatiuſ, que nobis teſtimoniū laudis perhibeant. Exponit ergo cauſam, quare non indigebat, inquiens, *Epiftola veſtra vos eftis ſcripta in cordibus noſtriſ*. Epiftola ſignum eſt ſalutis, quia ſalutem mittentis contineſt, & de illius ſalute loquitur, cui mittitur. Epiftola, inquit, noſtra voſ eftis o Corinthii ſcripta in cordibus noſtriſ, quia de veſtra ſalute die, noctuque meditamuſ, & cogitaμuſ, & iſpa bona intentio noſtri cordis perhibet nobis teſtimoniū laudis. *Que Epiftola ſcitur & legitur ab omnibus hominibus*, id est, ab omnibus ſcitur, & legitur non oculis corporeiſ, ſed mente intelligitur illa Epiftola, id est, quod de veſtra ſalute ſemper cogitaμuſ. *Manifestati quod Epiftola eftis Christi*, ex ſuperioribus pen-dent, Vos qui eftis Epiftola noſtra ſcripta in cordibus noſtriſ, voſ eftis mani-festati aliis, quod noſtra prædicatione ad fidem veniſtiſ, quoniam Epiftola eftis Christi, *Ministrata à nobis & ſcripta, non atramenio, ſed Spiritu Dei viui*, illud quod atramento ſcribitur, obliſterari, ſiue deleri potefit, Fides autem que à ſancto Spitiſu ſcribitur, qui ſemper viuit, quia æternorum eſt, ſicut ille Spiri-tuſ æternorum eſt, ita illa fides æterna eſt. Manifestati, inquit, eftis quod noſtra prædicatione credidiſtiſ, quoniam Epiftola eftis Christi, id est, fidem illius habetiſ, à quo dicimini Christiani. Quæ fides à nobis eſt ministrata, quia fides ex auditu eſt, & à Spitiſu ſancto eſt ſcripta in cordibus veſtriſ, quia alii datur fides in eodem Spitiſu. *Non eſt ſcripta illa fides in tabulis lapideis*, ſicut lex Moysi, *ſed in tabulis cordis carnaliſbus*. Præuidens omni-potens Deus duritiam cordis Iudeorum, eandem legem, quam eiſ dabant in lapide ſcripſit, ut per lapidem, duritiam cordis illorum designaret. Per tabulas ergo lapideas debemuſ intelligere dura corda ho-minum, & ſenſibilia, in quibus non ſcribitur fides Christi, quia nulla prædicatione nulliſ terroriſ emolliri poſſunt. Per hoc vero quod dicit, ſed in tabulis cordis carnaliſbus, debemuſ intelligere cor molle & ſenſibile quod ſentit, fleſtitur ad mollitiem, intelligit quod dicitur. Recipit & contineſt in quibus ſcribitur Epiftola Christi, id eſt, fides à Spitiſu ſancto.

*Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum*. In hac lectione Apoſtulus diſ-ferentiam, & diſtantiam facit inter Moysen legiſlatorem & Christum dato-rem Euangelij inter legem & Euangeliū inter Doctorem legis & Doctorem Euangeliū & oſtendit, quia quanta diſtantia eſt inter legem, & Euangeliū, in-ter Doctores legis, & Euangeliū. Demoſtrat quoque, quia nihil ſumus niſi Domini miſericordia & gratia negamur fiduciam, inquit, id eſt, audaciam, & fidem talem habemus per CHRISTVM DOMINVM noſtrum, cuius paſſione redempti & reconciliati ſumus ad DEVVM, id eſt, apud Patrem, qualem ego dicturus & ſciturus ſum in ſequentiibus. *Non quod ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Hic deſtruit omnem confidentiam liberi arbitrii, per quod multi putant ſe bonum aliquod agere ſine Dei gratia, & idcirco iſta omnia ait, ut oſtentat nihil boni ſua virtute & prudentia cogitare aut facere. Dicit ergo, non habemus talem fiduciam vel audaciam quod ſumus efficientes, id eſt, quod poſſimus cogitare à nobis aliquid boni de veſtra ſalute, vel noſtra, quaſi ex nobis aliquid boni vobis futurum ſit ſine gratia Dei, ſed ſufficientia noſtra & abundantia ex Deo eſt, qui dat velle, & poſſe, id eſt, non

**Psalm. 58. v. 11. &**  
**Psalm. 22. v. 6.**

vii.

solum non valemus bonum aliquod perficere sine Dei misericordia , & gratia præcedente & subsequente , sed nec cogitare , Dei enim gratia nos præuenit, vt velimus, & ipsa nos subsequitur, vt possimus. Vnde exorabat Psalmista , dicens:

*Misericordia eius præueniet me, & misericordia subsequetur me.* Si enim non valemus cogitare, quomodo poterimus perficere. *Qui Deus fecit nos idoneos*, id est, aptos & congruos ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu, id est, non perficit nos ministros in littera legis , vt prædicaremus circumcisio[n]em carnaliter obseruandam, aut Sabbathi otium, aut neomeniarum, vel sacrificiorum ritu celebrandum : sed in spirituali intelligentia Euangelii , quod spiritualiter est intelligentum. Et cuius obseruatio Spiritum sanctum tribuit tempore baptismatis. Quod autem dicit idoneos ministros, se aliosque Apostolos fuisse. Idoneus minister est

E

proprius congruus , & utilis , atque illi rei aptus , de qua sermo agitur : *Littera occidit, spiritus autem vivificat.* Duobus modis intelligendum est, littera legis Mosaicæ occidit hominem corporaliter, iubendo , & non viuendo. Dum enim dicit lex, non occides, non adulterium facies , qui occiderit, vel qui adulterium, aut tale aliquid perpetraverit, reus erit iudicio, id est, occidetur, id est, igni cremabitur lapidibus obruetur, in patibulo suspendetur, & non viuat, quomodo impleatur procul dubio ipsa occidit hominem, quæ indicium dat, vt occidatur, licet ipsa non sit causa mortis eius. Spiritus autem viuificat, id est, Euangeliu[m], quod spiritualiter intelligitur , & quod Spiritum sanctum præstat, non solum non occidit hominem in præsenti, sed insuper viuificat, id est, vitam æternam præstat. Nusquam enim Euangeliu[m] iubet hominem occidi , sed prouocat post culpam ad poenitentiam , promittens vitam æternam , *Poenitentiam*, inquit , *agite, appropinquauit regnum cælorum.* Aliter ante Domini aduentum erant quædam opera legis , quæ à leuioribus peccatis mundabant suos obseruatores. Verbi gratia. Sicut circumcisio, quæ originale peccatum tollebat , quamuis aditum Patriæ coelestis non reseraret, & sicut erant multa alia , pro quibus offerebantur holocausta , & de quibus dicebatur, si quis hoc fecerit, vel illud, offerat arietem, aut aliquid tale & munda-bitur. Post Domini autem aduentum in quo completa sunt in veritate omnia illa figurativa, & vmbistica, quicunque voluerit eandem legem seruare carnaliter, morietur in anima, quia anima, quæ peccauerit morietur. Vnde & idem Apostolus in Epistola ad Galatas ait: *Vere dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderis , & scimus quia quibus Christus non prodest, mortui sunt in anima, qui vero spiritualiter voluerit eandem legem implere , circumcidendo se spiritualiter in baptisme, vbi est vera expoliatio vitiorum, obseruando Sabbathum, quiescendo à prauo opere, & omnipotenti Deo spirituales hostias offerendo, & ipsum quoque mortificando cum vitiis , & concupiscentiis, ille viuit, & viuet in æterna vita.* Inde dicit Apostolus, littera occidit in anima modo , id est, litteralis intelligentia legis. Spiritus autem viuificat, id est, spiritualis intelligentia vitam æternam præstat. *Quod si ministratio mortis*, id est, lex, quæ ministra erat mortis sicut modo diximus, deformata , vel descripta litteris in lapidibus fuit, Subaudi, in gloria & claritate vultus, ita ut non possint intendere filii Israhel in faciem propter gloriam eius quæ gloria vel claritas, enacuat. Quomodo non magis ministratio spiritus , id est, doctrina & prædicatio spiritualis Euangelii , erit in gloria suis ministratoribus & obseruatoribus. Isto in loco vult ostendere, quæ distantia sit inter legem & Euangelium, & Moysen, & Doctores Euangelii , sicut iam supradiximus. Legimus in Exodo, quod Moysè descendente de monte, facies eius erat cornuta ex consilio sermonis Domini , id est, radios quosdam emittebat splendoris, sicut sol, in tantum ut non possint intendere filii Israhel in faciem eius , sed quando egrediabatur ad populum , ponebat velamen super faciem suam. Sed fortasse querit aliquis, quare illi gloriam & claritatem hominis mortalis non poterant intendere? cui respondendum est, quia Moyses sanctus, & iustus erat. Ideo quæ corruscabat, suumque splendorem ipse poterat ferre , illi autem qui peccatores & increduli erant, non fuerunt digni contemplari splendorem illius. Seinsus igitur iste est; Si Moyses tantam

**March. 4. v. 17.****Gal. 5. v. 2.**

F

vii.

VIII.

G

Tantam claritatem habuit in vultu, quando legem dedit populo, quæ ministra erat mortis, quia mortem minabatur, quanto maiorem gloriam habebunt ministri Euangelii, qui vitam æternam, & iustitiam ministrant, quod vitam æternam præstat? Multo maiorem gloriam & claritatem habebunt, qui eandem claritatem habebunt, quam ostendit Dominus in monte tribus discipulis, quando visi sunt cum eo Moyses, & Helias in maiestate, & claritate. Videbunt enim oculis corporis gloriam, claritatemque clarificatæ humanitatis Filii Dei, ut beatus Leo dicit, *Exod. 33. 11. 12.* ipoque eandem gloriam habebunt. Gloriam vero diuinitatis, & totius Trinitatis mente contemplabuntur, solummodo quia Deus Spiritus est, Spiritus debet videri. Dicit enim beatus Leo in expositione illius Euangelii, illam claritatem, & gloriam non fuisse diuinitatis filii Dei gloriam, sed humanitatis. Alioquin quomodo esset verum, quod dixit ad Moysen, *Non videbis me homo & vivet,* quando ille dixit, ostende mihi te ipsum, id est, inuisibilitatem tuam: Altiori igitur intellectu Moyses, qui ponebat velamen super faciem suam, ne intenderent in eum filii Israel, significat ipsam legem, sicut in Euangelio Dominus testatur dixisse Abraham ad diuitem, habent Moysen, id est, legem. Velamen illud significat intelligentiam litteralem, & historicum sensum quo umbratur ipsa lex, infidelitas quoque, & ignorantia cordis Iudeorum. Velamen ergo quod possebat super faciem suam Moyses, non sinebat illos cernere gloriam vultus eius, quia infidelitas, ignorantia, & peccatum eorum litteralis quoque intelligentia & historicus sensus non permittebat illos penetrare & intelligere gloriam spiritualis intelligentiae quæ latebat in lege. Quod vero dicit gloriam Moysi evacuatam, ideo dicit, quantum ad litteram pertinet, quia Moysi mortuo facies eius, quæ ante splendoris radios emittebat, in pallorem versa est. Altiori autem sensu & sublimiori secundum Augustinum, gloria legis quæ videbatur esse in festiuitatibus, & operibus, evacuata est adueniente Christo, quem illa significabant. Vel etiam pars spiritualis intelligentiae, quæ à quibusdam intelligebatur, sicut à Moysi, Iosue, Samuel, David, ceterisque talibus adueniente Christo, in quo completa est, & à quo manifestata est Apostolis, ex toto statim ut venit plenitudo evacuatum est illud quod ex parte erat, non ut cessaret penitus, & periret ipsa intelligentia spiritualis, sed ut in melius proficeret, atque augmentum caperet. Verbi gratia. Sicut evacuatur infantia, & pueritia, adueniente adolescentia & adueniente iuuentute evacuatur adolescentia Dei in melius proficit. In Euangelio autem non fit ita, quia Euangelium ex toto spiritualiter intelligitur, nec evacuatur, quia æternum est. Si ergo illi, qui legem operibus impluerunt, & ex parte legem intellexerunt, quæ evacuata est, tātam gloriam habuerunt in praesenti seculo, ut terram reprobationis acciperent victoresq; postmodum suorum hostium existerent, quanto ampliorem obtinebunt isti qui spiritualiter legem, & Euangelium intelligunt, obseruant, prædicant, & docent, quod nunquam evacuatur. Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. Repetitio est superiorum: multo sermone. Nam si ministratio damnationis gloria est, id est, si lex quæ ministrata erat damnationis, & mortis, tantam gloriam præstat Moysi, suo ministratori, & ceteris suis obseruatoribus, multo magis abundat ministerium iustitiae, id est, Euangelium, quod iustificat homines, abundat in gloria æterna. Euangelium ergo ministerium iustitiae est; quia per illud ministratur nobis iustitia, salus, & vita æterna tempore baptismatis. Sicut Dominus dicit Apostolis, *Ite docete omnes gentes,* *Marc. vi. 13.* id est, ministrate illis Euangelium, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit,* salutem æternam, quia mundabitur ab omnibus peccatis, & efficitur iustus. Gloria denique Euangelii, quæ datur ministratoribus eius, & obseruatoribus, maior est gloria legis, quæ splenduit in facie Moysi, quia fuit temporalis & ut quocunque ferri potuit, & videri ab aliis. Ista autem æterna erit, nec potuit ferri ab Apostolis, quando à Domino ostensa est in monte, qua statim lapsi sunt in terram velut mortui. Quapropter laborandum est omnibus, ut obseruatoris

H

ix.  
I

obseruatores simus Euangelii , quatenus ad illam gloriam digni simus pertingere ;  
 quam promittit . *Nam nec glorificatum est , quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam , in hac parte dicit , in Moysē , vel quod narratur in hac parte libri Exodus , de splendore vultus illius , excellentem gloriam appellat , qua Dominus glori-  
 ficiatus est in monte & qua glorficandi sunt omnes electi . Et est sensus illud , quod  
 splenduit in facie Moysi , non est glorificatum , id est , non fuit gloria vera , quia  
 euacuari potuit per mortem illius , nec fuit gloriosum comparatione istius glo-  
 riæ , quæ æternaliter apparebit , & multo amplior erit . In hoc enim quod nulli pro-  
 fuit gloria vultus eius , quasi non fuit gloria , quia non habuit gloriæ fructum . A-  
 liter quod dicit , in hac parte , quasi in istam partem , id est , quod claruit & splenduit  
 in Moysē , non est glorificatum in hac parte , id est , quantum ad istam partem  
 gloriæ Euangelii pertinet , non est gloriosum propter istam gloriam maiorem ,  
 si enim quod euacuatur per gloriam est , multo magis quod manet in gloria est , id est , si  
 lex , quæ euacuari poterit , in gloria fuit , Moysi suisque obseruatoribus , mul-  
 to magis Euangelium , quod manet in æternum , in gloria , est ministratoribus &  
 cultoribus . Quantum enim distat inter imaginem , & veritatem , tantum distat  
 inter gloriam vultus Moysi , & gloriam Christi , cui similes erunt electi in gloria .  
*Habentes igitur talem spem videndi , percipiendi gloriam , non tales , qualis fuit in  
 vultu Moysi , sed eam , quam viderunt tres Apostoli in monte , reuelante Domino ,*  
*Multa fiducia utimur , in prædicatione securi de præmio , Et sicut Moyses ponebat ve-  
 lam super faciem suam , ut non intenderent eum , Subaudi , non ponet Christus in  
 Euangeliō legis , quod euacuatur , quod velamen euacuatur , id est , non ponit Christus velamen intelligentiæ litteralis in Euangeliō , & obscuritatem , ut non possint  
 fideles gloriam spiritualis intelligentiæ penetrare , sicut Moyses ponebat , ne in  
 gloriæ vultus eius intenderent . Quod velamen , significat obscuritatem , & obum-  
 brationē legis , quod euacuatur , quando Christus reuelatur & spiritualiter eadem  
 lex intelligitur . Vel non ita occultauit Christus gloriam suam electis , sicut Moy-  
 ses occultabat , ponendo velamen super faciem suam . Quod velamen euacuatur  
 pro eo , quod euacuatum est , quando Moyses mortuus est , Sed obtusi sunt sensus  
 eorum , id est , licet velamen legis euacuatum sit à Christo in Euangeliō , non sit ve-  
 lam , tamen non ideo penetrant Iudæi gloriam spiritualis intelligentiæ , quæ in  
 lege latet , quia obtusi & reuerberati sunt sensus eorum infidelitatis perfidia , &  
 ignorantia , qui nolunt credere in Christum , sed semper litteram sequi volunt ,  
*Vsque in hodiernum enim diem , id ipsum velamen , id est , ipsa obscuritas , & ignoran-  
 tia , in lectione veteris testamenti manet . Subaudi , apud Iudæos incredulos , non reue-  
 latum , Subaudi , ab illis quia infidelitas & peccata reuerberant sensum eorum ,*  
 nec valent per se penetrare illam ( *Quoniam in Christo euacuatur* ) id est , per fidem  
 Christi auferetur velamen ignorantia , nam per eorum scientiam non reuelabi-  
 tur in illis , nisi credant . Sed vsque in hodiernum diem cum legitur à Iudæis incredulis  
*Moyses , id est , lex , quæ per Moysen data est , Velamen possum super cor eorum , id est ,*  
 ignorantia , & cæcitas intelligentiæ est in cordibus Iudæorum , ne valeant pene-  
 trare spiritualem intelligentiam legis , quæ obscura illis & occulta erit , quo usque  
 in Christum credendo denudetur eis à Christo , *Cum autem conuersus fuerit ad De-*  
*um , Subaudi , ille populus , ut credat in Christum , auferetur velamen , id est , obscu-  
 ritas de lege per Christum , & per gratiam Spiritus sancti , qui tempore baptismatis*  
 incipit nostri habitator esse . *Dominus autem spiritus est , ubi spiritus Domini , ibi liber-  
 tas . Nemo , qui sanctæ Trinitatis habet , dubitat Spiritum sanctum Domini  
 Dominus esse , qui tercia persona est Trinitatis ; tamen non sunt tres Domini , sed unus*  
 Dominus , & scitur ab omnibus fidelibus , Spiritu sancto dictante legem , & Euangeliū  
 esse conscriptum , ideoq; Spiritus sanctus Dominus est legis , & Euangeliū ,  
 nec est illi aliquid occultum in lege & Euangeliō , ipso quoque Spiritu sancto o-  
 perante per fidem Dominicæ passionis , liberamur in anima ab omnibus peccatis .  
 De qualibetate Dominus dicit in Euangeliō , *Si vos filii liberaveritis vere liberi e-  
 ritis . Per ipsum etiam datur fidelibus facultas intelligendi diuinæ scripturas . Spi-  
 ritus*  
*Ioan. 8. vers. 6.***

ritus ergo sanctus Dominus est scripturæ, legis, & Euangelii, ideoque nihil latet. Cum ex his, quæ ibi continentur, neq; velamen alicuius obscuritatis, & dubietatis opponitur ei, sed magis ipse reuelat, quæ ibi latet, sicut sequentia manifestat. Vbi autem Spiritus Domini est, ibi est libertas animæ, & facultas intelligendi vetus testamentum, & nouum, id est, quæcunque repleuerit spiritus per fidem Domini Iesu Christi, ille habet libertatem animæ, & facultatem discutere obscuritatēs legis, & gratiam Euangelii penetrare. *Nos vero omnes* Apostoli & Iudæi credentes omnes, qui libertatem animæ, & facultatem diuinæ legis consecuti sumus, *revelata facie cordis*, id est, manifestat intellectu mentis per fidem Christi, & intelligentiam scripturarum gloriæ Domini, quam ostendit tribus discipulis, & quam percepturi sunt, omnes electi sumus nos contemplantes, id est, in speculo mentis per fidem & spem cernētes. Inter speculam & speculum hoc interest, quia specula est turris in ciuitatib. & locus unde speculatur à longe, ex qua parte superueniant hostes: speculum vero est, vbi contemplari solet homines imagines vultusq; suos & aliorum de quo hic dicitur. Speculum ergo nostrum mēs nostra est. Quia sicut in speculo contemplatur imago & umbra, ita nos in præsenti mente videmus & contemplamur illam gloriam, quam percepturi sumus in re, *in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem*. In græco habetur, vt B. August. dicit à forma in formā transducimur. Homo, sicut in Genesi habetur, ad imaginem Dei factus est sanctus, iustus, immortalis & incorruptibilis, quam imaginem & formam peccando amisit, & cecidit in formam mortalitatis, corruptionis, & iniustitiae. Ab ista ergo imagine & forma transformamur, & transducimur, iam in spe & fide in eandem ipsam imaginem & formam quam perdidimus à forma videlicet creationis ad formam iustificationis, à forma mortalitatis & corruptionis ad formam immortalitatis, à forma filiationis, quia filii Dei modo sumus in spe ad formam cōtemplationis & visionis, à forma obscura ad formam lucidam, de qua Ioannes ait: *Fili⁹ Dei sumus in spe, & nōdum apparet quid erimus*, ab ista obscura forma transducemur ad formam lucidam quando similes Deo erimus, *quoniam videbimus eum sicut est*, à claritate quoq; speci transformamur ad claritatem speciei, & à claritate fidei ad claritatem rei. Vt quod modo tenemus in spe, & credimus nos adepturos, quandoq; possideamus in re, & bene cum dixisset transformamur ad claritatem spei, in claritatem speciei, & rei addidit, *Tanquam à Domini Spiritu*, vt ostenderet talem gloriam dariq; sublimitatem congruam dantis. Moy si enim gloria, & claritas nec tanta fuit, quanta Christi in monte, nec perennis. Tantum enim Deus concessit fidelibus suis, vt spiritum suum det eis pignus illius gloriæ, quam promisit. Sic enim qui pignus, vel arram accipit, securus de præmio quod remanet, & promissione, ita fideles, qui tempore baptismatis Spiritum sanctum pro pignore & arra accipiunt, securi sunt de promissionibus patriæ cœlestis, quia ab illo transformantur in spe ad gloriam.

xviii.

N

Ioan. 3. v. 2

O

## C A P V T IV.

Quod sincera Apostolorum prædicatione verbum Dei omnibus manifestatum est, præterquam iis, quorum mentes excæcatæ sunt: quod multa aduersa patiantur Apostoli, nunquam tamen succumbant: momentanea autem tribulatio parit magnam æternamque gloriam.

**D**eо habentes administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficitus, + sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. + **Q**uod si etiam opertum est Euangelium nostrum

1.

A

2.

3.

4. nostrum; in ipsis, qui pereunt, est opertum: + In quibus Deus huius  
 5. faculi excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio  
 Euangeli gloria Christi, qui est imago Dei. + Non enim nos  
 6. metipso predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum;  
 7. nos autem seruos vestros per Iesum: + quoniam Deus, qui dixit de  
 tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illu-  
 8. minationem scientia claritatis Dei, in facie in Christo Iesu. + Ha-  
 9. bemus autem thesaurum istum in vasibus fictilibus: ut sublimitas sit  
 10. virtutis Dei, Et non ex nobis. + In omnibus tribulationem pati-  
 11. mur, sed non angustiamur: adoriamur, sed non destituimur: per-  
 12. secutionem patimur, sed non derelinquimur, deicimur, sed non  
 13. perimus: + semper mortificationem Iesu in corpore nostro circum-  
 ferentes, ut Et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. + Sem-  
 14. per enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum:  
 15. ut Et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. + Ergo mors  
 16. in nobis operatur, vita autem in vobis. + Habentes autem eundem  
 spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus  
 sum: Et nos credimus, propter quod Et loquimur: + scientes quo-  
 niam qui suscitauit Iesum, Et nos cum Iesu suscitabit, Et consti-  
 17. tuet vobiscum. + Omnia enim propter vos: ut gratia abundans,  
 per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. + Pro-  
 pter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo cor-  
 rumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. + Id  
 enim, quod in praesenti est, momentaneum Et leue tribulationis no-  
 strae, supra modum in sublimitate aeternum gloria pondus operatur  
 in nobis, + non contemplantibus nobis, quae videntur, sed quae non  
 videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non  
 videntur, aeterna sunt.

1. **A** Deo habentes hanc ministracionem, Subaudi, spei, id est, habentes fiduciam, & spe  
 transformandi, quae spes & fiducia a Spiritu sancto ministratur, iuxta quod mi-  
 sericordiam confecutis sumus, non secundum meritum nostrum, non deficimus in-  
 ter aduersa huius saeculi, sed multa fiducia vtimur in prædicatione fortiter tolle-  
 rantes omnia incommoda securi de præthio, & gloria. Sed abdicamus occulta a dede-  
 coris, id est, respuimus, & abiicimus omnia turpia a corde, ore, & opere nostro;  
 quae maxime in occulto solent fieri. Non ambulantes in astutia, id est, in calliditate  
 huius saeculi. Astitia dicitur ab hasta, id est, acumine, eo quod nimium sit acuta  
 ad decipiendos homines, neq; adulterantes verbum Dei, sicut pseudo Apostoli mul-  
 tis modis, sed in manifestatione veritatis, Subaudi, prædicamus verbum Dei. Non  
 fucato sermone, neque philosophice, sed simplici, ut simplices quique possint  
 illud capere. Commandantes nosmetipso ad omnem conscientiam hominum, id est, lau-  
 dabiles nos facientes ad omnes homines sancte viuendo, bene prædicando coram  
 Deo, id est, in praesentia Dei, cui placet quod agimus, vel coram Deo, quia sicut ab  
 illis

illo nobis datur, ita prædicamus in præsentia illius, quæ cognoscimus nobis adesse præsentē. Poterat aliquis dicere, quomodo prædicatis in manifestatione, cum oēs non intelligāt, quæ dicitis, neq; credant, adhuc subiunxit Apostolus. *Quod si operatum est Euangeliū nostrum, id est, si clausum & obscurum est, vt non intelligatur iugis qui pereunt quasi diceret in his qui pereunt in infidelitate illius, opertum, quia inspiratum eis à Spiritu sancto, neq; volunt credere, volentibus autem credere manifestum est.* Audiebant si quidem omnes prædicationem Apostolorum. Sed illis, qui volebant credere, manifestabatur, illis vero qui in infidelitate permanebant, occultabatur: *In quibus Deus nūs facili excœcauit mentes infidelium.* Quidam hereticorum ut Marcion, vt aliquique pseudo Apostoli, hunc versum male distinguentes, dicebant Deum huius saeculi esse appellatum in hoc loco diabolum, de quo dicitur: *Omnes dī gentium demonia, licet enim dīi appellantur, non sunt dīi.* Itaque est ergo distinguendum, vt primum dicatur, in quibus, id est, in illis, qui pereunt, Deus verus, & deinde inferatur excœcauit mentes infidelium huius saeculi, cum non illuminauit, sicut indurauit cor Pharaonis, cum non emolliuit, ut nō fulgeat illuminatio Euangeliū, in illis, id est, fides & doctrina Euangeliū gloria Christi. Quod Euangelium gloria Christi est, quia ibi narratur nativitas eius, diuina, & humana virtus miraculorum, passio, resurrectio, ascensio ad cœlos, aduentus ad iudicium, qui Christus una imago est Dei Patris, id est, similis ei in omnibus secundum diuinitatē. Non enim nosmetipso prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, id est, non querimus nostram laudem, non lucrat temporalia, sed gloriam & honorem Christi prædicamus, & querimus, & vt ab illo remuneremur. Ille enim se ipsum prædicat, qui culcu sermone loquitur, & veritatem Euangeliū querit fucare, vt prædicetur ipse sapiens, & laudetur, & qui potius pro lucris temporalibus prædicationi insitit, quam pro vita æterna.

*Quoniam Deus qui dixit, Subaudi, in principio creaturarum, de tenebris lucem splendescere dicens, cum adhuc tenebrae essent superfaciem abyssi, fiat lux, & facta est lux, ipse enim illuxit in cordibus nostris, lumen fidei, & doctrinæ, qui tenebrae antea eramus. Ad illuminationem scientia claritatis Dei in nobis in facie Christi Iesus.* Ordo est Deus qui dixit, fiat lux, cum adhuc tenebrae essent, & facta est lux, infudit in cordibus nostris lumen fidei, & doctrinæ in facie Christi, id est, in præsentia & præscientia Christi ad illuminationem, & demonstrationem scientiæ diuinitatis suæ. Per præsentiam ergo Christi, manifesta est cognitionis Dei Patris, atque totius Trinitatis, sicut ipse dixit Christus: *Pater manifestauit nomen suum hominibus.* Non illud quod Deus diceris, sed quod Pater vocaris. *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus,* thesaurus dicitur theca, & repositio auri; thesaurum autem appellat Apostolus isto in loco Sacramentum cognitionis sanctæ Trinitatis, & mysterium incarnationis Filii Dei. Quia sicut thesaurus in occulto & secreto loco ponitur, ita istud mysterium in cordibus illorum erat conditum. Vasa fictilia vocat corpora fragilia quæ ex limo terræ facta sunt & variis passionibus & infirmitatibus subiacent fami, siti, nuditati, ceterisque talibus. *Vt sublimitas sit virtus Dei,* in omnibus & non ex nobis; id est, vt altitudo virtutis annuntietur per nos, & appareat, quia non est ex nobis, neque illa sapientia, neque virtus miraculorum, sed ex Deo per nos tamen ministratur. Ac si diceret aliis verbis. Thesaurum gratiæ spiritualis, quod prædicamus, & quod signa miraculorum facimus in corpore fragili baiulamus, per quod etiam frequenter dum alias sanamus, ipsi infirmamur. Subiacentes fami, siti, & nuditati, vt quod facimus, non nostra virtute vel nostris meritis, sed sublimitas potentiarum Dei esse intelligatur. *In omnibus locis, & modis tribulationem diuersam patimur, sed non angustiamur,* id est, licet tribulationes & angustias sustineamus, tamen non ita constringimur, siue angustiamur, vt cedamus loco à prædicatione, & cedemus nostro proposito. *Aporiamur,* id est, conuictiamur, & impropria sustinemus, vel quod melius est, quasi pauperes abiiciimus, sed non desistimur, id est, non derelin-

T

derelinquimur à Deo , sed positi in paupertate & inopia adest nobis pastor Deus . Aporos græco vocabulo latine dicitur pauper, inde aporiare proprie quasi pauperem abiicere. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes , siue portantes, id est, semper sumus mortificantes membra vestra cum vitiis , & concupiscentiis , ut & vita Iesu , quia ipse modo viuit immortalis , In corporibus nostris manifestetur, post generalem resurrectionem. Aliter. Christus, sicut pascitur & vestitur in suis , sicut dicer electis quamdiu his ministris meis fecistis , mihi fecistis , ita occiditur , & mortificatur atque flagellatur ? & persequitur in suis. Nonne in Stephano , qui persequebatur , & lapidabatur, quando dixit : *Sancte*, quid me persequeris: Sic dixit etiam Petro. Venio Romam iterum crucifigi in te. Semper , inquit , mortificationem Iesu in corpore nostro sumus circumferentes , id est , semper mortificatur Iesus in nobis , & occiditur ut sic ipse modo in nobis occiditur , & nos pro ipso , ita etiam ipse viuat in nobis , & nos viuamus in illo , & sicut ipse iam non moritur , sed semper viuit , ita & nos post resurrectionem viuamus immortales , & incorruptibles. Semper enim nos qui viamus in praesenti saeculo fide , bonisque operibus , In mortem tradimur propter Iesum , id est , pericula mortis sustinemus propter nostram & fidem Christi , quam prædicamus. Ut & vita Iesu , qua ipse iam viuit manifestetur in carne nostra mortali. Ut vita qua Christus surrexit a mortuis , & quomodo viuit , huic nostræ carni mortali præstet immortalitas videlicet , & incorruption , ut post resurrectionem promissam non timeamus mori. Ergo mors in nobis operatur. Subaudi , quod suum est , quia semper mortificat nos per multas tribulationes , & angustias. Vita autem , id est , fides , qua iustus viuit in nobis operatur , quod suum est , quia trahit ad vitam æternam. Et est sensus: Propter vitam æternam , quam vobis prædicamus , & fidem , quam vobis ministramus , morimur & interficiamur quotidie , pericula sustinendo. *Habentes autem nos* Apostoli cæterique credentes. Eundem spiritum fidei , Subaudi , quam habuerunt Patres veteris testamenti , quia quod illi prædixerunt de Christo , implendum , nos credimus iam ad impletum. Similiter de salute gentium , Scientes quoniam Deus Pater qui Iesum suscitauit & nos cum Iesu suscitabis in die iudicii , id est , per virtutem Iesu confituet vobiscum in gloria æterna. Omnia enim , Subaudi , aduersa huius saeculi , propter vos , sustinemus o gentiles , quia vobis fidem & vitam æternam prædicamus. Ut gratia abundans per multos gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Gratiam abundantem appellat magnam sapientiam diuinam , quæ gratis illis data est. Ordo est iste , ideo aduersa huius saeculi propter vos sustinemus , ut magna sapientia diuina , quæ nobis gratis data est , abundet per multos credentes in gloriam & laudem Dei cum gratiarum actione videlicet , ut plurimi credentes per nostram doctrinam , gratias , & laudes referant Deo. Quidam codices habent ut sapientia diuina abundet per multas gratiarum actiones in laudem Dei , quod non discrepat à sensu. Propter quod , Subaudi , ut sapientia diuina abundet in multos credentes in laudem Dei , non deficimus inter pericula mortis à fide , sed licet is qui foris est noster homo , corrumpatur tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Homo exterior appellatur corpus , interior vero anima. Licet autem ex duabus substantiis , & naturis constet homo : tamen non sunt duo homines anima & corpus , sed unus homo , homo qui foris est , corpus videlicet , quanto amplius corrumpitur tormentis , & tribulationibus. Eo amplius renouatur interior , id est , purgatione existit anima. Id enim quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostra supramodum in sublimitate aeternum gloria pondus operatur in nobis. Momentum est breuissimum spatiū temporis dictum à celerrimo siderum motu. Sensus est ordo verborum est iste : omne tormentum tribulationis nostra , quod in praesenti est momentaneum , siue breuissimum est & leue ad tolerandum , operatur in nobis aeternum pondus gloriae , id est , magnitudinem gloriae in sublimitate patriæ celestis supramodum , & supra omnem mensuram , quia non potest comprehendendi quantitas illius gloriae neq; mensurari tempore

tempore, quia sine termino & sine erit aeternaliter permanens. *Non contemplantibus nobis, quae videntur, sed quae non videntur*, id est, considerantibus nobis, & attendantibus honores, diuitias, & lucra temporalia, quae videntur, & nobis promittuntur ab amatoribus huius saeculi; sed gaudia Patriæ cœlestis, quae non videntur in praesenti oculis corporeis, illa consideramus. Poterat aliquis dicere quare non consideratis ista temporalia? Adhaec Apostolus subdit: *Quae videntur temporalia, & transitoria sunt, que autem non videntur, nisi per fidem, aeterna sunt*. Ideoque illa prius ponimus, & ista complectimur, quae mansura sunt.

xvi.

## C A P V T V.

Ex certa spe futuræ gloriæ desiderant Apostoli absolui à corpore, cū aliter illa frui non possint: semper autem cupientes Christo omnium iusto iudici placere, dant suis discipulis occasionem de ipsis gloriandi coram aduersariis & legatione pro Christo fungentes, ne ipsum quidem Christum, quem prædicant, & cuius morte reconciliatus est Deo mundus, iam secundum carnem nouerunt;

**S**CIMUS enim, quoniam si terrestris domus nostra huic habitationis dissoluatur, quod adificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in celis. + Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, qua de celo est superindui cupientes: + si tamen vestiti, non nudi inueniamur. + Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri; ut absorbeatur quod mortale est à vita. + Qui autem efficit nos in hoc ipsu Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. + Audentes igitur semper scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, + (per fidem enim ambulamus, et non per speciem) + audemus autem, et bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore et praesentes esse ad Dominum. + Et ideo contendimus, siue absentes, siue praesentes, placere illi. + Omnes enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gesit, siue bonum, siue malum. + Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. + Non iterum commendamus nos vobis: sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, et non in corde. + Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrium sumus, vobis. + Charitas enim Christi urget nos: estimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: + et pro omnibus mortuus est Christus: ut, et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. + Itaque

i.

A

2.

Apo. 16. c. 13.

3.

4.

5.

6.

E.

7.

8.

9.

10.

Rom. 14. b. 10.

11.

C

12.

13.

14.

15.

16.

D.

*nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. † Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transferunt: ecce facta sunt omnia noua. † Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: et dedit nobis ministerium reconciliationis: † quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. † Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obscuramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.*

**A** *S*ic mus enim quoniam si terrena domus nostrae habitationis, id est, si corpus nostrum terrenum, mortale & corruptibile, in quo anima nostra habitat, dissolmatur per aegritudinem, per tribulationes maximas, & per mortem redigatur in puluerem, quod adificationem habemus ex Deo, siue à Deo, domum non manu factam eternam in caelis. Quod dicit adificationem, hoc appellat dominum, non manu factam corpus videlicet immortale, quod non fiet manu, id est, complexione maris & feminæ, sicuti istud, sed virtute omnipotentis Dei reparabitur, ut sit immortale, & eternum, & sit in caelo semper, & est ordo, atque sensus. Si mortale hoc corpus ubi modo habitat anima, dissolutum fuerit per mortem, scimus & certi sumus, quod à Deo habemus in caelis adificationem eternam, & domum non manu factam, corpus videlicet immortale virtute Dei reparatum. *Nam & in hoc*, Subaudi, corpore mortali positi, ingemiscimus, id est, cum gemitu postulamus absoluī ab hoc corpore mortali, cunctientes superindui habitacionem nostram que de caelo est, id est, immortale corpus cupientes recipere, quod ideo de caelo diciture esse, quia coeleste erit & in caelis habitabit. Superindui autem, id est, super animam; Sicut modo isto mortali est anima vestita. *Sic ramen vestiti*, Subaudi, Christo, & non nudis innueniamur ab illo. Et est sensus: tunc recipiemus corpus immortale ad gloriam, & tunc erit coeleste, si in die mortis nostræ, vel in die iudicii fuerimus vestiti Christo, vt ipse sit nobiscum, & non fuerimus inuenti nudi ab illo, & ab eius protectione alieni, omnes enim electi Christo vestiti, quia ipse est eorum protectio, sicut Apostolus dicit: *Quorunque in Christo baptizatus est in Christum induitus*, id est, Christum habetis protectorem. *Nam & qui sumus in tabernaculo isto*, id est, in corpore mortali. Quasi viatores in papilionibus ingemiscimus, id est, dolemus grauati fame, siti, nuditate, aliisque periculis. *Eo quod volumus expoliari ab hoc corpore mortali*; Sed volumus superuestiri immortalitate, non interueniente morte. *Vt absorbeatur quod mortale est à vita*, id est, vt illud quod in nobis est mortale, & corruptibile, deglutiatur ab immortalitate, & vita mansura. Sicut consumitur paruissima gutta aquæ, aut ignis, projecta in maximum incendium, ac si diceret: Ideo ingemiscimus in hoc corpore mortali, quod grauatur diuersis angustiis, quia si posset fieri, nollemus mori, sed vellemus, vt ipsa mors in nobis deficeret, & reciperemus in praesenti seculo immortalitatem, & vñquam non moreremur. Sed nullo modo fiet illud in praesenti seculo. *Qui autem efficit nos in hoc ipsum*, id est, qui perficiet immortales in alia vita, Deus est omnipotens, qui dedit nobis in se creditibus pignus Spiritus sancti, id est, gaudium dedit nobis, tempore baptismatis, gratiam Spiritus sancti, vt securi simus de promissa gloria hæreditatis, si enim tantum est pignus, quanta erit hæreditas, & completio promissionis, audientes igitur semper, id est, audaciam habemus, & ausi sumus dicere habero nos

nos pignus Spiritus sancti & sumus, scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur à Domino, id est, longe sumus à Domino. Cum idem Apostolus dicat alibi, confirmans sententiam cuiusdam gētilis, quoniam in ipso, id est, in Deo viuimus, mouemur, & sumus, & cum Deus ubique sit, & etiam omnis locus in ipso sit, unde & ubique præsens est, quare dicit modo longe nos esse à Domino? nimis ideo talia dicit, quia proprius locus omnipotenti Dei cœlum dicitur, ibique semper videtur ab Angelis sanctis, & hominibus iustis. Et quia hic positi ubi non videtur ipse, neq; gloria æternæ beatitudinis, longe dicimur ab illo esse, & peregrinari ab illa gloria (*Per fidem enim ambulamus, & non per speciem,*) id est, per fidem, & spem tendimus ad patriam cœlestem, & non per speciem, neq; per rem, quia nondum videmus quæ visuri sumus. *Audemus autem, subaudi dicere, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad Deum,* in anima, subaudi, quam præsentes esse in corpore, & absentes esse anima à Deo, id est, magis desideraremus, iam esse in præsentia Dei, alieni à corpore isto mortali, quam esse in hoc corpore mortali, ubi manentes sumus longe à Dei contemplatione. *Et ideo*, qui hanc voluntatem habemus, contendimus, & laboramus placere illis siue absentis, sumus manentes in corpore mortali, siue præsentes in anima, quia qui hic positus placet Deo; illic non dispicebit Deus ei. *Omnès enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Tribunal sedes excelsa est, iudicium, & præsidium, qui dantes iudicia populis in excelsis loco resident, ut possint videre nocentes & innocentes, & ut ipsi etiam videri possint ab omnibus. Pro magnitudine ergo potestatis, & iudicis magnitudo tribunalis, & iudicij aestimanda est. Quia illa potestas æterna ita apparebit excelsius inter cœlum & terram, ut ab omnibus possit videri bonis scilicet, ac reprobis, ut videant in quem pupugerunt, *Vi referat*, id est, reporter, siue recipiat *quisque propriæ corporis*, Subaudi, merita, pro ut gessit siue bonum, siue malum. Cum multa & maxima peccata gerantur solo animo, Sicut est odium, inuidia, superbia, & illud quod, *dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Quaré de his dicit solummodo hominem iudicandum, quæ corpore operatus est, videlicet de homicidio, adulterio, & cæteris talibus. Quod ergo dicit ut recipiat propria merita corporis, sic est intelligendum, ut recipiat propria merita, quæ gessit eo tempore, quo in corpore fuit, ut per corpus intelligamus corporis tempus. Ex hoc quoque loco proposuit beato Augustino questionem Paulinus Nolanus Episcopus: Quid prodefensit homini mortuo orationes, & eleemosynæ; quæ post mortem illius à parentibus, & amicis pro remedio animæ implentur, si homo tantummodo propria merita est recepturus, quæ ex tempore gessit, quo in corpore fuit? Cui respondit beatus Augustinus, nullo modo prodefesse ea, quæ post mortem sunt à parentibus illi, qui iam mortuus est, nisi in hac vita positus bona voluntate, & intentione, atque inchoatione hoc promeruit, ut illa accepta sint Deo, quæ post eius exitum celebrantur à parentibus. Huic etiam sententiae concordans beatus Gregorius dicit, sciendum quia saltem de minimis nihil quisque purgationis post mortem obtinebit, nisi in hac vita positus hoc promeretur, ut illic veniam possit cōsequi. Tria autem sunt, quæ prosunt post mortem, ut beatus Augustinus dicit in libro *enchorio*, ieunia videlicet, eleemosynæ, & orationes. Quæ tamen pro valde bonis & gratiarum actiones sunt, pro non valde malis qui in purgatione aliqua sunt positi, propitiationes sunt, sunt & purgationes pro valde malis æternaliter damnatis, & si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunq; viuorum consolationes sunt. Quib. aut ista prosunt, aut ad hoc prosunt ut fiat illis plena remissio, aut tolerabilius fiat ipsa damnatio. Mitissima sane omnium pena erit, qui preter peccatum, quod originale traxerunt, insuper nullum addiderunt, & in cæteris qui addiderunt, unusquisque tanto ibi tolerabiliorem habebit damnationem, quanto hic minorem gessit iniquitatem. *Scientes ergo timorem Domini*, non quo ipse timet, sed timendus est, & quo terrebuntur omnes in die iudicii. *Hominibus suademus*, declinare à malo, & facere bonum, ut possint euadere Dei vindictam, *Deo autem manifestemus*. Nunc reuertitur ad ea, unde spiritus locutus est, scilicet quod falsi

Apostoli diiudicabant veros, & dicebant Paulum & Bartabam seductores, vobientes ei præferre non solum Petrum, aliosque Apostolos, sed etiam seipso. Ac si diceret beatus Paulus illis, qui nos detrahunt incogniti sumus, quia nesciunt quales sumus, Deo autem manifesti sumus. *Spero autem & in conscientijs vestris d Corinthii, manifestos nos esse*, id est, ipsæ conscientiæ vestræ testimonium nobis prohibent, quia recte credimus, sanctè viuimus, & bene prædicamus. *Non iterum nos commendamus vobis*, id est, non laudamus nos iterum vobis, quasi aliquid utilitatis in ealaude habeamus, *Sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis*, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde, id est, ut habeatis, vnde gloriari possitis ad falsos Apostolos, habere vos bonos, & veraces prædicatores, in facie gloriabantur pseudo Apostoli, siue in præsentia multorum & non in corde laudabant se esse apud alios, quod non erant. Electi enim in corde gloriantur, & non in facie, quia cognoscentes se placere Deo, gaudent in animo tamen, non requirunt laudari in præsentia, ne forte bonum, quod habent per vanam gloriam amittant. *Sine enim mente excedimus*, id est, si contra nostram mentem agimus, aliter prædicando, atque aliter viuendo, vel si superbè nos laudamus, *Deo*, Subaudi, relinquendi sumus, & seruandi, & non ab aliquo vestrum iudicandi. *Sine sobrijs sumus*, id est, si habemus sanam doctrinam, vel si sobriè viuimus, & temperatè prædicamus, *vobis*, Subaudi, prosimus. *Charitas enim Christi urget nos*, id est, charitas Christi, qua vos diligimus, compellit nos talia dicere. scilicet ut nos laudemus vobis, volentes vos reuocare ab amore pseudo Apostolorum ad amorem Christi, & nostrum, estimantes hoc & certum tenentes, *quoniam si unus*, id est, Christus *pro omnibus mortuus est*, ergo omnes mortui, qui eius aduentum præcesserunt, & secuti sunt, & *pro omnibus mortuus est Christus*. Omne genus humanum propter peccatum originale, quod trahit ex Adam, & in corpore, & in anima mortuum est, quia dictum est Adæ, *in quacunque die comedenter ex eo, morte morieris*. Mortuus est illo die quo comedit in anima, & factus est in corpore mortalis, quia postmodum mortuus est. Sicut ergo nullus homo extra Adæ progeniem, ita nullus extra peccatum, & mortes illius, præter unum Christum. Venit ergo Christus sine peccato nascens, sine peccato conuersans in mundo, innocenter mortuus est pro omnibus prædestinatis ad vitam. Et, ut Prosper dicit, & Ioannes Chrysostomus, alioq; Doctores, licet omnes non credant, & etiam omnes credentes non saluentur: ille fecit quod suum erat, pro omnibus moriens. Verbi gratia: Sicut medicus qui libet componens potionem contra omnes infirmitates, veniat in ciuitatem quandam, & dicat omnibus, quicunque ex hac potione biberit, saluus erit, à quacunque infirmitate, tenetur, qui bibit sanatur. Et si omnes nolentes bibere, non salvantur, ille omnibus illis attulit potionem, & fecit quod ad te pertinebat. Ideo autem mortuus est Christus pro omnibus, ut & qui viuant in fide, iam non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, & resurrexit, ille viuit in Christo, qui non querit suam utilitatem solummodo, sed aliorum, & qui pro fratribus non dubitat mori, sicut CH R I S T V S non quæsiuit sua, sed nostra, quia pro omnibus mortuus est. Et est sensus: Quia Christus innocenter pro omnibus mortuus est, & ego aliique Apostoli non debemus cessare fratribus impendere hoc, quod ab illo accepimus, & etiam si necessitas fuerit, animas pro illorum salute ponere. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Perfectos Corinthiorum alloquitur. Sed numquid illi, quando ista loquebatur, non erat in carne? erant vtique, sed ita est intelligendum: Ex hoc, id est, ex quo vocati estis ad fidem, neminem vestrum perfectorum nouimus secundum spem carnalium, & temporalium rerū viuere, sed in spe cœlestium præmiorum, & cognoscimus Christum secundum carnem, subaudi, mortale fuisse, & corruptibilem, sed nunciam non nouimus, subaudi, illum mortalem, & corruptibilem. Et est sensus: Ideo non estis positi in spe rerum carnalium, & temporalium, quia in spe & fide, iam estis immortales & incorruptibles securi de præmio. Si qua ergo noua creatura es, id est, nouus populus per fidem, per aquam regenerationis vetera transierunt illis, id est, lex veteris

Gta. 2. v. 17.

G

xvi

H

xvii

lex veteris testamenti in sacrificiis, circumcisione, sabbati otio, ceterisque talibus.  
*Ecce facta sunt noua* in Euangelio, circumcisio videlicet spiritualis, quæ fit in baptisme, ubi est vera expoliatio peccatorum. Similiter de ceteris intelligendum, vel vetera transferunt infidelitas, peccatum & cætera, quæ ad veterem hominem Adam pertinent, & facta sunt noua, fides videlicet, iustitia, obedientia, caritas, ceteræque virtutes ad nouum hominem Christum pertinentes. Aliter. Si quanoua creatura est, id est, nouus populus, vetera transferunt iam in spe, mortalitas videbitur, & corruptio, & facta sunt noua similiter in spe immortalitas, & incorruptio. Vel Iesus est præterito pro futuro, pro eo quod est vetera transibunt, & fient noua, iuxta quod Ioannes dicit, erunt omnia noua. *Omnia autem subaudi genera innovationis ex Deo* Patre nobis procedunt, qui reconciliavit nos sibi per Christum, id est, per passionem Christi, & dedit nobis Apostolis ministerium reconciliationis, illi reconciliantur qui ante inimici erant. Et nos inimici eramus Deo Patri, non per naturam, quam ipse fecit sanctam & bonam, sed per vitium, quod nos addidimus. Ab latto ergo quod nos addidimus, per sanguinem Christi reformatæ est natura, ut fuerat creata, & reconciliati sumus Deo Patri. Christus procurans nobis reconciliationem per suam passionem rediit ad Deum Patrem unde venerat. Sed ne imperfectum remaneret, quod nobis procurauerat, ministerium reconciliationis dedit suis Apostolis, ut ipsi nobis annuntiarent redemptos esse sanguine Christi, & sua prædicatione reconciliarent nos. Sic enim ipse dixit. *Sicut misit me Pater, & ego misso vos, ite docete omnes gentes.* *Quoniam Deus Pater erat in Christo mundum reconcilians sibi per illum,* Deus pater in filio erat, & filius in Patre, sicut idem filius Ioh. 10. vers. 31. ait: *ego & pater unum sumus, & ego in Patre, & Pater in me est.* Aliter ergo erat in Christo, atque aliter fuit in Prophetis, & Apostolis, per quos loquebatur. In illis erat per gratiam, in Christo erat per unitatem substantiæ suæ, quia unum sunt: Mundum reconciliavit sibi per Christum, id est, omnes prædestinatos ad vitam æternam. *Non reparans illis,* id est, credentibus peccata ipsorum postquam ad fidem venerunt, quia non attendit quales antea fuerunt, sed quales futuri erant. *Et posuit in nobis verbum reconciliationis,* id est, Doctrina Euangeli. *Pro Christo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos subaudi homines ad credendum obsecramus pro Christo reconciliamini Deo,* id est, vice Christi reconciliamini Deo Patri per fidem, & iustitiam, auferentes à vobis omne peccatum, quod à Deo vos separat: *Euna,* id est, Christum qui non nouerat peccatum Deus Pater pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato. Sic enim appellatur hostia pro peccato, maxime in septuaginta interpretibus qui soliti sunt dicere, ponet manum suam super caput peccati, id est, super caput hostiæ pro peccato. Sed quæstio oritur in hoc loco, quomodo iudicat Deus, & vindicat in homine peccatum si ipse peccatum non nouit? Quæ ita soluitur, quia nouit per sapientiam peccatum malum esse, sed non nouit per experientiam, ut aliquando peccaret. Verbi gratia sic dicimus. Ioannes Euangelista quando scripsit suum Euangelium, non nouit mentiri, id est, nouit mendacium per sapientiam, sed non nouit per voluntatem ut vellet mentiri, id est, nouit mendacium per sapientiam, sed non nouit per voluntatem ut vellet mentiri; neque per experientiam quando illud scripsit. Ideo fecit Deus Pater hostiam pro peccato, Christum, *ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso,* id est, per Christum, vel in ipso, id est, in corpore Christi, coniuncti. *Adiunantes an-*  
*tem vos nostra prædicatione & exem-*  
*plo.*

xvi. 1.  
Apocal.

I.

Ioan. 20. vers. 31.  
xix.

Ioan. 10. vers. 30.

xx.  
K.

xxxii.

## C A P V T VI.

Exhortatur ne acceptam negligent gratiam, ostendens quantum laborauerit ut probatum se Dei ministrum exhiberet, & admonens ut à conuictu & consortio infidelium separantur.

1. **A** Diuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam,  
 2. Dei recipiatis. † Ait enim: Tempore accepto exaudiui  
 3. te, & in die salutis adiuuite. Ecce nunc tempus accepta-  
 4. bile, ecce nunc dies salutis. † nemini dantes ullam offensionem, ut  
 5. non vituperetur ministerium nostrum: † sed in omnibus exhibea-  
 6. mus nosmetipsoſ ſicut Dei ministros, in multa patientia, in tribu-  
 7. lationibus, in neceſſitatibus, in angustiis, † in plagis, in carceribus,  
 8. in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieuniis, † in caſtitate,  
 9. in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu sancto, in cha-  
 10. ritate non fiſta, † in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iu-  
 11. ſtitia à dextris, & à ſinistris; † per gloriam & ignobilitatem: per  
 12. infamiam, & bonam famam: ut ſeductores, & veraces, ſicut qui  
 13. ignoti, & cogniti: † quaſi morientes, & ecce viuimus: ut caſtiga-  
 14. ti, & non mortificati: † quaſi tristes, ſemper autem gaudentes: ſi-  
 15. cut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes,  
 16. & omnia poſſidentes. † Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor  
 17. nostrum dilatatum eſt. † Non angustiamini in nobis: angustiamini  
 18. autem in viſcerib. veſtris: † eandem autem habentes remunera-  
 1. Cor. 3. d. 27. tione, tanquam filii dico, dilatamini & vos. † Nolite iugum du-  
 & 6. d. 19. cere cum infidelibus. Quae enim participatio iuſtitia cum iniquita-  
 2. Lewit. 26. b. 12. te? Aut quaſi ſocietas luci ad tenebras? † Quae autem conuentio Chri-  
 3. sti ad Belial? Aut qua pars fideli cum infideli? † Quis autem con-  
 ſensus templo Deicūm idolis? † Vos enim eſtis templum Dei viuī, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & in ambulabo in-  
 4. Ier. 31. a. 9. ter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. † Propter  
 quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & im-  
 mundum ne tetigeritis: † & ego recipiam vos: & ero vobis in pa-  
 trem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipo-  
 tentis.

1. **A** Horamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, exhortatio species eſt Do-  
 2. & trinæ, dum quilibet verbo, aut exemplo conſolationem præstat alicui.  
 3. Verbi gratia, videt aliquis noſtrum fratrem ſuum in mœrore, & triftitia po-  
 ſitum propter amissionem filiarum, & vxoris, & propter damnum temporalium  
 rerum, dum ei reducit ad memoriam, & in exemplum, qualia & quanta ſuſtinuit  
 Job patienter, & quomodo poſtmodum meruit propter patientiam ſuam omnia  
 recipere in duplum, iſta talis conſolatio, & admonitio exhortatio eſt dicenda. Vi-  
 det

det etiam aliquem contrastari & dolere propter amissum lumen oculorum , dum ei reducit ad memoriam beatum Tobiam , & consolationem ei ex hoc aliquam præstat , exhortatio est. Dum viderit etiam alium dolore nimio constringi propter peccata sua , & pene in desperationem lapsum si ei verbo aut exemplo consolacionem præbet ne desperet de venia , aut salute , danse in exemplum Mariam meretricem , cui Dominus omnia peccata dimisit , & latronem , qui in cruce ad unam vocem audire meruit : *hodie metum eris in paradyso* . exhortatio bona , & consolatio est. Dicamus & aliter , sicut posito aliquo in certamine singulari cum Monacho , dum ei dicit aliquis ex circumstantibus , pugna fortiter , noli dubitare , noli deficere , victoriam obtinebis , exhortationem ei præbet , & audaciam . Sicque positum in certamine bonæ operationis contra Diabolum , & virtutia carnis admonet , ne deficiat , neque cesseret à cœpto opere : exhortationem bonam præbet . Vnde dicit Apostolus modo alloquens Corinthios , & in illis omnes fideles . Hortamur vos nostra prædicatione , nostro exemplo , omnibusq; modis , ne in vacuum siue inane & inutiliter gratiam Dei recipiatis . Omnia bona quæ generi humano dantur , gratia Dei dicitur , quia gratis ei conceditur , gratia quippe Dei est , habere fidem , spem , caritatem , sapientiam diuinam , vel humanam , & bona temporalia . Istam ergo Dei gratiam in vacuum recipit . qui veniens ad fidem , & remissionem peccatorum in baptismate percipiens , Dei præceptis in obediense existit , non adhibendo studium , ut possit Dei præcepta ipso adiuuante implere , quoniam *fides sine operibus mortua & inanis est* . In vacuum quoque bona temporalia gratis à Deo percipit , qui illa hilari mente pauperibus pro Dei amore erogare non studet . Ut ergo longius non protrahamus sermonem , dicamus unum ex multis , quomodo gratia Dei in vacuum recipiatur . Dominus dicit in Euangelio Discipulis : ite docete omnes gentes fidem sanctæ Trinitatis , baptizantes eos , & docentes seruare omnia quæcumque mandaui vobis . Quicumque ad fidem venit , & non seruat quæ in lege , & Euangelio continentur , in vacuum gratiam Dei recipit . *Ait enim tempore accepto exaudiu te & in die salutis adiunite* . Hoc Elaias Propheta protulit ex persona Dei Patris , loquentis ad filium , tempus acceptum Deo Patri , & dies salutis humani generis tempus fuit passionis Christi , in quo Deus Pater decreuit , disposuit , & prædestinavit per passionem filii sui saluare , ac redimere genus humanum . Isto tempore accepto Deus exaudiuit Pater filium , quia quicquid orauit filius pro salute generis humani , totum impetravit . Legimus enim in Euangelio Ioannis , quod appropinquans passioni , orauit dicens . *Pater quos didisti mihi , vol . ut obiego sum , & ipsi sint mecum , ut videant claritatem meam* . Si quis vero de Apostolis hoc tantummodo dictum affererat , attendat quod ipse alias dicat : *Non pro eis autē rogo tantum , sed & pro eis qui credituris sunt per verbum eorum in me , exaudiuit quoq; illum de sua resurrectione , quando orauit dicens . Pater clarifica filium tuū , & venit vox de cœlo inclamans , & clarificaui , sicut tempore baptismatis & in monte corā Discipulis , & clarificabo tertia die te , à mortuis suscitando & non solum pro aliis exauditus est sed etiam pro ipsis suis persecutoribus , pro quibus orauit pendens in cruce Pater dimittit illis quia nesciunt quid faciunt* . Multa enim millia post eius ascensionem ex his prædicationem Apostolorum crediderunt . Adiuit quoq; illum in die salutis generis humani , quia tertia die deuicto mortis imperio eū à mortuis revocauit . Sicut retulimus ista ad caput omnium electorum , id est , ad Christū regem ea ad membra , ipsius tempus acceptū quo exaudiiri possumus , & dies in qua salutē nobis æternā procurare possumus ab exordio dominicæ prædicationis est , & maxime ab eius resurrectione usq; ad diē iudicij . *Quo tempore per bona opera possumus acceptabiles esse Deo Patri , & placere illi , atq; exaudiiri ab illo . De quo tempore etiam Apostolus subdit . Ecce nunc tempus acceptabile , ecce nunc dies salutis , tempus acceptabile ad penitentiam agendum vita præsens est usque ad diem iudicij , quæ appellatur & dies salutis , in qua nobis salutem æternam possumus promereri , quoniam apta est ad operandum , de qua Dominus dicit Ambulate dum lucem habetis , huic diei succedit nox , tenebræ scilicet æternæ damnationis , in qua*

Luc. 23. v. 43.

B.

Jacob. 2. vers. 20.

II.

C.

Ioh. 17. v. 24.  
ibid. vers. 20.

Ioh. 17. v. 2.

Luc. 33. v. 34.

D.

Ioh. 12. v. 35.

- Gal. 6. vers. 10.** in qua nemo poterit operari, sicut Dominus dicit, *venit nox in qua nemo poterit operari*. Et idem Apostolus *dum tempus habemus operemur quod bonum est*. Modo enim possunt ad indulgentiam proficere peccatores, modo valemus obtinere veniam, quia secundum quod Propheta dicit, in inferno nemo confitebitur Domino, ad veniam: Erit enim ibi poenitentia, sed sera & tarda. *Nemini dantes villam offensionem*, offensio proprie est scandalum, ruina, vel impactio pedis, sed in hoc loco pro occasione maxime ponitur. Scimus, inquit, nemini dantes villam offensionem, id est, occasionem peccandi, aut in verbo aut in prauæ operationis exemplo, vel neminem scandalizemus in aliquo sermone, vel facto, *ut non vituperetur ministerium nostrum*. Ex persona loquitur Apostolus omnium prædicatorum, iungens se cum Corinthiis. Ministerium prædicationis vituperatur atque contemnitur si quod prædicant verbis, agendum, destruunt operibus. Aliud videlicet prædicantes in publico, & aliud agentes in occulto. Bona dicentes in propatulo, peruersa, & ad loquendum turpia in conclaui operantes. *Sed in omnibus subaudi nostris actibus, & verbis, exhibeamus & præparemus nos sicut Dei ministros*. Dei minister est, qui Deo militat, & Deo seruit verbo Doctrinæ & fructu bonæ operationis. Qui cunque enim Dei minister vult esse, Deo debet in omnibus ministrare, vt in omnibus, quæ agit, cognoscatur veri Dei esse cultor. Verbi gratia ut doceat insciūm, pascat esurientem, potet sitientem, vestiat nudum, calefaciat algentem, colligat vagantem, visitet infirmum, sepeliat mortuum. Et in his omnibus laudem non querat humanam, sed Dei gratiam. Non hominibus placere sed Dei præceptis obedire. Hæc quicunque fecerit, Deo ministrabit & merebitur, ab illo audire cù
- Marc. 25. v. 40.** *electis, quamdiu fecisti uni ex his minimis meis mibi fecisti. In multa patientia*. Patientia est non deficere inter aduersa huius sæculi, quam habuerunt sancti Martyres. *Non in parua inquit neque in modica patientia, sed in multa exhibeamus nos sicut Dei ministros*. Patientia quoque est patienter ferre delinquentes, sicut beatus Apostolus sustinebat Corinthios, qui postquam ad fidem venerunt, ad vitia pristina sunt reuersi, quos aliquando blande aliquando improbe corripuit, quousque eos reuocauit ad fidem. *In tribulationibus subaudi simus in multa patientia, & exhibeamus nos sicut Dei ministros*. In tribulationibus dicit, id est, in fame, siti, nuditate, aliisque afflictionibus. *In necessitatibus, necessitas dicitur eo, quod in nece sit posita, id est, in periculo mortis, ubi præcipit Apostolus patientiam seruare, in angustiis*. Omnis indigentia, & inopia, angustia vocatur, *in plagiis, in carceribus* sæpe plagiis virgarum, & gladiorum cæsus est Apostolus. Sæpe etiam in carceribus retrusus est pro Christi nomine, ubi non cessauit donum Dei prædicare, contempta sua salute, admonet autem cum multa patientia, sine necessitas fuerit talia pati pro amore Christi, & salute fratrum, qualia ipse sustinuit usque ad decollationem, *in seditionibus simus, in multa patientia*. Seditiones proprie ad ciues pertinent, & sunt tumultus, & conturbationes, siue contentiones. *In laboribus* Paulus Apostolus non solum laborabat in prædicatione, sed etiam labore manuum desudabat vnde sibi victimum, & vestimentum adquirebat. In labore scilicet scenofactoriæ artis, ne grauis esset suis auditoribus, si ab eis aliquid perciperet, certus, hoc sibi proficere apud Deum. *In vigiliis subaudi simus dediti*. ipse non solum die non cessabat à labore, nec requiescebat, sed etiam tantum erat sollicitus circa officium sibi delegatum, ut nec nocte cessaret aut à prædicatione, aut alio opere. Vnde legimus in actibus Apostolorum, quia usque ad medium noctem suum sermonem protraxit, quando Eutychus, qui interpretatur amens, de tertio cenaculo cecidit, eo quod negligens esset in studio audiendi verbum Dei. *In ieiuniis simus patientes, aliquando voluntarie, aliquando inuitus ieiunabat, & ne ventris causa inclinaretur, Deo gratias agebat*. Sicut enim medicina Archiatri, id est, medicina necessaria est vulneribus, ita animæ nostræ necessaria sunt ieiunia. *In castitate mentis, & corporis*. Castitas corporis est, immaculata & impollutè custodire ab omni libidinis delectatione. Castitas mentis integritas est fidei, quia illa vera castitas, quæ nec mente polluitur. Vele etiam in castitate dicit, id est, in sinceritate, & integritate

gratia verbi Dei sumus dediti, ut non adulteremus verbum Dei: non querentes gloriam propriam, sed Dei, non pro lucris temporalibus prædicationi insistentes, sed pro remuneratione æterna, non prædicantes alia in publico, & alia clanculum agentes, & sacram scripturam non interpretantes peruerse, *in scientia veteris testamenti*, & noui simus occupati, non in simulatione, neque in humana sapientia quæ inflat hominem sine caritate, *In longanimitate*, longanimitas est longa animi perseverantia, & patientia, in aduersis huius saeculi. *In suauitate*, ut nulli non solum factis sed etiam nec verbis nostris amaritudinem generemus *in spiritu sancto*, id est, tales nos exhibeamus, ut templum simus spiritus sancti, *in caritate non ficta*. Caritas ficta est, quando quis videns fratrem suum peccare, non corripit eum causa adulacionis, ficta vero Caritas est, quando videns quis fratrem suum in necessitate positum, derelinquit eum quem antea profitebatur toto nisu mentis diligere, finis autem caritas est, si diligimus proximum ut nosmetipso & eui tempore prosperitatis adhærere videbamur, si tempore persecutionis illum non derelinquinus, de hac caritate dicit Ioannes Apostolus: *Carissimi non diligamus verbo solo* <sup>Ioann. v. 22</sup> *lummodo & lingua, sed opere & veritate, in verbo veritatis simus occupati*, id est, *Doctrina Euangeli*, vel in verbo veritatis, ut veritatem loquamur cum proximis nostris, *In virtute Dei ponamus spem nostram*, non in nostra audacia, aut in ali-<sup>VII.</sup> *cuius hominis potentia*, quia *maledictus homo qui confidit in homine* vel in virtute dicit, id est, non nostris meritis deputemus, si quid boni agimus, sed virtuti Dei qua adiuuante omnia bona implere valeamus. *Per arma iustitia à dextris & à sinistris*, id est, per arma virtutum incedamus in prosperis, & in aduersis. Arma ergo, id est, custodia virtutum à dextris habet, cuius animum prospera huius saeculi non eleuant in superbiam, neque emolliunt. A sinistris quoque arma habet, quem aduersa non deiiciunt, neque frangunt. Paulus igitur à dextris & à sinistris arma portabat, atque securus in medio incedebat, cum talia diceret, quia & in prosperis erat humilis, & in aduersis fortissimus, semper ergo adesse debet mentibus nostris in aduersitate fiducia, & spe certa & in prosperitate timor, ne aut aduersa in desperationem nos pertrahant. Sicut Cain & Iudam proditorem, aut prospera animum in tumoré superbiae extollant, & in sui fiducia decipient, sicut Nabuchodonosor quando dixit; *nonne haec Babylon, quam edificauit*; *Per gloriam & ignobilitatem?* <sup>Dan. 4. v. 17.</sup> sicut nobilis dicitur ne mine à vilis, ita ignobilis sine dignitatis nomine. Sancti Apostoli apud fideles gloriosi habebantur, & laudabantur ab illis veraces esse, sancti, & iusti, apud infideles vero ignobiles, & sine aliqua laude, inde dicit Apostolus *per gloriam fidelium & ignobilitatem infidelium*, vel inter illos à quibus gloriosi dicimur, & inter illos à quibus ignobiles, incedamus patienter, sicut Dei ministri. Ut neque fauore & laude fidelium eleuemur, neque detractione infidelium deiiciamur. Aliter per gloriam sapientiae diuinæ, & gloriam virtutum siue miraculorum, & ignobilitatem flagellorum, despectionum & carorum patienter incedamus, *Per infamiam & bonam famam*. Infamia est mala fama, bona vero fama bona est opinio, & laus. Et quod superius dixit, *per gloriam & ignobilitatem*, hoc repetivit explanando, inquiens, *per infamiam & bonam famam patienter incedamus*. Habentes custodiā virtutum à dextris & à sinistris, plus credentes nobis ipsis de nobis, quod scimus, quam aliorum verbis, *ur seductores & veraces*, Modo exponit superiora. Ab infidelibus dicebantur esse seductores, magi, & malefici, à fidelibus vero propter sanam Doctrinam, & virtutem miraculorum non solum veraces, & iusti, sed etiam Dii habebantur sicut legimus in actibus Apostolorum quando ei & Barnabæ coronas detulerunt, dicentes: *Dii sunt in effigie hominum latentes*. Et quid mirum si Apostoli seductores appellati sunt, cum ipse magister & Dominus omnium, seductor sit appellatus, dicentibus Iudeis post mortem eius ad Pilatum: *Dominus recordari sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens post tres dies resurgam*. Ut seductores apud infideles, & veraces apud credentes <sup>Matt. 19. v. 6.</sup> *Incedamus*.

- K. Incedamus patienter protecti vnde armis virtutum. *Sicut qui ignoti incredulis & cogniti credentibus, id est, inter illos qui non cognoscunt conuersationem nostram, nec valent penetrare Doctrinam nostram, & inter illos a quibus cognoscimur esse veri cultores Dei, incedamus patientissime, muniti armis iustitiae. Quasi morientes & esse viuimus.* Quasi moriebantur sancti Apostoli, & martyres, cum per multa tormenta passi cruciamenta pene usque ad mortem affligebant. Sed dum ita essent in periculo mortis constituti, & in desperatione vita per flagella, verbera & lapidationes, subito virtute Dei roborati constabant, & quasi ex mortuis vitam recipiebant. Sic legimus de beato Paulo, quia cum in hystris tam diu esset flagellatus, & lapidibus obrutus, per plateas quoque quasi mortuus relinqueretur, nocte eadem transcurrente diluculo, coepit in urbem verbum Dei publice praedicare. Illi etiam qui decollabantur, quasi moriebantur, dum ab hoc saeculo transiebant, sed illa mors temporalis erat, cui succedebat vita perpetua. *Vt castigari verberibus, & verbis & non mortificari,* Quando flagellabantur sancti Apostoli & Martyres, castigabant quidem illos Deus, ne se extollerent propter maximam gratiam sibi concessam, sed non permittebat eos mortificari usque ad tempus, quo ei placebat. Castigationem quippe in hoc loco pro flagellatione possumus intelligere. Sic legimus Pilatum dixisse de Domino, *emendatum inquiens illum dimittam, quasi tristes semper autem gaudentes* Apostoli, & sancti Martyres, dum lacrymabantur inter flagella, & cruciatus terribiles, tristes videbantur esse in vultu, sed gaudebant in corde secum de spe celestium praemiorum, scientes quia non sunt condigne passiones huius saeculi ad futuram gloriam quae reuelanda erat in illis, & quoniam tristitia illorum vertenda erat in gaudium aeternum. Electi quicquid persecutionis, & tribulationis sustinent, quasi est illis, id est, tamquam non sit. Quia si ceduntur virginis, si exoriantur, ut etiam si occiduntur, omnia quasi suar, quia transitiva sunt, & temporalia: veniet autem verum illorum, id est, gaudiū aeternum, & vita sine fine mansura. Sieut enim ille, qui semper somnias, expergefactus solet dicere, quasi videbam homines equitare, quasi videbam ante me multis e-pulas appositas, atque totum dicit quasi quia non ibi veritas. Sed sicut uero bra transierunt, ita in omnibus quae sancti in hoc saeculo patiuntur, quasi est, quia transituum est, videbantur enim inter supplicia mori, videbantur tristari secundam fragilitatem, sed quasi erat ibi, quia mente gaudebant, & si moriebantur ad tempus, subito transibat illorum mors in vitam aeternam. Reprobi autem, qui totam spem suam in terrenis rebus, ac transitoriis ponunt, nec tendunt ad aeternā gaudia, sed in prosperitate, felicitateque huius saeculi latentur. Videtur illis quod verum, quia transituum & temporale est, & cum ab hac vita transierint, nihil inuenient ex his, quae hic quasi vera visa sunt illis. Iuxta quod Psalmista dicit *dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt, omnes viri diuinarum in manibus suis.* Transiuit ergo istorum quasi verum sed non erat verum, & veniet illorum verum, ut, id est, aeternum supplicium. *Sicut egentes sumus multos autem locupletantes.* Quasi egentes videbantur diuini istius saeculi, sed abundabant diuini spiritualibus in praedicatione, & miraculis, ex quibus locupletabant alios, vel reuera egentes videbant substantia temporalis, sed multos locupletes reddebant, sicut sanctos qui erant in Hierosolymis, qui pro Christo omnia sua reliquerant, vel à Iudeis expoliati fuerant, eo quod in mortuum hominem credidissent. Quos alloquitur in Epistola ad Hebreos, *rapinam inquiens bonorum vestrorum cum gaudio suscepisti.* Et de quibus Esaias. *Qui recessit ab iniuitate malo praecepit, istos ergo ditabant, & locupletabant Apostoli, quia ex omnibus locis, ubique praedicabant, ministrabant eis, quae necessaria erant.* Vnde idem Apostolus in Epistola ad Romanos *Nunc inquit proficisci Hierusalem ministrare sanctis. Tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Tamquam nihil habentes erant, & nihil proprium habebant, omnia autem possidebant, quia erant illis omnia communia. Sic debent & Monachi esse, tamquam nihil habentes proprium, & omnia possidentes communiter. Vel tamquam nihil habebant, quia non habebant prædia non aurum, non argentum, non
- Luc. 20. v. 16. x.
- Rom. 8. vers. 18. L.
- Mat. 75. v. 6. M.
- Heb. 10. v. 34. Mai. 59. vers. 15.
- Rom. 15. v. 25.

non seruos, aut ancillas, & tamen omnia possidebant ista in possessoribus eorum, quos sibi per prædicationis arma, & virtutem miraculorum subiugauerant: in possessoribus etenim omnia possidebant possessorum. Sicut enim quidam Dux Romanorum, Tarquinius nomine respondit legatis cuiusdam gentis, aurum nolentibus dare pro pace ac libertate, respondit, Romanos potius velle aurum habentibus imperare, quam aurum habere, aut possidere, ita sancti Apostoli magis desiderabant possessores diuinarum per fidem, & doctrinam Christi possidere, quam aliquid proprium habere. Possumus etiam dicere, quia in hoc saeculo Apostoli quasi nihil habentes erant, sed in capite suo Christo omnia possidebant, iuxta quod idem Apostolus in Epistola ad Romanos dicit de Deo Patre. *Qui etiam* Rom. 8. v. 32  
*filium suum pro omnibus nobis tradidit quomodo etiam cum illo omnia nobis non donauit?* Simus ergo & nos tamquam nihil habentes in hoc saeculo, non ponendo spem in rebus temporalibus. Hic quidam sensus deest. Nam sicut sapientia dicit, qui fidelis est, totus mundus diuinarum est, quia non appetit ea, quae in mundo sunt, cognoscens procul dubio, quia Mundus transibit & concupiscentia eius & in hoc quod non appetit, nec querit habere, nisi quod habet quasi omnia possidet: nemus enim plus habet, quam qui nullo indiget, & tamen cum diuites multa habent, multis indigent, quia plus desiderant habere quam habeant. Ille autem nullo indiget, qui præter necessaria victus, vestimenti & calceamenti non requirit, contentus his quæ habet. In his ergo omnibus imitemur sanctos Apostolos, Doctores, & Patronos nostros, sicut filii boni imitatur bonos Patres. Ut inter aduersa & prospera patienter incedamus, exhibentes nos sicut Dei ministros. Quoniam si participes fuerimus illorum æternorum præmiorum. *Os nostrum patet ad vos Corinthii, et nostrum dilatum est,* id est, voluntas mentis nostræ & intentio cordis. Prædicatio quoque oris nostri patet, & aperta est iam ad prædicandum, & prompta ad vos docendum. Illius os patet, & apertum est ad prædicandum, cuius voluntas est perfecta: prædicatio sancta, conuersatio bona, cuius vero voluntas est tortuosa, conuersatio ac vita prava, licet aliquid intelligentæ videatur habere, deficiunt ei verba cum sensu. Ideoque non patet os illius ad prædicandum, quia timet malos redarguere, quod cognoscit ab aliis intelligi. *Non angustiamini in nobis angustiamini autem in visceribus vestris.* Et est sensus o Corinthis, sensum angustum habet, & strictum, ut non possitis recipere latitudinem mysteriorum diuinorum, nolite nobis hoc reputare, quoniam non consistit hoc in nobis, qui vobis ministrare debemus, sed intellectus vester, & voluntas constringitur in visceribus, id est, in interioribus cordis, *candem autem habentes remunerationem paratam, subaudi, quam & nos, qui candem fidem habetis, dilatamini & vos,* id est, extende sensum, & intellectum vestrum, ne præ angustia sensus non possitis penetrare, & recipere mysteria diuina. *Nolite iugum ducere cum infidelibus;* in iugo duo animalia coniunguntur, & coæquantur. Iugum vero hic debemus intelligere, iugum Diaboli, & potestatem, quam habet super infideles, ac si diceret: Nolite suscipere iugum Diaboli, neque æquari infidelibus, aut coniungi, ne similes illis efficiamini, *Quæ enim participatio in stirpe ad iniuriam, id est, quæ societas iusto homini iustitiam habenti cum iniusto & pagano nulla,* *Quæ societas luci, id est, fideli cum tenebris,* id est, infideli, nulla ista est lux & istæ sunt tenebrae, de quibus idem Apostolus ait, *fusisti aliquando tenebra,* id est, infideles *nunc autem lux in Domino,* que autem conventio Christi ad Belial? Belial interpretatur absque iugo, significat Diabolum, qui iugum omnipotentis Dei de collo suo excusit. Dicitur & in libro Samuelis, quia dixerunt viri Belial, id est, absque iugo Dei, quæ conuentio, siue quæ societas Christi ad Diabolum nulla. *Qui autem consensus templo Dei cum Idolis?* id est, quem consensum debent habere fideles, qui templum Dei sunt, cum idololatri, qui sunt templo dæmonum nullum. In hoc loco percutit eos, qui recumbentes in idolis, concedebant carnes idolothytas, qui debuerant esse fideles & templum Dei, *Vos enim estis templum Dei vivi,* non idorum, qui non viuunt. Deus viuus dicitur ad distinctionem illorum deorum, qui non viuunt, licet di-

N

X I

O.  
x i.

X III.

X IV.

Ephes. 5. v. 8.

X V.

P.  
x v.

**Ioan. i. vers. 14.** **xvii.** cantur illi. Sic Deus dicit per Hieremiam: *inhabitabo in illis* per fidem & dilectionem & gratiam meam, & *in ambulabo inter illos* Deus filius, qui ista locutus est de credentibus electis, inter homines ambulauit sicut dicitur: quoniam super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est, & ipse habitauit in nobis sicut Iohannes dicit, *Verbum caro factum est & habitauit in nobis*, *Et ero illorum Deus & ipsi erunt mihi populus* peculiaris, sicut olim Israel, propter quod exite de medio eorum hoc Esaias Propheta dixit, longe ante captiuitatem Babyloniam, quod Apostolus ad Corinthios retulit. Dicit ergo Propheta ex persona Dei, alloquens Iudeos, de captiuitate redeentes post septuaginta annos, propter quod quia populus meus estis, exite de medio Chaldaeorum, & separamini ab eis, & immundum ne tetigeritis, id est, Idolum, quo nihil est immundius, ne adoraueritis, & ego recipiam vos in terram repromissionis. Referamus & hoc ad Corinthios, & videamus quomodo poterant illi, qui crediderant relinquere uxores, & liberos suos, omnemque substantiam, quia adhuc imperiti erant, nec poterant implere, quod Dominus dicit. *Sed vis perfectus esse vende omnia que habes & cetera.* Non ergo hoc præcipit Apostolus, ut corpore recederent ex toto ab eis, qui increduli adhuc erant in medio eorum, sed potius ut mente separarent se ab illis. Exite inquit, de medio Paganorum, vel si non potestis corpore, saltem mente, & separamini ab eis voluntate, & immundum hominem nolite tangere. Immundum hominem tangit, qui peccatorum imitatur, & si hoc feceritis inquit Apostolus, *recipiam vos in omnem familiaritatem, & Deus recipiet vos in æternam beatitudinem.*

## CAPUT VII.

Ostendit Apostolus quanto amore Corinthios prosequatur, & quantum de correcta ipsorum vita in magnis suis tribulationibus gaudium acceperit, quantumque bonum pepererit tristitia, quam ex sua acceperant epistola.



**A.** As ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. + Capite nos. Neminem laesimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. + Non ad condemnationem vestram dico, prædiximus enim quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad conuiuendum. + Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulacione nostra. + Nam & cum venissimus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugna, intus timores. + Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. + Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus in vobis, referens nolis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram amulationem pro me, ita ut magis gauderem. + Quoniam et si contristauit vos in epistola, non me paenitet: et si paeniteret, videntes quod epistola illa (et si ad horam) vos contristauit; + nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum,

ut in

*ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. + Quia enim secundū  
Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur: facili  
autem tristitia mortem operatur. + Ecce enim hoc ipsum, secundum  
Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem:  
sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium,  
sed emulationem, sed vindictam in omnibus exhibuitis vos incon-  
taminatos esse negotio. + Igitur, et si scripsi vobis, non propter eum  
qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manife-  
stantam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram  
Deo: consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius  
magis gauissimus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius  
ab omnibus vobis. + Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum;  
non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus,  
ita et gloriatio nostra, que fuit ad Titum, veritas facta est, + Et  
viscera eius abundantius in vobis sunt: reminiscentis omnium  
vestrum obedientiam, quomodo cum timore et tremore exceptis  
illum. + Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.*

10.

<sup>1. Pet. 2. c. 15.</sup>

11.

12.

13.

14.

15.

16.

1.

A.

**H**as igitur habentes promissiones Carissimi quas supra diximus, quod sumus filii  
Dei & ipse Pater noster mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.

Non dixit simpliciter mundemus nos ab inquinamento, sed ab omni, car-  
nis. Inquinamentum est fornicatio, adulterium, homicidium, & cætera vitia,  
quaे corpore perficiuntur. Spiritus vero, id est, mentis inquinamentum est ira, in-  
uidia, superbia, mala voluntas & cætera mala quaे in animo cogitantur, perficien-  
tes sanctificationem in timore Dei sanctificationem in timore, id est, per timorem  
Dei perficit, qui ab omni inquinamento carnis & spiritus mundat semetipsum.  
*Capite nos, id est, intelligite, quaे dicimus, vel capaces estote sermonis nostri, vel  
imitamini nos. Neminem vestrum laesimus verbo aut exemplo, siue neminem ve-  
strum expoliamus nostra adulacione, Neminem corrumpimus prauo sensu, aut ex-  
emplo, neminem circumuenimus in negotio, vt euacuaremus sacculos vestros, qua-  
si diceret, quod nos non fecimus, fecerunt pseudo apostoli. Ideoque non recte a-  
gitis, præponentes illos nobis, non ad condemnationem vestram dico, id est, non ad vi-  
tuperationem vestram me laudo, aliosque Apostolos, sed ad correctionem vel  
non vos abiicio, talia dicendo, sed vt vos corrigatis admoneo. Prædiximus in priori  
Epistola, quod in cordibus nostris estis, siue in voluntate nostra ad commoriendum in  
præsenti vita & ad conuiendum in futura gloria, id est, tanto amore, & desiderio  
erga vos ducimur, vt si fieri posset, martyrium in hoc sæculo per multa supplicia  
pro Christi nomine sustineretis nobiscum, vt coronam & præmium martyrii no-  
biscum reciperetis. *Multa mihi fiducia est apud vos subaudi ideo talia loquor, spe-  
rans vos mihi obedientes esse, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra, id est,*  
audiens correctionem vestram, & bonam conuersationem, ita sum gaudio repletus,  
vt licet in carcere, & vinculis tenerer constrictus, nihil doloris sentirem. *Nam*  
*cum venisset in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra, sed quod caro non ha-  
buit, spiritus habuit. qui delectatur inter aduersa. Macedonia regio est Achææ in*  
*quam cum venisset Paulus, & Silas, & cœpissent prædicare, ac miracula facere,*  
*puella quaëdam habens spiritum pythonicum, quaे non modicum quaestum pre-  
stabat dominis suis diuinando, incedendo per plateas, clamabat dicens, O ciues*  
*viri isti servi Dei excelsi sunt. Cuius misertus Paulus fugauit malignum spiritum ab**

B.

IV.

V.

<sup>Ado. 16. v. 40.</sup>

ea. Videntes autem quia existebat quæstus illorum concitauerunt seditionem non modicam in Paulum & Silam in tantum ut cum diu flagellati essent, mitterentur in imam carceris. Inde subiungit non habuit inquiens requie caro nostra sed omnem tribulationem passi sumus, foris subaudi erant pugna, intus timores, pugnae erant foris in corpore, dum sustinebant verbera & flagella, intus timores in animo, timentes ne passione eorum scandalizati hi qui crediderant, à fide recederent. Aliter foris, id est, extra carcerem in publico erant pugnae credentes, quia impugnabantur ab infidelibus, intus in carcere erant timores, ubi erant Apostoli vinciti, quia timebant interfici a persecutoribus. Referens nobis vestrum desiderium quod desiderabatis vos emendare, vel quod desideratis nos videre. Vestrum sicutum, quo defletis illos, qui à fide recesserunt, vestram amulationem pro me, id est, vestrum amorem erga me quo succensi fortiter defendere voluistis prædicationem meam veram esse, & falsos Apostolos à vobis repulisti, ita ut magis gauderem subaudi de vestra correctione, quam tristarer de vinculis meis, Non quia contristati estis subaudi accipientes Epistolam ideo gaudeo, contristati enim estis secundum Deum, qui Deum per poenitentiam sibi placari desiderat, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis, id est, in nullo quæ vobis imperamus, damnum habeatis quia si contristamur vos per Epistolam, multum prodest vobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, id est, quæ Deo placere desiderat, penitentiam operatur in salutem stabilem, id est, in vitam æternam, seculi aurem tristitia, id est, quæ pro amissione rerum temporalium est, vel pro aliquo dolore temporalis rei, mortem operatur subaudi æternam, id est, damnationem animæ. Plerumque etiam mortem corporis, quod in multis expertum habetur. Ecce enim hoc ipsum, id est, ipsa tristitia secundum contristari vos quantam sollicitudinem, id est, quantam curam operatur ne denuo in peccata similia cadatis, ubi enim sollicitudo est, non est somnolentia, securitas, vel inertia, Sed desensionem subaudi operatur, ut vos possitis defendere ab infestatione dæmonum. Sed indignationem, quia indignatur homo sibi metipsi, dum peccat, qui bonam curam habet, indignatur etiam contra peccantes, vel aliorum indignationes patienter sustinet, Sed timorem Dei operatur sed desiderium patriæ cœlestis, sed amulationem, id est, amorem Dei, studium bonum, & imitationem bonorum hominum, sed vindictam in se ipso, quia se ipsum causa delicti affigit. Dicit beatus Augustinus, quia ista conjunctio causalis, sed, in hoc loco plenum sensum non reddat, tamen apud Græcos optime resonat. In omnibus quæ vobis præcepit exhibuitis & præparasti vos in contaminatos esse negotio, id est, impollutos esse à meo præcepto, quia obedisti mihi. Tunc enim discipulus impollutum se reddit à præcepto Magistri, quando obedit iussioni illius: Si vero inobediens extiterit in aliquo, & si ab omnibus aliis impollutus existat, tamen ex inobedientia maculatur. Aliter, in hoc probastis vos immunes esse à culpa aliorum, qui errorem illorum fortiter corripuitis contaminatus enim, auctoritatem non habet in alios vindicare. Igitur et si scripsi vobis priorem epistolam, non propter eum scripsi solummodo, qui fecit iniuriam omnibus vobis, accipiendo vxorem Patris, vel propter illos, qui fraudem fecerunt fratribus, usque quo subdit, Ideo consolati sumus, subaudi, de vestra emendatione, & obedientia, atque receptione Titi. Viscera eius, id est, Titi abundantius in vobis sunt. Quidquid intra corium continetur, viscus appellari potest, filii quoque viscera dicuntur, pronuntur etiam pro nimia dilectionis affectu, sicut in hoc loco Viscera eius, id est, nimia dilectio eius, & affectus charitatis erga vos amplius abundauit, Gaudet, quod in omnibus confido in vobis subaudi quia obedientes eritis mihi.

CAPVT

## CAPUT VIII.

Hortatur eos ad ad elemosynam pauperibus qui Ierosolymis agebant prompta animo tribuendam, tum Macedonum commendatione, tum Christi exemplo admonens ut quod iam dudum facere proposuerant, id nunc pro cuiusque facultate present: & ministros collaudat quos ad eam mittit colligendam, gaudens quod Titus humanè fuerit ab eis acceptus.

**O**tum autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, qua data est in Ecclesiis, Macedonia: + quod in multo experientia tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit; et altissima paupertas eorum, abundauit in diuinas simplicitatis eorum: + quia secundum virtutem testimonium illis reddo, et supra virtutem voluntarii fuerunt, + cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, et communicationem ministerij, quod fit in Sanctos: + Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dedecrunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei, + ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum coepit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam. + Sed sicut in omnibus abundantia fide, et sermone, et scientia, et omni solitudine, insuper et charitate vestra in nos, ut et in hac gratia abundetis. + Non quasi imperans dico: sed per aliorum solitudinem, etiam vestra charitatis ingenii bonum comprobans. + Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos diuites essetis. + Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle coepistis ab anno priore: + nunc vero et facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. + Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. + Non enim ut alij, sit remissio, vobis autem tribulatio sed ex aequalitate. + In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut et illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, ut fiat aequalitas sicut scriptum est: + Qui multum, non abundauit: et qui modicum, non minorauit. + Gratias autem Deo qui dedit eandem solitudinem pro vobis in corde Titi, + quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. + Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: + non solum autem, sed et ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostre, in hanc gratiam, qua ministratur a nobis ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram: + deuitantes hoc, ne-

A.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
B.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
C.  
13.  
14.  
15.  
Exod. 15. d. 13  
16.

17.  
18.  
19.  
D.  
20.

21. quis nos vituperet in hac plenitudine, que ministratur a nobis. †  
 22. Prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram  
     hominibus. † Misimus autem cum illis & fratrem nostrum quem  
     probauiimus in multis saepe solicitum esse: nunc autem multo solici-  
     tiorem, confidentia multa in vos, † siue pro Tito, qui est socius meus,  
 24. & in vos adiutor, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria  
     Christi. † Ostensionem ergo quae est charitatis vestra, & nostra glo-  
     ria pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.

I. **N**ostram fecimus vobis gratiam Dei, id est, fidem ceteraque talia, que gratis dan-  
 A. tur fidelibus, quae gratia dñe est Ecclesia Macedonia quod in multo experimen-  
 II. to tribulationis subaudi nostrae & iuxæ abundantia gaudii ipsorum fuit & altissi-  
 ma, siue profundissima paupertas eorum abundans & excrevit in diuitias simplicita-  
 sis eorum. Beatus Apostolus cognoscens Corinthios auaros esse, & tenacissimos,  
 III. proponit eis in exemplum caritatem, & bonam voluntatem Macedonum, quam  
 habuerunt erga sanctos, qui erant Hierosolymis. Cum enim nimium essent pau-  
 peres illi Macedones, antequam venirent ad fidem, credendo in Christum ex-  
 crevit illorum paupertas in multas diuitias, quia ex eadem paupertate, quam ha-  
 bebant, statim ut crediderunt, sanctis mittere necessaria qui erant Hierosolymis,  
 & hoc simpliciter, id est, bona voluntate, & intentione fecerunt. De eleemosyna  
 ergo, & donatione, quam volebat Apostolus ut Corinthii mitterent illis, qui e-  
 rarent Hierosolymis, multa locuturus est in sequentibus. Quia secundum virtutem  
 testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt. Ordo perturbatus &  
 præposterus, testimonium illis reddo, Macedonibus videlicet, qui supra virtu-  
 tem suam voluntarii fuerunt, id est, plus voluerunt dare, quam potuissent, & se-  
 cundum virtutem possibilitatis suæ dederunt, Cum multa exhortatione obsecrantes  
 nos subaudi ut acciperent ab eis gratiam, id est, donationem, quam illis gratis da-  
 bant & communicationem ministerii quod fit in sanctis, qui sunt in Hierosolymis, &  
 non sicut sperauimus, sed semetipso dederunt, id est, non fecerunt, sicut timuimus,  
 quando nos primum posuerunt in carcere. Sperare enim hic posuit pro timere,  
 sicut & in Virgilio habetur. Nunc ego si potui tantum sperare dolorem, pro eo  
 quod est timere. Primum dederunt se Domino veniendo ad fidem, & corrigendo  
 errores suos, deinde nobis subdendo se nostro magisterio. Ita subaudi dederunt se  
 extoto Domino & nobis subditi fuerunt ut regaremus Titum, quando illum ad  
 vos misimus, ut perficiat in vobis gratiam istam largitatis, & eleemosynæ, ut sponte  
 mittatis fratribus, qui sunt Hierosolymis bona temporalia, sicut isti gratis & spon-  
 te mittunt. Non quasi imperans dico subaudi talia per aliorum sollicitudinem etiam ve-  
 stra caritatis ingenium bonum comprobans, id est, ut per istorum egenitiam approbare  
 possum bonum ingenium vestre caritatis. Ut si isti tanta miserunt, qui pauperes  
 sunt, vos plura mittatis. Scitis autem gratiam Domini Iesu Christi quam nobis contu-  
 lit, Omnia bona quæ humano generi data sunt, gratia Dei est. Quoniam enim dives  
 esset secundum diuinitatem possidens omnia cum Patre, propter vos & omnes cre-  
 dentes egenus factus est & pauper in tantum, ut non haberet, quod habent vulpes.  
 Ut illius inopia vos dimitis effetis in cœlo, & factus est homo, ut nos faceret Deos, iu-  
 xta quod per psalmistam dicit. Ego dixi dñs effetis. Et consilium in hoc do subaudi ut eius  
 paupertatem imitemini, hoc enim vobis usile est subaudi facere, quod dico, quia non  
 solum facere sed & velle cœpistis ab anno priore siue ab anno præterito. Erant aliqui apud  
 illos, qui voluntate quidem habuerunt aliquid mittere fratribus in Hierosolyma, sed  
 nihil inde fecerunt, erant & alii qui aliquid inde fecerunt, sed ad effectu non perdu-  
 xerunt. Quos omnes modo hortatur dicēs, hoc vobis utile est facere q. velle cœpistis  
 & qui ex parte facere. Nunc vero & facte proficite, i. opere adimplete. Si enim voluntas  
 prompta,

Psal. 81. v. 6.     X.

G.     xi.

*prompta, & parata est ad dandum secundum id, accepta est, quod habet, Subaudi, & dat.* Non secundum quod non habet, quia non valet illud dare, quod non habet, licet velit hoc quidem apud homines. Cæterum apud Deum ipsa voluntas bona remuneratur. *Nonenim, Subaudi, ideo talia præcipio, ut alijs sit remissio, id est, abundantia & refrigerium, sed ex æqualitate,* Subaudi, hoc debet facere. Verbi gratia: Qui habet centum solidos, quinquaginta secum retineat, & quinquaginta mittat his, qui sunt Hierosolymis, velex æqualitate, aut aliquid mittat illis, & aliquid retineat ad suos, suorumque usus. Hilarem siquidem benevolentiam decet, quæ sic suam temperet largitatem, ut de illa & refectio pauperum gaudeat, & domestica sufficientia non laboreat. Notandum ut hic distinctione sit, ubi dicit, sed ex æqualitate. In praesenti tempore, id est, in hac vita nostra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, quæ spirituialis est in ieuniis, orationibus, vestra inopia sit supplementum, id est, ut quod minus habetis in spiritualibus rebus, in ipsis habeatis, & quod illi non habent in temporalibus, vos eis ministretis, ut sit æqualitas inter vos, & illos, dantes vos illis, quod non habent, & ipsi vobis, quod non habetis. Vos illis temporalia & ipsi vobis æterna, qui maleum, Subaudi, collegit non abundauit, & qui modicum collegit non minorauit. Hoc secundum litteram dictum est de manna. Nam cum præcepisset Dominus per singula capita plenum Gomer colligi, quæ est mensura, tres sextarios continens, quidam collegerunt plus, quidam minus, sed cum præparasset sibi cibos in mortario cum pistillo, & ille qui plus collegerat & qui minus unam mensuram, postmodum repererunt plenum scilicet Gomer. Spiritualiter autem hoc vult ostendere, quia si sunt duo homines, unus diues alter pauper, licet diues plura distribuat pauperibus, quam pauper, non tam superat illius eleemosyna pauperis largitatem, sed plerumque donum paruum pauperis magis est acceptum Deo, quam diuitis magnum, quia pauper ex iunctu suo tribuit, diues ex his, quibus superabundat. Quod comprobauit Dominus in Euangelio, quando videns multa mitti in Gazophylacium à diuitibus, & duo à vidua minuta, quod est quadrans, id est, quarta pars denarii, dixit. *Vidua haec plus omnibus illis misit,* quia illi multa retinuerunt, illa vero totum victum suum misit, nihil retinens. *Cornamque & non substantiam pensat Deus,* nec perpendit quantâ in eius munere, sed ex quanto amore proferatur. *Quoniam exhortationem quidem suscepit,* Subaudi, à me, quam vobis ministravit. *Misimus* eam illo, id est, cum Tito fratrem, cuius laus in Euangelio est per omnes Ecclesiæ, Lucas, qui & Lucius tacito nomine hic intelligitur, qui iam Euangelium conscriptum habebat, mirificè, quod legebatur per omnes Ecclesiæ, & insuper actus Apostolorum. Pro quo labore ab omnibus fidelibus laudem habebat. *Non solum autem laudatur per omnes Ecclesiæ, sed & ordinatus est comes,* ac socius nostra peregrinationis. *Denitentes, & carentes hoc, ne quis nos viuperet,* & reprehendat in hac plenitudine, Subaudi, doctrinæ & miraculorum, que ministratur a nobis. Videlicet, ne quis possit dicere, bene quidem prædicat Paulus, Barnabas, Timotheus, sociique eorum, & multa miracula per virtutem Domini perficit, sed in hoc non bene agit, quia non habet curam sanctorum pauperum, qui sunt Hierosolymis, sicut alii Apostoli habent, & sicut illi præceptum est, & Barnabæ ab Apostolis, quando ad gentes missi sunt. Vnde idem Apostolus alias dicit: constituerunt inquiens Apostoli, ut nos ego & Barnabas in gentes operam docemus prædicandi, tantum ut pauperum essemus mores.

*Prouidemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Apostolus Paulus, aliquique bona coram Deo prouidebant, quia in omnibus quæ agebant, Deo placere quærebant. Prouidebant & coram Corinthiis, quia tales fratres ad eos dirigebant ad recipiendas donationes, quæ mittendæ erant sanctis Hierosolymam, qui sua pro Christo similiter reliquerunt, nec erant cupidi diuitiarum, aut amatores terrenarum rerum, ne forte occasionem

xiii.

xiv.

xv.

D

xvi.  
xvii.xix.  
E  
xx.

xxi.

F

inuenirent Corinthii dicendi. Nos multa misimus, sed illi, quos ad nos direxit, furati sunt ea, cum debuissent illa augere. Aliter coram Deo, ut diximus prouidet bona, qui Deo placere desiderat; & coram hominibus, qui sine querela incedit, ne sit nimis iustus, sed apud homines in vita sua irreprehensibilis habeatur. *Misimus cum illis, cum Tito, scilicet & luca fratrem nostrum, Subaudi, Apollo, qui vobis cum iam diu moratus est, quem probauimus sollicitum esse.* Subaudi, pro nobis postquam à vobis recessit, propter quorundam malam conuersationem, & duritiam morum. *Nunc autem multo sollicitorem.* Subaudi, probauimus illum esse pro vobis, quia audiuit vos esse correctos, & emendatos. *Isto in loco est distinguendum, & postea ad alia transcendum.* *Confidentia,* Subaudi, mihi est, *multa in vos, sine pro Tito, qui est socius meus in prædicatione, & in vos adiutor docendo, sicut & ego. siue fratres nostri Apostoli, Subaudi, adiutores vestri mihi retulerunt correctionem vestram, & conuersationem sanctam in illos, id est, in Titum, Lucam, & Apollo.* Ostendite charitatem vestram in faciem Ecclesiarum, id est, in præsentia fidelium.

## C A P V T IX.

Prosequitur hortando ad eleemosynam prompte & abundantter tribuendam: ad monens ne ex hoc inopiam metuant, sed diuinæ fidant prouidentiæ: variisque recenser illis eleemosynæ fructus.



*AN de ministerio, quod fit in sanctos, exabundanti est mihi scribere vobis. † Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis gloriò apud Macedones. Quoniam Ἕ Achaia parata est ab anno praterito, Ἕ vestra emulatio prouocauit plurimos. † Misi autem fratres: ut ne quod gloriamur de vobis, evanescetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis: † ne cum venerint Macedones tecum Ἕ inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hac substantia. † Necessarium ergo existimai rogare fratres, ut præueniant ad vos, Ἕ præparent re promissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tamquam auaritiam. Hoc autem dico: Qui parcer seminat: parce Ἕ metet: Ἕ qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus Ἕ metet. † Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. † Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, † sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in saculum facili. † Qui autem administrat semen seminanti: Ἕ panem ad manducandum præstabit, Ἕ multiplicabit semen vestrum, Ἕ augebit incrementa frugum iustitia vestra: † ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, qua operatur per nos gratiarum actionem*

*Ecl. 35 b. II.*

*8.*

*C*

*9.*

*Palm. iii. b. 9.*

*10.*

*D*

actionem Deo. + Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea qua defunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, + per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & + in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. + Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

12.

13.

14.

15.

**A** Bundanti, id est, ex superfluo mibi est scribere vobis. Quoniam Achaea, id est, pars Achaiae videlicet, qui extra Corinthum metropolim ciuitatem habitant. Ut non dicamus vos in hac substantia, defectus dictionis; vel sententiae in hoc loco est non modicus, & huiusmodi, ut non dicamus vos in hac substantia, Subaudi, carnali & temporali minus fecisse, qui in omnibus perfecti estis bona voluntate florentes. Necessarium ergo existimauit rogare fratres Titum videlicet, & Sylam, & Apollo, ut praeueniant, Subaudi, nos ad vos. Sic, Subaudi, date illam donationem, quasi benedictionem, id est, benevolentiam, & ex charitate non quasi auaritia, id est, non auarè, sed sponte date. Quiparce seminat, parce & metet. Parcere aliquando pro dimittere ponitur, ut illud Virgilii, parce cytharea metu, vel dimitte metu. Aliquando pro seruare, ut ibi, hinc canere incipiam, quanta experientia sit parcis apibus, parcæ enim dicuntur apes, quasi seruatrices, eo quod seruant sua mella. In hoc autem loco per hoc quod dixit, aduerbialiter parcè, voluit significare auarum hominem, cui extorquetur cum violentia, ut aliquid largiatur. Ergo qui parcæ seminat parce & metet, id est, qui parum tribuit, parum accipiet mercedis, sicut & ad literam ille, qui parvum seminat, parum colligit. Et quis seminat in benedictionibus, i. qui largitur eleemosynam pauperi cum benevolentia, bonaq; temporalia distribuit, & sinceritate mentis, ut neq; laudem humanam exinde requirat, neq; illum, cui aliquid tribuit, velit per hoc sibi subditum facere, de benedictionibus & metet. Hoc de bona voluntate mentis accipiet mercedem æternæ beatitudinis ille in benedictione seminat, qui bona voluntate sub spe æternæ remunerationis hoc agit. *Vnusquisque pro ut destinavit corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate;* id est, quantum disposuit in animo suo dare Deo, & pauperibus, tantum tribuat, quia melius est non promittere corde, aut verbö, quam promissum non adimplere. Docet autem Apostolus læto animo eandem eleemosynam vel votum perficere, quia ex omnibus his, qui inferunt aliquid, hunc elegit Deus, cui tribuitur qui de uoto corde hoc operatur. Vnde hoc præcipit: Non ex tristitia, inquiens, animo hoc faciat aliquis vestrum, aut ex necessitate, id est, coactus, atque inuitus & non spontaneo desiderio. Ex tristitia hoc adimpleret, & ex necessitate, qui non sperat se mercedem accipere, sed propter præsentem pudorem, & verecundiam hoc agit inuitus, ne aliis, id est, egentibus, ipse auarus, & turpis videatur, ideoq; ex hoc non fruetur mercede æterna. Dicit enim beatus Augustinus, quia si panem dederis tristis, & panem, & meritum perdis. Quoniam in præsenti amittis, quod tribuis, & in futuro mercede carebis. Læto vero animo eleemosynam erogat pauperi, qui certus est de remuneratione æternorum præmiorum, quam dedit ei Deus, apud quem thesaurizat. Hilarem enim datorem diligit Deus, hilarem decet esse, qui Domino speratur, & ille placet Deo, qui quod tribuit, postmodum non dolet, quasi amissum, sed duplicato quasi gaudet. Potens est n. Deus oem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnib. semper omnem sufficientiam & abundantiam habentes abundetis in omne opus bonum. Nolite, inquit, diffidere, neq; desperare de remuneratione si hilari animo eleemosynam impenditis quia potens est oem gratia abundare facere in vobis, scilicet ut in præsenti abundetis, fide, spe, charitate, scientia diuina, omniq; substantia temporalis, & insuper in futuro æternam felicitatem tribuere: hoc enim erit

I.  
A

v.

VI.

B

VII.

VIII.  
C

## II. AD CORINTH.

erit abundare in omni opere bono. Sicuti retinent quod sufficit, ad suam frumentorumque explendam necessitatem, & cætera in usum sanctorum vel pauperum impendant, sicut scriptum est, Vbi est hoc scriptum? in Psalmo centesimo undecimo, de quolibet iusto eleemosynis dedito, & curam pauperum agenti. *Differit dedit pauperibus iustitia eius manet in æternum.* Iustitiam hic appellat largitatem substantiae temporalis, vel mercedem eiusdem substantiae distributæ, quæ largitas bene iustitia appellatur, quia iustum est, ut sicut terra omnibus hominibus communiter à Deo data est ad possidendum, & sicut calor solis, & humor pluviorum omnibus communiter tribuitur à Deo, ita etiam quæ in terra Dei dono nascuntur, communiter dispensent, & communiter vntantur. Et hæc iustitia, ut quia Deus illud gratis dat, retribuat ex eo & homo, cui dedit. Notandumque, quod Deus de utero sancto, quia dispersit, & diuisit substantiam sibi à Deo datam, & dedit pauperibus, qui non haberent quod ei redderent in præsenti, & diuitibus huius sæculi, à quibus sperarent eadem iterum aut plura recipere, & quoniam usus præcepto Domini dicentis, *facite vobis amicos pauperes de mammona iniquitatis.* Idcirco iustitia eius, id est, merces largitatis eius & retributio ipsius iustitiae manet in æternum, quia ibi posuit diuitias suas, & ibi thesaurizauit, *vbi fures non effodiunt nec furantur.* Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit & augebit incrementa vel augmenta frugum iustitiae vestre. Hoc dupliciter intelligi potest, & iuxta litteram, & iuxta spiritualem intelligentiam, Omnipotens Deus qui administrat homini semen ad seminandum, si eleemosyna fuerit deditus, ipse præparabit ei panem ad manducandum ex semine, & multiplicabit semina eius in terra, ut qui seminat quinque modios, colligat quinquaginta. Qui decem, ut colligat centum, & multiplicabit augmenta frugum iustitiae vestræ, id est, substantiæ vestræ, qui bene iustitia appellatur. Aliter: Deus qui administrat homini semen seminanti, id est, substantiam temporalem, unde eleemosynam possit erogare, ipse utique parabit ei in futuro panem ad manducandum, æternam scilicet facietatem, quæ erit visio præsentissima vultus omnipotentis Dei. De quo pane dicit Dominus in Euangelio: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Et Psalmista de eadem facietate: *Satiabor,* inquit, dum manifestabitur gloria tua. Et non solum ibi parabit æternam facietatem, sed hic multiplicabit substantiam eius, sicut supra diximus, ut habeat unde valeat eleemosynam largiorem impendere, pro quo augebitur illi augmentum, id est, merces & retributio iustitiae eius. Ergo quia omnia bona, quæ habemus, Dei sunt, & semina & nascentia, & Dei nutu crescunt, pullulant, & multiplicantur ad usum hominum, & ipse præcipit de his communicari eis, qui indigent. Debemus dare ista temporalia, ut mereamur accipere æterna, sicut plurimi sanctorum fecerunt, inter quos partem beatæ remunerationis beatissimus martyr Christi Laurentius obtinet, qui verus dispensator temporalium diuitiarum existens, meruit posside pœcœlestes & æternas, atque inmarcessibiles. *Vt in omnibus locupletari, & diuites effecti, abundetis in omnem simplicitatem, que simplicitas operatur Deo gratiarum actionem per nos,* qui eius prædicatores sumus. Ea intentione, & simplicitate debet homo eleemosynam impendere, ut non querat illum, ubi subiectum facere, cui tribuit, neq; laudem ab hominibus querere, *Glorificantes Deum in obedientia confessio-nis vestre.* Obedientia confessionem præparat homini, quando quia licet homo taceat, cui imperatur in hoc quod obedit, opus eius ostendit, & confitetur illum esse obedientem. In Euangelium quoq; Christi glorificate Deum quia Euangelium hoc præcipit, *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, & in simplicitate cordis vestri.* Subaudi, glorificate Deum, de qua simplicitate paulo supra diximus, & in ipsorum obsecratione pro vobis, quibus eleemosynam præstiteritis, glorificate Deum, quia illi obsecrabunt, & laudabunt Deum pro vobis.

**Luc. 16. v. 9.**

**Matth. 6. v. 19.**

**X.**

**D**

**Luc. 14. v. 15.**

**Fsal. 16. v. 15.**

**XL**

**Luc. 16. v. 9.**

**xiv.**

**CAPVT**

C A P V T   X  
C A P V T   X.

Incipit suam aperire potestate, & exaltatos pro Christo labores propter pseud-apostolos, qui ipsum deprimentes & abiectum prædicantes, fructum prædicationis eius impediabant.

**P**SE autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilisum inter vos, absens autem confido in vobis. † Rogo autem vos ne presens audeam, per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulemus. † In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. † Nam arma militia nostra non carnalia sunt, sed potestia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi. † in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. † Qua secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos. † Nam, & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, & non in destructionem vestram non erubescam. † Ut autem non existimatquam terrere vos per Epistolas: & quoniam quidem Epistola, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis, infirma, & sermo contemptibilis: & hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per Epistolas absentes, tales & præsentes in facto. † Non enim audemus inserrere, aut comparare nos quibusdam, qui seipso commendant: sed ipsi in nobis nosmetipso metientes, & comparantes nosmetipso nobis. † Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regula, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertinendi usq; ad vos. † Non enim quasi non pertingentes ad vos, super extendimus nos: usq; ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi, & non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestre, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam, & etiam in illa, que ultra vos sunt, euangeliare, non in aliena regula in ijs qua preparata sunt gloriarri. † Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur. † Non enim qui ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Ephes. 4. b. 8.

D

13.

14.

15.

16.

17.

Jerem. 9. g. 25.  
1. Cor. 1. d. 34.

18.

200

**R**O GO autem, Subaudi, ut corripiatis, vos neprafens audem, Subaudi, vos redarguere, peream confidentiam, id est, auctoritatem, qua existimor audere in quosdam, Subaudi, qui peccauerunt. Quia arbitrandur nos tanquam secundum carnem ambulamus, id est, tanquam carnaliter viuamus, & carnalia praecepera demus. In carne enim ambulantes, id est, in corpore vitam ducentes, Non secundum carnem militamus, id est, non carnaliter viuimus, sed spiritualiter. Spiritualiter enim viuit, & militat, qui facit, q̄o placet Deo. Carnaliter autem viuit, & secundū carnē militat, qui desideriis carnis obtemperat. Nam arma militia nostra, quib. militamus contra Philosophos, & cōtra dæmones, non sunt carnalia, sicut est lorica, galea, mero, hasta, clypeus, & cetera talia, sed potentia Dei. Quidam codices habent potentia Dei; quidam, potentia Deo, quod vtrumque accipi potest hoc modo, arma nostra non sunt arma carnalia, vel vt singulariter dicamus, non est gladius noster carnalis, sed potentia Dei ipse est gladius noster, quia per virtutem & potentiam illius superamus dæmones & malignos homines. Aliter: arma nostra non sunt carnalia, id est, infirma & corruptibilia, atque flexibilia, sed potentia Dei, sunt nostra arma, id est, possibilia sunt, & fortia ad pugnandum per Dominum. Arma ergo Apostolorum, quibus militabant contra Philosophos, verbum prædicationis erat, de quo alibi dicitur, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, virtus quoque miraculorum gladius erat illorum. Contra dæmones vero oratione, ieiuniis & vigiliis pugnabant ad destructionem manitionum, Subaudi, dæmonum & Philosophorum, & sumus nos his parati, destruentes consilia Philosophorum, & consilia dæmonum, quibus inspirabant in cordibus persecutorum persecutionem contra nos excitari, & destruentes omnem altitudinem, id est, omnem superbiam, extollentem sa aduersus scientiam Dei, & sumus nos redigentes in captiuitatem omnem intellectum hominum in obsequium Christi, id est, in culturam, & religionem eius. Ista captiuitas in bonam partem est accipienda. Diabolus ergo persuasione captiuauit primum hominem, quando illum sibi subdidit, & postea omne genus eius in tantum, vt idola eis suaderet adorare pro Deo vero, sed ipsam captiuitatem humani generis, quam diabolus captiuauerat ad mortem, Apostoli per arma prædicationis & virtute miraculorum captiuabant ad Christum, & ad vitam æternam. Nam sicut quilibet Imperator terrenus armat milites suos, & per illos subiugat sibi regna, & regiones, & prouincias, ita Christus armauit milites suos Apostolos, spiritualibus armis, & per illos subdit sibi poene omnes gentes, & sumus nos habentes in promptu, id est, infesta voluntate vlcisci omnem inobedientiam. Cum impleta fuerit vestra obedientia, hoc ita est distinguendum, & postea quod sequitur inferendum, & potest dupliciter intelligi, id est, hanc voluntatem habemus, vt vlciscatur vestra inobedientia quam hactenus habuistis per obedientiam bonam tunc enim vindicatur, & vlciscitur inobedientia, quando ei superponitur obedientia. Aliter: hanc voluntatem habemus, inquit, vt cum vos impleueritis vestrā obedientiam qui perfectiores, & bona voluntatis estis, nobis quoque in omnibus obeditis, tunc vlciscatur illorum inobedientia per nos, qui designati sunt vobis cum aliquid mittere sanctis, qui sunt Hierosolymis, vt essent participes vestrum manerum. Quæ secundum faciem sunt videte, id est, quæ in præsentia dicuntur à nobis in superioribus, & inferioribus vos intelligite, & perpendite. Vt autem non existimer, subaudi, à vobis, tanquam terrere vos volens per Epistolæ istas. Quoniam quidem, inquit, Epistolæ graues sunt in correptione, & fortes in obseruatione, præfensiæ autem, id est, forma illius in præsentia posita infirma, siue despecta est, & sensu illius contemptibilis, siue despabilis. Ex persona quorundam loquitur, qui talia dicebant de illo, & ideo dicit, quoniam quidem illi inquiunt, non enim quæ non habentes potestatem pertingendi ad vos in prædicatione super extendimus nos prædicando usque ad vos, Usque ad vos enim peruenimus prædicando in Evangelio. Habetus etiam spem in abundantia fidei vestra etiam in illa, Subaudi, loca, Evangelizare, que ultra vos sunt, non tamen habemus spem, neque voluntatem gloriari in alijs regnjs, id est, in ipsis, qui per alterius prædicationem crediderunt, & regulam siue

**Que rectitudines fidei percepérunt.** Neq; in his locis *qua preparata sunt ab aliis volumis gloriari*, ne super alienum fundatum edificare videamur. *Ista sententia* licet tota sit in latine sermone confusa, & concatenata, ac multa desint in subaudi-  
tionibus, tamen apud græcos plenior & manifestior habetur in seniū, verum est  
queq; quod ipse dixit: *Si imperitus sum sermone, sed non scientia. Qui gloriarunt in Do-*  
*mino glorietur.* Beatus Apostolus sciens omnia bona nos à Deo habere, quæcumq;  
habere possumus, siue in natura, quia ab illo facti sumus, siue instituto, siue in omni  
conuersatione sancta in fide, in spe, in charitate, in bonis moribus, in iustitia, in  
timore Dei, totaq; esse ex illius donis, sine aliquo merito, abstulit gloriam huma-  
nam, & superbiam, quæ se dicunt multi à se, suisque meritis habere, quod habent,  
& dici: *Qui gloriarunt in fide, in prædicione, in virtute miraculorum, aut in a-*  
*liquo bono, quod habet, non in se glorietur, sed in Domino, id est, ad gloriam Dei*  
*zotum referat, & illius gratiæ reputet, à quo accepit illud, vt ergo essemus, Dei mi-*  
*sericordia est, ergo si omnino nihil eramus, antequā essemus, nihil promeruimus*  
*apud Deum, ut essemus, & non fecit nos ipse, vt boni essemus, dedit nobis, vt*  
*simus, & potuit illud dare, vt boni simus. Si ipse dedit vt simus, & alius dedit vt*  
*boni simus, melior est ille, qui mihi dedit, vt bonus sim, quam ille qui mihi dedit*  
*vt sim. Porro quia nemo in misericordia largior, à quo accepimus vt essemus, ab*  
*illo accepimus, vt bonum essemus. Quapropter omnes debemus cum Psalmista*  
*dicerē: Deus meus misericordia mea. Non enim qui scipsum commendat ille probatus est,*  
*sed quem Deus commendat. Commendatio plerumque pro laude ponitur, sicut in*  
*istō loco & alibi, vbi dicit idem Apostolus: Ego debui à vobis commendari, id est,*  
*laudari. Et commendamus nos vobis, id est, nos laudamus nos apud vos; proba-*  
*tus autem idem est, & probus, & laudabilis siue laude dignus. Non, inquit*  
*Apostolus, qui scipsum commendat, & laudat apud homines, ille probatus, sua*  
*laude dignus est, quia vanam gloriam patitur, sed quem Deus commendat, id est;*  
*laudabilem reddit, ille laude est dignus.*

## CAPUT XI.

Propter Pseudapostolos peruerentes Pauli prædicationem metuens Corinthiis;  
ostendit quare nihil subsidij ab eis acceperit: deinde ut ostendat plus fidei  
sibi tribuendum esse, quam illis: sua recenset encomia: & primum aduersa  
quæ perpessus est, prædicando Christi fidem, & labores ac solicitudines.

**V**tinam sustineretis modicum quid insipientia mea,  
sed & supportate me: + Emulor enim vos Dei amu-  
latione. Despondi enim vos uni viro virginem ca-  
stam exhibere Christo. + Timeo autem, ne, sicut ser-  
pens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumptur  
sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. + Nam  
si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicauimus;  
aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud Eu-  
angelium, quod non recepistis: recte pateremini. + Existimo enim ni-  
bil me minus fecisse à magnis Apostolis. + Nam et si imperitus ser-  
mone, sed non scientia: in omnibus autem manifestati sumus vo-  
bis. + Aut nunquid peccatum feci, me ipsum humilians, ut vos ex-  
altemini? quoniam gratias Euangeliū Dei euangeliū vobis?  
+ Alias Ecclesias expoliavi, accipiens stipendium ad ministerium

vestrum. + Et cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui :  
 nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerunt à Ma-  
 cedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruavi, & seruabo. +  
 Est veritas Christi in me, quoniam hac gloriatio non infringetur in  
 me in regionibus Achaia. + Quare? Quia non diligo vos? Deus  
 scit. + Quid autem facio, faciam: ut amputem occasionem eorum,  
 qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut &  
 nos. + Nam eiusmodi Pseudoapostoli, sunt operarii subdoli, transfi-  
 gurantes se in Apostolos Christi. + Et non mirum: ipse enim sata-  
 na transfigurat se in Angelum lucis. + Non est ergo magnum, si  
 ministri eius transfigurentur velut ministri iustitia: quorum finis  
 erit secundum opera ipsorum. + Iterum dico, (ne quis me putet insi-  
 pientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut ego modicū  
 quid glorier) + quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi  
 in insipientia, in hac substantia gloriae. + Quonia multi gloriantur  
 secundum carnem: & ego gloriabor. + Libenter enim suffertis insi-  
 pientes: cum sitis ipsi sapientes. + Sustinetis enim si quis vos in ser-  
 uitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si  
 quis in faciem vos cedit. + Secundum ignobilitatem dico, quasi nos  
 infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet. (insipientia dico)  
 audeo & ego: + Hebrai sunt, & ego: Israelites sunt, & ego: Semen  
 Abrahæ sunt, & ego: + Ministri Christi sunt, (ut minus sapiens  
 dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in  
 plagiis supra modum, in mortibus frequenter. + Iudeis quinques  
 Deut. 25. a. 3. quadragenas, una minus, accepi. + Ter virgis casus sum, semel  
 Actor. 16. a. 22. lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris  
 Actor. 14. c. 18. fui, + in itineribus sape, periculis fluminum, periculis latronum, pe-  
 ricolis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, pericu-  
 lis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: + In  
 labore & arumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in iejuniis mul-  
 tis, in frigore & nuditate: + prater illa que extrinsecus sunt, instan-  
 tia mea quotidiana, solicitude omnium Ecclesiarum. + Quis infir-  
 matur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?  
 F + Si gloriari oportet: qua infirmitatis meas sunt, gloriabor. + Deus  
 30. & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sacula,  
 31. scit quod non mentior. + Damasci propositus gentis Arethæ regis,  
 Act. 9. d. 24. custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehendenderet:  
 33. + & per fenestram in portadimissus sum per murum,  
     & sic effugim manus eius.

Vtinae

**V** Tunc sufficeret modicum quid insipientie meæ, venientibus pseudo Apostolis ad Corinthios, post discessum Apostoli, & dicentibus, Apostolū non esse à Deo missum, quia non fuerat à Christo vocatus ante eius ascensionē, nec non ab illo edocetus, insuper & contraria prædicare prædicationi aliorū Apostolorū, quos magnos Apostolos vocabat, auerterū plurimos ab amore Apostoli, quos ad amorem suū traxerunt, dicentes se missos à magnis Apostolis, à Petro, Andrea, Iacobo, ceterisq; aliis Apostolis, ergo volens eos iterū ab amore eorum separare, & suum reuocare, qui fidem Christi primus in illorū cordibus infixerat, laudabat se, coactus verbis, sed non corde, neq; sensu, quia sciebat nihil se proficere propter laudem humanā, nisi tantū, ut illi ab eius prædicatione nō recederet, & quia apud homines stultum & insipientia est, ut aliquis se laudet, maxime cū Salomon dicat: *Laudet se alienus, & non os tuum extraneus & non labiatua.* Volens ipse laudare se ob causam supradictam, nē daret aliis occasionem laudandi, dixit; *Vtinā sustincretis patienter Corinthi modicū quid insipientiæ meæ, i. modicā insipientiā meam;* q; me laudo. Sed & supportate me, i. sustinetis insipientiam meā in hac parte laudis, quasi diceret, si vultis patienter sustinere verba mea, dicā & si non vultis, vtq; nō ideo omitto dicere, quod in animo deliberatū habeo, & hoc quare? *Emulor enim vos Dei emulazione, æmulari est inuidere, imitari, amare, & studium habere.* Sed & in hoc loco pro amare ponitur: *æmulari vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Paulus Apostolus despontauit Corinthios non sibi, sed Christo per prædicationem suam, & per fidem, sicut Moyses despontauit in Ægypto plebēm Israeliticam non sibi, sed Deo, vnde præceptum est ei, ut tolleret calciamēta de pedibus suis. Signum ergo desponsationis est anulus, quo despontauit, siue despontet Apostolus Corinthios Christo: fides fecit Domini Saluatoris, quam ministravit eis. Vnde dicit, desponti enim vos vni viro Christo, exhibere vos volens virginem castam illi, integratatem fidei serpantes. Virginitas enim ista potius est mentis integritas, quam corporis. Si ergo attendimus virginitatem corporis, multo plures sunt in Ecclesia virgines mente, quam corpore. Et multæ sunt ex his, quæ integratæ corporis adhuc habent, quæ mente & desiderio iam nupserūt. Quapropter melius est vniuersalem Ecclesiam quæ constat ex vtroq; sexu, & ex vtroq; virginem castam esse appellatam, quæ & sponsa est Christi, de quo Ioannes ait: *Qui habet sponsam sponsus est.* Quicunq; ergo in Ecclesia integratam fidei habet, quam bonis operibus exornat, virgo casta est & si non corpore, tamen mente. Ideoq; sponsa est Christi. Qui vero virginitatem vtramq; Deo propitiante castè, inuiolateque seruauerit, sicut plurimi sanctorum fecerunt ex vtroq; sexu, illi vtq; palmam obtinebūt, quam nemo conjugatorum possidebit, & si sexus foemineus, qui tantū est fragilis, & proclivus, obseruat; quanto magis illi qui à virtute, viri nuncupantur. *Timeo autem ne sicut serpens Hennam seduxit astasia sua,* id est, ne sicut diabolus induitus serpente seduxit mulierem sua calliditate, & per mulierem decepit virum, ita modo corrumpantur sensus vestri per pseudo Apostolos qui sunt ministri diaboli, & excidant.

*Proa. 27. ver. 25.*

II.

B

III.

XIX.

*Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes.* Apostolo transeunte à Corinthiis ad alias nationes, qui hic appellantur insipientes, quia & circumcisionem celebant obseruare, & Sabbathi otium, ceteraque præcepta carnalia legis, & Evangelii gratiam tenere, in hoc quoque insipientes vocantur, quia non pro mercede æterna, neque pro salute auditorum prædicationi insistebant, sed pro lucris temporalibus, ut illos expoliare possent, & pro laude humana, dicentes Apostolum non esse verum prædicatorem, eo quod à Domino per presentiam carnis non fuerat vocatus, & alia dicebant, volentes eos ab amore Apostoli ad suum amore retrahere, quod & fecerunt, plurimos simplicium, quos Apostolus ironicos allocuit, dicens: libenter suffertis insipientes, cū sitis ipsi sapientes, quanquam etenim quidam hunc versiculum ita exponant, ut sit sensus quasi eos veraciter appellat sapientes. Miror cum sitis sapientes, sustineatis libenter insipientes. Beatus Augustinus taliter exponit, destruens hunc sensum & ironicos intelligens eos appellat

## II. AD CORINTHIOS

238

tos esse sapientes. Cum sitis, inquit, o Corinthii, insipientes, putantem vos esse sapientes, non est mirum si patiens pseudo Apostolos *Sustinetis enim si quis vos in servitatem redigit.* Iudaei qui venerant a Iudea, qui vtrumq; volebant agere, & iudicare, & Euangelium obseruare, volebant credentes in seruitutem redigere legis, ut obseruarent Sabbathi orium, & irent Hierosolymam offerre legales hostias, & maxime ut circumcisio obseruarent, dicentes: nullo modo eos posse salvati, sine circumcisione. Præcipue cum hoc non solu legis sit præceptum, sed longe ante legem familiari allocutione dixerit Deus ad Abraham: *Masculus cuius caro circumcisita non fuerit peribit anima eius de populo suo.* In hanc ergo seruitutem legis, & impedimentum carnis volebant Iudaei Corinthios redigere, quibus ipse dicit: *Sustinetis enim, id est, patienter suffertis, si quis vos in seruitutem legis vult redigere. Si quis deuorat, Subaudi, substantiam vestram, patienter sustinetis.* Pseudo Apostoli suis adulationibus, & laudibus expoliabant illos, quos decipiebant & in conuiuis plurimis, diripiebant eorum bona, erantq; illi contenti deuorari res suas a deceptoribus. *Si quis accipit.* Ac si dicat: Si quis rapit vestra bona a vobis, & accipit sibi, Vnde & aues rapacissimæ, quæ latino vocabulo accipitres vocantur, græce ἀρπαζει, id est, raptore appellantur, eo quod sibi accipiunt, & aliis rapiant, atque hoc modo accipere est aliquid dolo capere. *Si quis extollitur.* Subaudi, in superbiam, extollentia est superbia, hos, inquit, Apostolus patienter sustinetis, qui se extollunt de scientia legis, & in superbiam eriguntur de utilitate generis. Quod autem sequitur. *Si quis in faciem vos cedit.* Hic est distinguendum, & postea subinferendum secundum ignobilitem dico, & ibi similiter distinguendum. Nam licet per se singulæ sententiæ sub distinctione proferantur, tamen cum dixit, si quis in faciem vos cedit, exposuit, quid esset in faciem cedere, cum subiunxit. *Secundum ignobilitem dico.* In faciem etenim cedere est improperare aliqui ignobilitem generis. Sicut Iudaei improperabant Corinthios, ignobiles esse genere, quorum Patres semper idololatriæ fuerunt, dæmones, & lapides semper pro Deo venerantes, se autem præferebant, iactantes, quod de genere Patriarcharum originem ducerent, de quorum stirpe Christus secundum carnem natus esset; Magna siquidem stultitia est, & ignobilitas, aliquem per regenerationem aquæ Spiritus sancti Filium Dei effectum, iactare aliquid de nobilitate generis; Maxime cum Dominus dicat, omnes nos fratres esse. Quamvis autem hunc versiculum ita exponant, quasi ad Apostolum pertineat, ut sit sensus, ignibilem rem ago, quod aliquid de nobilitate generis me extollo: non conuenit iste sensus, quia nondum peruenit ad illum locum, ubi dicturus est de genere Patriarcharum esse, sed eo modo intelligendum est, ut diximus, & ne forte aliquis putaret, quod pugnis, aut aliquo modo in faciem corporis diceret eos cedi, ideo taliter locutus est. Si quis inquiens in faciem, id est, præsentia cedit improperando aliquid de ignobilite generis, patienter sustinetis, & præferatis illos nobis. Secundum autem ignobilitem generis, dico vos in faciem, siue in præsentia cedi non pugnis. *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Subaudi, generis. Sic præferuntur nobis illi, & pro nihilo ducimur a vobis, de se loquens Apostolus, & sui causa sub introducit personam Barnabæ socii sui, qui ex eodem genere Iudaico erat, ita ergo se præferebat falsi Apostoli ex Iudeis Apostolo Paulino, & Barnabæ, quasi nobiliori genere orti essent, quam illi, & quasi de dispari generi nati essent illi duo, ita despiciebant eos. Inde dicit Apostolus quasi nos infirmi, & ignobiles sumus in nobilitate generis, sic se præferunt nobis, & ita etiam a vobis præferuntur nobis. Sed reuera illi sunt potius infirmi in haec parte generis, qua se gloriantur, qua dicentes se filios esse Abrahæ secundum carnem, non sunt veraciter filii Abrahæ per fidem, quoniam non sunt imitatores eius. Nos autem sumus firmi & nobiles, quia existentes filii Abrahæ secundum carnem, sumus per imitationem fidei, & operationis. Et iste versiculus per se est præferendus, & distinguendus: *In quo, Subaudi, negotio, quis audet, Subaudi, gloriari (in insipientia dico) Audeo & ego gloriari.* Ac si diceret alius verbis, *Audente*

xx.  
viii. 17. v. 14.  
D

xxi.  
E

F

**aud**ent illi gloriari in nobilitate generis, licet insipienter dicam, **audeo & ego** gloriari de nobilitate generis. Ideo autem ait in insipientia dico, quia stultum videatur quantum ad homines pertinet, & in insipientia, ut aliquis sibi meti ipsi testimonium laudis ex aliquo perhibeat. Apostolus tamen non erat insipientis, quia non sponte hoc agebat, sed coactus neque pro laude humana, sed ut Corinthios sua laude ad amorem suum retraheret ab amore pseudo Apostolorum, vel in insipientia dicit se gaudere, gloriari de nobilitate generis, ut illorum gloriam evacuet, qui se iactabant, quod filii essent Abrahæ, quia insipienter agebant. In prudenter etiam se pronunciat, & insipienter agere, in hoc, quod se laudat, ne illi prudentes videbentur in hac parte, aut nobiles, qui se extollebant de nobilitate generis. **Hebrei sunt** illi, & ego Hebreus, Hebrei dicuntur ab Eber, Patriarcha suo, inde dicit Apostolus, gloriantur illi de nobilitate carnis, quod sunt Hebrei, & ego similiter Hebreus sum. **Israelita sunt** illi de genere Iacob Patriarchæ, qui & Israel est appellatus, & ego vero Israelita sum, qui Deum mente contemplor. **Semen Abraha sunt** amici Dei, & ego similiter. **Ministri Christi sunt** illi, & ego similiter. Minister Christi dicitur, quisquis Euangeliū prædicat (ut minus sapiens dico) plus ego, Subaudi, sum minister Christi, quam illi, quia & ego plus omnibus labore, & quicquid prædico opere exorno. Illi vero licet in quibusdam rebus videantur prædicare, tamen non sunt veri ministri Christi, quoniam quod prædicant ore, destruunt operibus. In hoc autem appellat se minus sapientem esse, quam debebat, quia se laudabat dicens, plus se esse ministrum Christi, quam illos. Et eò modo, quo se dixit supra, in insipientia agere, eo minus nuncupare. **In laboribus plurimis**, Subaudi, desiderio Christi, & est sensus: in hoc apparet plus me esse ministrum Christi, quam illos, qui licet illi, qui mihi se præferunt, in aliquo laborauerint, tamen plus ego laboraui; quia plurimis laboribus die, noctuque deserui. Tradunt sancti Doctores, quod Apostolus è mane vel à pullorum cantu, usque ad quintam horam labori manuum insistebat, vnde victum acquireret, & exinde usque decimam horam publice disputabat. Plerumque tamen & in noctem pertrahebat sermonem, sicut tunc fecit, quando Eutychus somno grauatus cecidit per fenestram de solario. **In carcere abundantius**, Subaudi, fui inclusus quam illi. Et est sensus, & si illi fuerunt in carcere, quos vos extollitis à Corinthii, ego plus quam illi. **In plagiis supra modum**, Subaudi afflictus sum, saepē plagatus est Apostolus à Iudeis & gentibus, & virgiscæsus, & si illi, inquit, plagi sunt, ego amplius. Quæstio est in hoc loco, cum Apostolus alibi dicat: **Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis**, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. Quare hic dicat supra modum in plagiis esse afflictum. Quæ, ita soluitur, quia multa sustinuit ipse supra modum humanum & supra virtutem humanæ fragilitatis, sed non supra virtutem diuinam. Ideoque potuit ea sustinere, & superare, quia virtus omnipotentis administrabat ei fortitudinem sufferendi. **In mortibus frequenter**, Subaudi, fui positus, & si saepē fuit in mortibus, quomodo viuebat? In mortibus dixit pro eo, quod est in periculis mortis, & in desperatione vitæ. **A Iudeis quinques quadragenias**, Subaudi plagas, una minus accepi. Præceptum erat in Deuteronomio, ut quem delinquentem iudices verberabant, tam modum vindictæ temperarent, ut plagarum numerus quadragenarium numerum minime transcederet, ne fæde coram eis frater eorum laceratus iaceret. Quod ergo per quinque vices factus est, hic summam tangent Apostolus. Nam quinques flagellatus, à Iudeis accepit plagas triginta nouem secundum legem Moysi, quasi transgressor eiusdem legis. Refert autem B. Beda, librum datum esse Roma per Chuldonium orientalium, Anglorum antistitem, in quo erat omnes labores, passiones, & poenæ Apostoli depictæ per loca oportuna, inter quæ omnia erat depictus Apostolus, qua fœde nudatus iaceret in terra, & superastabat ei tortor, quadrifidum habens flagellum in manu. Sed vna ex fidibus in manu sua retentam, tres reliquas ad ferendum habebat extensas. Si enim quaternis fidibus percuteret, decies quadraginta plegas faceret: Si vero

xxii.  
G

Cor 10.v.13.

H

xxiv.

ternis tredecies feriret, triginta nouem ictus impleret. Vnde si nouies feriret quater  
nis fidibus, & decima vice ternis, vnde quadraginta plaga daret. *Ter virga cæsus  
sum*, hoc à gentibus passus est. Hæc autem in actibus Apostolorum non omnia  
reperiuntur, quæ nec eius Epistolis omnia continentur, quæ in eadem historia  
habentur. Inuenimus tamen ibi, quia cum venisset in partes Macedoniæ, & es-  
set in ciuitate Colonia, iussus est virginis cædi, & alia vice iussit eum tribunus gen-  
tilium introduci in castra, & flagellari, ac torqueri flagris. *Semel lapidatus sum*,  
lapidatus est in lystris ciuitate Macedoniæ pro puella, de qua eiecit spiritum di-  
uinationis, quæ magnum quæstum præstabat Dominis suis. *Ter naufragium fe-  
ci*, Naufragium dicitur nauis fracta, & quod dicit ter naufragium feci, sic vi-  
dentur verba sonare, quasi ipse fecisset illud naufragium. Sensus est: ter nau-  
fragium feci, id est, ter naufragium pertuli. Qui ergo sapissime nauigio ve-  
hebatur per mare, non est mirum, si totiens naufragium passus est *Nocte & die  
in profundo maris fui*. Licet quidam dicant, beatum Apostolum non esse in ma-  
re demersum, ibique in profundo aquarum negent nocte, ac die mansisse.  
Tenenda est certa fandorum Patrum traditio, qua in veritate casu prolapsus  
est in profundum maris, vbi circum septus fluctibus dies simul, & nocte. Post  
Deo gubernante liber ad terram rediit.

Numquid ergo ipse, qui in exitu filiorum Israhel de terra Ægypti ma-  
rediuisit in diuisiones, & postea Iordanem, & torrentem. Annon, qui etiam  
seruauit Ionam in ventre ceti, & Petro mare calcabile præbuit, non potuit et-  
iam militem suum, egregiumque prædicatorem Paulum in profundo maris ser-  
uare, vt neque à circumpositis præfocari aquis, neque à beluis marinis deuora-  
ri potuerit? Potens vtique potuit ideoque fuit. Denique non est amplius mi-  
randum, Petrum super vndas maris non infusis vestigiis ambulasse, quam Pau-  
lum nocte ac die in profundum maris illæsum custoditum esse. Mysticè per  
Paulum, qui nocte ac die in profundo maris fuit, & tamen Domino se prote-  
gente ad terras libere peruenit, intelliguntur illi iusti, qui de profunditate pe-  
riculorum & perturbationum sæculi à Domino educuntur quotidie, sed ple-  
nius in die iudicii liberabuntur, atque ad litus æternæ soliditatis perducantur,  
quia positi inter fluctus huius sæculi non dubitauerunt in fide de Dei miseri-  
cordia. Petrus vero, qui primum non infusis vestigiis incessit, sed postmodum  
dubitans, cæcidit inter fluctus, sicutque postea à Domino eleuatus, & ad  
terram est perductus, significat semetipsum, qui dubitauit quando negauit, sed  
à Domino est releuatus ad fidem, & significat omnes martyres, omnesque iu-  
stos, qui in primordio sui fortiter incedunt, pro nihilo deputantes saeculam per-  
secutorum, sed postea ingruente tempestate grauissimæ persecutionis dubitant  
in aliquo, sed Domini gratia protecti subleuantur, ne penitus cadant in despe-  
rationem, & vincantur à procellis, atque ad terram electorum perducantur.  
*In itineribus sepe periculis fluminum*, Subaudi, interfui. Iterum conuertit se ad  
alia pericula memoranda, se vexatum secundum carnem pro C H R I S T O in ter-  
ra, & mari, & multa plura se sustinuisse, quam speudo Apostoli. Solent tem-  
pore hyemis & pluuiarum transgredi flumina alueos suos, & nimium intolle-  
rabile præbere iter viantibus. Quia ergo Apostolus hyemali tempore solitus erat  
transire de loco ad locum, pede sæpe incurrebat flumen pericula. *Peri-  
culis latronum*, sæpe interfui, pseudo Apostoli, & Iudei increduli immitebant ei latrones, vt quia ipsi neque poterant, neque audebant cum publicè interficere, ab illorum ministris interficeretur. *Periculis ex genere*, sæpe sustinuit ipse  
pericula à Iudeis, fratribus suis secundum carnem, qui dolebant, quod dereli-  
cta lege ad Euangelium se conuerteret. Vnde legimus, quia Princeps sacerdo-  
tum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius, & longum est enarrare  
quotiens hoc factum est. *Periculis in gentibus*. A Philosophis gentium, & princi-  
pibus multa incommoda passus est propter mysterium Incarnationis Filii D e i,  
passionis.

passionis, resurrectionis, Ascensionis que ad cœlos, & propter unius Dei culturam, quam prædicabat. *Periculis in Civitate* sæpe interfuit, quod longum est enarrare. *Periculis in solitudine*, Periculum in solitudine sustinuit à Iudeis, quando factis insidiis voluerunt eum occidere in via, vel etiam periculis in solitudine interfuit, quia Diabolus inuidens, & non solum per homines ministros suos cum persequebatur, sed etiam bestias ferocissimas contra eum excitabant, ne auderet de loco ad locum transire. *Periculis in mari*, Non solum quando ter naufragium pertulit, & quando lapsus est in mare, ubi fuit inter medios fluctus die ac nocte illæsus permanxit, verum etiam særissime in mari pericula sustinuit. Vnde quadam vice impigerunt, nauim ad litus, quæ prora fixa manebat immobilis, puppis vero soluebatur à vi maris, & quando milites volebant omnes custodias occidere, ne quis posset natatu peruenire ad litus, sed Centurio hoc prohibuit propter Apostolum, volens eum seruare. *Periculis in falsis fratribus*. Sæpe interfui, falsi fratres hi sunt, de quibus dicit Apostolus in Epistola ad Galathas quia sub introierunt falsi fratres explorare libertatem nostram. Hi enim partim Christiani erant, partim Iudei, in neutro tamen perfecti, qui Zelo legis & circumcisionis Apostolo inuidentes, insidias ei prætendebant. *In labore & ærumna*, ærumna, est miseria, & molestia. Potest esse labor sine ærumna, id est, sine miseria, & molestia atque sine aliquo tædio, & ideo addidit & ærumna, ut laborem Apostoli ostenderet esse non sine molestia, & afflictione: solent namque homines laborare in hortis, in viridiariis cum delectatione causa exercendi. Sicut legimus de Protoplasto, quia posuit eum Deus in Paradiso, ut operaretur & custodiret illud, ille enim labor sine aliqua molestia erat. *In vigiliis multis*. Aliquando sponte, & voluntarie vigilabat: aliquando non sponte, sed ex necessitate, quia positus in pressura, & angustia necesse erat ut vigilaret, Dei implorans auxilium. Sicut quando positus in carcere cum Syla hymnos Deo cantabat, quando custos carceris videns splendorem in carcere, & ostium apertum volebat se interficere, putans omnes vincitos fugisse. Sed Apostolus hoc prohibuit, *In fame & siti*. Persequebatur à Iudeis de loco ad locum, & ideo famem læpissime patiebatur per inopiam, & siti. *In ieuniis multis*. Multa fuerunt eius ieunia, quæ sustinuit aliquando volens, aliquando nolens. *In frigore & nuditate*. Maximum frigus, & maximam penuriam propter nuditatem tunc sustinuit, dum duceretur nauigio Romam, eo quod appellasset Cæfarem, quando exeuntes à mari venerunt in Insulam Melitanam, ubi congregasset farmentorum multitudinem, ut se calefaceret, vipera à calore ignis procedens inuasit manum eius. *Præter illa que extrinsecus sunt*, id est, præter illa pericula, quæ in corpore sustineo, *instantia meæ*, id est, perseverantia mea est, *sollicitudo quotidiana omnium Ecclesiarum*, quia longum erat enarrare omnia pericula, & omnes angustias, & tribulationes, quas expertus fuerat, conclusit dicens. Præter illa, quæ extrinsecus in corpore sustineo, perseverantia mea est semper sollicitudinem habere de omnibus ecclesiis, quibus prædicauit, timebat enim ne forte quibus prædicauerat, à falsis Apostolis deciperentur. Vt etiam propter minimas tribulationes, quasi videbant & audiebant Apostolum pati, deficerent à fide, *Quia infirmatur & ego non infirmor*, propter nimiam dilectionem in tantum compaticebatur infirmis, ut etiam ipse videretur infirmari illorum infirmitate, suam reputans more medici, & procuratris, infirma agens, qui videns ægrum tristari, & dolere, participes sunt eius doloris & moeroris. *Quis scandalizatur & ego non voro?* Quantum ad hunc locum pertinet, scandalizari est carnis pati desiderium, & contristari, atq; affligi calore corporis, & ardore vitiorum accendi, vri similiter est calore libidinis, totiusque corporis calore, vel ardore æstuari. Scandalizatur ergo aliquis, quando non sponte illectus pulchritudine mulieris, aut propriæ carnis calore prouocatur ad libidinem perpetrandam, sed dum inuitus, & inpremeditatus hoc agit, scandalizatur sibi, & irascitur atq; contristatur. Hanc necessitatem humanæ naturæ considerans Apostolus, qui nimium fragilis est, dicit se vri, ut consulat talibus, compatiens infirmitati eorum. Nec contemnit huiusmodi talia

M.

xxvii.

N.

xxviii.

xxix.

O.

sustinentes, sed commonet in humilitate sermonis dicens se similia pati. Ut si ille, qui tantam gratiam consecutus erat, adhuc desideria carnis patiebatur, & magister gentium erat; non desperarent illi qui infirmioris gratiae adhuc erant, si talia patarentur, sed spe promissi præmii repugnarent stimulis carnis, sicut ipse repugnabat, ne quis eorum qui hæc ab illo audiebant, desideriis carnis vici, in desperationem laberentur. Plus enim est vri quam scandalizari, ac si diceret pautur aliquis, & affligitur à desiderio, & nimio ardore concupiscentiae & ego non solum affligor, sed etiam quod maius est, vror, & quodammodo incendor. Nimiam enim concupiscentiam carnis patitur, quando dicebat. *In felix ego homo, id est, misere ego quis me liberabit de corpore mortis huius: & illud, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuum me ducentem, id est, captiuare voluntem in lege peccati que est in membris meis.*

Rom. 7. v. 24.  
ibid. verf. 23.

P.

xxx.

Prover. 27. v. 2.

Iob. 29. v. 15.  
Psal. 7. v. 5.

Nos igitur si volumus coronari cum Apostolo Paulo, certemus viriliter, sicut ipse certauit, quatenus omnia oblectamenta vincamus, quia non potest coronari, nisi qui legitime certauerit. *Sigloriari oportet que infirmitatis meæ sunt subaudi in his gloriabor.* Oportebat illum utique gloriari, & enumerare suas passiones, non pro se, ut ille aliquid cresceret apud Deum, sed pro illorum salute quos volebat ab amore fallorum Apostolorum ad suum reuocare, & ut se etiam aliis in exemplum præberet & imitabilem. Infirmitatis autem nomine comprehenduntur omnia incommoda & persecutioes atque passiones quas pro Christo libenti animo pertulit. Et est sensus, si gloriari volunt hi qui vos seducunt & retrahunt ab amore meo, mihi detraheant in his glorientur, in quibus ego glorio, licet inuitus & prouocatus. Manifestum est autem non posse illos gloriari in infirmitatibus, & passionibus, quas pro Christi amore, pro mercede æterna, & pro salute fratrum sustinuerint; attamen gloriantur de nobilitate generis, quod filii sunt Abraham, de qua ego nolo gloriari, quamquam ex academi genere originem ducam. Quærunt non nulli, cum Deus per Salomonem dixerit laudes te alienum & non os tuum, qua iusti atque perfecti viri aliquando bona, & virtutes narrant, quas diuinitus percepit, Verbi gratia: *Sicut beatus Iob, qui dixit: Pes fui clando & Pater orphanorum, causamque quam nesciebam diligenter investigabam ceteraque huiusmodi, & Daud si reddidi retribuentibus mibi mala, id est, non reddidi* Apostolus quoque isto loco multipliciter. Quibus respondendum est, quod perfecti dum virtutes proprias prædicant, & se apud homines laudant, non idcirco faciunt, ut ipsi apud homines sua ostensione aliquid proficiant, exemplo suo ad vitam trahant, in hoc quoque omnipotens Dei imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquitur, quatenus ab omnibus cognoscuntur. Nam Deus qui nos prohibet per scripturam, dicens *laudes te alienum & non os tuum*, ipse per scripturas laudes suas loquitur, dicens ad Moysen: *Ego Deus omnipotens & nomen meum Adonai non indicaui eis.* Et per Esaïam: *Ani me non est formatus Deus & post me non erit.* Quare ergo facit quod prohibet ipse? nimisrum si virtutes suas, & mirabilia ipse taceret, nequaquam eum ullus cognosceret. Si nullus eum cognosceret, si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Vnde per Psalmistam de eo dicitur, *Virtutem operum suorum annuncias populo ut de illis hereditatem gentium,* Virtutes ergo suas annuntiat, non ut laudibus suis ipse proficiat, aut indigeat, sed dum suam nobis magnitudinem narrat, nostram ad se imperijam subleuat, iusti itaque cum virtutes suas prædicant, reprehensibles non sunt, quia dum vitam suam quærunt, de quibus tamen sciendum est, quia numquam bona sua detegunt, nisi eos aut proximorum utilitas, aut certe nimia necessitas cogat, sicut nunc Apostolum coëgit. Vnde ipse dixit sigloriari oportet, & reuera oportebat. Ergo si gloriandum est Christiano, in humilitate est gloriandum. *Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi sic quia non mentior.* Dicturus rem penè incredibilem, quod Iudei increduli contra eum Principes gentium concitassent, regnaque terræ contra eum insurrexerint, nihilque ei nocuerint, Deum testem inuocat, ut facilius credatur. Ideoque talia commemorat, ut ostendat quanta distantia est inter veros Apostolos, qui tanta pro Dei amore sustinebant, quærentes salitem auditorum,

Q.  
Proverb. 27. v. 2.  
Exod. 5. v. 3.  
Ibai. 43. verf. 10.

Psal. 110. v. 6.

xxxii.

Rum, & pseudoapostolos, qui auditores suos expoliabant, non querentes salutem illorum. *Damasciprepositus gentis Areæ regis custodiebat riuitatem Damascorum ut me comprehenderes.* Damascus ciuitas est metropolis Syriæ, quam ædificauit Damascus, Eliezer seruus Abrahæ, & interpretatur Damascus sanguinem bibens, quod bene conuenit illi loco, quia ibi effusus est sanguis Abel. Illa autem quæ hic dicuntur de Apostolo, in exordio fidei eius facta sunt, quando caecatus a Domino in itinere perductus est Damascum, ubi mansit tribus diebus non videns, neque manducans. Postea vero baptizatus & accepto pane confortatus introiuit statim in Synagogam Iudeorum, & coepit publice prædicare nomen Domini Iesu, quod videntes Iudei succensi sunt zelo, & quærebant occasionem quomodo eum perderent. Sed dum per se minime hoc auderent agere, adierunt Præpositum Ciuitatis super hac re, quatenus auxilio & permisso valerent illum occidere, qui volunt lens placere Iudeis, & strenuus in officio sibi credito apparere, præcepit custodi re vndeque Ciuitatem, ne vlo modo viuus effugere potuisset. Sed Dei auxilio procurante effugit eo modo, quo sequentia manifestant. *Et per fenestram,* inquit, *in spora dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.* Sporta vas est ex lunco & palmarum foliis contextum, in quo deorsum cum funibus dimissus est per murum a fratribus fidelibus. Quæstio est in hoc loco, quare Apostolus Damasco fugerit, *Aet. 22. v. 13.* qui dicebat, *Ego non solum elligari in Hierusalem sed & mori pro nomine Domini Iesu paratus sum,* quæ hoc modo soluenda est, quia non ideo fugit, ut martyrium horret suscipere, sed maluit campum certaminis quærere, & latitudinem gentium petere, quam intra claustra Ciuitatis teneri, & occidi, ubi perpauci erant credentes, qui eius martyrio corroborarentur, & informarentur, ut similia pati non dubitarent, quod postea ipse impleuit, dum martyrium sustinendo plurimos ad hoc informauit. Impleuit ergo præceptum Domini, dicentis, *Cum vos persecuti fuerint in Ciuitate ista, fugite in aliam & reseruavit,* pariter exemplum martyrii, & utilitatem suæ prædicationis, quam postea impleuit. Huius exemplo ergo eruditur aduersariorum pugnam & constanter appetere, & prudenter aliquando declinare.

xxxii.

R.

*Aet. 22. v. 13.*

xxxiii.

*Mart. 10. v. 23.*

## C A P V T XII.

Narrat factas sibi ante annos 14. diuinæ visiones, & de dato sibi carnis stimulo, ostendens quod eum compulerint ut se laudaret quum ab illis potius debuisse commendari propter accepta ab ipso beneficia, pro quorum salutem adhuc immolari paratus est: sed metuit ne ad eos veniens inueniat aliquos dissensionibus aliisque vitiis adhuc inuolutos.

**S** Igloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. † Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi usque ad tertium cælum. † Et scio huiusmodi hominem, (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, qua non licet homini loqui. † Pro huiusmodi gloriabor: promissem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis, † Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut

A.

2.

3.

4.

5.

6.

7. aut aliquid audit ex me. + Et ne magnitudo revelationum extollat  
 C. me, datus est mihi stimulus carnis mea angelus satana, qui me co-  
 8. laphi. + Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me.  
 9. + dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate per-  
 10. ficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabi-  
 11. tet in me virtus Christi. + Propter quod placebo mihi in infirmitati-  
 12. bus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in an-  
 13. gustiis pro Christo: Cum enim infirmor, tunc potens sum. + Factus  
 14. sum insipiens, vos me coegeritis. Ego enim a vobis debui commen-  
 tametsi nihil sum: + signata tamen Apostolatus mei facta sunt super  
 15. vos, in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. + D
 Quid est enim, quod minus habuistis praeteris Ecclesiis, nisi quod  
 16. ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. + Ecce,  
 tertio hoc paratus sum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non  
 17. enim quero qua vestra sunt, sed vos. Neg enim debent filii pa-  
 rentibus thesaurizare, sed parentes filii. + Ego autem libenter impendam,  
 18. & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus  
 19. vos diligens, minus diligar. + Sed esto: ego vos non grauaui: sed  
 cum essem astutus, dolo vos cepi. + Numquid per aliquem eorum,  
 20. G. quos misi ad vos, circumueni vos? + Rogavi Titum, & misi cum  
 illo fratrem. Numquid Titus vos circumuenit? nonne eodem spi-  
 ritu ambulauimus? nonne ipsisdem vestigis? + Olim putatis quod  
 excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia  
 autem charissimi propter adificationem vestram. + Timeo enim, ne  
 forte cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar  
 a vobis, qualem non vultis: ne forte contentiones, emulationes, a-  
 nimositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes,  
 21. seditiones sint inter vos: + ne iterum cum venero, humiliet me  
 Deus apud vos; & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, &  
 non ergerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, &  
 impudicitia, quam gererunt.

A. **S**i gloriori oportet (non expedit quidem.) Si gloriori me oportet propter salutem al-  
 liorum, & necessitatem supradictam, qua compellor, in hoc possum gloriar-  
 i, quia euasim manus persequentium, tamen non expedit, id est, non est mihi  
 necesse, vt glorier, quia non elegi superbiam, & iactantiam, sed humilitatem. Ve-  
 niem autem ad visiones & revelationes Domini, subaudi de quibus potero gloriar.  
 Visiones ac revelationes Domini dicit, quod unum est, quas ei ostendit Domi-  
 nus. Nunc in sequentibus dicturus est, quo sit eleuatus, vt per hoc possimus intel-  
 ligere, quanta & qualia ostensa & dicta sunt. Ne sicut pseudo apostolis atque incre-  
 dulis videbatur, minor ceteris Apostolis in gratia crederetur, quamvis pouissa-  
 mus

*Inus sit vocatus, & Dominum præsentem in carne non viderit. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim sive in corpore sive extra corpus nescio Deus scit, raptum huiusmodi hominem usque ad tertium cœlum Mos, & visitata consuetudo est scriptorum, qui nobis sacras litteras ministrant, ut quando ab aliquo eorum narratur historia, cum ad se ipsum venerit, sic de se tamquam de alio loquatur. Sic fecit Moyses, qui dixit. Erat autem Moyses vir misissimus super omnem terram, &*

Num. 12. 6. 8.  
Iob 1. v. 1.

*Iob, vir erat in terra Hus nomine Iob. Sic beatus Matthæus cum in textu narrationis suæ venisset ad se ipsum, Vidit inquit publicanum nomine leui. Non dixit vidit me, sed sic seruit ordini narrationis suæ tamquam rerum gestarum scriptor, non tamquam sui ipsius prædicator, in usitatus, tamen beatus non in historia, ubi rerum gestarum suscipitur explicanda narratio, sed in Epistola hoc fecit sicut in isto loco apparet, ubi loquitur de se causa humilitatis, quasi de alio, inquietus, scio hominem in Christo manentem ante annos quatuordecim raptum usque ad tertium cœlum. Ex quo Apostolus raptus est ad tertium cœlum, usque ad illud tempus, quo ista conscripsit quatuordecim anni completi sunt, unde aliquando apparet quia magna necessitas compulit illum patefacere, quod per tot annos in intimo cordis arcano celauerat. Igitur de his verbis Apostoli diuersa sentiunt. Quorum opiniones huic loco per longum est inserere, & ad præsens narrare nisi tantummodo pauca ex pluribus: Julianus Dominus vir sanæ prudentiæ primum cœlum dicit isto in loco appellatum esse aëreum, in quo & aues cœli vocantur. Secundum Sidereum, ubi continentur duodecim signa cæteraque astræ præter septem planetas, quod & firmamentum appellatur, Tertium intelligit spirituale, sive mentuale, ubi Angeli & animæ sanctorum in contemplatione Dei sunt positæ contemplantes super se Deum omnipotentem, qui vniuersæ creaturæ præsidet. Ita tamen præsidet ut præsidendo omnia sustineat, sustinendo circumdet, circumdando impletat, secundum illius intellectum ad istud tertium cœlum mentuale raptus est Apostolus, & in hoc quidem bene sensit, sed secundum Augustinum adhuc necesse est ad altiora descendere, & profundiora scrutari, qui in elucidandis quæstionibus omnes doctores post Apostolos præcellit. Quia ergo Apostolus non humanas, neq; Angelicas visiones dicit se enarrare, altius ista inquirenda sunt. Tria igitur genera esse visionum manifestum est. Est visio corporalis, quæ corporeis oculis fit, quæ videmus cœlum, & terram atq; omnia visibilia, & corporea. Et est visio spiritualis, quæ ea, quæ videmus, vel audiimus in præsenzi memoriæ recondimus, & ea quæ audiimus vel yidimus in præterito modo quasi præsentia cernimus. Et cum alii, ubi sint à nobis posita ea, quæ vidimus corporaliter, nunc absentes quasi præsentia cernimus. Verbi gratia sum modo per præsentiam corporis Romæ, & cerno ita Carthaginem, quam dudum vidi, quasi in præsentia mea sit posita, cum longe cum ab illa remotus. Quæ duo genera visionum communia sunt nobis cum pecoribus, & auibus, quæ vident per corpus, & eorum quæ vident imaginaliter spiritus informantur. Vnde & pecora præsepio recognoscunt, & aues ad nidos suos reuolant. Nisi enim partem spiritualis visionis, id est, memoriarum haberent, quæ constat solummodo in anima, nequaquam recedentes aues à nidis recordarentur illorum, neque animalia recognoscerent præsepio. Est & tertia visio intellectualis, quæ nihil est aliud, nisi rationabilitas, & excellētia animæ, per quā ea corporaliter videmus, & imaginaliter in memoria retinemus, intellectu discernimus intellectu igitur discernimus quod illud sit corpus, illud similitudo corporis, & plerumq; quod significet hanc intellectualem visionem, nullatenus pecora, aut volatilia habent, quia nec se ipsa intelligunt, nec illa quæ oculis cernunt Postremo corporalis visio, sine spirituali esse nō potest, quæ in anima solummodo, spiritualis vero sine corporali esse potest. Vnde absentes homines recordamur, & in tenebris ea quæ videmus imaginaliter cernimus, insuper & somnia intellectualis nēpe, nec corporali indiget nec spirituali intellectu, namq; nec corp' videm⁹, nec imaginē corporis. Per hūc quippe videtur iustitia, caritas, ipse De⁹, ipsa mens*

fū

Luc. 5. v. 21.

B.

C.

D.

mens hominis, quæ nullum corpus habet, nullam soliditatem corporis, Quapropter ista visio intellectualis transcendit, & præcellit illas duas præmissas, corporalem scilicet, ac spiritualem, Quod probare possumus ex volumine Danielis Prophetæ, vbi legimus quia cum Baltasar epularetur, & potaret opiparè siue splendide in vasis tēpli, Domini, quæ asportauerat Nabuchodonosor auus eius de Hierusalem, vidit articulos manus scribentis in pariete aulæ Regiæ, vidit corporali visione, continuoque per corporis sensum imago rei corporaliter factæ spiritui eius impressa est. Atque dum ad alia se verteret, licet corporaliter illa non cerneret, spirituali visione & memoria videbat. Videbat in spiritu, id est, in anima & non intelligebat, quid significaret, quia non pleniter habebat intellectualis visionem, licet aliquid inde haberet. Vnde apparet quia in omnibus hominibus viget, intelligebat signum esse, quod videbat, id habens ex mentis officio, id est, ex intellectuali visione, & quia requirebat, quod significaret, etiam ipsam inquisitionem utique mentis intellectus aiebat. Quo non comperto Daniel accessit & quia intellectualis visionem habebat spiritu Propheticō, mente illustrata, perturbato Regi, quod illo signo protenderetur, aperuit. Ipse potius Propheta per hoc genus, quod mentis est proprium potuit intelligere, ac dicere quid significaret, quam ille, qui & signum factum corporaliter viderat, & eius imaginem in spiritu cogitando cernebat, nec aliquid intellectu nosse poterat nisi signum esse & quid significaret inquirere. Tres igitur cœli non absurde possunt intelligi tria genera visionum, de quibus hactenus locuti sumus, ita tamen ut per primam visionem intelligamus, quicquid infra ambitum siderei cœli continetur pariter cum ipso, quod & firmamentum appellatur. Per secundum cœlum spiritualē, vbi Angelica natura, & animæ sanctorum in contemplatione Dei sunt positæ. Tertium vero cœlum intelligitur iam intellectualis visio, & rationabilis, qua intelligendo conspicitur caritas, pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continētia ceteraque huiusmodi, quibus propinquatur Deo, & quia ipse Deus videtur ex quo omnia, per quem omnia. in quo omnia. Ad quam, id est, intellectualis visionem, quæ designatur per tertium cœlum, raptus & eleuatus est Apostolus. Vbi, id est, in intellectuali visione non solum ea, quæ in spirituali cœlo sunt, intelligendo vident, sed etiam ipsam Dei substantiam, verbumq; Deum, per quod facta sunt omnia in charitate spiritus sancti, non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas contemplatus, est in hac vita videlicet, quomodo Deus omnipotens, Trinitas sit in personis, & unitas in substantia sicut videndum est ab omnibus sanctis post generalem resurrectionem. Quæstio vero non modica isto in loco oritur, quomodo ipsa Dei substantia à quibusdam in hac vita positis videri potuerit propter illum, quod dictum est ad Moyensem: Nemo potest faciem meam, id est, inuisibilitatem meam videre, & vivere. Et propter illud Deum nemo hominum vidi unquam in mortali vita ex toto positus. Quæ ita solvit, quia potest humana mens, id est, intellectus & rationalitas animæ diuinitus rapi ex hac vita ad Angelicam vitam, antequam per istam committit mortem carne solvatur, sicut credendum est de beato Apostolo, vbi ad ea facta est ab eius vita sensibus quædam intensionis auersio, & tam cœdens, tamque manifesta sit eadem visio intellectualis, ut siue in corpore siue extra corpus fuerit, id est, vitrum sicut solet in vehementiore ecclasi vel excessu ab hac vita mens in illam vitam fuerit alienata, manente corporis vinculo, anima, videlicet in corpore a omnino talis resolutio facta fuerit, qualis in plena morte contingit; anima recessente, ipse se nescire profiteatur. Quapropter nec nobis est quærendum, ne contra illud agamus, quod dicitur: Altiora ne quisieris, ita sit ut & illud verum sit, quod dicitur: Nemo potest faciem meam videre & vivere, quia neceſſe est ab hac vita abstrahi mentem siue intellectum, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur, & non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita ex toto defunctis, ut sepelienda cadavera remanerent, etiam istam excellentiam visionis fuisse concessam, Abbreviatio superiorum. Tres cœli significant tria genera visionum,

E.

spiritu Propheticō, mente illustrata, perturbato Regi, quod illo signo protenderetur, aperuit. Ipse potius Propheta per hoc genus, quod mentis est proprium potuit intelligere, ac dicere quid significaret, quam ille, qui & signum factum corporaliter viderat, & eius imaginem in spiritu cogitando cernebat, nec aliquid intellectu nosse poterat nisi signum esse & quid significaret inquirere. Tres igitur cœli non absurde possunt intelligi tria genera visionum, de quibus hactenus locuti sumus, ita tamen ut per primam visionem intelligamus, quicquid infra ambitum siderei cœli continetur pariter cum ipso, quod & firmamentum appellatur. Per secundum cœlum spiritualē, vbi Angelica natura, & animæ sanctorum in contemplatione Dei sunt positæ. Tertium vero cœlum intelligitur iam intellectualis visio, & rationabilis, qua intelligendo conspicitur caritas, pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continētia ceteraque huiusmodi, quibus propinquatur Deo, & quia ipse Deus videtur ex quo omnia, per quem omnia. in quo omnia. Ad quam, id est, intellectualis visionem, quæ designatur per tertium cœlum, raptus & eleuatus est Apostolus. Vbi, id est, in intellectuali visione non solum ea, quæ in spirituali cœlo sunt, intelligendo vident, sed etiam ipsam Dei substantiam, verbumq; Deum, per quod facta sunt omnia in charitate spiritus sancti, non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas contemplatus, est in hac vita videlicet, quomodo Deus omnipotens, Trinitas sit in personis, & unitas in substantia sicut videndum est ab omnibus sanctis post generalem resurrectionem. Quæstio vero non modica isto in loco oritur, quomodo ipsa Dei substantia à quibusdam in hac vita positis videri potuerit propter illum, quod dictum est ad Moyensem: Nemo potest faciem meam, id est, inuisibilitatem meam videre, & vivere. Et propter illud Deum nemo hominum vidi unquam in mortali vita ex toto positus. Quæ ita solvit, quia potest humana mens, id est, intellectus & rationalitas animæ diuinitus rapi ex hac vita ad Angelicam vitam, antequam per istam committit mortem carne solvatur, sicut credendum est de beato Apostolo, vbi ad ea facta est ab eius vita sensibus quædam intensionis auersio, & tam cœdens, tamque manifesta sit eadem visio intellectualis, ut siue in corpore siue extra corpus fuerit, id est, vitrum sicut solet in vehementiore ecclasi vel excessu ab hac vita mens in illam vitam fuerit alienata, manente corporis vinculo, anima, videlicet in corpore a omnino talis resolutio facta fuerit, qualis in plena morte contingit; anima recessente, ipse se nescire profiteatur. Quapropter nec nobis est quærendum, ne

F.

contra illud agamus, quod dicitur: Altiora ne quisieris, ita sit ut & illud verum sit, quod dicitur: Nemo potest faciem meam videre & vivere, quia neceſſe est ab hac vita abstrahi mentem siue intellectum, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur, & non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita ex toto defunctis, ut sepelienda cadavera remanerent, etiam istam excellentiam visionis fuisse concessam, Abbreviatio superiorum. Tres cœli significant tria genera visionum, quarum

quarum prima est corporalis, qua videmus cœlum, & terram, cæteraque corpora, & visibilia: secunda spiritualis quæ fit in anima, sine intellectu, cū imagines eorum, quæ videmus memoræ recondimus & in tenebris ea quæ videmus imaginatice cernimus, insuper & somnia & ædificia, & homines, quos dudum vidimus sicut spirituali visione videmus in anima, quasi præsentes sint nobis. Istæ duæ visiones communes sunt nobis cum pecoribus, & volatilibus, quæ & corpore vident, & loca propria recognoscunt, sicut pecora agnoscunt præsepio sua, & aues ad nidos suos redeunt, quia recordantur illorum. Est & tertia visio intellectualis, quam nullatenus habent pecora, & volatilia, nisi Angeli, & homines ratione utentes. Unde intellectus idem est & ratio, tamen in omnibus hominibus agit æqualiter, intellecta autem siue discernimus, quod illud corpus, illud similitudo corporis, & per hanc visionem videtur iustitia, caritas, ipse Deus. Ad istam ergo tertiam visionem intellectualem, quæ designatur per tertium cœlum, & quæ transcendit sua excellentia duas præmissas, ita raptus, & eleuatus est diuinitus Apostolus, vt tertius non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas, cerneret, & sicut videndum est post hanc vitam ab omnibus electis. Quæ visio tam evidens tamq; manifesta fuit, vt ipse Apostolus se profiteatur nescire, vtrum quando in tertium cœlum in corpore cum corpus viuere dicatur, siue vigilantis, siue dormientis, siue in ecstasi à sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redideretur, & nō quasi dormiens euigilaret, aut ecstasi alienatus denuo rediret in sensu, sed mortuus omnino reuiuisceret. *Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio Deus scit.* Quoniam raptus est in paradisum & audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Bis raptum se dicit Apostolus, primum ad tertium cœlum, postea in paradisum. Non in illum paradisum terrenum, vbi quondam fuit Protoplastus subaudi Adam, sed in cœlestem. Nam Paradisus inter pretarunt hortus deliciarum, & significat beatitudinem electorum, cœlestem scilicet requiem, ad quam raptum se dicit Apostolus eo modo, quo & ad tertium cœlum. Audiuit arcana verba, id est, occulta, secreta, atque ineffabilia, quæ non licet homini loqui, inter ipsos spirituales viros cœlestem vitam ducentes sunt aliis capaciores, atque meliores, in tantum vt ad ea peruenient, quæ non licet ei & aliis loqui, de talibus erat Apostolus, qui audiuit in paradiſo paradiſorum ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui, id est, aut ille qui audiuit non potest ea aliis narrare propter ineffabilitatem illorum, aut non permittitur ei, aut si tantæ dignitatis est, vt permittatur ei loqui, & possit aliis narrare, illis qui audiunt non licet ea loqui, quia non valent ea capere ob magnitudinem mysteriorum, *Pro huiusmodi subaudi visionibus Dei manifestissimis gloriabor lætabor, gaudebo, & exultabo, pro me autem, id est, pro mea extollentia, & laude vel pro meis meritis, Nihil gloriabor,* quia gratia Dei sum id quod sū nisi in infirmitatibus meis. Infirmitatis nomine comprehendit omnia incommoda, & passiones, quas sustinebat pro Christi nomine, in quibus ipse gloriantur. *Nam et si voluero gloriari subaudi propter meritum, quod habeo apud Deum, Non ero insipiens illud narrando: quare? Veritatem enim dicam,* hoc dicit quasi meritum suum profiteatur, quod habet apud Deum, non erit imprudens, quia veritatem loquitur, ergo si quis pro utilitate & ædificatione aliorum bonum sibi diuinitus concessum cum humilitate narrat, non agit insipienter, quia veritatem loquitur. Qui vero bonum quod habet propter iactantiam aliis prædicat, deputans illud suis meritis, vel quod non habet, dicit se habere, insipiens & nimium est imprudens, quia mendacium loquitur. *Parco autem, id est, dimitto narrare gloriam meam, & meritum atque gratiam, Ne quis me existimet supra id quod vidit me aut audit ex me.* Nolebat Apostolus narrare gratiam sibi largitam, quia nollebat maior apparere, & sanctior quam erat. Inde dicit, idcirco nolo gloriari, & dimitto omnem gratiam mihi concessam, ne quis putet me meliorem, sanctioremque esse superid, quod videt in mea conuersatione, aut supra id quod audit ex me ab aliis. *Et ne magnitudo revelationum extollat me subaudi in superbiam, datus est mihi à Dominis*

G.

iii.  
iv.

v.

i.  
vi.

vii.

**m**ino **s**timulus **c**arnis **m**ea **A**ngelus **S**atana, qui me colaphizet. Quidam enim dicunt Apostolum dolore capitis laborare, quidam à Diabolo de ardore libidinis tentari, & affligi, quod verius est, Ne ergo in superbiae tumorem extolleretur, permisus est tentari à Diabolo de ardore libidinis, quem appellat stimulus carnis. Vt enim dicunt Doctores, stimulus proprii timoris & libidinis est, ipsumque stimulus carnis, à quo pungebatur, vocat Angelum Satanæ, id est, nuncium Diaboli, quia à Diabolo mittebatur, illa talis stimulatione concupiscentiæ, & quandounque Apostolus patiebatur illam stimulationem, sciebat illam à Diabolo sibi immitti. Sed Dominus qui permittebat eum colaphizari, id est, affligi, & tribulari à tentatione Diaboli, ne in superbiam erigeretur cognoscendo suam f. agilitatem, ipse vriq; custodiebat eum, ne in vitium libidinis caderet. Vnde apparet quia per venenum fugabat venenum libidinis, & venenum, tentatio carnis fugabat ab illo venenum superbiae. Dedit namque ei Dominus Antidotum Thiriacum quod de serpente conficitur, qui vocatur tiriacus, à quo & tiriacum appellatur, & fugat venenum aliud à quo tentabatur de libidine, ab illo sanabatur de vitio superbiae. Quia à Domino acceperat contra venenum superbiae Antidotum thiriacum, quod gustatum, venenum pellit, erudire quippe volens Dominus electos suos, & custodire in humilitate virtutum, permittit eos sæpe tentari, sicut egregium prædicatorem à Diabolo permisit tentari. Ne magnitudine revelationum extolleret, ipsamque temptationem sic disponit, vt qui elati petire poterant, in humilitatis gradu consistentes à perditione & præcipitatione seruentur, quapropter si quis temptationem aliquam sustinet, non debet desperare, neque deficere, sed cum Dei adiutorio certare, vt vincat. Proprius quod subaudi impedimentum libidinis ter Dominum roganus ut discederet à me stimulus carnis, siue Angelus Satanæ. Quem potest isto in loco cum Dominus dicat per Prophetam de quolibet electo.

VIII.

L.

**I**mai. 58. verf. 9.  
**I**oan. 14. v. 14.

**R**om. 8. verf. 26.

IX.

M.

X.

Ad huc te clamante dicam ecce adsum & in Euangeliō omnia quacunque petieris ut nomine meo fient vobis, quare eximus Apostolorum orans liberari à tentatione Diaboli, & stimulatione carnis non sit exauditus. Sed sciendum est, quia ideo non exauditus, quia non petebat in nomine Iesu, id est, quod ad salutem suam pertinebat. Nesciebat enim petere per se, quid vtile sibi erat. Sic ipse alias dicit. Nam quid oremus sicut oportet nescimus si ergo esset exauditus, ut ab illo recederet tentatio diaboli, concupiscentiaque carnis, poterat eueniare, ut cito in superbiam extolleretur, & ne nimis contristaretur. Audiamus quid ei Dominus dixerit siue per Angelum seu in corde, aut alia revelatione. Sufficit tibi gratia mea, gratia ista in loco intelligitur, quicquid donorum gratis datum est Apostolo Paulo, videlicet quod de cœlo vocatus est, quod fidem accepit ut crederet, quod remissionem omnium peccatorum in baptisme percepit, quod ad gratiam Apostolatus, & prædicationem gentium electus est, quod sapientiam p̄ꝝ omnibus Apostolis à Domino percepit, & quod ad visiones, & revelationes Domini ad tertium cœlum raptus est, nec non quod verba ineffabilia audiuit in paradiſo, de ista gratia dixit ei Dominus, sufficit tibi gratia mea, ideo noli orare pro stimulus carnis, ne forte in superbiam labaris. Nam virtus in infirmitate perficitur, virtus, id est, perfectio virtutum in infirmitate carnis, & labore, atque temptatione perficitur, si ipsa infirmitas patienter sustinetur, & contra temptationem concupiscentiae viriliter pugnatur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Postquam cognovit prodesse sibi quod noceat putabat responsum accepit à Domino quo perfectio virtutum omniumque virtutum in infirmitate perficitur libenter se dicit gloriari, id est, gaudere & lætari in suis infirmitatibus, id est, in suis passionibus quas pro Christo sustinebat ut in eo dignaretur habitare virtus, & gratia donorum omniū, siue perfectio Christi. Ergo quia aliter perfectionē virtutū habere nō possumus nisi tentamenta & oblectamenta carnis, patienter sustinuerimus, pugnando tamen contra virtutia certemus cū Apostolo, ut in nobis habitet virtus & gratia donorū Christi pariterq; cum illo coronemur in cœlesti regno, proper quod subaudi: Vt inhabitet in me virtus Christi. Placeo mibi in infirmitatibus meis non in prosperitate & diuitiis huius saeculi in contumelias, id est, in flagellationibus, & oppro-

& opprobriis, non in honoribus sacerdotiis. In necessitatibus, non in epulis, vel otio. In persecutionibus non in salutationibus, in angustiis non iactantia elationis & hoc pro Christo patior non pro aliquo crimen. Cum enim infirmor subaudi in corpore tunc potens sum subaudi in anima. Unde atteritur, affligitur & infirmatur, inde anima robatur & crescit. Factus sum insipiens subaudi mea merita & virtutes proprias narrando. Sed tamen vos me coegeritis ad hoc, quos ab amore falsorum Apostolorum ad nostram volui reducere. Insipientem se dicit, sed utique non est insipientis, quia vera locutus est, & licet pro salute aliorum coactus suas virtutes narraret, tamen de humilitatis gradu non cecidit. Ego enim debui a vobis commendari, id est, laudari, nihil enim minus feci in predicatione in virtute miraculorum ab his qui supra modum Apostoli. id est, a Petro, Iacobo, aliisque præcessoribus meis, qui a meis detractoribus dicuntur supra modum meum esse magni Apostoli. Tam est si nihil sum, id est, & quamvis sim nihil comparatione illorum, signa tamen Apostolatus mei, id est, miracula facta super vos siue in vobis, quia mortuos vestros suscitatus, & infirmos curauit. Quid minus habuimus præcedentis Ecclesiæ nisi quod non graua vi vos, nihil accipiens a vobis? Donate, id est, indulgit mihi hanc iniuriam. Si iniuria dicenda est, ironicos loquitur. Re enim vera iniuria non erat, sed consideratio. Ecce serius hoc paratus sum venire ad vos. Quæri potest, cum non legamus illum venisse ad eos, nisi tantummodo una vice, quando moratus est apud eos anno uno & dimidio. Neque postea quam ab eis discessit sicut ipse in priori Epistola dicit, quia testor Deum non veni Corinthium postquam a vobis recessi parcens vobis, id est ne vobis oneri essem: Quare modo dicat se tertio venire: sciendum est, quia per prætentiam carnis una vice tantummodo venit quando eis prædicavit. Secundò per priorem Epistolam venit, non per semetipsum. Tertio per istam Epistolam dicit se venire. Quasi enim in Epistolis suis veniebat ipse. Non ero gravis vobis, id est, nihil accipiam a vobis. Non queror vestra sed vos, id est, vestram salutem. Ego libenter impendam, subaudi vobis omnia, quæ mea sunt in predicatione, in miraculis, & super impendar, id est, morti me tradam pro animabus vestris, licet vos plus diligens, minus diligar subaudi a vobis. Sed esto ego vos non grauans, Esto aduerbiū est, proprie concedentis & ponitur pro etsi; illo autem in loco hunc obtinet & sensum, sed esto, id est, si minus diligo a vobis, ego tamen vos non grauavi in aliquo. Sed cum essem astutus dolo vos capi. Increpatum atque interrogatum est legendum: Cum essem, inquit, callidus & ingeniosus, dolo, & fraude vos coepi ad fidem Christi? Non, sed per predicationem veram & virtutem miraculorum adduxi vos ad fidem cooperante Christo. Olim putatis quod excusemus nos apud vos? subaudi non facimus, quia non est necesse. Hoc dupliciter intelligi potest. Numquid a præterito tempore dubitatis de nobis, arbitrantes nos ideo talia loqui, quasi non simpliciter agamus erga vos, & idcirco nos excusemus, non loquimur ideo talia, vt nos excusemus, quia simpliciter incedimus. Aliter olim peccatis quod excusemus nos apud vos. Et est sensus a præterito tempore cognoscitis conuersationem nostram, & predicationem, & ideo non indigemus, vt nos excusemus. Coram Deo Patre in Christo loquimur, id est, honorem Christi, querentes, testificat illis ad satisfaciendum quia vera dicit, Testis est mihi Deus Pater & Christus cuius honorem quero quia simpliciter incedo erga vos. Omnia autem subaudi incommoda sustinemus propter vos, ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, id est, affligat inieiuniis, & fletibus propter vestram incorrectionem Apostolus non habebat peccata propria, quæ defleret, & ideo aliorum deflebat.

xii.

xiii.

N.

xiv.

xv.

O.

xvi.

xix.

## CAPVT XIII.

Comminatur iis qui peccaverint, quò ad pénitentiam prouocet, nè ad ipsos veniens cogatur severè eos castigare data sibi à Christo potestate, cuius virtutem merito deberent in scipis agnoscere: additque generalem exhortationem, & salutationes.

Deut. 19. b. 15.  
Matt. 18. b. 16.  
Iean. 3. c. 17.  
Heb. 10. c. 23.

1.  
A.  
2.  
3.  
4.  
B.  
5.  
6.  
7.  
C.

**H**ec tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trum, testium stabit omne verbum. † Pradixi, & prædico, ut præsens, & nunc absens, ijs qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. † An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis: † Nam et si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. † Vosmetipos tentate testis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobis estis. † Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobis. † Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est, faciatis: nos autem ut reprobimur. † Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. † Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. † Ideo hac absens scribo, ut non præsens durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in adificationem, & non in destructionem. † De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobis. † Salutem in uicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. † Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicaçio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis Amen.

1.  
A.  
2.  
3.  
D.  
4.  
5.  
III.  
IV.  
V.  
VI.

**E**cce tertio venio ad vos Primum per semetipsum, deinde duabus vicibus per Epistolas meas. In ore duorum vel trum testium stabit omne verbum. Tres testes comparat suis tribus aduentibus, sicut in lege, aut tribus testibus defendebat se aliquis, aut tribus testibus conuincebat, aut isti aut tertio aduentu illius correcți & emendati, laudati sunt, aut si incorrecti manserunt acris reprobationis ab Apostolo vindictam percepérunt, An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus qui non infirmatur sed potens est in vobis? Ac si diceret: Numquid queritis probationem Christi, qui in meloquitur, vtrum valeat peccata vestra punire per me, qui in vobis non est impotens in miraculis, & virtutibus faciendis? vtique potest. Nam et si crucifixus est Christus ex infirmitate carnis, sed viuit ex virtute Dei, id est, in diuinitate sua manet impassibilis. Nam & nos Apostoli infirmi sumus in illo, id est, tribulationes, & angustias sustinemus propter illum, sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis, id est, propter vos, quibus prædicamus. Viuimus iam cum illo in spe per virtutem Dei, quæ est in nobis vel propter vos speramus vitam habere cum Christo, Oramus autem non ut nos probati appareamus, sed ut vos

*nos quod bonum est faciat, nos ausem ut reprobemus. Probus siue probatus apparet Iudex, quando inuenit quod puniat in subiectis, per quod ostendat potestatem suam, tunc vero videtur reprobus quando non inueniet quod vindicet, vbi suam ostendat auctoritatem, & probet iudicium. Ac si diceret non oramus ut in vobis aliquid inueniamus ad puniendum, sed vos quod bonum est facientes, nos reprobri inueniamur, in hac parte, non inuenientes vbi ostendamus nostram potestatem, Non possumus aliquid aduersus veritatem sed pro veritate, id est, non possumus nostram potestatem ostendere contra hominem veritatem habentem, sed pro veritate decertemus, gaudemus quando nos infirmi sumus non corpore sed potestate quia tunc est Iudex quasi infirmus dum suam potestatem non potest ostendere & tunc sunt subiecti potentes quando non timent Iudicem. Grata Domini nostri Iesu Christi & caritas Dei Patris & communicatio, id est, societas & coniunctio spiritus sancti cum omnibus vobis subaudi sit, Amen, fiat ut dicimus.*

viii.

Explicit secunda Epistola ad Corinthios. Incipit Epistola ad Thessalonenses. Macedonia Proiuincia est Graecorum, in qua est Ciuitas Metropolis Thessalonica, quæ postquam à Paulo Apostolo fidem percepit, licet multa pericula sustinuerint à suis ciuibus non creditibus, & à pseudoapostolis voluisse seduci, nullomodo tamen à veritate recesserunt. Hos collaudat A. apostolus, scribens eis ab Athenis per Timotheum.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICEN- SES PRIMA.

### CAPUT I.

Thessalonicense commendat, actis Deo gratiis quod suscepitam semel fidem seruauerint Pauli, immo ipsius Domini imitatores effecti, ac forma reliquis creditibus: palam ostendentes, quem apud ipsos fructum Pauli prædicatio habuerit;

**D**atus, & Siluanus, & Timotheus, Ecclesia Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. + Gratia vobis, & pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, + memores operis fidei vestrae, & laboris, & charitatis, & sustinentia spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: + scientes fratres, dilecti à Deo, electionem vestram: + quia Euangelium nostrum non fuit ad vos sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos. + Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: + ita ut facti sitis forma omnibus creditibus

T 3

## CAPVT XIII.

Comminatur iis qui peccauerunt, quod ad paenitentiam prouocet, ne ad ipsos veniens cogatur severè eos castigare data sibi à Christo potestate, cuius virtutem merito deberent in seipsis agnoscere: additque generalem exhortationem, & salutationes.

<sup>7</sup> Deut. 19. b. 13.  
Matt. 18. b. 16.  
Iean. 8. c. 17.  
Heb. 10. b. 23.

**B**ce tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. † Pradixi, & pradico, ut praesens, & nunc absens, ijs qui ante peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. † An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis: † Nam et si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. † Vosmetipos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. † Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. † Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est, faciatis: nos autem ut reprobi simus. † Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. † Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. † Ideo hac absens scribo, ut non praesens durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem. † De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobis. † Salutem in uicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. † Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis Amen.

**A**ce tertio venio ad vos Primum per semetipsum, deinde duabus vicibus per Epistolas meas. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Tres testes comparat suis tribus aduentibus, sicut in lege, aut tribus testibus defendebat se aliquis, aut tribus testibus conuincebatur, aut isti aut tertio aduentu illius correcti & emendati, laudati sunt, aut si incorrecti manserunt acris reprobatione ab Apostolo vindictam perceperunt, An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus qui non infirmatur sed potens est in vobis? Ac si diceret: Numquid queritis probationem Christi, qui in me loquitur, vtrum valeat peccata vestra punire per me, qui in vobis non est impotens in miraculis, & virtutibus faciendis? utique potest. Nam et si crucifixus est Christus ex infirmitate carnis, sed viuit ex virtute Dei, id est, in diuinitate sua manet impassibilis. Nam & nos Apostoli infirmi sumus in illo, id est, tribulationes, & angustias sustinemus propter illum, sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis, id est, propter vos, quibus praedicamus. Viuimus iam cum illo in spe per virtutem Dei, quae est in nobis vel propter vos speramus vitam habere cum Christo, Oramus autem non ut nos probari appareamus, sed ut vos

*nos quod bonum est faciat, nos ausem ut reprobisimus.* Probus siue probatus apparet Iudex, quando inuenit quod puniat in subiectis, per quod ostendat potestatem suam, tunc vero videtur reprobus quando non inueniet quod vindicet, vbi suam ostendat auctoritatem, & prober iudicium. Ac si diceret non oramus ut in vobis aliquid inueniamus ad puniendum, sed vos quod bonum est facientes, nos reprobi inueniamur, in hac parte, non inuenientes vbi ostendamus nostram potestatem. *Non possumus aliquid aduersus veritatem sed pro veritate, id est, non possumus nostram potestatem ostendere contra hominem veritatem habentem, sed pro veritate decertemus, gaudemus* quando nos *infirmi sumus* non corpore sed potestate quia tunc est Iudex quasi infirmus dum suam potestatem non potest ostendere & tunc sunt subiecti potentes quando non timent Iudicem. *Gratia Domini nostri Iesu Christi & caritas Dei Patris & communicatio, id est, societas & coniunctio spiritus sancti cum omnibus vobis subaudi sit.* Amen, fiat ut dicimus.

viii.

Explicit secunda Epistola ad Corinthios. Incipit Epistola ad Thessalonicenses. Macedonia Provincia est Graecorum, in qua est Ciuitas Metropolis Thessalonica, quæ postquam à Paulo Apostolo fidem percepit, licet multa pericula sustinuerint a suis ciuibus non creditibus, & a pseudoapostolis voluisse seduci, nullomodo tamen à veritate recesserunt. Hos collaudat Apostolus, scribens eis ab Athenis per Timotheum.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICEN- SES PRIMÀ.

### C A P V T . I.

Thessalonicenses commendat, aetis Deo gratiis quod suscepram semel fidem seruauerint Pauli, immo ipsius Domini imitatores effecti, ac forma reliquis creditibus, palam ostendentes, quem apud ipsos fructum Pauli prædicatio habuerit.

Aulus, & Siluanus, & Timotheus, Ecclesia Thessalonencium, in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. + Gratia vobis, & pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, + memores operis fidei vestrae, & laboris, & charitatis, & sustinentiae spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: + scientes fratres, dilecti a Deo, electionem vestram: + quia Euangelium nostrum non fuit ad vos sermonem tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos. + Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: + ita ut facti sitis forma omnibus creditibus

I. AD THESSALONIC.

3. dentibus in Macedonia, & in Achaia. + Avobis enim diffama-  
 D. tus est sermo Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia,  
 sed & in omni loco fides vestra, qua est ad Deum, profecta est ita  
 7. ut non sit nobis necesse quidquam loqui. + Ipsi enim de nobis an-  
 nunciant, qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo  
 10. conuersi estis ad Deum à simulachris, seruire Deo viro, & vero,  
 + & expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis)  
 Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

I. **A.** **P**aulus & Silvanus & Timotheus Ecclesia Thessalonicensium, Nomen suum, so-  
 ciorumque suorum ponit in exordio Epistolæ ob causas in aliis Epistolis me-  
 morans, generaliter omni Ecclesiæ scribit, quia forsitan tunc temporis non  
 habebant Episcopum sibi ordinatum, licet apud Iudeos nomen Synagogæ Ec-  
 clesiæ habeatur in usu. Sicut legitur in libro, quia benedixit Salomon omni Ecclesia  
 Israhel. Tamen Apostoli maluerunt in suis Epistolis nomen Ecclesiæ inserere, quam  
 Sinagogæ propter interpretationem nominum. Ecclesia namque interpretatur  
 conuocatio, quæ non potest fieri nisi ex rationabili creatura: Synagoga autem in-  
 terpretatur congregatio, potest consistere ex irrationali & inanimata, sicut con-  
 congregatur grex ouium, & congregantur lapides, & vt ipso ostenderent gentiles  
 credentes amplius esse rationabiles, quam Iudeos infideles, qui hoc nomine Ec-  
 clesiæ vtuntur. *Gratias agimus Deo*, id est, laudes referimus illi semper pro omnibus vo-  
 bis non solum pro Thessalonicensibus, sed pro omnibus, qui prædicationem eo-  
 rum receperant. *Memores operis fidei vestrae*. Duo coniungit opus, & fidem quæ  
 perfectum hominem reddunt, fides namque bonis adornata placet Deo. Quæ  
 vero sine operibus est, mortua & inanis est, Et memores sustinentia spei Domini no-  
 stræ. Sustinentia est expectatio, vnde dicimus in psalmo, Etenim quæ expellant, id  
 est, qui te sustinent non confundens sustinentiam spei Domini nostri appellat ex-  
 pectationem futurorum bonorum, quæ per Dominum datur, & expectatio ad-  
 ventus Domini ad iudicium. *Ante Deum*, id est, coram Deo Patre, quia in præ-  
 sentia & in conspectu Dei Patris iudicabit filius mundum. *Scientes*, autem subaudi-  
 sumus electionem vestram, quia à Deo estis electi ante constitutionem Mundi. *Quia*  
 in Euangelium nostrum non fuis in sermone siue in verbo tantum, sed in virtute & in  
 spiritu sancto, id est, in virtute miraculorum, quæ per spiritum sanctum operati su-  
 mus, & in plenitudine multæ Doctrinæ, & bonorum operum. *Scitis quales fuerimus*,  
 id est, humiles propter vos. Potuissemus Deo lucrari, & facti eis imitatores nostri &  
 Domini quia qualia sustinuit Dominus & nos à propinquis nostris Iudeis, talia &  
 vos sustinuitis patienter, excipientes verbum fidei & Doctrinæ in tribulatione multæ  
 cum gaudio spiritus sancti. Quia spiritus sanctus, qui erat in vobis, faciebat vos gau-  
 dere inter tormenta persecutionum, ita facti eis forma exemplum fidei, & Do-  
 ctrinæ omnibus credentibus in Achaia & Macedonia duabus prouinciis. *A vobis a-*  
*nim diffamus est sermo Domini*, Diffamatio maxime pro vituperatione ponitur, &  
 in contrariam partem. Sed Apostolus non curans de proprietate verborum, cum  
 debuit dicere, à vobis manifestatus & diuulgatus est sermo Dei, dixit, diffa-  
 matus. Non est necesse quicquam loqui subaudi vobis, quia  
 vos estis Prædicatores effecti in omniloco  
 subaudi vobis vicino.

CAPVT

## C A P V T II.

Ostendit quām syncerum se exhibuerit in prædicando ipsis Euangeliō, gratias Deo agens, quod suscepsum Dei verbum sedulò seruauerint, passi multa à contribulibus, sicut Ecclesiæ Iudæe à Iudæis qui vna cum Christo etiam pios omnes persequuntur, declarat etiam quām ardētem gerat erga ipsos affectum.

**A**M si scitis fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: + sed ante passi, & contumelij affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. + Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunitate, neq; in dolo, + sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Euangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. + Neque enim aliquando fuimus in sermone adulatio[n]is, sicut scitis: neque in occasione auaritia: Deus testis est: + nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs. + Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos. + Ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. + Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis: nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicamus in vobis Euangelium Dei. + Vos testes estis, & Deus, quam sancte, & iuste, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus: + sicut scitis, qualiter unumquemq; vestrum (sicut pater filios suos) + deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. + Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accopissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. + Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, qua sunt in Iudea in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudeis: + qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur; + Prohibentes nos Gentibus loqui ut saluefiant, ut impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. + Nos

autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde,  
abundantis festinauimus faciem vestram videre cum multo de-  
siderio: t̄ quoniam voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus;  
et semel, et iterum, sed impediebat nos satanas. t̄ Quia est enim no-  
stra spes, aut gaudium, aut corona gloria? Nonne vos ante Do-  
minum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? t̄ Vos enim  
estis gloria nostra et gaudium.

**E**xhortatio nostra, id est, doctrina, Non fuit de errore, id est, de mendacio, neque  
A simundicia, quia non fuimus luxuriati, neque in dolo, id est, fraude, astutia,  
hypocrisi, simulatione, ut vos expoliaremus. Ita loquimur non quasi homini-  
bus, Subaudi, malis, placenter ille querit hominibus placere, qui adulatur & fauet  
aliorum peccatis, sed Apostoli non fauebant alicui, sed publicè increpabant.  
Neq; in occasione avaricie prædicauimus, ut propter cupiditatem prædicaremus vo-  
bis. Tamquam si nutrix foueat filios suos, Subaudi, & non alienos ita ut diligimus  
vos. Solent mulieres luxuriosæ, diuites, & incontinentes committere paruulos  
suos aliis mulieribus ad nutrientum, quæ licet pabulum eis ministrent, tamen  
non eo affectu diligunt illos, ut proprios, sed ut mercedem temporalem accipiāt.  
Pseudo ergo Apostoli non affectu materno diligebant eos, sed ut lucra tempora-  
lia ab eis reciperent. Apostolus autem Paulus loci; eius non sicut nutrix aliena  
diligebant illos, sed ut mater vnicum filium fouet affectu materno, ita ipse dilige-  
bat eos, quia ipse primus genuit eos in fide Christi. Memores estis fratribus laboris no-  
stris & fatigacionis. Laborat Apostolus in prædicatione, & opere manuum eo mo-  
do, quod saepe diximus, & quare laborabat Apostolus ut non esset otiosus. Om-  
nis enim otiosus in desideriis est, & ut ipse desideria prava vitare posset, labori ma-  
nitum insistebat. Cum accepissetis verbum auditus Dei, accedit illud non ut verbum  
hominum. Verbum prædicationis quod Apostolus loquebatur, à Deo audierat, &  
sic percepérunt illud Thessalonicenses, quasi ab ipso Christo audirent per præ-  
sentiam. Quia cedem passi estis à contribubilibus vestris quæ & ipsi à Iudeis, contribubiles  
dicuntur, quia ex una tribu sunt. Crescente igitur fide Domini in Iudea, persecu-  
tionem sustinebant credentes ab incredulis, Rabenitæ videlicet à Rabenitib;  
Gadditæ à Gadditis. Similiter ex omnibus tribubus, ita & Thessalonicensis cre-  
dentes à non creditibus suis tribulibus, id est, suis ciuib; vicinis persequeban-  
tur. Ut impliant, Subaudi, ipsi Iudæi peccata sua, expleto tempore quadragésimi  
anni, quod Dominus dedit Iudæis ad poenitentiam post passionem suam, illis no-  
lentibus credere, completa sunt peccata eorum, de qua completione dixit eis  
Dominus: implete mensuram peccatum vestrorum. Quando autem Apostolus ista lo-  
quebatur, adhuc stabat Hierusalem & templum. Ideoque nec dum erant com-  
pleta peccata eorum, quæ completa sunt aduenientibus Romanis. Vnde & se-  
quitur: Peruenit enim ira Dei, id est, vindicta Dei, super illos usque in finem. Vindi-  
ctam Dei appellat aduentum Romanorum, quando perditæ sunt fame, pestilen-  
tia, gladio, captiuitate. Quæ vindicta manebit super illos usque in finem sæculi,  
quia semper erunt captiui. Vel si dixerimus, præuenit velante venit illis ira Dei,  
sicut quidam codices habent, erit sensus, præuenit eos vindicta Dei in hoc sæcu-  
lo, permanebit usque in finem. Quæ idcirco dicitur, præuenire illos, quia vindic-  
tam futuri iudicij, in qua illi æternaliter damnabuntur, præuenit ista tem-  
poralis. Desolati à vobis ore, id est, sermone, collocutione familiaris,  
& affectu, id est, præsentia corporis, sed non corde  
id est, affectu dilectionis.



## CAPVT III.

Metuens n̄e prōpter suas afflictiones à fide mouerentur, misit ad eum Timotheum, qui ipsos roboret: illo autem reuerso gratias Deo agit, quod in fidē ac dilectionē firmi permanserint: ostendens quantum cupiat illos inuiscere, ut suppleat quod deest fidei ipsorum.

**D**Propter quod non sustinente amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis: + Et misimus Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in Euangeliō Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra: + ut nemo moueatur in tribulationibus istis: ipse enim scitis, quod in hoc positi sumus. + Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et scitis. + Propterea et ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: Ne forte tentauerit vos qui tentat, et inanis fiat labor noster. + Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis et annuncianti nobis fidem, et charitatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos: + ideo consolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate et tribulatione nostra, per fidem vestram, + quoniam nunc viuimus, si vobis statim in Domino. + Quamecum gratiarum actionem possimus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, + nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea, qua defūnt fidei vestra. + Ipse autem Deus Pater noster, et Dominus noster Iesus Christus, dirigat vitam nostram ad vos. + Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem vestram in inuicem, et in omnes, quemadmodum et nos in vobis: + ad confirmando corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

**P**lacuit nobis solis, Subaudi, mihi & Sylae remanere Atheni, et misimus ad vos Timotheum, ipse enim scitis quod in hoc positi sumus, Subaudi, a Deo, ut persecutiones & tribulationes istius saeculi patienter sufferamus, quatenus per ista temporalia perueniamus ad gaudia eterna.

## CAPVT IV.

Hortatur vt tradita sibi præcepta obseruent, abstinentes à fornicatione, ac se multo diligentes, manibusque operantes, quo nullius quicquam desiderare cogantur, docet modum nostræ resurrectionis ne inordinata tristitia se crient propter eos qui moriuntur.

1.  
A

*E*cetero ergo, fratres, rogamus vos ē obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodum acceperitis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, ē placere Deo, sic ē ambuletis, ut abundetis magis.

2.

<sup>Rom. 12. 2. 2.</sup>  
<sup>Ephes. 5. d. 17.</sup>

*† Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. † Hac est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra:*

3.

4.

5.

6.

B

*ut abstineatis vos à fornicatione, † ut sciat unusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione, ē honore; † non in passione desiderij, sicut ē gentes, quæ ignorant Deum: † ē ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindicta est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, ē testificatus sumus. † Non enim vocauit nos Deus in immunditiam,*

7.

8.

9.

*sed in sanctificationem. † Itaque qui hac spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis. † Decharitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere*

<sup>Ioan. 13. d. 34.</sup>  
<sup>& 15. b. 17.</sup><sup>1. Cor. 2. b. 10. &</sup>  
<sup>+ d. 13.</sup>

10.

11.

C

12.

*vobis: ipse enim vos à Deo didicisti, ut diligatis inuicem. † Et enim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia: Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis. † Et operam detis, ut quieti sitis, ē ut vestrum negotium agatis, ē operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: ē ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt: ē nullius aliquid desideretis. † Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut ē ceteri, qui spem non habent. † Sic enim credimus, quod Iesus mortuus est, ē resurrexit: ita ē Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. † Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non preueniemus eos qui dormierunt. † Quoniam ipse Dominus in iusu, ē in voce Archangeli, ē in tuba Dei descendet de cœlo: ē mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. † Deinde nos qui vi-*

*uimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, ē sic semper cum Domino erimus. † Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.*

17.

Rogamus

**R**ogamus vos & obsecramus in Domino. Postquam laudauit Apostolus Thessalonenses de perseverantia fidei, quā tenuerunt, non recipientes falsos Apostolos, cœpit eos exhortari, ut semper in melius proficerent, bonisq; operibus exornarent, inquiens, rogamus & obsecramus, hanc habet Apostolus consuetudinem, ut verba sua duplicit vnum sensum habētia, sicut in hoc loco. Quod enim rogare in hoc loco, hoc est & obsecrare, & quod dixit in Domino Iesu, tale est, ac si diceret, per Dominum Iesum, tale quid inuenitur in Epistola ad Hebreos; *Locutus est nobis in filio*, id est, per filium, *ut quemadmodum accepisti a nobis* Heb. i. v. 8. audiendo, & intelligendo a me & Syluano. *Quomodo oporteat vos ambulare*, id est, viuere, & eursum huius vitæ in bonis operibus exornando, sicut & ambulatis, viuitis, & conuersamini modo, *vt abundetis magis*, scilicet ut magis ac magis crescat in fide, & bonis operibus. Ille enim placet Deo, qui fidem rectam, quam habet executione virtutum decorat, & ille bene abundat in sanctis operibus, & in studio virtutum. *Scitis autem que præcepta dederim vobis per Dominum Iesum*, id est, Domino Iesum, per me loquente. Quæ fuerunt illa præcepta, quæ dedit eis? Præcepta fidei fuerunt, & conuersationis Christianæ, in quibus exhortatus est eos seruire Deo viuo, & vero, & expectare filium eius de cœlis ad iudicium, quem suscitauit Deus Pater, Iesum dico, qui eripuit nos per passionem suam ab ira ventura. *Hec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra*, id est, hæc est voluntas Dei, ut sanctificetis vos eo modo, quo sequentia manifestant, videlicet, *ut abstineatis vos a fornicatione*. Fornicatio isto in loco tripliciter potest intelligi, fornicari est per culturam idolorum a Deo recede: è, & idola pro Deo vero colere. De qua fornicatione dicit Psalmista: *Perdes omnes qui fornicantur abs te*. Et illud: *Fornicatus est Israel cum gentibus*, id est, idola coluit, & est alio modo fornicatio, quando homo amorem terrenarum rerum, filiorum videlicet, possessionum, diuitiarum præponit amori omnipotentis Dei, & recedere a Deo per talia, qui vir animæ est. Tertio est fornicatio corporalis, qua quis coit cum meretricibus, vel quocumque modo libidinem suam explet. *Vt sciat unusquisque vestrum suum vas*, id est, corpus suum, & corpus vxoris suæ possidere in sanctificatione, id est, in castitate, & honore. Tunc honorat quis corpus suum, & corpus vxoris suæ, quando abstinet a coitu, quia corpus castum seruando eius, oratio castior & acceptiore est Deo; *Non in passione desiderij*. Passio desiderii est, quando homo velut equus, & mulus, qui sunt sine intellectu, præcepit fertur ad libidinem, nec frenat ardorem libidinis respectu, & timore omnipotentis Dei. *Sicut gentes, quae ignorant Deum*, gentes quæ Deum ignorant fornicatrices sunt, & nimium libidini deditæ, vt pote non habentes cognitionem Dei. Sicut sunt Mauri, Vandali, & maximè Saraceni in tantum, ut plurimi illorum sexaginta, & eo amplius vxores habeant. Et est sensus: Cauete & obseruate ne nimium, & immoderate libidini seruentes, efficiamini similes gentibus, qui Deum castitati & amorem ignorant, & cum eis damnemini, & multo amplius. *Quia seruitus* Luc. xii. v. 47. *qui scit voluntatem Domini sui, & non facit, vapulabit multis*, & melius est viam veritatis nō agnoscere, quam postea retrorsum abire. *Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum*. Beatus Apostolus sociique eius prædicabant, atque suadebant suis auditoribus diebus festis, & diebus ieuniorum abstinere ex consensu ab omni coitu, quod & multi faciebant, obedientes præceptis & monitionibus eius. Et ne quis forte aliquis post deuotam continentiam instigante diabolo prouocaretur ad coitum illis diebus, quibus habebantur deuoti. Ait Apostolus, & ne quis vestrum supergrediatur, id est, neq; circumuentione violentiam inferat aliquis pari suo, violenti votum seruare, prouocando eum ad coitum. Sed ex consensu abstineant, sicut deuouerunt. Quia melius est non vovere quam votum non adimplere. Cum n. omni tempore oratio mūda placeat Deo tunc est acceptior, & gratiior apud Deū, quando mundo corde & corpore funditur, diebus scilicet ieuniorum. Vnde Dñs ait per Prophetam. *Egrediasur sponsus* Ioel. 2. v. 14. *de cubili suo & sponsa de thalamo suo*. Sponsum & sponsam in hoc loco coniugatos debemus intelligere, dicit B. Hieronymus, quia fructu assūmitur pœnitentia in voce

in voce & habitu, nisi etiam abstineatur à delectatione carnis & coitus. Potest & de omni negotio, & mercimonio intelligi, vt nemo debeat fraudem facere fratri, neque circumuenire illum. *Quoniam vindex est Dominus de omnibus*, Non solum de fornicatione, & publica turpitudine, sed etiam de transgressione omnis propositi boni: Verbi gratia; Sicut de illis qui faciunt votum, vt ex consensu abstineant à coitu tempore ieiunii, & postmodum non adimplent promissum, *Sicut prædiximus vobis*, Subaudi, præsentes, & testificatus sumus, ita erit Dominus vindex de omnibus. *Non enim vocauit Deus ad fidem suam, ad gratiam, & ad Patriam cœlestem in immunditiam*, vt immunditiae seruiamus, *sed in sanctificationem*, vt sancti

Leu. 11. v. 44.

viuamus, sancti simus, imitantes eum, qui dixit: *Sancti es tu, quia sanctus es*, & ego. Immunditiae nomine intelligitur omnis incontinentia, & quocumque modo aliquis semetipsum polluat. Sanctificatio autem ita constat in orationibus, in ieiuniis, in eleemosynis, in hospitalitate, in charitate, cæterisque virtutibus. Beatus Apostolus more sanctorum Patrum volebat sanctificare Thessalonenses. Sic legimus, quod Moyses legislator datus legem, sanctificauit populum, id est, monuit, vt sancti viuentes, & mundi manentes digni essent audire vocem Domini, & percipere eius præcepta, dicens, sanctificamini, leuate vestimenta, abstinet ab uxoribus vestris. Si ergo Deus illos vocauit in sanctificatione, quanto magis nos, quos redemit sanguine suo, & mundauit per baptismi gratiam, in sanctificatione vocauit, quatenus digne possimus accedere ad Sacramentum corporis, & sanguinis eius? Similiter beatus Iob mittebat per singulos dies ad filios suos, qui forsitan uxorati extra domum eius habitabant, & sanctificabat eos sancte viuere, quatenus illorum sacrificia & vota accepta essent. Samuel quoque cum venisset vngere David in regnum, vocauit Isai & filios eius ad sacrificium, & sanctificauit eos, id est, monuit vt tales se præpararent, quatenus digni essent tanto honore, quorum in regnum à Deo frater erat electus. Sic quotidiæ nos sanctificant Apostoli, & sancti Doctores suis dictis, admonendo, vt sanctæ viuamus quatenus digni simus non solum Christiani vocari, sed & filii Dei, vt Deus omnipotens, dignetur in nobis habitare. *Itaque qui bac*, Subaudi, verba spernit, despicit, & contemnit, *non hominem spernit*, id est, me non despicit, *sed Deum*, cuius verba recito, & qui loquitur per os meum.

*Nolumus ignorare vos de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent*, Philosophi & gentiles non credentes resurrectionem, multos ex hoc decipiebant, negantes resurrectionem, & faciebant contristari, & dolere de morte propinquorum, & non solum infideles, sed etiam multos fidelium apud Macedones, Thessalonenses contristabant de morte parentum, non credentes eos resurrecturos. Pagani ergo & infideles merito contristabantur de morte suorum

quia per temporalem mortem non perueniebant ad vitam æternam. Quapropter volens eos Apostolus certificare de resurrectione, & consolari super morte propinquorum, ait: *Nolo vos ignorantes reddere de dormientibus, quia resurrecti sunt, ut non contristemini super morte eorum*, sicut infideles, qui non habent spem resurgendi. *Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Pater eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo*. Miram rem agit Apostolus, Christum qui iam viuit, & resurgens à mortuis iam non moritur, dicit fuisse mortuum, & electos mortuos appellat dormientes, Christum ergo appellat mortuum, & resurrexisse, nos quoque speremus resurrecturos per virtutem diuinitatis eius. Electos vocat dormientes, quoniam nemo hominum tam facile potest socium suum excitare à somno, quam facile omnes suscitabantur à somno mortis. *Quod autem dicit: quia Deus Pater eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo*,

id est, cum Iesu ad iudicium, tale est, ac si diceret, qui dormierunt in Iesu, illi nempe venient cum Christo in gloria ad iudicium, & postea in fide passionis eius, & qui signo crucis sunt muniti atque Sacramento corporis, & sanguinis eius die mortis muniti, credentes suam salutem ibi contineri. Dicit beatus Augustinus, merito pro illis post mortem offerri sacrificia Deo, & corpus Domini consecrari, qui posui in

D

VII.

E

VIII.

XII.

F

XIII.

positi in saeculo deuotissime illud percepérunt. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini*, id est, in sensu Domini, quia Deus omnipotens loquitur per os nostrum. *Quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventum Domini non præueniemus eos qui dormierunt in Christo.* Modo supradicto sic videntur hæc verba Apostoli sonare, quod Apostolus suo tempore demonstrauerat diem iudicij venturum. Vnde & Thessalonenses legentes hanc Epistolam, putauerunt tempore Apostoli diem iudicij venturum. Quapropter alloquitur & exhortatur eos in secunda Epistola, inquiens: *Nolite terri per Epistolam quasi infest dies Domini.* Considerandum ergo quod ex persona electorum loquitur, qui viui in corpore inueniendi sunt in adventu Domini, qui residui dicuntur esse Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, omniumque sanctorum, qui eos præcesserunt per spatia temporum, & præcedunt modo atque præcedent usque ad diem iudicij ad requiem animarum qui post illos relicti erunt. Tam velox ergo erit, & celerrima resurrectio electorum, ut illi qui in corpore viui inuenient fuerint, & super terram, non poterunt præuenire eos eundo obuiam Domino in aera, qui in puluere tetræ iacebūt. *Quoniam ipse Dominus Iesus in iussu*, id est, in iussione Dei Patris descendet de cœlo, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt mortui resurgent primi. Eo modo quo supra diximus, idcirco dicit in iussu, quia iubente & disponente Deo Patre veniet Filius ad iudicium. Per unum Archangelum debemus iuxta Augustinum intelligere omnes virtutes Angelicas, quia Angeli personabunt vocibus eo veniente. Per tubam autem intelligitur uno modo magna vox Angelorum, & sonus, de quibus Marcus ait: *Miser Filius hominis Angelos suos cum tuba & voce magna.* Quod per tubam intelligatur, vox Angelorum ostendit Psalmista, loquens de Domini ascensione: *Ascendit Deus in iubilatione, Dominus in voce tuba.* Sicut enim tubam, ibi appellat vocem Angelorum, dicentium: *Viri Galilæi quid admiramini, aspicientes in cælum, & cætera.* Ita in hoc loco vocem Angelorum tubæ comparat, dicentium: *Ecce sponsus venit, exite obuiam illici & exurgite de sepulchris vestris, occurrite ad iudicium redemptori vestro.* Ista vox, qua omnes resuscitabuntur, bene potest appellari tuba. Alio modo tuba pro manifestatione ponitur, ut in Euangeliō ait Dominus: *Cum facias eleemosynam noli tuba canere ante te,* id est, noli manifeste facere, ne laude isab hominibus, sicut hypocrita. In tuba ergo Dei descendet Dominus de cœlo, id est, manifeste veniet ad iudicandum, ut ab omnibus possit videri. Secundum illud; *Videbit omnis caro salutare Dei.* Licet ergo quidam pueriliter intellexerint, quod dictum est in Iohel Propheta, *Iudicium Domini veniet in valle Iosaphat*, quasi in illa valle iudicaturus sit omnes gentes. Non est ita intelligendum, quoniam non pro loco, sed pro interpretatione illud nomen posuit ibi Propheta. Iosaphat interpretatur vallis iudicij, & Domini aduentus, & iudicium in valle erit reprobis, quia electis eleuatis ad superna cum Domino illi remanebunt in imis, & inferioribus inferni partibus. Dicamus & tertio modo secundum beatum Ambrosium, hoc quod dicit, in tuba Dei descendet de cœlo. Legimus quod Moyses legislator Domino præcipiente fecerit tubas argenteas, & postea Salomon in templo Domini, quibus concrepabant in solemnitatibus & in præliis. Sicut factum est quando muri Iericho corruperunt, & postea à Gedeone, de solemnitatibus dicit Psalmista: *Buccinate in nomen eternum, & ad gloriam tuba.* Recte ergo Dominus in tuba, dicitur venire ad iudicium, quia ipse ad hoc veniet, quasi in prælium, ut debellat aduersarios suos Iudæos, & Phariseos futurus Christus, victoriam sumat ex eis, dicens illis: *Ita in ignem eternum, & ad hoc etiam, ut remuneret electos suos introducendo illos ad solemnitatem æternæ gloriæ & felicitatis.* *Deinde nos qui vivimus qui relinquimus simul apiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Ex persona illorum loquitur, sicut & superius, qui viui inueniendi sunt, qui dicunt, simul rapiemur cum illis, Subaudi, qui nos præcesserunt ad requiem animarum. Sed tunc pariter adueniemus obuiam Domino. Hoc verbum quod est rapere, pro velocitate sepe ponitur. Et in hoc nimiam velocitatem resurrectionis, & dici iudicij de-

2 Thessal. 2. v. 2.

xv.

Matth. 24. v. 31.

Psalm. 46. v. 6.

Act. 1.

Matt. 25. v. 6.

March. 6. v. 2.

H

Luc. 3. v. 6.

I

Psal. 8. ver. 4.

March.

xvi.

I

signat, de qua supra iam diximus. Nam sicut Deus in momento cuncta fecit, ita in momento cuncta iudicabit. Cum dicit rapiemur ab Angelis cum illis, qui nos præcesserunt obuiam Domino in æra, ostendit quia non descendet Deus ad terras, sed in altitudine istius aëris se debet ad iudicandum. Et cum addit, sic, id est, cum corpore, & anima immortales effecti erimus semper cum Domino, non debemus putare quod in æra cum Domino simus regnaturi, quia finito iudicio reuertetur cum omnibus electis ad beatitudinem æternam, de qua descendit ad iudicium, si electi qui viui reperti fuerint, rapientur in æra obuiam Domino ab Angelis, quærendum est quomodo complebitur, quod dictum est à Deo primo homini Adæ, & in ipso omni semini eius, *terra es & in terram ibis*. Quæ hoc modo soluitur secundum beatum Augustinum. Homo de terra factus est corpore, & antequam spiraret Dominus in faciem eius, spiraculum vitæ, id est, antequam daret illi anima, illud corp<sup>9</sup> terra erat, & electi qui viui reperti fuerint in ipso raptu, dum Angelicis manibus portabuntur, subito morientur, subitoque resurgent, & dum anima in ipso raptu exierit à corpore, remanebit corpus terra. Sed tamen breuissimum spatum tenebit ipsa mors, in tantum ut nec cogitari nec perpendi possit. Itaque consolamini inuicem, o Thessalonicenses de resurrectione in verbis istis, & nolite dolere super mortem parentum.

## C A P V T V.

**D**iem iudicii dicit insperatum ad futurum, qui tamen ipsos non potest incautos opprimere, cum semper ad illum se præparent, ad quod illos etiam hortatur: monet quoq; de obedientia erga suos præfatos, & quomodo erga inuicem & erga Deum se habere debeant: erat pro ipsis, vtq; pro sc̄ orient, precatur.

- 1. A. 2. Pet. 3. c. d.  
Apoc. 3. a. 2. &  
16. c. 15.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9. 1fa. 59. c. 1.  
Ephes. 6. c. 17.

**E**t temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis, ut scribamus vobis. † Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. † Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient. † Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehendant: omnes enim vos filii lucis estis, & filii dei: non sumus noctis, neque tenebrarum. † Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobri simus. † Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. † Nos autem qui diei sumus, sobrij sumus, induit loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, † qui mortuus est pro nobis: ut siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo vivamus. † Propter quod consolamini inuicem, & adificate alterutru, sicut & facitis. † Rogamus autem vos fratres, ut non eritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos, † ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cū eis. † Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. † Videte,

ne quis

*ne quis malum promalo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuidem, & in omnes. + Semper gaudente. + Sine intermissione orate, + In omnibus gratias agite: hac est enim voluntas Dei in Christo Iesu, in omnibus vobis. + Spiritum nolite extinguere. + Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. + Ab omni specie mala abstinetе vos. + Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi serueretur. + Fidelis est, qui vocauit vos: qui etiam faciet. + Fratres orate pro nobis. + Salutare fratres omnes in osculo sancto. + Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hac omnibus sanctis fratribus. + Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.*

Rom. 12. d. 17.  
1. Pet. 3. b. 9  
Ecclef. 28. c. 22  
16.  
17.  
Luc. 18. a. 1.  
Coloss. 4. a. 2  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
D.  
24.  
1. Cor. 1. b. 9.  
25.  
26.  
27.  
28.  
I.  
A  
II.

**D**E temporibus autem subaudi diei iudicii, & momentis utrum æstate an hyeme, vere, an autumno veniet, vel qua hora diei aut noctis. Non indigetis ut scribamus vobis. Quare ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini sicur furta in nocte veniet, id est, sicut fur subito & insperata intempesta nocte venit dormiente domino domus, ita insperata veniet dies iudicii & Domini aduentus. Dominus requitus post resurrectionem de die illa, de regno scilicet electorum ab Apostolis, decentibus Domino fin tempore restitues regnum Israeli, ait non est vestrum sciere tempore ravel momenta, & ante passionem suam de eadem die ait de die inquiens illa nemo fuit, neque Angeli qui sunt in celo neque filii, nisi Pater solus. Ergo si Pater nouit, virtute & filius nouit, qui unus substantia est cum eo. Sed idcirco dicitur filius ignorare, quia discipulos ignorantes reliquit. Cum enim dixerint subaudi reprobationem & securitatem repentinus illis superuenient interitus, id est, subitanea perditio diei iudicii, sicut dolor est in utero habenti subaudi partum, & non effugient. Sicut mulier prægnans imminentे tribulatione, & persecutione non valet effugere persequentium infidias, ira & illi non poterunt effugere, de quibus ait Dominus. *Vix pregnantibus & nascentibus in illis diebus. Sicut in verbis Danielis Prophetæ inuenimus regnante Antichristo, & ministris eius tribus annis, & dimidio, & imperfectis ab illo Helia & Enoch, sicut in Apocalypsi habetur, quo tempore erit persecutio talis, qualis non fuit antea, nec postea subsequetur, interficietur ipse Antichristus, & maxima pars membrorum eius à Michaeli, vt beatus Gregorius ait, & sic beatus Paulus dicit Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, id est, 2 Thess. 2. v. 8. verbo, suo, & virtute sua quod utrumque verum potest esse. Quia si Michael illum interficeret, non sua sed Dei virtus erit, & iussio. Post mortem autem eius remanebunt quadraginta quinque dies, in quibus multa erit pax, vt in illis electi qui aliquid titubauerint in persecutione, penitentiam agant, & saluentur. Ministri autem Antichristi qui remanerint post mortem eius, gaudebunt per illos quadraginta quinque dies, duceat vxores, & coniuicia celebrantes, & ioca diuersi generis exercentes, ac dicentes: Licet Princeps noster sit mortuus, modo nos habebimus pacem, & securitatem, & cum talia dixerint subito veniet eis subitaneus interitus. Vos autem non estis in tenebris infidelitatis, Qui enim dormiunt, non esse dormiunt, & quiescunt in peccatis, Nocte dormiant, id est, in peccatis & vitiis quiescunt, & iacent, Indut in oram fideli & caritatis & galeam spem salutis, id est, habebamus fidem in Deum, caritatem in Deum & proximum, spem & expectacionem futurorum bonorum in capite, quia de coelis veniet nobis salus. Et his armis muniti securi & liberi erimus in aduentu Domini. Non posuit nos Deus in iram, id est non ideo posuit nos Deus in fide sua in Ecclesia, & cognitione sua vt in nobis suam vindictam exerceat. Sed in acquisitionem salutis posuit nos, vt salutem nobis inueniremus*

**xii.** taremus per fidem Iesu Christi. *Vt siue vigiliemus*, id est, viuamus in hoc seculo; *sive dormiamus*, id est, moriamur, in corpore simul cum illo, id est, cum Christo viuamus in anima, & in spe resurrectionis, *propter quod*, id est, propter illa, quae superius diximus de resurrectione, *Consolamini vos inuicem* Rogamus vos ut non eritis, id est, diligatis, honoretis, & necessaria eis ministretis, qui laborans inter vos in prædicatione & doctrina.

**xiii.** *Rogamus vos corripiate inquietos, consolamini pusillanimes.* Apud Thessalonicenses erant quidam vagi, & ut ita dicamus, gyrouagi, otiosi viuentes, & non labrantes manibus suis, unde viuerent, neque orationibus, aut psalmo diuis vacantes, sed circuibant domos aliorum, atque peragabant de loco ad locum, querentes unde viuere possent, cuius rei caussa multos inquietabant, vel etiam inquietos vocat superbos, qui causa superbie alios inquietabant: iterum erant alii pusillanimes, & timidi, qui bonum timebant iudicare, ne forte non possent illud effectu producere. Vel si indicabant, non libere illud agebant sed verecundabantur ex hoc in præsentia aliorum, ipsique pusillanimes erant, quia aduersa huius seculi patienter ferre non valebant, citoque scandalizabantur in verbo, & facto aliorum. Inquietos ergo, id est, vagabundos, otiosos, & instabiles, id est, superbos, qui alios molestabant, præcipit Apostolus corripi à Prælatis, & Magistris, quatenus desisterent ab otiositate, quæ est inimica animæ, & deponerent superbiam, radicem omnium vitiorum. Pusillanimes autem præcipit consolari blandicie ut per exhortationem & consolationem præpositorum roborarentur in omnibus bonis. Sequitur *Suscipite*, id est, in officium caritatis *infirmos in fide non corpore.* *Patientes et ore ad omnes.* Modo admonet Prælatos, ut subiectorum impræbitatem & impatientiam patienter ferant, dum aliquœ contra eos murmurant. Solente-nim inquieti, & immodesti seu impatientes, quando corripiuntur à Prælatis, insurgere contra eos, & impatienter ferre illorum correptionem, nolentes ab eis corripi, sed suam voluntatem implere. Quorum animositatem debent Prælati ad tempus sustinere, & iterum tempore oportuno & congruo cum aliorum auxilio emendare. *Videte, id est, cautele ne quis veltrum malum pro malo alicui reddat.* Hoc vult ostendere isto in loco Apostolus, ut non solum malum pro bono non debemus reddere, sed nec malum pro malo. Quatuor autem modis redditur aut bonum pro bono, aut malum pro malo, aut pro malo bonum, aut pro bono malum. Bonum pro malo redditur, sicut Redemptor noster nobis, qui mortui & perditæ eramus, atque propter peccata Deo alieni, quando per passionem suam & per baptismi gratiam nos redemit. Bonum pro bono, sicut in die iudicii dabit electis, dicens eis: quia esuriui & dedistis mihi manducare percipite regnum vobis paratum. Malum pro bono redditur sicut Iudas & Iudei Domino reddiderunt. Vnde ipse dixit eis per Zachariam. *Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem.* Et est sensus infirmos vestros curauit, leprosos mundaui, mortuos suscitaui, esurientes paui date mihi ex hoc mercedem, si dignum, & bonum est, & appendunt mercedem meam trigesima argenteas. Malum pro malo reddet Dominus reprobis in die iudicii, dicens eis. *Quia esuriui & non dedistis mihi manducare, ite in ignem æternum.* Quapropter non debemus vindictam expetere, ut reddamus malum pro malo, qui non possumus hoc tranquilla mente agere, sed debemus illi reseruare, qui semper idem & æqualis manet, & qui dixit, *mibi vindictam reseruate & ego retribuam illis supplicia*, vobis autem præmia. Malum si quidem pro malo reddere non est bonum. Malum vero pro bono valde nimiumque est malum. *Sed semper quod bonum est faci animi*, id est, imitamini & perficite inuicem siue alterutrum & in omnes, hoc est non solum in non credentes, quia fratres sumus omnes secundum carnem. Semper gaudere, non in diuitiis caducis, & temporalibus honoribus, sed in Domino gaudete, & bonis operibus & quia filii Dei estis. *Sive intermissiones orate.* Quis hominum mortalium potest semper orationi insistere? aut ergo totum tempus pro parte posuit Apostolus, ut dicat illum semper orare, quia canonicas

**zachar. ii. v. 31.****2 Cor. xii. vers. 19****F.****xvi.****xvii.**

ñicas horas obseruat secundum morem , & consuetudinem sanctorum Patrum, aut etiam illum , qui semper bene cogitat, & Deo placere desiderat. Quam diu enim quis bene cogitat, & bonum desiderat, semper orat. Nam quicquid boni iustus agit, ad orationem est referendum, & nemquam desinet orare, nisi desinat iustus esse, *in omnibus gratias agite*, id est, in fide, spe, caritate, cæterisque bonis operibus, & in prosperis , & in aduersis semper gratias, & laudes agite Deo. Quia neque prospira nisi eo donante, neque aduersa nisi eo permittente eueniunt. *Hec est enim voluntas Dei in omnibus vobis in Christo Iesu*, id est, Christum, à quo omnia bona nobis dantur, & sine quo nihil boni agere valemus. Sicut ipse dixit, sine me nihil potestis facere. Hæc est inquit, voluntas Dei ut malum pro malo , non redditatis, bonum semper sc̄temini, sine intermissione oretis, ut gaudeatis in Domino & in omnibus gratias ei referatis. *Spiritum nolite extinguere*, Dicatus hoc secundum Ambrosii sensum, spiritum nolite extinguere , id est, si aliquem ad horam spiritus sanctus repleuit sua gratia, vt possit interpretari diuinæ scripruras, & diuina mysteria loqui, nolite eum prohibere, quin loquatur , & doceat, quia Deus, qui os Aſinæ aperuit , reuelat ſæpe iuniori, quod melius est. Alter secundum Augustinum, spiritus sanctus qui vnius substantiæ est cum Patre & filio in sua natura, non potest extingui, sed per vitium nostrū extinguimus illum nobis , dum à nobis excludimus peccando, spiritus inquit sanctus disciplinæ effugiet fictum. Dum ergo tradimus corpus nostrum libidini , & coniungimus illud meretrici , quod tempore baptismi , & manus impositionis factum est templum spiritus sancti, excludimus illum à nobis, & fugamus , & quantum in nobis est, vt Augustinus dicit, extintores eius sumus , sed ne hoc agamus ait Apostolus spiritum sanctum , qui in vobis cœpit habitare tempore baptismatis, nolite fugare à vobis, neque extinguatis illum vobis peccando , & tradendo corpus vestrum diuersis turpitudinibus, quod templum eius debet esse. *Prophetias nolite spernere*, id est, si aliquis valet explanare dicta Prophetarum, sicut Hieronymus, cæterique Doctores, & ad ædificationem auditorum loqui, & prædicare, nolite illum despicere, neque contemnere, sed humiliter attendite, quæ docet, *Omnia autem probare quod bonum est tenete*, hoc est attendite omnia, quæ ille loquitur, & probate vtrum dicta illius & verba conueniant dictis Euangeli, dictis Prophetarum, & dictis Apostolorum. Quod si probaueritis non discrepare à sensu sanctorum patrum verballius, quod bonum est tenete corde, & opere perficie. *Ab omni specie mala abstine-*  
*te vos*, id est, ab omni re mala , & cogitatione prava , & opere peruerso abstinetе vos. *Ipse autem Deus pacis*, id est, Dominus Iesus qui pacem reliquit discipulis suis , & in illis omnibus nobis , dicens, *pacem relinquo vobis*. Et qui etiam nos pacificauit & reconciliavit Deo Patri per passionem suam. *Ipse sanctificet vos per omnia*, id est, sanctos faciat in omnibus, quæ cogitatis, & opere perficitis. *Vt integer spiritus ve-*  
*ster & anima & corpus in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur*. Quod dicit vt integer spiritus vester, & anima, & corpus seruetur, dupliciter possumus intelligere. Homo constat ex corpore, anima, & spiritu: tamen non sunt in eo tres substantiæ sicut Didimus contendit, nec est tertius in substantia hominis spiritus, sed spiritus ipse est anima. Vnde dicit in Euangilio *inclinato capite emisit spiritum*, & idcirco appellatur anima spiritus, eo quod spiritualis natura est, id quod spiret in homine. Anima vero dicta est eo , quod viuiscandum & ad viuendum animet corpus, ipsa etiam rationabilitas , & excellentia animæ, qua sapimus , & discernimus ab aliis creaturis spiritus appellari solet, sicut ostenditur ibi. *Benedicite spiritus*  
*& anima iustorum Domino*, Tamen spiritus & anima vnum est. Vnde apparet quia corpore incedimus , anima viuimus, spiritu intelligimus, & sapimus , de quo spiritu siue rationabilitate loquitur hic Apostolus, quæ rationabilitas etiam mens appellatur. Orat ergo Apostolus, vt spiritus, id est , rationabilitas nostra integra, & incorrupta atque inuiolata permaneat , & anima & corpus similiter incorruptum , & immaculatum maneat vsque in diem mortis nostræ, id est, in diem iudicii, sicut ab omnibus fôrdibus peccatorum mundati sumus tempore baptisma-

tis. Quia ergo potest corpus mundum esse, & anima, ac spiritus inquinari per malum cogitatum, & desiderium, ideo totum in homine dicit mundum esse debere. Aliter spiritus sanctus saepe ponitur pro gratia, & donis suis, sicut in Epistola prima ad Corinthios *spiritus inquit Prophetarum prophetis subiectus est, id est, dona spiritus sancti, quia non cogunt hominem loqui sicut arrepticum, & dæmoniacum.* Sic in isto loco potest intelligi pro gratia sua, quæ nobis tempore baptismatis datur, quia mundumur ab omnibus inquinamentis viatorum. Quam orat Apostolus ut integra & incorrupta atque immaculata maneat in nobis, ne nostro vitio & immunditia corruptatur, aut minuatur, vel fugatur a nobis. Si enim mala vita & cogitatio incedit, non est iam integra ipsa gratia, quia deserit hominem obnoxium peccatis. Nam ea agit homo, quæ odit spiritus sanctus, recedit ab eo eius gratia, ex toto aut minuit illi, qui peccat. Deus inquit pacis sanctificet vos per omnia, id est, totum hominem, ut gratia spiritus sancti, quam perceptis tempore baptismatis, non recedat a vobis, sed integra maneat vobis, & anima incorrupta sit, corpusque immaculatum, & totus homo mundatus integer seruetur sine querela. Non dicit sine peccato, quia non est homo qui faciat bonum & non peccet & in multis offendimus omnes. Si dixerimus quia peccatum non habemus veritas in nobis non est. Fidelis est, id est, verax est in promissionibus suis, Qui vocavit vos ad fidem, & gratiam suam quietam faciet subaudi quod promisit: fidelem dicit Deum in promissionibus suis, ut securi de præmio recte conuersentur. Explicit Epistola prima ad Thessalicenses Incipit secunda.

Jacob. 3. v. 2.  
1. Iona. 1 v. 8.  
XXI V.

I. Thess. 4 v. 16.

Thessalicenses accipientes priorem Epistolam, cum peruenissent legendo ad illum locum ubi loquitur Apostolus ex persona electorum, qui in die iudicii inueniendi sunt viui, inquiens, *deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur simul rapiemur cum ille obuiam Domino in aera, conturbati sunt, & conterriti nimium, putantes Apostolum ita esse locutum, quasi suo tempore, & illorum venturus esset Dominus ad iudicium, & timebant illi mitti cum diabolo in carcerem æterni supplicii, eo quod tarde venientes ad fidem imperfecti essent. Quapropter Apostolus ut comperit illos super hoc tristari, scripsit eis istam secundam Epistolam, in qua significauit eis nondum imminere diem iudicii suo tempore. Et ostendit eis, quod ante *destruendum esset regnum Romanorum, tamen occulte & obscure. Neque enim audebat aperte scribere de abolitione regni Romani, ne forte contra credentes persecutionem excitaret, denuntiat etiam aduentum Antichristi, & interfectionem eius.**



EPI.



# EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICEN- SES SECUNDÆ.

## C A P V T . I.

Gratias Deo agit pro fide ac tolerantia Thessalonicensium in persequitionibus; propter quas dicit illos gloriam, aduersarios verò vltionem in die iudicij recepturos: orans ut digni habeantur vocatione Dei.

**P**AULUS, & Silvanus & Timotheus, Ecclesia Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. + Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino nostro Iesu Christo. + Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuersique vestrum in inuicem: ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis + in exemplum iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. + si tamen iustum est apud Deum, retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant: + & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cœlo cum Angelis virtutis eius, + in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini nostri Iesu Christi, + qui pœnas dabunt in interitu aternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius: + cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. + In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, + ut clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini nostri Iesu Christi.

1.  
A.  
2.  
3.  
4.  
B.  
5.  
6.  
7.  
C  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.

I. **P**autus & Silvanus idem initium, idemque sensus, quæ in priori exposuimus,  
 A. **S**uper crescere fides vestra, fides augmento eget. Vnde Apostoli dicunt Domino:  
 III. **A**uge nobis fidem, & quidam alius: *Credo Domine adiuua incredulitatem meam.*  
 Marc. 9. verf. 14. gloriāmur in tribulationibus quas sustineris in exemplum iusti iudicij Dei, sicut ex ver-  
 IV. **bis** Prospere, aliorumque Doctorum colligere possumus, nihil agitur in hoc mun-  
 V. **d**o, nisi aut Deo faciente, aut ipso permittente. Sicut ergo martyres aliquique fide-  
 Psalm. 9. v. 9. **l**les Deo permittente multa pericula, & aduersa in hoc saeculo ad exemplum iusti  
 v. 1. **i**udicij Dei patiebantur, quoniam in ipsis ostendebatur, quasi illi, qui dilecti Dei  
 Matt. 25. v. 31. erant, talia patiebantur, multo ampliora & grauiora reprobis & inimici illius in die  
 iusti iudicij Dei suscipient. Iustum Dei iudicium dicit, quia tunc *indicabit* Deus  
 orbem terra in equitate. Sitamen iustum est apud Deum retribuere malis mala & bonis  
 bona. Si tamen coniunctio causalis in hoc loco, non produbitatione ponitur, sed  
 pro affirmatione, quasi diceret. Quoniam iustum est à Deo ita agere in reuelatione,  
 B. id est, in manifestatione Domini Iesu de coelo veniente ad iudicium, Cum  
 bid. verf. 41. Angelis virtutis eius, sicut ipse dixit, *Cum veneris filius hominis & omnes Angelicum*  
 i. x. eo & in reuelatione Domini Iesu dantis vindictam reprobis in flamma ignis iis, qui  
 x. non nonuerunt Deum, id est, paganis, & qui non obediunt Euangelio, hæreticis vide-  
 licet, & falsis Christianis, atque iudæis bene in flamma ignis dicit daturum Domini-  
 num vindictam reprobis, quia ignis precedet eum, tantum spatium aëris occu-  
 pans, quantum occupauit aqua in diluvio, quia ardebit terra, & crassitudinem  
 aëris, & purgabit electos. Reprobi autem audientes à Domino *ite in ignem eternum*  
 inuoluentur ab illo igne, & trahentur ad supplicia inferni, *Qui reprobi, dabunt*  
*pœnas eternas in interitu.* Dabunt pœnas non alijs, sed sibi dabunt, & inferent qui  
 mala fecerunt, pro quibus talia recipient. Dare etiam ponitur aliquando pro susti-  
 nere. Sicut in Virgilio, & pro purpureo dat se illa capillo, id est, sustinet pœnas. Ita  
 & hic dabunt pœnas, id est, sustinebunt. *Cum veneris glorificari in sanctis suis,* id est,  
 clarus apparet, eis, & blandus, reprobis autem terribilis, & saeuus. *Quia creditum*  
*est testimonium nostrum super vos in die illo,* id est, quia receptum & creditum est Eu-  
 angelium, & prædicatione nostra in vobis, & à vobis in die illo, id est, propter illum  
 diem, ut Euangelium perhibeat vobis testimonium credulitatis in die illo, &  
 recipiatis mercedem eternam in quo subaudi negotio oramus, vel hoc adoramus  
 semper pro vobis.

## C A P V T II.

De die Domini monet ne credant seductoribus, ostendens venturum prius filium  
 perditionis, qui varia edet prodigia fallacia, quibus reprobis seducentur:  
 de electione & fide Thessalonicensium gratias agit, monens ut seruent ac-  
 ceptas ab ipso traditiones, & pro eorum consolatione ac confirmatione o-  
 rat.

I. **R**ogamus autem vos fratres, per aduentum Domini no-  
 A. **stri Iesu Christi, & nostra congregacionis in ipsum:** † ut  
 2. **n**on cito moucamini à vestro sensu, neq; terre camini, neq;  
 3. **p**er spiritum, neq; per sermonem, neque per epistolam tamquam  
 Ephes. 5. b. 6. **p**er nos missam, quasi instet dies Domini. † Ne quis vos seducat  
 4. **v**ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus  
 B. **f**uerit homo peccati, filius perditionis, † qui aduersatur, & extollis-  
 5. **t**ur supra omne quod dicitur Deus. aut quod colitur, ita ut in tem-  
 plo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. † Non retinetis quod  
 cum

cum adhuc essem apud vos, hac dicebam vobis? † Et nunc quid de-  
 tineat scitis, ut reueletur in suo tempore. † Nam mysterium iam o-  
 peratur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de  
 medio fiat. † Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ie-  
 sus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione aduentus sui  
 cum: cuius est aduentus; secundum operationem satana in omni  
 virtute eius signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione  
 iniquitatis ijs qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non rece-  
 perunt ut salvi fierent: Ideo mittet illis Deus operationem erroris,  
 ut credant mendacio, et ut iudicentur omnes, qui non crediderunt  
 veritati, sed consenserunt iniquitati. † Nos autem debemus gratias  
 agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quod elegit vos  
 Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, et in fide ve-  
 ritatis: et in qua eis vocavit vos per Euangeliū nostrū, in ac-  
 quisitionem gloria Domini nostri Iesu Christi. † Itaque fratres state.  
 Et tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per e-  
 pistolam nostrā, et Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, et  
 Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem ater-  
 nam, et spem bonam in gratia, et exhortetur corda vestra, et con-  
 firmet in omni opere et sermone bono.

**R**ogamus vos fratres per aduentum Domini Iesu Christi & nostra congregacionis in i-  
 psū. Duos Domini aduentus legimus, primum in humilitate, secundum  
 in potentia, quando veniet ad iudicium, de quo hic ratio agitur. Congre-  
 gationem suam appellat multitudinem electorum, vel quæ cum eo veniet, vel  
 quæ ei obuiabit ad iudicium, in ipsum dicit, quasi in ipso, quia & in Christo sunt  
 omnes electi, ut pote membra adhaerentes illi, Rogamus vos fratres per aduentum  
 Domini Iesu ad iudicium, & per aduentum nostræ Congregationis, id est, om-  
 nium sanctorum, qui in ipso consistunt, Ut non cito more amini, id est, non citò tur-  
 bemini, Neque terreamini quasi infles dies Domini. Neque per spiritum, id est, si aliquis  
 se dixerit admonitum à spiritu sancto, quod dies iudicii immineat, nolite illi cre-  
 dere, neque terreamini eius verbis. Neque per sermonem, id est, per tractatum si a-  
 liquis explanator & tractator Prophetarum & præuideat diem iudicij immine-  
 re, & Christum venire ad iudicium, nolite ideo terrori. Neque per Epistolam iam  
 quam per nos missam. Si aliquis pseudoapostolus hoc finxerit, nolite ei eredere.  
 Quoniam nisi veneris discessio primum, ut discendant omnia regna à regno, & impe-  
 rio Romanorum, & reuelaret siue manifestatus faerie homo peccati, Antichristus  
 videlicet, quilibet homo sit, constanter erit omnium peccatorum, & filius perdi-  
 sionis, id est, filius Diaboli, non per naturam, sed per imitationem quia ideo ap-  
 pellatur perditio, & ipse perdidit humanum genus. Qui aduersatur, id est, contra-  
 rius Christo, omnibusque membris eius, Et extolleretur, siue erigitur in superbiam  
 supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur. Non est vnum, quod ait, quod dicitur,  
 aut quod colitur. Extollet se Antichristus supra omnē, quod dicitur Deus, id est,  
 supra omnes Deos gentium, Hercule videlicet, Apollinē, Iouē, qui falso dicuntur  
 Dii, & super oēs electos, qui nuncupatiue dicuntur Dii. Et Moyses, cui dicitur ecce  
 eōs uite Deū Pharaonū, & in lege Dii ne detrahas, i. sacerdotibus & ego dixi Dii, p. 4.  
 Itus, Exod. 7. v. 4.  
 p. 5. v. 6.

*Dea. 49. v. 17.*

Igitur super omnes istos extolleret se Antichristus, & maiorem dicet se omnibus illis, & non solum super illos, sed etiam quod maius est, super omne quod colitur, id est, super sanctam Trinitatem quæ solummodo colenda, & adoranda est ab omni creatura, ita se extolleret, ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Hoc dupliciter potest intelligi. Nasceretur Antichristus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod ait. *Fiat Dan coluber in via cerasies in semita.* Et cum venerit Hierosolymam, circumcidet se, dicens Iudeis: Ego sum Christus vobis promissus. Tunc confluunt ad eum omnes Iudei, & reædificabunt templum, quod est destruetum à Romanis, sedebitque ibi, dicens se esse Deum, vel etiam in templo Dei, id est, in ecclesia sedebit, ostendens se tamquam sit Deus. Nam sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis requieuit, ita in illo homine, qui Antichristus appellatur, eo quod sit contrarius Christo, plenitudo malitiae & omnis iniquitatis habitabit, quia in ipso erit caput omnium malorum diabolus, qui est rex super omnes filios superbæ. His verbis demonstrauit Apostolus Thessalonicensibus non prius venturum Dominum ad iudicium, quam regni Romani destructio fieret, quod iam nos implerum videmus, & Antichristum apparere in mundo, qui interficiet Christi Martyres. *Non retinetis quod cum essem adhuc apud vos hac dicebam vobis?* de aduentu Antichristi, & die iudicii? & nunc quid detineat scitis ut reueletur suo tempore. Dicit scitis, quid detineat, & non demonstrat quid. Quod nihil melius ibi intelligitur voluit significare, quam destructionem regni Romanorum, de qua obscure locutus est, ne forte aliquis Romanorum legeret hanc Epistolam, & excitaret contra se, aliosque Christianos persecutionem illorum, qui se putabant semper regnatores in toto mundo. Vos scitis inquit, quid detineat illum Antichristum, & quid moretur illum, quia nec dum est destruetum regnum Romanorum, nec recesserunt omnes gentes ab illis, ut reueletur, siue manifestetur ipse Antichristus suo tempore, id est, congruo tempore, & à Deo disposito scilicet postquam omnia regna discesserint à Romano imperio. *Nam mysterium iniquitatis iam operatur.* Mysterium græcè latino vocabulo dicitur aliquid occultum, & secretum. Mysterium ergo iniquitatis appellat interfectionem sanctorum, Martyrum persecutionem, quam inferebant Nero, & principes eius fidelibus Christi. Quæ ideo appellatur mysterium, quia quod diabolus operaturus est manifeste per Antichristum, interficiendo sanctos martyres, Heliam & Enoch, aliosque plurimos, hoc operabatur iam occulte per membra sua Neronem, ac principes eius, interficiens per illos Principes martyrum Apostolos, istud mysterium iniquitatis ceptum est à Nerone, qui occulte instigante Patre suo diabolo zelo Idolorum interfecit sanctos Martyres, & peruenit usque ad Diocletianum, & Julianum Apostatam, qui plurimos sanctorum peremerunt. Sicut ergo Christus qui est caput omnium electorum, longe ante suum aduentum occulte & per mysterium præfiguratus est, sicut in morte Abel, & immolatione Isaac & in David rege, qui Eoliam interfecit, qui diabolum significat, quem Christus in sua morte, & passione debellavit, ita diabolus qui in Antichristo erit, in membris suis, in aliis scilicet regibus præfiguratus est occulte, & per mysterium. *Tantum ut quis teneat nunc teneat donec de medio fiat,* id est, hoc solummodo restat, ut Nero, qui nunc tenet imperium totius orbis, tam diu teneat illud, donec de medio mundi tollatur potestas Romanorum. In Nerone comprehendit omnes Imperatores Romanorum, qui post illum imperii sceptra tenuerunt, ideo dicit donec de medio tollatur, quia vndeque ex omnibus confluebant Romam, & quasi in medio. Mundi erat, habens in circuitu suo omnes gentes, vel quicquid infra initium & fines continetur, medium potest dici, *Et tunc subaudi cum ablata fuerit potestas à Romano imperio, reuelabitur ille iniquus,* siue manifestabitur Antichristus, *quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Siue Dominus Iesus interficerit illum potentia iussionis suæ, siue Michael interficerit illum, virtute Domini Iesu occidetur, non virtute Michaelis. Occidetur autem, sicut Doctores tradunt, in monte oliueti, in papilione & folio suo, illo in loco, contra quem Dominus ascendit ad celos.

C.  
v.  
v. I.

V. I.

D

V. I. I.

*Iacob. 14. vell. a**Mari. 5. v. 16*

cœlos. Quod vero dicit Apostolus tunc reuelabitur ille iniquus, postquam de-  
structum fuerit imperium, vel regnum Romanorum, non est ita intelligendum,  
quod statim dixerit illum venturum, sed primum illud destruendum, ac deinde  
Antichristum venturum tempore à Deo disposito, & illustratione siue claritate ad-  
uentus sui destruet Dominus Iesus eum, id est, Antichristum, cuius est aduentus se-  
cundum operationem Satanae. Hoc ad ipsum diem iudicii pertinet, quando destruetur  
ipse Antichristus cum omnibus membris suis audientes à Domino, ite in fi-  
gnem æternum. Notandumque quia non statim veniet Dominus ad iudi-  
cium, ubi fuerit Antichristus interfectus, sed sicut ex libro Danielis intelligi-  
mus post mortem illius conceduntur electis ad poenitentiam dies quadraginta  
quinque. Quantulumcumque vero spatium temporis sit usque quo Domini-  
nus veniet, penitus ignoratur. Quod dicit cuius aduentus erit secundum o-  
perationem Satanae intelligendum est, quia quicquid operabitur Diabolo in-  
stigante, & cooperante implebit, qui ex toto illum possidebit. Tamen non  
amittet sensum, ut ignorantes se dicat Deum, neque vexabitur à Diabolo si-  
c ut phrenetici, quia si ita esset, nequaquam peccatum haberet, quicquid age-  
ret, sicut illi non habent, qui phrenesin patiuntur, qui nesciunt quid agant.  
*In omni virtute signis & prodigiis mendacibus subaudi erit aduentus Antichristi.*  
Signa & prodigia pro uno accipiuntur. In signis ergo & prodigiis mendaci-  
bus operabitur, quia videbitur mortuos suscitare, & alia multa signa facere;  
sed mendacia erunt, & à veritate aliena, quia per magicam artem, & phan-  
tasiam deludet homines, sicut & Simon magus delusus illum, qui eum occidere pu-  
tans, arietem decollauit pro eo. Vel etiam in signis & prodigiis mendacibus  
erit aduentus eius, quia per signa, & prodigia falsa quæ videbitur operari, tra-  
det homines ad mendacium colendum, id est, ad semetipsum, qui est mendax,  
& pater mendacii, & omni seductione siue deceptione iniquitatis erit illis, qui percurent,  
id est, ludæis, & paganis, *eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent,*  
id est, spiritum Christi, qui dixit. *Ego sum veritas per quem spiritum sanctum in-  
funditur dilectio Dei & proximi in cordibus vestris.* Ideo quia Christum, neque  
spiritum sanctum voluerunt recipere, mittet illis Deus operationem erroris, id est,  
permittet ad eos venire Antichristum, operatorem mendacii. Plus est quod  
dixi, operationem quam operatorem, quia ipsum remitteret eis, id est, ipsum men-  
dacium & Patrem omnis malitiae & iniquitatis. *Vt credant mendacio, id est, Diabolo,* *ut indicentur siue damnentur omnes qui non crediderunt veritati Christo, sed*  
*consenserunt iniquitati, Diabolo.* *Quod elegeris nos* Apostolos primicias in salutem  
omnium gentium. Apostoli primicias fuerunt, quia primi crediderunt, *in acquisi-  
tionem gloriae Domini Iesu,* id est, *vt vos acquisistis ad fidem nostram prædicationem au-  
gmentum faciatis corpori Christi, & glorificetur per vos, atq; laudetur iuxta il-*  
*lud: Videant opera vestra bona & glorificant Patrem vestrum qui in celis est. Deus Pater*  
*qui in tantum dilexit nos vt filium suum pro nobis daret, & dedit consolacionem a-  
eternam* promittendo nobis regnum cœlorum, *Et spem bonam expectationem sci-  
licet futurorum bonorum, In gratia sua non in merito nostro exhortetur,*  
*id est, doceat corda vestra.*



## C A P V T III.

Cupit ut pro se precentur, confidens quòd seruaturi sint ipsius præcepta. monetque ut subtrahant se à Christianis nolentibus seruare quæ ipse instituerat, nec manibus laborare, quod tamen ipsem̄ Paulus apud eos fecerat: cauet tamen ne tales ut inimicos existiment, sed ut fratres corripiant.

Ephes. 6. c. 18.  
Col. 4. 2. 3.

1.

A.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Act. 10. g. 34.  
1. Cor. 4. c. 12.  
1. Thess. 2. b. 9.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

D

15.

16.

17.

18.

**D**Ecatero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos: + & ut liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides. + Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. + Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ precipimus, & facitis, & facietis. + Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. + Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quæ acceperunt à nobis. + Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: + neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigione, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. + Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipos formam daremus vobis ad imitandum nos. + Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet. + Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè: nihil operantes, sed curiose agentes. + Iis autem, qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. + vos autem fratres nolite desicere benefacientes. + Quod si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate & ne commisceamini cum illo, ut confundatur: + & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. + Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem sempiternā in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. + Salutatio mea manus Pauli: quod est signum in omni epistola, ita scribo. + Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

I.

A.

II.

V.

**D**Ecatero orate pro nobis ut sermo Domini curras ab ore nostro ad aures vestras, & ab auribus ad cor sicque vertatur in operationem, Ut liberemur ab importunis qui non stant in portu quietis. Dominus autem dirigat corda vestra, id est, si quid turpitudinis in vobis habetur, auferat, & faciat vos per rectitudinem vitæ ambulare, & rectos gressus figere in bono opere. In caritate Dei, & proximi, & patientia Christi, ut patientes sitis inter aduersa huius sæculi, sicut Christus patienter pertulit opprobria, irrisiones, flagella, & crucem. Veleuam sicut quidam codices ha-



ces habent, in expectationem Christi, ut expectetis Christi aduentum ad iudicium. *Gratis panem non manducamus*, id est, sine labore, si quis non obedit verbo subaudi nostro aut vestro ut non sit otiosus. *Per Epistolam subaudi vestram hanc notare nobis*; & nos aspere increpabimus illum *salutatio mea manu Pauli quod est signum in emni Epistola*. In fine omnium Epistolarum Hebraicis litteris; & Græco iermone nomen suum scribebat, & illud quod sequiturne ab aliquo pseudoapostolorum potuisse corrumpi, ita scribo, quomodo? *Gratia Domini Iesu Christi cum omnibus vobis*. Explicit secunda Epistola ad Thessalonenses. Incipit Epistola prima ad Timotheum.

viii.  
x. v.  
xvii.  
xviii.

Timotheus filius fuit mulieris Viduæ, Patre gentili Græco procreatus, quem mater dum vellet circumcidere secundum præceptum legis, Pater prohibuit, qui erat incircumcisus, utpote gentilis, traditus autem litteris eruditus est tam diuinis scripturis, quam liberalibus artibus sociatusque beato Paulo factus est ei comes in prædicatione, & postea ab illo ordinatus & constitutus Episcopus, cui Apostolus direxit hanc Epistolam, instruens eum de ordinatione Episcopatus, & Diaconi omnisque Ecclesiastice disciplinæ & ordinis & quomodo deberet docere populum.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM

PRIMA.

## C A P V T I.

Præceptum reuocat quod Timotheo tradidérat, de retrahendis quibusdam à peruersa doctrina, & tradenda sana: lex ob iniustos posita est. Deo gratias agit, quod eum ab ecclesiæ persecutione ad Apostolatum vocauerit: qui misericordiam consecutus est, ut ostendatur Dei longanimitas ad peccatorum informationem. Timotheum monet ut strenuum agat militem.

**D**icitur: *Aulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, & Christi Iesu spei nostra: + Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro. + Sicut rogaui te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, + neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: qua questiones præstant magis, quam adificationem Dei, qua est in fide. + Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. + Aquibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, + volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. + Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur: + sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, + fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus,*

i.  
A  
A. 16. a.  
2.

3.

4.

B

5.

6.

7.

8.

Rom. 7. c. 12.

9.

10.

Aa

&amp; periu-

11. **E**go periuris, & si quid alsud sane doctrina aduersatur, tu que est secundum Euangeliū gloria beati Dei, quod creditum est mihi. **T** Gratiā ago ei, qui me confortassit, Christo Iesu Domino nostro, quia fidelē me existimauit, ponens in ministerio: tu quia prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiā Dei consecutus sum, quia ignorans feci incredulitatem. **T** Superabundauit autē gratia Domini nostri, cum fide, & dilectione, qua est in Christo Iesu. **T** Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. **T** Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam eternam. **T** Regi autem saeculorum immortali, inuisibili, soli Deo, honor & gloria in secula saeculorum, Amen. **T** Hoc praeceptum commendo tibi fili Timothée, secundum precedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, tu habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. **T** ex quibus est Hymeneus & Alexander: quos tradidi Satane, ut discant non blasphemare.

12. **A** Paulus Apostolus Christi Iesu secundam imperium Dei, id est, secundum iussionem & voluntatem Dei Patris, Saluatoris nostri, & secundum iussionem Iesu Christi sp̄i nostra. Salutem refert ad Deum Patrem, & spem nostram ad Christū, quia Deus Pater dedit nobis salutem per filium suum, quem dignatus est mittere nobis & per spiritū sanctum quem nobis tribuit tempore baptismatis, & tempore manuū impositionis. Per Christū autem habemus spem, id est, expectationem futurorū honorū, quia sicut ille resurrexit à mortuis, & ascendit ad cœlos, ita nos speramus resurrectionē nobis profuturā per ipsum, & ad gloriam æternam beatitudinis ascensurōs. Timotheo dilecto filio in spiritu in doctrina in fide non carne, gratia qua gratis dimittuntur peccata, & misericordia & pax qua reconciliamur Deo Patri, misericordiā medium interposuit, ut ostenderet, quia gratia, & pax per misericordiā Dei nobis confertur, non per meritum nostrum, sicut rogauiste, ut remaneres Ephesi, quæ est Metropolis Asiae, cù trem in Macedonia prouinciam Græcorū & denuntiaret quibusdam, id est, Iudaizantibus, & non recte credentibus, ne aliter docerent subaudi quam nos docemus. Neque enim intenderent fabulas & genealogias interminatas, id est, generationibus, quæ terram nō habent. Quæ fabulae & genealogiae questiones praestant magis, quam edificationē Dei, quæ est in fide, de Iudeis loquitur, qui præter eptatricum & Prophetas aliasque scripturas habent quasdam traditiones non scriptas, sed memoriaz commendatas ex traditione patrum, quas Apostolus fabulas, i. fictiones appellat, & excogitationes, quæ nullā utilitatem habent in se, nisi contentiones generant, & questiones. Ex quibus pauca de pluribus dicamus. Traditione illorū est, in exordio duas mulieres esse factas, etiā & alterā ex qua dicunt multos filios esse natos quod nusquā sacra scripture narrat, tales etiā erant illi, dicitur quibus dicit Dominus, Ve vobis Pharisei & scribzu qui superponitis traditiones vestras mandatis Dei dicentes Patri urbani, i. donū, vel munus quodcumque ex me tibi proderis, & multa his similia, sicut litter de genealogiis proponentes questionē quot annis vixerit Mathusalem, Noe, Eber, ceterique Patres, & quid fecerint, & quomodo, vel quando, vnde proponunt questionē.

questiōnem, si Salomon duodecimo anno ætatis suæ vñctus est in Rēgēm, & quadragesimo similiter anno suscepit regnum, quomodo Salomon duodenus potuerit filium procreare? Quæ traditiones & genealogiæ nullam ædificationem Dei præstant, quæ est in fide, id est, quæ ad fidem pertinet: ædificatio Dei est, quādo quis ea loquitur, quæ aliquid utilitatis habent, per quē præparat & ædificat Deo templū in cōdibus auditorū. Sed figura Iudæorum quæ memoriter recitat, nulius utilitatis sunt. Dicit B. Hieron. quid mihi prodest scire quot annis vixerit Māthusalē, Noe, Sē, aliiq; Patres? nihil sic intelligendū est de functionibus illorū, à qui bus Apostolus præcipit eis per Timotheum ut desistant, *Finis enim præcepti est caritas*, finis est terminus, finis est consumatio, qua cōsumitur vbi, vt ultra non sit quod erat. Vnde dicimus, finis est cibus, finis etiā est cōpletio, perfectio, & consumatio qua consumatur tela, vnde dicimus finita tela, id est, texendo perfecta est, & consumata. Sic finis præcepti siue præceptorū perfectio, & ampliatio est caritas, totam enim magnitudinē & latitudinē diuinorum eloquiorū secura possidet caritas, qua diligimus Deū, & proximū. Omnis igitur præcepti finis, siue cōpletio caritas est, id est, ad caritatē refertur, omne præceptū quia qui Deū diligit non peccat, & qui proximū amat, vt seipsum, non delinquit, quia non adulterat vxorem eius, quoniā suā non vult adulterari: non occidit aliū, quia non vult occidi, sic de cæteris intelligentiū præceptis, & ipsa caritas de corde puro debet esse non de fictō, & conscientia bona & fide non ficta conscientia sēpe ponitur pro spe, sicut in hōc loco caritas: ergo de spe bona debet procedere, quia ideo debet Deū & proximū diligere, vt æterna præmia speret se exinde recepturū. De fide etiam nō ficta, vt quod credit & intellegit, opere perficiat. Nam fides ficta est, quæ confitetur ore, sed nō tenetur corde; neq; exhortatur operibus. Quā multi habent de quibus dicitur, confitetur se nosse Deū, factis autem negant. Fides vero vera est, quæ tenetur corde, proficitur ore, perficitur opere, à quibus subaudi virtutibus, id est, à caritate, spe bona; & fide non ficta aberrantes quidam Iudeorū, connexi sunt in vaniloquiuī, loquentes ea, quæ vana sunt, nullamq; utilitatem in se habent, volentes esse legi Doctores, nō intelligentes sicut intelligenda sunt, neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Iudæi si quando de petra & falsa opinione sua, & de fabulis de traditionibus suis variis reprehendi & conuinci cōperint, ad defendendum, id est, quod leuissima temeritate & excoitatione nec non & apetissima falsitate dixerunt eosdem libros sanctos, vnde ea probent, proferre conantur, vel etiam memoriter quæ ad testimonium valere arbitrantur, multa inde verba pronuntiant, nō intelligentes sicut intelligenda sunt, neq; quæ loquuntur, neq; testimonia quæ proferant, de quibus volunt affirmare suā falsitatem, ponentes incongrua exempla. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur ille vtitur legitime lege, qui intelligit, quare sit data, videlicet ad reparandam & roborandam naturalem legē, quam genus humanū iam conculcatā habeat, & qui intelligit quamdiu obseruari debuit, in figura scilicet vsq; ad Christi aduentum, & qui ea, quæ in lege præcipiuntur carnaliter, & in figura post Domini aduentum spiritualiter intelligi, & iam non in figura sed in veritate, adimpler videlicet, vt circumcidat se, id est, expoliet per baptismum, & per pœnitentiā ab omnibus peccatis, & celebret sabbatum spiritualiter, qui ostendendo à prauo opere & præcepta moralia teneat qualiter vtitur lege, bona est illi lex. *Sciens hoc quia iusto non est lex posita*, id est, iustificato per fidem & gratiam baptismatis, & legem volenti implerē, non est lex posita, id est, imposta, vt super illum sit, in illo est enim potius, & cum ipsa quam sub illa, quia amicus legis est. Vnde si omnes essent iusti, nequaquam esset lex data. *Sed iniustis & peccatoribus data est lex* vt illi eius timore desinant peccare. *Plagiariis subaudi posita est lex* Plagiarii sunt seductores, qui homines seducendo furantur, & vendunt. *Fidelis sermo & omni acceptio* ne dignus, quod Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. In Græco habetur humanus sermo, id est, iucundus, gratus, & acceptus. Quid enim iucundius, quid gratius, quam audire, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere? Si ergo humanus est, numquid est & diuinus? est vtiq;. Quia nisi esset di-

A 2 z vinus;

v.

C.

v i.

v ii.

D

v i i.

ix.

x vi.

E

Iona. 1. v. 14.

Marc. 2. v. 17.

Marc. 12. v. 41.

tinus, nequaquam potuisse peccatores saluos facere. Sed humanum illum dixi alio modo, quia verbum caro factum est & habens in nobis, vel fidelis sermo est, id est, verus & dignus est, ut ab omnibus acceptus habeatur, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere, sicut ipse dixit. non veni vocare infios sed peccatores ad penitentiam & venie filius hominis saluare quod perierat, sed querendum est, quare dicat Apostolus, quorum primus ego sum. Numquid ante eum non fuit peccator Cain & numquid ante eum non fuerunt peccatores Sodomitae & Iudei? qui Dominum crucifixerunt? Vel numquid illum primū venit vocare, & saluare? Numquid ante eum non est vocatus & saluatus Petrus? aliiq; Apostoli, multiq; credentes? sunt vtiq;. Notandum quia sicut dicitur primus in bono inter alios, ita etiam primus inter alios in malo, & ponitur aliquando pro ordine & dignitate. Sed in hoc loco Apostolus humilitatis primū se dixit, quasi priorē aliis, aut pessimū omniū. Sic enim soliti sumus dicere, Verbi gratia transit Rex, aut quilibet potestas p̄ quendā locū, & inuenit turbā latronū, & dicit quis est primus in vobis, adducite illū, id est, quis est primus ad malum, cuius auctoritate alii latrociniū exerceant? sic etiā dum inuenit aliquis artifices laborantes, dicit. Quis est hic primus? nō interrogat quis prior sit arte, sed quis prior sit arte. Sicut ille prior est in arte, ita latro primus iniquitate. Et beatus Apostolus hoc modo dicit de se causa humilitatis, quorū primus ego sum, id est, illorū peccatorum, quos venit Christus saluare, Ego sum pessimus. Re enim vera multum erat imbutus iniquitate, qui Christū iam in coelo sedentem persequebatur in terra membras sua. Sed ideo misericordiam consecutus sum ut in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem, siue ad exemplū eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Quare sit misericordiam consecutus, exponit causam Christus, inquit, datus veniens conuersis ad se peccatoribus, extendit caritatem suam vīq; ad inimicos suos. Me primo elegit acriorem inimicum, quem cum sanaret, nemo in ceteris desperaret. Egit Dominus more peritisimi Medici, qui veniens ad illum locum, ubi antea ignotus erat, & ubi plurimi sunt infirmi, quemcumq; grauiori infirmitate laborantem & in desperatione positum inuenit, illum assumit primum ad curandum, ut in illo ostendat peritiam suę artis, & vt alii infirmi videntes illum sanum, qui grauiori morbo grauatur, non desperent de salute. Sed unusquisq; illo in loco dicat proximo suo, vade ad illum medicum, securus esto, sanabit te. Sic Dominus Iesus Christus verus Medicus ostendit in beato Paulo Apostolo gratiam suę Medicinæ, id est, misericordiam suę pietatis, sanando illum à languore infidelitatis, & morbo vitiorum, ut in illo ostenderet quia filius misertus est, qui eius fuit persecutor in sanctis martyribus, vtique & aliis miserebitur, Regi autem saeculorum immortali inuisibili soli Deo honor & gloria in saecula saeculorum. Quidam Regem saeculorum in hoc loco intelligunt Deum Patrem, pro eo quod ait Apostolus inuisibili, dicentes ideo illum appellatum esse ab Apostolo inuisibile, quod eius persona in veteri testamento per aliquā subiectam creaturā, & similitudinē non fuerit ostensa, sed filii. Sicut ostēsa est Esaiæ, qui videt illum in habitu regnantis sedere. Et Danieli, qui dixit: Aspicebā in vīsu noctis & ecce filius hominis venit & data est ei potestas. Quos B. August. reprehendit, affirmans regē saeculorū inuisibilem sanctā Trinitatem appellatam esse, Patrem videlicet, & filium, ac spiritum sanctū, quæ Trinitas personarū unitatem deitatis facit, quæ est unus Deus & sicut est Pater inuisibilis, & spiritus sanctus inuisibilis, ita filius inuisibilis, quia Deus spiritus est. Illi ergo qui dicunt personā Patris nō esse ostensionem in veteri testamento, attendant quid dicat Daniel: Aspicebā inquiens & ecce antiquus dierū sedet. Quapropter Rex saeculorū sancta Trinitas est, quæ est unus & verus Deus, immortalis, i. inmutabilis, in sua substātia. Pater igitur, filius, & spiritus sanctus un⁹ De⁹ Rex est saeculorū præteriorum & futurorū. Homo vero assumptus à verbo ex eō tempore Rex est futurorū, ex quo assumptus est à verbo nā præteriorū saeculorū nō fuit Rex ille homo, qā nō erat. Soli Deo, i. S. Trinitati honor, laus, iubilatio & gloria in omnia saecula saeculorū sit. Hoc est p̄ceptū superius dictū, qā Christus Iesus venit peccatores saluos facere, vel hoc etiā præcepit commendo tibi q̄ dicturus sum fili⁹ Timothee secundū præcedētis in te Prophetias, ut milites in illis bona militiā. Prophetias præcedentes

Dan. 7. v. 13.

xvii.

G.

xviii.

cedentes appellat intelligentiam Prophetarum, quam habuit Timotheus, antequam ordinatus esset Episcopus. Commendo, inquit, tibi hoc præceptum secundum intelligentiam Prophetarum, quæ præcessit in te, antequam Episcopus ordinareris à me, ut milites, id est, certes in illis Prophetiis bonam militiam, id est, pugnam, docendo te & alios, & quod prædicat ore, perficiendo opere. Nam militia dicitur pugna, & miles pugnator, *babens fidem subaudi rectam & bonam conscientiam*, id est, bonam spem, quæ intelligitur per conscientiam, sicut paulo superiorius diximus, ille ergo habet bonam spem, qui talia opera agit, pro quibus sperat se præmia æterna percepturum. *Quam quidam circa fidem naufragauerunt*, naufragium dicitur nauis fracta, & sicut ille nudatur substantia sua, quam habebat in naui, qui naufragium patitur, & ipse insuper perit, ita, qui repellunt fidem, nudantur à veritate fidei, & pereunt insuper æterna perditione. Circa fidem naufragauerunt, id est, nudi, & alieni à veritate fidei remanserunt, vel etiam perierunt. *Ex quibus, id est, qui à veritate fidei recesserunt, est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sarana ut discant non blasphemare.* Alexander quidam fuit faber ætarius, veniens ad fidem Christi, sed postea reueritus est ad apostasiam, suam, qui postea erat apud Athenas, faciens ædes Dianæ, quando commouit totam ciuitatem contra Apostolum. Vnde ipse dicit in epistola secunda ad Timotheum. *Alexander Casariorum multa malamibi offendit.* Multi ergo fuerunt qui à fide recesserunt, ex quibus sunt Simon magus, & Hymenæus, atque Alexander, quos duos tradidit Apostolus Diabolo ad vexandum, & puniendum, quo suadente à fide recesserunt, & instigante nomen omnipotentis blasphemabant, ne alii auderent similiter facere. Nam tantæ potestatis erat Apostolus tantamque gratiam habebat, ut recedentes à fide, solo verbo traderet eos Diabolo.

H.  
xix.

2. Tim. 4.v. 14.

## C A P V T II.

Vult pro regibus & magistratibus fieri orationes ac gratiarum actiones, vnumque dicit esse Deum, & vnum mediatorem: quomodo orare debeant vir ac mulier, & quomodo hæc ornari debeat, cuius non est docere, sed in silentio discere.



*Bsecro igitur primùm omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: † pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & castitate. † hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo. † qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. † Vnus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: † qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis: † in quo positus sum ego predicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate. † Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. † Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel ueste pretiosa: † sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. † Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*

1.  
A.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

C.

8.

9.

1. Pet. 3.a.3.

10.

11.

Aa 3

† Doce-

12. *† Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum;*  
 13. *sed esse in silentio. † Adam enim primus formatus est, deinde Heua:*  
 14. *¶ Cor. 14. f. 34. Gen. i. d. 27. Gen. 3. b. 6. † Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in preuaricatione fuit. † Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.*

1. **A.** **B.** **C.** **D.** **E.** **F.** **G.** **H.** **I.** **J.** **K.** **L.** **M.** **N.** **O.** **P.** **Q.** **R.** **S.** **T.** **U.** **V.** **W.** **X.** **Y.** **Z.**

**O**bsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in sublimitate sunt. Beatus Apostolus dirigen<sup>s</sup> hæc verba Timotheo, in illo tradidit omnibus Episcopis, & Presbyteris, omniq; ecclesiæ formâ, quomodo deberent missarum solemnia celebrare, & pro omnibus hominibus orare. Quam formâ, id est, exemplū omni<sup>s</sup> ecclesia modo retinet, nā obsecrationes sunt, quiequid præcedit in missarum solemnitiis vsq; ad illū locum, vbi incipit sacerdos cōsecrare mysteria corporis, & sanguinis Domini, inquiens. Te igitur clementissime Pater petimus. Orationes sunt quas fundit sacerdos in consecratione Eucharistiae vsq; ad fractionē corporis Domini, videlicet quando particulâ quandam ponit sacerdos in calicē. Postulationes sunt benedictiones Episcopales, quas dicit Episcopus super populum, inuocans nomen Domini super illū, quod tractum est ex veteri testamento: per Moysen namq; dixit Dominus sacerdotibus, *inuocabant nomen meum super filios Israel & ego benedic eis*, gratiarum actiones, sunt laudes quas communicato populo refert sacerdos Deo Patri, qui dignatus est mysteria corporis, & sanguinis filii sui dare ad salutem, & redēptionem. Ne forte diceret aliquis non debemus orare pro regibus infidelibus, & iudicibus, ac ducibus, quia pagani sunt, præcepit Apostolus pro omnibus hominibus orare, eodem spiritu sancto afflatus, quo & Hieremias Propheta qui misit Epistolam Iudeis, qui erant in Babylone, vt orarent pro vita regis Nabuchodonosor, filiorumq; eius, & pro pace ciuitatis, ad quam ducti erant captiui, inquiens: Ideo debetis orare pro eis quia in pace eorum erit pax vestra similiter & Apostolus reddit caufam quare talia præcipiat, *Ut tranquillam & quietam, id est, pacificam vitam agamus in omnipietate & castitate.* Pietas est cultus, & religio omnipotentis Dei. Ideo ergo orandum est seruis Dei pro vita Regis, & pace regni, vt ipsi liberius possint dediti esse in cultu, & religione Dei. Quia plerumq; dum hostes fugat seruos Dei à propriis sedibus, & discurrunt bella & seditiones per regna, vt non possint in cultura Dei esse intenti per omnia, sicut tempore pacis. Pietas etiam est misericordia, quam debemus impendere pauperibus, & indigentibus. Si ergo deprædamur ab hostibus, non possumus opus misericordiaz exercere, quia non valet impendere alteri, qui non habet, vnde semet ipsum sustentet, sed vt habeamus, vnde eleemosynam tribuamus, orandum est pro vita Regis, ac principū, & pro pace Regni, & vt agamus vitam nostram, id est, ducamus in omni castitate corporis tempore pacis, vtcumq; & cum nimia difficultate seruari potest castitas. Quando vero deprædatur regnum à prædonibus, & hostibus, nequaquam potest seruari, quia Domini qui deprædati sunt, captiuos, explet voluntatem, & imunditiam suā cum eis, vt libet, nec valent resistere. Quapropter orandum est pro salute, & vita fideliū Regū, & Principum vt longo tempore conseruati pacem habeat regnum, & magis ac magis proficiant in melius Pro infidelibus quoq; orandum est, vt resipiscant ab infidelitate, & transeant ad fidem. *Hoc enim bonum est coram Salvatore nostro Deo subaudi vt pro omnibus hominibus oremus. Qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire.* Cum psalmista dicat, *omnia quecumque voluit Dominus fecit, & Apostolus. Qui vult omnes homines saluos fieri. Quærendum est, quare non omnes homines saluentur, ad quod dicendum est, quia verum est, quod psalmista dicit, quia ipse dixit & facta sunt.* Similiter omnes homines vult saluare, qui saluantur, & qui per eum misericordiam querunt saluari: totum enim pro parte posuit Apostolus, sicut & in Euangeliō, vbi dicit Dominus: *si exaltatus fuerit a terra omnia traham ad me.* Non enim omnes homines traxit aut

**Ierm. 29. v. 7.** **Psalm. 113. v. 7.** **Psal. 32. v. 9.** **Ioan. 11. v. 12.**

aut trahit ad se, sed omnia subaudi electa, & ex omni sexu & conditione à Regibus usque ad mendicum, à perfectis ætate usque ad puerum, vel infantem, qui vi-  
nius diei. Nemo tamen potest saluari, nisi de quo Dominus vult, quia ipse cui vult  
miseretur. Si enim homines in sua perditione mansissent, rectum eius iudicium  
esset, sed ut eius misericordia & potentia ostenderetur, quia ipse potens est, om-  
nes homines saluare in illis, qui pereunt, ostendit suum rectum iudicium, & in his  
qui saluantur suam misericordiam: præuenit enim nos eius gratia, ut velimus, de-  
bet nostra voluntas illius voluntati concordari, & tunc ipse dabit posse. Atque  
ex hoc quod eius voluntati iungimus nostram, digni simus remuneratione: tamē  
totum illius gratia est tribendum, quicquid boni agimus. Qui vult inquit om-  
nes homines salvos fieri, subaudi qui saluantur, & ad cognitionem sanctæ Trinitatis  
venire, quæ est summa & substancialis veritas. *Vnus enim Deus Pater, & filius, ac spi-  
ritus sanctus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.* Dominus Iesus in  
vna persona verus Deus, & verus homo est, si solummodo Deus esset, non poterat  
esse mediator noster, quia ipse in natura diuinitatis unius substantiae est cum patre.  
Econtra si solummodo homo purus, nequaquam esset mediator noster inter nos &  
Deum Patrem, quia peccator esset, & similis nobis omnibus. Accepit ergo huma-  
nitatem vestram, quia Deus erat & per hoc quia sine peccato conceptus, natus, &  
conuersatus est, Deus verus, & homo existens, innocenter pro nobis mortuus, fa-  
ctus est mediator noster, quia nemo est Deus & homo, nisi ipse solus. Nā mediator  
nō potest esse nisi inter duas partes. Est autem mediator malus, qui generat discordias  
inter duos, bonus vero mediator, generat & procurat pacem sicut Dominus Ies-  
sus inter nos & Deum Patrem, qui dedit redemptionem pro omnibus subaudi electis, quā  
redemptione: *semel ipsum.* Qui dedit etiā testimonium subaudi resurrectionis vestrae  
& ascensionis ad beatitudinem æternæ temporibus suis, id est, tempore, quo resurrexit,  
ascendit ad cœlos, testimonium resurrectionis dedit quia sicut ipse qui mortuus  
est, tertia die resurrexit, atq; postmodū ad cœlos ascendit, ita nō credimus resur-  
gere in die iudicii, atq; ad gaudia regni cœlestis transire, sicut ipse promisit, in quo  
testimoniō, i. in spe resurrectionis positus sum ego predicator ut illa annuntiē. *Volo ergo*  
*viro orare in omni loco* si Apostolus vult, Deus vult, qui habitat in eo, quia vas elec-  
tionis est illi, ne forte putarent aliqui non esse orandum, nisi tantummodo in Ecclesia,  
ait Apostolus. *Volo omnes homines orare in omni loco, in agris, in siluis, in domi-  
bus, in itinere, tamē non præcipit orare in turpibus locis, sicut est sterquiliniū, ne-  
que in publicis locis, in foro videlicet, aut in plateis, nisi causa itineris, ut in itinere*  
*sit positus, ne reprehendatur ille talis cū Pharisæis, quibus Dominus ait, Væ vobis* Matth. 6. v. 5.  
*pharisaï hypocritæ qui oratis in angulis platearū levantes ad cœlos paras manus ab*  
*homicidio, à rapina, à furto, à periurio sine ira & discepatione, id est, discordia. Simi-  
liter volo & mulieres orare in habitu ornato, Non ornato, auro, vel gemis, aut margari-  
tis, sed ornatu dicit, i. congruo sibi, quia nullus est plus cogruus quā candidus, sicut*  
*est Sydon, sed quod decet mulieres subaudi illud indumentū habeant, promittentes*  
*pietatem per bona opera, id est, ostendentes religionē, & cultū Dei se tenere per bo-  
na opera. Mulier in silentio discat subaudi, quod ignorat cum omni subiectione non in*  
*ecclesia, neq; cum superbia sed in domo, docere autē mulieri non permitto, in suo sexu*  
*permittitur mulieri docere in domo sua, & pueris etiā, in ecclesia autē prohibetur.*  
*Et hoc quare? Quia subiecta debet esse viro. Quoniam de corpore eius facta est,*  
*vel etiam idcirco non permittitur ei docere, quia fragilior est sexu, quam vir, & ca-  
uendum, ne sicut per serpentem seducta mortem attulit mundo, ita etiā facile ad*  
*errorem pertrahat. Adam non est seductus subaudi in prævaricatione fuis prima, id est,*  
*prævaricationis poenæ subiacuit. Saluabitur autem subaudi mulier per filiorum ge-  
nerationem si permanferit eadem mulier in fide perfecta & dilectione Dei & proximi.*  
*Et sanctificatione ut præter virum proprium alterum non cognoscat cum sobrieta-  
te sive cum temperantia. Saluabitur mulier per filiorum generationem, id*  
*est, per bona opera, si habuerit caritatem, misericordiam, hospitalitatem, cæ-  
teraque talia. Quæ beatus Gregorius intelligi vult per filios. Aliter. Numquid*

saluabitur mulier amplius si permanserit in castitate: Vtique, sed si genuerit filios & eos in fide & religione omnipotentis Dei educauerit, atq; ad perfectionem bonae vitae perduxerit, si quid deliquit, saluabitur pro labore quem in illis impendere studuit.

## CAPVT III.

Docet Timotheum quales esse debeant episcopi, diaconi ac mulieres: vt sciat quomodo conuersari debeat in ecclesia quæ est columna veritatis, simulque commendat dominicæ incarnationis sacramentum.

Tit. 1.b.7:

1.

**I**idelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. † Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, † non vinolentum, non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, sed † sua domui bene prepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. † Si quis autem domus sua praefesse nesciret quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit? † Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. † Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli. † Diaconos similiter pudicos non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: † habentes mysterium fidei in conscientia pura. † Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes. † Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. † Diaconi sint unius uxoris viri: qui filiis suis bene presentent, & suis domibus. † Qui enim bene ministraverint gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, qua est in Christo Iesu. † Hec tibi scribo, sperans me ad te venire cito. † si autem tardaueris, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, que est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. † Et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

I.  
A.

**F**idelis sermo, id est, verax, siue subsequens, siue precedens, vel humanus fermo, vt in Graeco habetur, id est, iucundus, gratus, & acceptus, Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Opus, non dignitatem, laborem, non honorem. Ideo debet aliquis Episcopatum desiderare, vt aliis doctrinam verbi Dei annuntiet, vt bonum exemplum ostendat, & si necessitas fuerit, vt primum ad palmam Martyrii currat. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, id est, sine crimine, & capitali peccato. Non dixit sine peccato, quia non est homo super terram, qui faciat

II.

faciat bonum, & non peccet. *ornatum* moribus & virtutibus atque doctrina. Non  
 auro redimitis vestibus, aut castorinis *Prædicam*, id est, castum ab omni immunditia:  
*Hospitalem*. Laicus aut quilibet Eucharisticus si duos auctores pauperes ho-  
 spitio colligat hospitalitatis officium implet: Episcopus vero si omnes non recepe-  
 rit, inhospitalis reputabitur. *Non percussorem*, vt non sit pugil, sicut iudices istius  
 saeculi, vel si percussus fuerit, non reddit vicem, vel etiam suo prauo exemplo,  
 aut *Doctrina* peruersa non percutiat animam subiectorum. *Non cupiditatem*. Morbo  
 cupiditatis penè omnes laborant. *Vnius uxoris virum*, id est, antequam ordinetur,  
 vnam vxorem debet habere vt non sit bigamus aut trigamus, postea vero penitus  
 debet, *sue domus bene prepositum*, id est, sua familie antequam ordinetur. *Non ne-*  
*phytam*, id est, nouelluna conuersum, id est, nouiter venientem ad fidem, vel no-  
 uiter deserentem militiam saecularem. *Ne in superbiam elatus in iudicium incidat*  
*Diaboli*, id est, in damnationem, in quam Diabolus incidit propter superbiam, &  
 dicat quia indigebat Ecclesia mea sapientia, vel meo auxilio me ad fidem adduxit,  
 & super se constituit. *Oportet etiam illum & testimonium bonum habere ab iis qui foris*  
*funt*, id est, ab haereticis, & paganis qui extra Ecclesiam sunt debet haberé bonum  
 testimonium, sicut de beato Basilio legimus. *Similiter Diaconos* subaudi oportet  
 esse *pudicos*, quare tacuit de presbyteris: quia in ordine Episcopali comprehen-  
 duntur presbyteri. Omnis enim Episcopus presbyter est, tamen non omnis pres-  
 byter Episcopus, *non turpe lucrum sectantes*, Turpe lucrum est pér vsuras, & qua-  
 dam inuentiones lucra temporalia cumulare, *Habentes mysterium fidei in conscientia*  
*bona*. Mysterium dicitur res occulta, & mysterium fidei appellat hic ipsam fidem,  
 qua credimus in Deum, quæ occulta est, quia non videtur nisi in corde. Con-  
 scientiam bonam dicit, spem bonam, vt pér bona opera sperent percipere præmia  
 æterna, habentes mysterium fidei, id est, fidem perfectam in spe bona. *Similiter*  
*mulieres* oportet esse *pudicas*, Quidam veluerunt hic intelligere Diaconissas, sed  
 non est illud, vt beatus Augustinus dicit. *Scias quomodo oporteat te in domo Dei con-*  
*uersari, quæ est Ecclesia Dei via et columnæ & firmamentum veritatis*. Ecclesia columnæ  
 & firmamentum veritatis appellatur, quod vnum est propter firmitatem fidei, &  
 quia Doctrina cœlesti, & miraculis diuinis firmata est. *Et manifeste magnum est pie-*  
*tatio sacramentum quod manifestum est in carne, iustificatum est in spiritu*, sacramentum  
 dicitur res occulta, idem est & mysterium aliquod. Sacramentum autem isto in  
 loco appellat Apostolus verbum Dei Patris, quod in natura diuinitatis, in qua æ-  
 quale est Patri, inuisibile manet. Sacramentum vero pietatis dicit, id est, religio-  
 nis, & veræ culturæ, quia illi soli competit religio sancta & illum conuenit venera-  
 ri istud magnum sacramentum pietatis manifestum est, id est, manifestum est in Ec-  
 clesia cordibus fidelium, quod filius Dei est, & hoc est quod subiungit. Quod ma-  
 nifestum est in carne, id est, istud sacramentum, quod in natura diuinitatis non  
 poterat videri, visibile factum per carnem, & per Doctrinam cœlestem, & mira-  
 cula diuina. Vnde dicitur in Euangelio, *hoc fecit initium signorum Iesus, & manife-*  
*stans gloriam suam iustificatum est in spiritu*, istud sacramentum, id est, iustum ap-  
 paruit esse per plenitudinem diuinitatis, quæ erat in illo, & quæ custodiuit eum à  
 peccato. *Apparuit Angelis*, id est, Apostolis & prædicatoribus per carnem, &  
 miracula, *predicatum est gentibus* ab Apostolis quando profecti prædicauerunt, v-  
 bique, *creditum est in mundo*, id est, ab habitatoribus mundi creditum est, quod  
 ipse esset verbum Dei, *assumptum est in gloria paternæ maiestatis*. Ordo præpa-  
 sterus est, apparuit enim Apostolis, ac deinde assumptum ad dextram pa-  
 tris, & sic postmodum prædicatum est ab Apostolis, &  
 creditum est à gentibus.

i. h.

i. v.

B

v. i. r.

v. i. r.

x. v.

x. vi.

C.

Ioan. i. 1. 1. 1.

## C A P V T IV.

Prædicat quosdam falsam tradituros doctrinam, potissimum de nuptiis ac cibis discipulum autem monet ut spreta vana doctrina, exerceat se ad pietatem, quæ corporali exercitationi præfertur: & quanquam sit adolescens; præbeat se reliquis exemplum.

<sup>1. Tim. 3. 1. 1.</sup>  
<sup>2. Pet. 3. 1. 3.</sup>  
<sup>3. Iud. 12.</sup>

1.

A

2.

B

3.

4.

5.

6.

7.

<sup>2. Tim. 2. d. 23.</sup>

<sup>Tit. 3. c. 9.</sup>

C

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

D

15.

16.

**S**piritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, & in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, & prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem. & Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijicendum quod cum gratiarum actione percipitur: & sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. & Hac proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bona doctrina, quam affecutus es. & Ineptas autem & inanes fabulas deuita: exerce autem te ipsum ad pietatem. & Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vita, qua nunc est, & futura. & Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. & In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. & Præcipe hac, & doce. & Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.. & Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrina. & Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. & Hac meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. & Attende tibi, & doctrina: insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos quite audiunt.

I.

A

II.

III.

**S**piritus autem sanctus manifeste dicit subaudi per me. Tale est ac si diceret, hæc dicit spiritus sanctus per me, quia in nouissimis temporibus, id est, in hac nouissima ætate, in qua modo sumus, discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, id est, dæmonibus in errorem illos trahentibus idem est quod subdit, & attendentes Doctrinis demoniorum hypocrisi loquentium mendacium, id est, in simulatione veritatis, dæmones enim loquuntur per opera hæreticorum simulate, quasi yera sit eorum prædicatio. Et cauteriatam habentium suam conscientiam, cauterere, vel cauterium est ferramentum medici, à quo corruptitur, & vritur cutis, & caro hominis. Et sicut cauterio corruptitur cutis, & caro, ita illorum mens, qui à fide recedunt, corrupta est prava doctrina, & peruerso opere, & hoc est quod dicit Apostolus, corruptam mentem prohibentium nubere, id est, nuptias celebrare, dicentes nuptias à Diabolo esse inuentas, non recolentes neque intelligentes

## CAPUT IV.

gentes quod dixit Deus primis hominibus, *Crescite & multiplicamini*, & propter hoc relinqueret homo Patrem & Matrem & adhuc eritis uxoris tuae. In his locis notauit Apostolus per spiritum sanctum haereticos, qui post eius discessum fuerunt, Marciona videlicet, Ebion, Ederintum, Manen, ceterosq; peruersi dogmatis Doctores. *Ineptas autem*, id est, non aptas, & non congruas fidei, *Et aniles fabulas denite*. Aniles fabulas appellat deliramenta, quæ solent anus, & vetulæ mulierculæ excoigitare, & narrare iuenculis, *exerce, te ipsum ad pietatem*, id est, extendere te ad cultum, & religionem omnipotentis Dei, & ad misericordiam. *Nam corporalis exercitatio ad modicum*, id est, ad aliquid utilis est. Verum est quia exercitatio corporalis, quæ sit in aliquo opere, leuamen præparat corpori. Aliter corporalis exercitatio, quæ sit in ieiunio, in vigiliis, in abstinentia, in refrenatione corporis parum prodest illi qui habet unde facit eleemosynam pauperi, & retinet illam. *Pietas autem*, id est, misericordiaz opus ad omnia utilis est promissionem habens vitæ præsentis, que nunc est & future etiam vitæ. Quia qui eleemosynam impendere pauperi curat, ac in præsenti ministrat, ei Deus temporalia subfidia, & in futuro vitam æternam, & hoc est quod dicit promissionem habens præsentis vitæ, & futuræ, qui est Saluator omnium maximè fidelium, sicut omnipotens Deus creator est omnium creaturarum, ita etiam Saluator, quia ipse saluat illam in hoc saeculo, & in futuro. *Nemo adolescentiam tuam contemnat*. Adolescentia & iuuentus pro uno accipiuntur, & Timotheus iuuenis iam erat. Ideo dicit, *talèm te præbeto, ut ætatem tuam nemo possit spernere*, es iuuenis ætate, sis senex mente, & moribus. *Noli negligere gratiam quam in te est que data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum presbyteri*, Gratiam appellat hic fidem, & sapientiam, atq; remissionem peccatorum & gratiam Episcopatus, Prophetia data est illi, quia Prophetia spiritu reuelante cognovit beatus Paulus vel Timotheum dignum esse Episcopali honore.

## CAPUT V.

Docet quomodo seniores, anus, ac iuenculas gubernare debeat, rursum seniores ac iuniores viduas: & de conditionibus in eligenda vidua requisitis: presbyteri probè suo fungentes munere dupliciter honorentur: nec facile aduersus presbyterum accusationem suscipiat, sed peccantes publicè arguat: hæc mandata seruet: nemini citò manus imponens: modico vino vtatur & de variis hominum peccatis.

**S**eniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem; iuuenes, ut fratres. + anns, ut matres; iuenculas, ut sorores, in omni castitate. + Viduas honora, qua verè viduae sunt. + Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. + Quia autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. + Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est. + Et hoc pracie, ut irreprehensibiles sint. + Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. + Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, + in operibus bonis testimoniū habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes

Gca. 2. v. 17.  
Gca. 2. v. 24.

v. 1.

B.

v. 1.

XI.

xi.

ii.

E.

A.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

D.

pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omni  
 opus bonum subsecuta est. + Adolescentiores autem viduas deu-  
 ta. Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: ha-  
 bentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. +  
 simul autem eis otiosa discunt circuire domos: non solum otiosa, sed  
 & verbosa, & curiose, loquentes quae non oportet. + Volo ergo tu-  
 niores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occa-  
 sionem dare aduersario maledicti gratia. + Iam enim quadam  
 conuersa sunt retro satanam. + Si quis fidelis habet viduas, sub-  
 ministret illis, & non grauetur Ecclesia, ut iis, que vere viduae  
 sunt sufficiat. + Qui bene prasunt presbiteri, duplice honore di-  
 gni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. + Di-  
 cit enim Scriptura: Non alligabis os boui trituranti. Et: Di-  
 gnus est operarius mercede sua. + Aduersus presbyterum accusa-  
 tionem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. + Peccan-  
 tes coram omnibus argue, ut eis ceteri timorem habeant. + Te-  
 stor coram Deo & Christo Iesu, & electis Angelis, ut hæc custodias  
 sine prauidicio, nihil faciens in alteram partem declinando. + Ma-  
 nus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alic-  
 nis. Te ipsum castum custodi. + Noli adhuc aquam bibere,  
 sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes  
 tuas infirmitates. + Quorundam hominum peccata manifesta  
 sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem eis subsequun-  
 tur. + Similiter eis facta bona manifesta sunt: eis qua aliter se ha-  
 bent, abscondi non possunt.

**S**eniorem non increpaueris quia solent senes durè accipere, quando increpantur  
 à junioribus. Sed dicit beatus Gregorius, quia licet Apostolus dicat senior-  
 rem non increpaueris, senior tamen stultus vehementer est increpandus. Vi-  
 duas honorare quo vere viduae sunt, id est, talem, quæ septuaginta annorum est, & fuit  
 viuis viri vxor, & desolata est à filiis, & filiabus, omniq[ue] substantia. Honor au-  
 tem hic pro dono, & muneribus accipitur. Nam vidua quo in deliciis est, vivens  
 mortua est. Mortua est in anima apud Deum, licet apud homines videatur viue-  
 re. Si quis fidelis, vel si qua vidua suorum filiorum, & maxime domesticorum qui in  
 domo eius sunt, curam non habet ut illos doceat recte viuere & conuersari fidem se-  
 ganit per mala opera, & est infidelis deterior, quia melius est viam veritatis non co-  
 gnoscere quam postea deuiare. Vidua eligatur subaudi ad sustentandum de sub-  
 stantia ecclesie non minus sexaginta annorum, id est, sexagenaria. Cum enim luxu-  
 riata fuerint illæ adolescentiores viduae nubere volunt in Christo, id est, in fide Christi,  
 & fidem Christianum accipere in maritum. Solent multæ mulieres mortuæ vi-  
 ris suis promittere Deo viduitatem, castitatem, & accipere velamen super caput  
 postea vero miscent se seruis suis, & aliis fornicatoribus, atque ad ultimum in  
 Christo vult nubere, id est, aliquem Christianum accipere, dicens quia non pos-  
 sum me continere, nubam alicui Christiano fidelis, istam talem iuueniulari pre-  
 cipit Apostolus vitare. Habentes damnationem quia primam fidem & promissionem  
 quam

quam Deo promiserunt permanere in viduitate *irritam fecerant*, accipientes postea maritum, *volo nullam occasionem dare aduersario*, id est, *volo vt occasionem non dent Diabolo grasis siue causa maledicti*, ut maledicantur & blasphemantur ab aliis. *Si quis fidelis mulier habet viuas filias aut neptas subiandi ministret illis quae necessaria sunt*, *qui bene prafunus presbyteri, duplice honore digni habentur*. Duplicem honorem præcipit exhiberi presbytero in salutationibus videlicet, ut humilietur se illi subiecti, & in exhibendis donis, subsidiisque temporalibus, *sine prauidicio nihil facias in aliam partem declinando*, id est, nihil facias nisi, prius tuo iudicio, & discretione examines, & discernas vtrum faciendum sit, nec ne. *Manus ciso nemini imposueris donec probes vitam illius, & fidem, vtrum rectam fidem teneat*, atque Doctrinam illius, ut possit populum docere, sine his tribus nullus est ordinandus Episcopus, aut presbyter, id est, sine fide Catholica, conuersatione bona, & Doctrina sana. *Neque communicaveris peccatis alienis*. Peccatis alienis communicat Episcopus, id est, particeps est peccatorum alicuius, quando cognoscit aliquem veraciter criminosum esse, vel audiuimus malam famam illius, & ordinat illum Episcopum, aut presbyterum. Si vero ignorat peccata illius, nec audit illius malam famam, nequid & illum confessum, aut conuictum testibus, licet peccator sit, qui ordinatur, non est Episcopus particeps peccatorum eius. *Noli adhuc aquam bibere sed modico vino utere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates*, soient homines qui cum vino nutriti sunt, infirmari quando abstinent à vino, quia quasi natura est illis vinum bibere. Similiter de ceteris rebus, cum quibus homo nutritus est, & quae in vsu habuit, sed quando abstinet ab his, debilitatur corpus, & non valet ita explere officium, & in Dei seruitio deditus esse. Quapropter ne Timotheus nimium abstinendo, animo infirmaretur amplius, & non posset amplius postmodum diuino operi insistere, præcepit ei Apostolus modico vino vti. Quoniam si vinum cum temperantia, & sobrietate quis biberit, leuamen præstat corpori. Sed quid est quod Patrem Publii dissentientia laborantem solo verbo sanauit, Apostolus, & Discipulum suum Timotheum non sanauit, nisi tantummodo medicinam quoddammodo ostendit, per quam posset aliquid corpus alleuare. Pater Publii qui infidelis erat, necesse habebat vt per sanitatem corporis sibi præstiram perueniret ad sanitatem animæ. Timotheus vero qui fidelis erat non indigebat sanari per miracula, quia fidelissimus erat.

## C A P V T . VI.

Serui dominis suis obsequantur, siue fidelibus siue infidelibus, fugiendi sunt qui his relictis vana docent: quantum mali inducat avaritia, qua deuicata horatur Timotheum ad virtutes amplectandas, seruata fide quam in baptismo confessus est; vtque in finem usque seruet hæc mandata: diuites autem reprimat à superbia, inducens ad eleemosynas.



Vicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini ē doctrina blasphemetur, + *Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruant, quia fideles sunt ē dilecti; qui beneficij participes sunt*. *Hac doce, ē exhortare. Si quis aliter docet, ē non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, ē ei, qua secundum pietatem est, doctrina: superbis est, nihil sciens, sed languens circa questiones ē pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemie, suspiciones mala, + conflictationes hominum*

1.  
A.  
2.3.  
4.5.  
B.

mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium  
 6. quantum esse pietatem. + Est autem questus magnus, pietas cum  
 7. sufficiencia. + Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubi-  
 1ob. 1. d. 21. um, quod nec auferre quid possumus. + Habentes autem alimenta,  
 Ecd. 5. c. 14.  
 8.  
 , Pro. 27. d. 26. & quibus tegamur, his contenti sumus. + Nam qui volunt diuites  
 9. fieri, incident in temptationem, & in laqueum diaboli, & desideria  
 10. multa inutilia & nocua, qua mergunt homines in interitum &  
 perditionem. + Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam  
 11. quidam appetentes, errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus  
 C. multis. + Tu autem o homo Dei hac fuge: sectare vero iustitiam, pie-  
 12. tatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, + Certa  
 13. bonum certamen fidei, apprehende vitam eternam, in qua voca-  
 14. tus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. + Pre-  
 Matt. 27. b. 10.  
 15. Apoc. 17. d. 14.  
 & 19. c. 16.  
 16. Ioan. 1. c. 18.  
 1. Ioan. 2. c. 12.  
 cipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Iesu, qui testi-  
 monium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: + ut ser-  
 ues mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in aduentum  
 Domini nostri Iesu Christi: + quem suis temporibus ostenderet beatus  
 & solus potens, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui solus  
 habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem  
 nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperi-  
 um sempiternum, Amen. + Divitibus huius facili precipio non sub-  
 lime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo viuo,  
 D (qui praeftat nobis omnia abunde ad fruendum) + bene agere, divi-  
 18. tes fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, + thesau-  
 19. riare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ve-  
 20. ram vitam. + O Thimothée, depositum custodi deuitans profanas  
 21. vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientia, + quam  
 quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum.  
 Amen.

I 11. A **S**i quis aliter docet subaudi: quam nos prædicans, non debere seruos fideles ser-  
 uire Dominis infidelibus, & non acquiescere sanii siue veris sermonibus Domini no-  
 stri Iesu Christi & ei etiam Doctrina non acquiescit que secundum pietatem, id est,  
 secundum religionem est, deuita in hoc loco Iudeos notat, qui dicebant non de-  
 bere seruum in seruitio teneri, nisi sex annis secundum legis præceprum, sed dicit  
 beatus Augustinus, quia illud spiritualiter est intelligendum, magnumque my-  
 sterium in se continet, quod illi carnaliter obseruabant. Et dicit omni tempore, quo  
 vixerit seruus, debere Dominis suis seruire, nisi ab eis libertatem promeruit. Super-  
 bius ille talis qui taliter docet nihil boni sciens sed languens in animo circa questiones &  
 v. pugnas verborum quod vnum est, ex quibus quæstionibus oriuntur blasphemie qui  
 blasphemant sacram scripturam per malam interpretationem. Suspiciones male ad  
 inuicem, quia unus suspicatur alium non recte intelligere, Conflictationes hominum  
 mente corruptorum, qui configendo inter se de quæstionibus, corruptunt mentes  
 hominum & illi tales a veritate priuatis sunt, id est, longe separati sunt, existimam-  
 tiam

viam quæstus esse siue lucrum temporale pietatis siue prædicationem, id est, qui ideo prædicant, ut lucrum temporale possint accipere ab auditoribus. *Est autem quæstus magnus pietatis cum sufficientia, ac si diceret; vis scire à Timothee quid sit lucrum magnum, siue quæstus, Pietas, id est, fides, & cognitio sanctæ Trinitatis. Est lucrum magnum cum sufficientia quando homo non desiderat plus habere, quam necesse est ad corporis necessitatē implendam.* *Nam qui volant diuites fieri, incident in tentationes diuerias quia die noctuq; cogitant quomodo possint ditari, & incident etiā in laqueum, id est, in damnationem Diaboli.* *Radix siue initium omniū malorum est cupiditas, id est, amor pecuniarū, & honoris quæ & avaritia nominatur, quia omnia mala de illa procedunt.* Videamus quomodo verbi gratia volo adulterium perpetrare, occido virum mulieris, & hoc cupiditas agit, volo abundare diuitiis, aufero equum alicuius, & expolio alios & in hoc cupiditas est. Similiter de ceteris vitiis intelligendum. Sed quæstio est in hoc loco, quare dicat Apostolus radix omniū malorum est cupiditas siue avaritia, cum sapientia dicat *in iurium siue radix peccati omnis superbia est.* Quomodo ergo erit utrumq; & avaritia radix peccati, & superbia initium peccati. Utrumq; verum est, quia ista duo ita sunt coniuncta, ut unū sine altero nequaquam sit. Avaritia etenim non solum diuitiarum est, sed & altitudinis, & dignitatis omnis, namq; superbus ideo se extollit, ut maior appareat aliis, & avarus ideo congregat diuitias, ut altior, & potentior sit aliis in dignitate, & præcellat eos in multitudine diuitiarū. *Quam subaudi cupiditatē siue avaritiā quidam apperentes vel ultra modū querentes, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, id est, apprehende vitam æternam recte docendo, & bene vivendo, ad quam percipiendam vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.* Addamus hicaliquid ad sensum explendum, & propter bonam confessionem quā confessus es, coram multis testibus, apprehendere vitam æternam. Timotheus quando baptizatus est, tantæ ætatis erat, ut interrogatus utrum crederet, ipse proprio ore confiteretur se credere. *Præcipio tibi coram Deo Patre qui vivificat omnia subaudi quæ vivificantur, & coram Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem.* Quod fuit illud testimonium, siue illa confessio, quod unum est istud Pilato interrogante, utrum ipse esset Rex Iudeorū, ait tu dicas, Ecce testimonium. Similiter quando dixit, *Ego testimonium perhibeo veritati, & quid præcipio tibi? ut sernes mandatum tibi à me confirmatum siue commendatum sine macula irreprehensibile usq; in adventum Domini Iesu Christi, id est, usq; ab illo voceris per mortem corporis, vel usq; ad diem iudicii seruet unusquisq; fidelium hoc mandatum.* quod supradicti commendaui. *Quem subaudi aduentum Domini nostri Iesu Christi sui temporibus, id est, congruis, & dispositis ostendit beatus & solus potens Rex regum & Dominus dominantium.* Beatum & solum potentem Regemque regū, ac Dominum dominantium debemus hic intelligere sanctam Trinitatem, Patrem videlicet, filium, & spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, qui aduentum hominis a summi à verbo ostendit congruis temporibus. *Qui solus habet immortalitatem, id est, immutabilitatem, Angeli & animæ hominum immortales sunt, sed comparatione omnipotentis Dei cuius immutabilitas neque initium neque finem habet, isti immortales non sunt, quia eorum immortalitas ex tempore coepit esse, vel ut amplius dicamus, in hoc quod mutari potuerunt & Angeli, & animæ quasi immortales non fuerunt.* Quando enim Angelus peccauit, in superbiam se erigens, cuius rei causa mutatus est de bono in malum, quasi in morte cecidit, quæ mutari potuit. Similiter homo quando peccato mutatus est de bono in malum, in mortem corporis & animæ cecidit ideoq; solus omnipotens Deus immortalis manet semper, & lucem habitat in accessibili. Deus omnipotens lux est substantialis, quæ illuminat omnem hominem, sed inaccessibilis est, quare dicit psalmista, *accedere ad eum & illuminamini, in hoc ergo inaccessibilis, quia nemo potest accedere ad eam, nisi à Deo attrahatur.* Qui vero à Deo attrahitur, ille est accessibilis. *Quem videt nullus hominum subaudi corporeis oculis, sed nec videre potest sicuti est, corporeis oculis. Videtur tamen ex parte mentis intuitu, diuitibus buiñi facili præcipe non sublimē sapere, id est, non superbire neque in superbiam erigi, neque sperare in incerto diuitiarum.* Diuitiae itius saeculi incertæ sunt, quia transiūt sunt quoniam plerumque amittit illas homo

v.

x.

B.

xi.

C.

xii.

xiv.

xv.

xvi.

D.

Psal. 93. v. 6.

xvii.

ante mortem ex toto autem in ipsa morte Ideo que nemo debet spem suam in illis ponere, sed in Deo qui praefat nobis orationia abunde ad fruendum, id est, quia omnia bona nobis administrat, quae possumus ita disponere in praescientia ut in futuro fruamur remuneratione eorum, preceipo illis etiam bene agere. Videlicet ut bene agant, communicare, id est, mortales se recognoscere, & socios esse aliis hominibus in fragilitate. Et thesaurizare sibi fundementum bonum in futurum faciendo amicos de mamona iniquitatis iuxta quod Dominus ait: *Thecazare vobis thesauros in celo & ubi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum, O Timothee depositum siue commendatum custodi*, id est, gratiam fidei, & sapientiae Doctrinam, quam tibi commendau, deuitans siue declinans profanam, id est, religiosas nouitates vocem, sunt enim nouitates vobum non profane, sed religiose, sicut legimus quod in Antiochia primum Christiani appellati sunt, & sicut sancti Patres in synodo nouum quoddam nomen adiuenerunt homousion, id est, vniuersitatem substantiarum quod in tota serie diuinarum scripturarum antea non est inuentum. Ita tales nouitates vobum non sunt contra religionem, sed religiose, quia ad religionem pertinent. Econtra sunt nouitates vobum profane quas adiuenerunt haeretici, a quibus præcipit declinare Apostolus Timotheum, & deuita etiam oppositiones, id est, quaestiones *scientia falsi nominis*, id est, quaestiones Iudeorum, quas solent opponere, quæ videntur quaestiones esse scientiarum, sed falso scientiarum nomen habent, quia non est ibi scientia, declinare studero. Quam scientiam falsinomia quisdam promittere, id est, ostendentes tamquam vera scientia sit, circa fidem exciderunt, id est, a veritate fidei alieni perierunt. *Gratia Dei tecum subaudi sit Amen*, id est, fiat quod oro, vel verum est, quod hactenus dixi. Explicit Epistola prima ad Timotheum.

Incipit eiusdem secunda.

Secundam Epistolam Timotheo scribit ab urbe de carcere, de exhortatione Martyrii, & quid futurum sit temporibus novissimis, deq; sua passione, & ut perseveraret in officio recte prædicationis, & sancta operatione.





# EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM SECVND A.

## C A P V T I.

**G**ratias Deo agit ob fidem Timothei, quam intrepida prædicatione iubet exerci: Christus mortem destruxit, & Paulum in Gentium doctorem elegit, feruans ei debitum ipsius laboribus præmium, dicit quod omnes Asiatici ipsum reliquerint, laudans Onesiphori familiam quod inde multa receperit obsequia.

**D**icitur: Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vita, qua est in Christo Iesu: + Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et Christo Iesu Dominino nostro. + Gratias ago Deo, cui seruio a progenitoribus in conscientia pura qd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die + desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear, + recordationem accipiens eius fidei, qua est in te non ficta, qua et habitavit primum in aia tua Loide, et matretua Eunice, certus sum autem quod et in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum. + Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed virtutis, et delectionis, et sobrietatis. + Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincere eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei: + qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta non secundum operam nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam, qua data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. + Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam et incorruptionem per Euangelium: + in quo positus sum ego predictor, et Apostolus, et magister gentium. + Ob quam causam etiam hac patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. + Formam habeo sanorum verborum, qua a me audisti in fide et in dilectione in Christo Iesu. + Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis

1.  
A.  
2.  
3.  
4.  
5.  
B.  
6.  
7.  
8.  
9.  
C.  
10.  
Tit. 3. b. 5.  
11.  
12.  
D.  
13.  
14.

Rom. 10. 13.

15. *nobis. + Scis hoc, quod auersi sunt a me omnes, qui in Asia sunt,*  
 16. *ex quibus est Phigellus, & Hermogenes. + Det misericordiam Do-*  
Inf. 4.d.1.  
 17. *minus Onesiphori domui: quia sapere refragerauit, & catenam*  
 18. *meam non erubuit: + sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsivit,*  
*& inuenit. + Det illi Dominus inuenire misericordiam a Domino*  
*in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.*

I. A. **P**aulus Apostolus cuius Apostolus? Christi Iesu per voluntatem Dei Patris secundum promissionem vita que est in Christo Iesu. Deus omnipotens Pater ad hoc voluit eligi per filium suum Paulum Apostolum, ut per illum annuntiaret promissionem vitæ æternæ in Christo Iesu, id est, quæ datur per fidem Christi Iesu lectis, vita enim æterna per Christum datur, quia in illo consistit, sicut ipse dicit,  
Ioan. 14. verl. 6. Ioaa. 17. v. 2.  
 II. *Ego sum via, veritas & vita & haec est vita aeterna ut cognoscant te & quem misisti Iesum Christum unum & verum Deum Timotheo Carissimo filio in Graeco habetur germanissimo fratri, gratias ago Deo meo cui seruio a progenitoribus sicut a Patribus meis in conscientia pura, id est, in mente pura ab omni fictione & simulatione, Quod sine intermissione habeam tui memoriam, quidam codices habent qua sine intermissione, sed melius est dicere, quod legimus in Genes, quod Abraam reuertente a cede quatuor regum accurrerit ei Melchisedech sacerdos Dei summi, & obtulerit ei panem & vinum: Cui Abraham dedit decimas ex omnibus prædis hostium, & dicit ei Apostolus in Epistola ad Hebræos, quod leui qui decimas accepit a fratribus suis, ipse decimatus est impio aucto Abraham: Adhuc enim in lumbis erat Abraham quando decimas dedit Melchisedech sacerdoti. Vnde considerandum est, quia sicut leui impio aucto suo decimatus est, ita Apostolus in Abraham, Isaac, & Jacob aliisque Patribus, Deo seruivit & hoc est quod dicit gratias ago Deo meo cui seruio a progenitoribus meis. Hoc autem ideo ut ostendat sandom fidem habuisse veteres Patres, qui Domini aduentum præcesserunt, quam habebat ipse, aliqui Apostoli, & ab aliis Patribus descendit ad Apostolus, & ab illis ad nos, sicut & a nobis descendit ad illos, qui futuri sunt, refert autem gratias Deo modo, quo donante semper erat memor sui discipuli Timothei, nec poterat illius obliuisci, vel etiam in hoc referebat ei gratias, quia seruebat illi a progenitoribus suis. *Desiderans te videre ut gaudio implear de tuo aduentu, memor lacrymarum tuarum quas fudisti a me recedendo, quando Apostolus ista scribebat, Timotheus erat ultra Mare, & ipse iacebat in carcere constrictus catenis, & cippis, ideoque tantum desiderabat illum, ut in illo haberet aliquam consolationem. Nam quando ab illo discessit Timotheus, amarissimas profudit lacrymas, Recordationem accipiens, siue habens eius fidei, que est in te non fida, Quia bonis operibus illa exornas, que fides habitavit in anima tua Loide & matre Eunice genealogiam Timotheo ad memoriam reducit Apostolus, ut ostenderet amorem suum, quem habebat non solum erga illum, sed etiam erga parentes eius, quorum memoriam habebat. Censis sum autem quod & in te subaudi habitat eadem fides. Propter quam causam quia fidem veram habes, Admoneo te ut resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum.* Quia Timotheus mansuetissimus erat, & nimis patientia, horretur illum Apostolus quatenus fortiter consistat in prædicationis officio, & fortiter arguat negligentes, inquiens admoneo te ut euigilare facias in te gratiam Dei, ut sine timore prædices & corripias peccantes, gratiam autem appellat fidem, Doctrinam, & operationem, quæ omnia gratis dantur, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis.* Duo sunt timores, unus malus, alter bonus, malus timor est, qui a Diabolo immittitur, quem habuit Petrus, quando Dominum negavit, & de quo dicit Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, bonus autem timor a Deo datur, quem dicit Esaias super Dominum requieuisse. Et requiescit super eum inquiens spiritus timoris Domini & de quo Dominus in Euangilio: timere cum quia potest & animam & corpus perdere. De malo ergo timore, per quem recedit quis**

B. *IV. Desiderans te videre ut gaudio implear de tuo aduentu, memor lacrymarum tuarum quas fudisti a me recedendo, quando Apostolus ista scribebat, Timotheus erat ultra Mare, & ipse iacebat in carcere constrictus catenis, & cippis, ideoque tantum desiderabat illum, ut in illo haberet aliquam consolationem. Nam quando ab illo discessit Timotheus, amarissimas profudit lacrymas, Recordationem accipiens, siue habens eius fidei, que est in te non fida, Quia bonis operibus illa exornas, que fides habitavit in anima tua Loide & matre Eunice genealogiam Timotheo ad memoriam reducit Apostolus, ut ostenderet amorem suum, quem habebat non solum erga illum, sed etiam erga parentes eius, quorum memoriam habebat. Censis sum autem quod & in te subaudi habitat eadem fides. Propter quam causam quia fidem veram habes, Admoneo te ut resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum.* Quia Timotheus mansuetissimus erat, & nimis patientia, horretur illum Apostolus quatenus fortiter consistat in prædicationis officio, & fortiter arguat negligentes, inquiens admoneo te ut euigilare facias in te gratiam Dei, ut sine timore prædices & corripias peccantes, gratiam autem appellat fidem, Doctrinam, & operationem, quæ omnia gratis dantur, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis.* Duo sunt timores, unus malus, alter bonus, malus timor est, qui a Diabolo immittitur, quem habuit Petrus, quando Dominum negavit, & de quo dicit Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, bonus autem timor a Deo datur, quem dicit Esaias super Dominum requieuisse. Et requiescit super eum inquiens spiritus timoris Domini & de quo Dominus in Euangilio: timere cum quia potest & animam & corpus perdere. De malo ergo timore, per quem recedit quis*

V. *VI. Desiderans te videre ut gaudio implear de tuo aduentu, memor lacrymarum tuarum quas fudisti a me recedendo, quando Apostolus ista scribebat, Timotheus erat ultra Mare, & ipse iacebat in carcere constrictus catenis, & cippis, ideoque tantum desiderabat illum, ut in illo haberet aliquam consolationem. Nam quando ab illo discessit Timotheus, amarissimas profudit lacrymas, Recordationem accipiens, siue habens eius fidei, que est in te non fida, Quia bonis operibus illa exornas, que fides habitavit in anima tua Loide & matre Eunice genealogiam Timotheo ad memoriam reducit Apostolus, ut ostenderet amorem suum, quem habebat non solum erga illum, sed etiam erga parentes eius, quorum memoriam habebat. Censis sum autem quod & in te subaudi habitat eadem fides. Propter quam causam quia fidem veram habes, Admoneo te ut resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum.* Quia Timotheus mansuetissimus erat, & nimis patientia, horretur illum Apostolus quatenus fortiter consistat in prædicationis officio, & fortiter arguat negligentes, inquiens admoneo te ut euigilare facias in te gratiam Dei, ut sine timore prædices & corripias peccantes, gratiam autem appellat fidem, Doctrinam, & operationem, quæ omnia gratis dantur, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis.* Duo sunt timores, unus malus, alter bonus, malus timor est, qui a Diabolo immittitur, quem habuit Petrus, quando Dominum negavit, & de quo dicit Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, bonus autem timor a Deo datur, quem dicit Esaias super Dominum requieuisse. Et requiescit super eum inquiens spiritus timoris Domini & de quo Dominus in Euangilio: timere cum quia potest & animam & corpus perdere. De malo ergo timore, per quem recedit quis*

VII. *VI. Desiderans te videre ut gaudio implear de tuo aduentu, memor lacrymarum tuarum quas fudisti a me recedendo, quando Apostolus ista scribebat, Timotheus erat ultra Mare, & ipse iacebat in carcere constrictus catenis, & cippis, ideoque tantum desiderabat illum, ut in illo haberet aliquam consolationem. Nam quando ab illo discessit Timotheus, amarissimas profudit lacrymas, Recordationem accipiens, siue habens eius fidei, que est in te non fida, Quia bonis operibus illa exornas, que fides habitavit in anima tua Loide & matre Eunice genealogiam Timotheo ad memoriam reducit Apostolus, ut ostenderet amorem suum, quem habebat non solum erga illum, sed etiam erga parentes eius, quorum memoriam habebat. Censis sum autem quod & in te subaudi habitat eadem fides. Propter quam causam quia fidem veram habes, Admoneo te ut resuscites gratiam Dei que est in te per impositionem manuum mearum.* Quia Timotheus mansuetissimus erat, & nimis patientia, horretur illum Apostolus quatenus fortiter consistat in prædicationis officio, & fortiter arguat negligentes, inquiens admoneo te ut euigilare facias in te gratiam Dei, ut sine timore prædices & corripias peccantes, gratiam autem appellat fidem, Doctrinam, & operationem, quæ omnia gratis dantur, *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis.* Duo sunt timores, unus malus, alter bonus, malus timor est, qui a Diabolo immittitur, quem habuit Petrus, quando Dominum negavit, & de quo dicit Dominus: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, bonus autem timor a Deo datur, quem dicit Esaias super Dominum requieuisse. Et requiescit super eum inquiens spiritus timoris Domini & de quo Dominus in Euangilio: timere cum quia potest & animam & corpus perdere. De malo ergo timore, per quem recedit quis*

quis à fide dicit hic Apostolus. Non dedit nobis Deus spiritum timoris, ut timeamus persecutores huius saeculi, & cessemus propter hoc à prædicatione, sed spiritu virtutis, id est, fortitudinis, ut constanter annuntemus verbum fidei, & dilectionis, ut diligamus Deum, & proximum, & sobrie & temperate agamus, *Nolite itaque erubescere testimonium Domini nostri*, erant quidam illo tempore, qui erubescabant dicere, Christum esse hominem verum, & mortuum, & passum. Quidam etiam negabant illum natum esse de virgine, & resurrexisse à mortuis. Quapropter al-loquitur Timotheum, inquiens, noli verecundari testimonium præbere Christo, quod natus est de virgine, quod mortuus, & quod resurrexit atque ascendit ad coelos, ubi sedet, nunc in gloria paterna, sed *neq; me vincitū eius erubescas*, aut despicias, quia non causa furti, aut homicidii teneor astrictus vinculis, sed pro veritate, sed collabora Euangelio, labore ego, collabora tu tecum, secundum virtutem Dei qui nos liberavit à morte & vocauit vocatione sua sancta. Hinc iungit se omnibus Apostolis, qui à Domino sunt vocati. Nam sicut Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes à Domino vocati sunt, quibus dixit *venite post me faciam vos pescatores hominum*, ita Apostolus Paulus vocatus est de celo dicente Domino, *Saule Saule quid me persequeris*. Ita ergo vocatio sancta fuit, quia per illam sanctificati sunt. Non secundum opera nostra, id est, merita nostra vocavit nos, sed secundum propositum suum, id est, secundum quod ipse definiuit, & quod prædestinavit vocavit nos, & secundum gratiam que data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia, tempora saecularia debemus hic intelligere tempora, & saecula, quæ ex eo esse cœperunt, quo mundus factus est, & dies & nox. Nam ante non erant saecula neq; tempora, quo usq; venerit vicissitudo diei, & noctis & mutabilitas temporis, sed quasi ævum erat. Igitur ante omnia tempora & saecula data est Apostolis gratia in prædestinatione Dei, quod Apostoli Christi essent futuri, & omnes etiam electi à Deo destinati sunt in Christo a initio mundi, sicut in Epistola ad Ephesios dicitur, *qui prædestinavit nos in ipso id est, in Christo ante constitutionem de qua prædestinatione dicit Dominus in Euangelio: Clarifica me tu Pater apud semetipsum claritate quam habui prius quam mundus. Manifestata est autem subaudi eadē gratia nunc in ultima ætate per illuminationem salvatoris nostri Iesu Christi, id est, per Doctrinam & miracula illius, qui lux est, & qui illuminat omnem hominem, ostensa & manifestata est illi gratia in mundo, quæ est prædestinata ante exordium mundi, qui destruxit quidem mortem resurgendo à mortuis, & elektos suos de monte reuocando, illuminavit autem vitam & incorruptionem per Euangelium, id est, vitam æternam, & incorruptionem a quo immortalitatem, quā habet in se, ex quo resurrexit à mortuis, quia resurgens à mortuis iam non moritur, ostendit & manifestavit siue illuminavit per prædicationem Euangeli. Quoniam sicut ille viuit, ita speramus nos resurgere, & viuere sine fine feliciter cum filio, in quo subaudi Euangelio positus & constitutus sum ego prædicator, ob quā causam, subaudi quia ego constitutus sum prædicator Euangeli. Et etiam hac patior, sed non confundor, id est, non erubesco. Quid patiebatur Apostolus prædicationes, flagella, carceres, vincula, cippum, famem, & litim ceteraq; talia incommoda. Scio enim cui credidi, id est, Christo, ideoq; non confundor in tormento & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem, depositum posuit pro commendatum, & quid habebat Apostolus commendatum Christo & salutem suam habebat apud illum commissam inde dicit certus sum inquiens, quia potens Christus cui credidi seruare salutem meam in illū diem, id est, in die iudicii, quam salutem in spe & fide illius collocaui. Formam habet, id est, exemplum sanctorum verborum que audiuntur à me sana verba sunt siue sana Doctrina, quando hoc, quod prædicatur, operibus impletur, bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis, id est, Doctrinam & operationem, quam tibi commendaui, custodi per virtutem spiritus sancti, qui est in nobis. Vel depositum quod accepisti per spiritum sanctum custodi, scilicet quia auersi sunt à me, id est, recesserunt à me omnes qui in Asia sunt, si Apostolus in tantum prædicauit in Asia, donec omnes Asiam crederent, sicut in actibus Apostolorum Lucas dicit, quare hic narrat Apostolus omnes à se recessisse, & ibi ergo &*

F. hic totum pro parte positum est, crediderunt ergo omnes Asiani, electi, & prædestinati, recéderunt reprobi, & non prædestinati. *Ex quibus est Phigellus & Hermogenes, & alius Philetus & tamen utique Apostata Phigellus & Hermogenes socii fuerunt, de quibus hic dicitur, & Philetus similiter & Hymenæus, de quibus in subsequentibus sermo habebitur. Phigellus ergo & Hermogenes adheserunt non simpliciter beato Apostolo, ut explorarent eius prædicationem, & reprehenderent eum, sed eum hoc non potuerint, recesserunt ab illo, quia non erat recte fidei.* *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, id est, familie illius, iste Onesiphorus Asianus fidelis erat effectus per prædicationem Apostoli. Qui cum sui causa venisset Romam ad Imperatorem, ut peteret quia nobilissimus erat, magna que dignitatis, requisiuit ubi esset Apostolus, & cum reperisset illum esse in carcere, non est deditus venire ad illum, sed consolatus est illum, & præbuit ei quæ necessaria erant, inde dicit Apostolus sapientie refrigerium sub colloquio, & consolatione & catenam meam non erubuit: det illi Deus Pater inuenire misericordiam in Die illa à Domino subaudi filio, id est, in die Aduentus filii Dei ad iudicium, det illi Deus Pater misericordiam inuenire, tale est hoc, quale & illud quod legitur in genesi, pluit Dominus filius à Deo Patre quanta Ephesi ministravit, id est, Onesiphorius, non solum mihi & tibi verum etiam aliis fidelibus, tu melius nostri subaudi quam aliis.*

xvi. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, id est, familie illius, iste Onesiphorus Asianus fidelis erat effectus per prædicationem Apostoli. Qui cum sui causa venisset Romam ad Imperatorem, ut peteret quia nobilissimus erat, magna que dignitatis, requisiuit ubi esset Apostolus, & cum reperisset illum esse in carcere, non est deditus venire ad illum, sed consolatus est illum, & præbuit ei quæ necessaria erant, inde dicit Apostolus sapientie refrigerium sub colloquio, & consolatione & catenam meam non erubuit: det illi Deus Pater inuenire misericordiam in Die illa à Domino subaudi filio, id est, in die Aduentus filii Dei ad iudicium, det illi Deus Pater misericordiam inuenire, tale est hoc, quale & illud quod legitur in genesi, pluit Dominus filius à Deo Patre quanta Ephesi ministravit, id est, Onesiphorius, non solum mihi & tibi verum etiam aliis fidelibus, tu melius nostri subaudi quam aliis.*

xviii. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, id est, familie illius, iste Onesiphorus Asianus fidelis erat effectus per prædicationem Apostoli. Qui cum sui causa venisset Romam ad Imperatorem, ut peteret quia nobilissimus erat, magna que dignitatis, requisiuit ubi esset Apostolus, & cum reperisset illum esse in carcere, non est deditus venire ad illum, sed consolatus est illum, & præbuit ei quæ necessaria erant, inde dicit Apostolus sapientie refrigerium sub colloquio, & consolatione & catenam meam non erubuit: det illi Deus Pater inuenire misericordiam in Die illa à Domino subaudi filio, id est, in die Aduentus filii Dei ad iudicium, det illi Deus Pater misericordiam inuenire, tale est hoc, quale & illud quod legitur in genesi, pluit Dominus filius à Deo Patre quanta Ephesi ministravit, id est, Onesiphorius, non solum mihi & tibi verum etiam aliis fidelibus, tu melius nostri subaudi quam aliis.*

## C A P V T II.

Hortatur Timotheum ad alios syncere docendum & patiendum pro Christo, facta mentione futuri præmii ac resurrectionis Christi: utque contentiones & prophana vaniloquia deuitet, stultasque legis questiones: de magna domo varia habente vasa, & quas virtutes seruus Dei sectari debeat.

**T** Vergo fili mi confortare in gratia, qua est in Christo Iesu: † *Ego* <sup>1.</sup> *qua audisti à me per multos testes, hac cōmenda fidelibus hominibus, qui idonei erūt *Ego* <sup>2.</sup> alios docere, † Labora sicut bonus miles Christi Iesu. † Nemo militans Deo implicat se negotiis secularib. ut <sup>3.</sup> ei placeat, cui se probauit. † Nam *Ego* <sup>4.</sup> qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certauerit. † Laborantem agricolam oportet pri-<sup>5.</sup> *mum de fructibus percipere, † Intellige qua dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. † Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David, secundum Euā-<sup>6.</sup> gelium meum, † in quo labore usque ad vincula, quasi male ope-<sup>7.</sup> rans: sed verbum Dei non est alligatum, † Ideo omnia sustineo propter electos, ut *Ego* <sup>8.</sup> ipsi salutem consequantur, qua est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. † Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, *Ego* <sup>9.</sup> conuiuemus: † si sustinebimus *Ego* <sup>10.</sup> conregnabimus: si negauerimus, *Ego* <sup>11.</sup> ille negabit nos: † si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. † Hac commune testificans coram Domino. No-<sup>12.</sup> li contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audiētum. † Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo, ope-<sup>13.</sup> rarium inconfusibilem, rectè tractatam verbum veritatis. † Pro-<sup>14.</sup> fana autem, *Ego* <sup>15.</sup> vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impieta-**

Matt. io. d. 33.

Marc. 8. d. 38.

Rom. 3. a. 3.

13.

14.

15.

16.

impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hy-  
menaeus, & Philetus, & qui à veritate exciderunt, dicentes resur-  
rectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. &  
Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc cognoscere  
Dominus qui sunt eius; & discedat ab iniustitate, omnis qui no-  
minat nomen Domini. & In magna autē domo non solum sunt vasa  
aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quedam quidem  
in honorem, quadam autem in contumeliam. & Si quis ergo emun-  
dauerit se ab ipsis, erit vas in honore sanctificatum, & utile Do-  
mino, ad omne opus bonum paratum. & Iuuenilia autem desideria  
fuge, sectare vero iustitiam, fidē, spē, charitatem, & pacem cum iis  
qui innocant Dominum de corde puro. & Stultas autē, & sine dif-  
ciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. & Seruum au-  
tem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes,  
docibilem, patientem & cum modestia corripientem eos, qui resi-  
stunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscen-  
dam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiuine-  
nentur ad ipsius voluntatem.

**T**u vero fili mi confortare in gratia Dei, vel in sapientia quæ est in Christo Iesu, &  
quam audisti à me per multis testes, siue quam audisti coram multis testibus;  
bacc commendata fidelibus hominibus, qui idonei erunt ad docere, illis debet com-  
mitti prædicatio diuina, qui apti sunt illi officio in omni conuersatione sua videli-  
cet, ut quod prædicant ore, confirment operibus.

**N**emo militans Deo implicatus negotiis secularibus. Quia nemo potest duobus  
Dominis seruire Deo & saeculo, secularia negotia sunt per usurpas, & adulationes  
temporalia lucra acquirere, sicut faciunt illi, qui regibus, & Comitibus ideo ser-  
uiunt, ut ab eis temporalia beneficia accipiant. A talibus debent se custodire E-  
piscopi, qui ut canones dicunt, prædicationi debent semper insistere, & orationi-  
bus. Et non solum Episcopi sed omnis ordo Ecclesiasticus debet se, in quantum  
valet ab his immunem reddere Ideoque debet, qui Deo militat ab his se remoue-  
re. *Vs placeat Deo cui se probavit, id est, cui se deuouit tempore baptismatis, labo-  
rarent Agricolam oportet primum de fructibus sui laboris percipere. Quantum ad litteram  
pertinet, dignum est, ut agricola & vinitor primos fructus sui laboris degu-  
stet. Altiori autem sensu ager est hic mundus, vel Ecclesia Agricolarum, & vinitores  
prædicatores, qui ligone verbi Dei excolunt corda auditorum, qui debent fru-  
ctus sui laboris, id est, victum & vestimentum accipere ab auditoribus suis. Quo-  
niam dignus est operarius mercede sua, & primum debent illi suam necessitatem  
implere ex his, quæ accipiunt, & sic postmodum alijs quæ super sunt, ministrare  
fortasse querit aliquis quare Apostolus, qui labore manuum suarum viuebat, ta-  
lia præceperat Timotheo, videlicet ut acciperet ab auditoribus suis ea quæ neces-  
saria sibi erant. Cui respondendum est, Timotheum bonæ voluntatis, atque in-  
tentionis fuisse, & quia ipse sciebat beatum Apostolum labore manuum suarum  
viuere, nihilque accipere à subiectis, volebat imitari magistrum, sed non valebat  
operari grauatus infirmitate stomachi. Quapropter scripsit ei Apostolus quatenus  
acciperet à subiectis subsidia, consolens infirmitati illius. Vnde & subdit in-  
tellige quæ dico subaudi quia ad te pertinent, debis enim tibi Dominus in omnibus intel-  
le. *Isum non solum in his, sed etiam in omnibus. Memor esto Dominum Iesum resur-  
rexit esse**

17.

C.

18.

19.

20.

D.

22.

23.

<sup>1.</sup> Tit. 1. b. 7.

Tit. 3. c. 9.

24.

25.

26.

I.

A

II.

IV.

V.

B.

VII.

VIII.

rexisse à mortuis ex semine David, id est, de progenie Dauid secundum Euangelium  
 meum, id est, secundum prædicationem meam, non propter Timotheum ista  
 scribebat Apostolus, ut ipse ignoraret, sed propter haereticos, quos vidit futuros,  
 qui dicturi erant, Christum non resurrexisse à mortuis neq; natum de Virgine. Si  
 enim de virgine natus non est, vtq; nec de semine, id est, de progenie Dauid de-  
 scendit, sed veritate roborum illum de semine mulieris esse natum sine semine  
 viri, & tamen virgo mansit. In quo Euangilio labore vsg ad vincula quasi male ope-  
 rans, id est, quasi latro, & homicidia, sed verbum Dei non est allegatum quia semper  
 prædicto politus in vinculis, ideo subaudi quia verbum non est allegatum, Omnia  
 incommoda sustineo propter electos, id est, propter illos, qui electi, & prædestinati  
 sunt ut salutem consequantur, Nam si commortui sumus & conniuemus, id est, si mori-  
 mur peccatis in baptismate, sicut Christus mortuus est carne sine peccato, viue-  
 mus vtq; cum illo in æterna vita, si in bonis operibus permanferimus, & insuper  
 iam viuimus in spe. Si sustinebimus subaudi tribulationes & passiones pro Christo  
 in hoc sæculo, sicut ipse sustinuit pro nobis, & conregnabimus cum illo in æterna  
 beatitudine, si negauerimus subaudi illum coram hominibus, & ille negabit nos, sicut  
 ipse dixit, qui negaverit me coram hominibus negabo eum coram Patre meo si non credi-  
 mus subaudi illum filium Dei esse, & verum Deum, ille fidelis manet, id est, verus  
 Deus, manet, sicut Deus omnipotens non egit nostra laude, sic etiam si adhære-  
 mus illi, non crescit neq; si recesserimus decrescit, quia semper idem manet, negare  
 se ipsum non potest, id est, negare se ipsum non vult, quod non sit Deus, ut beatus  
 Augustinus dicit, nec enim dicet Deum ut semetipsum neget, Hec commone testi-  
 ficans coram Deo, id est, testem Deum inuocans. Noli verbis contendere subaudi ne-  
 que cum gentibus, neque cum Iudeis ad nihil utile est contendere nisi ad subuerio-  
 nem siue ad deceptionem audiens. Scepe dum contendunt homines de qua-  
 stionibus scripturarum, maxime illi, qui sapientes videntur esse, decipiunt corda  
 auditorum, simplicium, quia plerumque talia proferunt, quæ contra salutem  
 sunt, & contra veritatem, non curantes nisi tantummodo ut vincant. At tamen  
 si aliquid disputandum est de scripturis diuinis, inter sapientes potius collatio ha-  
 benda cum ratione quam contentio cum furore. Sollicitare, id est, studiosè curare è.  
 psum probabilem, id est, probatum & laudabilem exhibere Deo operarium inconfusibi-  
 lem siue irreprehensibilem recte tractantem & cum veritate exponentem Verbum  
 veritatis. Profana autem, id est, irreligiosa & veritati contraria & vaniloquia, quæ  
 nullam utilitatem habent, denita & fuge, multum enim proficiunt ad impietatem, id  
 est, multum præalent ad irreligositatem vaniloquia, & sermo eorum, id est, ha-  
 reticorum sermo, Ut cancer serpit sicut morbus, qui appellatur cancer, quando na-  
 scitur in membro hominis, totum membrum occupat, & plerumque totum cor-  
 pus mortificat, quia magis ac magis serpit, id est, crescit, carnemque comedit, ita  
 sermo haereticorum vitale animæ comedit, id est, fidem, & mortificat ipsam ani-  
 mam suo errore. Et sicut cancer serpit, id est, crescit de membro in membrum,  
 ita errore crescit de uno transiendo in plurimos ex quibus haereticis inaniloquia  
 habentibus & Hymenæus & Philetus, qui à veritate fidei exciderunt siue exciderunt,  
 dicentes resurrectionem iam factam. Dux resurrectiones à Domino sunt prolatæ, &  
 à nobis creditæ: Prima est quæ fit in anima, & in fide, quando homo qui mortuus  
 est infidelitate, inobedientia, iniustitia, omnibusq; peccatis venit ad baptismum,  
 & per fidem qua credit in Deum Patrem omnipotentem, & per gratiam baptis-  
 tatis resurgit ad fidem, & obedientiam. De qua resurrectione dicit Dominus:  
 venit hora quando omnes qui in monumentis sunt audiens vocem filii Dei & procedens,  
 de illa resurrectione quæ fit in anima, & in fide loquitur hic Apostolus quam Hy-  
 menæus & Philetus dicebant iam esse, & numquid verum non dicebant? Verum  
 vtique. Neque propter hoc reprehenduntur ab Apostolo, sed propter ea, quia  
 istam solummodo confitebantur, alteram quæ erit in corpore, denegantes, om-  
 nes enim sedæ quæ suum errorem hominibus inserere præsumperunt, non nega-  
 uerunt istam mentium resurrectionem, ut beatus Augustinus dicit, sed corpo-  
 rum,

Matt. 10. v. 33.  
xiii.

xiv.

xv.  
D.  
xvi.

xvii.

xviii.

Ioan. 5. v. 22.  
E.

rum, ne diceretur eis, si non resurgit anima quare mihi talia loqueris? Quid in me facere vis, si non facis exteriorem meliorem, quare mihi loqueris? multi tamen carnis resurrectionem negauerunt sicut Hymenæus, & Philetus, qui à fide & societate beati Apostoli recedentes seminabant errorem huiusmodi. Quicumq; baptizatus est iam resurrexit in anima, non est necesse ut timeat aliquis quia non erit resurrectio corporum sed firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc quasi diceret aliquis, & quis poterit refutare eis, Phileto videlicet & Hymenæo? deo subiecit statim, firmum autem fundamentum Dei stat, firmum fundamentum Dei appellat fidem firmam, qua credimus Deum omnipotentem sicuti credendus est, & qua credimus resurrectionem animarum in presenti, & corporum in futuro istud fundamentum stat in cordibus fidelium, habens hoc signaculum subaudi, id est, sequitur. *Cognovis Dominus quis eius sunt* ista est impressio sigilli, quia nouit, id est, eligit Dominus illos qui ad eius hereditatem pertinent, & hoc est signaculum fidei, quia aliis recendentibus à fide illi qui electi sunt in illo modo possunt seduci. Nam cognoscere Dei eligere est, & si ita est, id est, si Dominus elegit illos, qui sunt eius, *discedat ab iniuitate*, id est, ab iniquis hominibus vel si non valet corpore, saltem mente vel etiam ab omni iniuitate, & errore recedat *omnis electus qui nominat nomen Domini* sicut nominandum est, corde videlicet, ore, & opere in magna autem domo non solum sunt vasæ aureæ & argenteæ sed & lignea & fictilia, quantum ad litteram attinet, in magna domo regis, aut alicuius hominis magnæ potestatis sunt vasæ aureæ, & argenteæ *in honorem*, in quibus ipse comedit & potat, sunt lignea, & fictilia *in contumeliam* in quibus coquuntur carnes, & deferuntur aliquid. Altiori autem sensu ista magna domus sancta Ecclesia est, quæ tantæ magnitudinis est, ut ab oriente usque in occidentem à meridie usque ad septentrionem protendatur, in qua sunt vasæ aureæ, & argenteæ electi sunt, lignea & fictilia reprobi, per aurum intelliguntur illi, qui spiritualem sensum habent, per argentum minoris dignitatis, qui habent eloquium, & sermonem, isti sunt in honorem quia ad honorem patriæ cœlestis subleuabuntur, lignea & fictilia sunt reprobi, qui demerguntur in supplicium damnationis. *Si quis ergo emendauerit se ab isti subaudi hereticis, & erroribus,* erit vas in honorem, *Iuuenilia autem desideria,* id est, adulterium, immunditiam, luxuriam, furtum, rapinam, venationem, vagabunditatem, omnemque lasciviam *deuita & fuge, scitare,* id est, amplectere *inficiam* ut recte viuas. Ac si diceret in locum iuuenilium desideriorum insere istas virtutes. *Statutas autem questiones Iudæorum & hereticorum atque gentilium & sine disciplina,* id est, sine aliqua utilitate deuita, qui generant lites, his vero generat odium, *seruum autem Domini oportet docibilem esse,* quantum ad proprietatem verborum pertinet hoc distat inter docibilem, & docibilem, quia docibilis est qui alios potest docere, docibilis qui facile possit doceri vnde dicitur erunt omnes docibles Deo, id est, facile docebuntur à Deo sed Apostolus non curans de proprietate verborum videtur in hoc loco docibilem posuisse pro docibilem, quia Episcopus docibilis debet esse, id est, alios debet docere *cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati ne forte det illis Deus paenitentiam* subaudi de pristinis erroribus & peccatis ad cognoscendam veritatem. Hic sermo qui dicit ne forte vel sicut quidam codices habent ne quando det illis paenitentiam, pro si forte ponebatur antiquitus. Sed modo inusitatum habetur, corripientem inquit eos cum modestia, si forte det illis paenitentiam. *Et resipiscant à Diaboli laqueis,* id est, ut recedant ab erroribus Diaboli quibus illaqueati tenentur & incipiunt iterum sapere veritatem, nam resipiscere est quasi resapere, à quo, id est, à Diabolo *captivi tenentur ad ipsius Diaboli voluntatem peragendam.*

xxix.

F.

xx.

xxi.

xxii.

G.

xxiii.]

xxiv.

xxv.

xxvi.

## C A P V T III.

Prædicit homines futuros variis inuolutes peccatis, qui mulierculas seducentes veritati resistant: Timotheum autem hortatur ut suo exemplo virtutes amplectatur, ac tolerantiam in persecutionibus: & de sacrarum literarum utilitate.

1.Tim.4.2.2.

1.

2.

A.

3.

4.

5.

6.

B.

7.

8.

Exo.7. b.11.

9.

10.

C.

11.

D.

12.

13.

14.

15.

2.Pet.1. d. 20.

16.

17.

**H**oc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: t erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, t sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, t proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: t habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita: t ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: t semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. **T**quemadmodum autem Iannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, t sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. **T**u autem affecatus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, t persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. **T**Et omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. **T**Malii autem homines, & seductores, proficient in peius; errantes, & in errorem mittentes. **T**u vero permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. **T** & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, perfidem, quæ est in Christo Iesu. **T** Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis ad docendum, ad argendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: t ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

I.  
A  
II.  
Ioan. 21. v. 15.

**I**n nouissimis diebus, id est, in ultima ætate, Erunt homines se ipso amantes subaudi non Deum, se ipsum amat qui sibi met ipsi placet, qui desideria, & voluntates proprias implet, non Dei. Nec potest dicere eum Petro veraciter, tu sis qui amo te, Nam ille Deum amat, qui non querit voluntatem suam, sed Dei, Paulus Apostolus Propheta erat, ideoque prophetauit, quæ modo fiunt in Ecclesia, & quæ achue futura sunt, qui enim hoc animo pascunt oves Christi, ut suas volunt esse non Christi, se coniunctur amare, non Christum, & erunt cupidi, id est, amatores pecuniarum, elati volentes aliis Dominari, supergloriantes de honoribus, quos a subiectis accipiunt, blasphemi Deum blasphemantes per haereses, Parentibus non obedientes, id est, Patribus spiritualibus vel euam Patri, & Matri, ingrati beneficiis Dei vel malum pro bono reddentes scelesti patrem & matrem non honorantes.

Modum

Modum peccati transcendentes, vel interficienes animas suas, & alienas *sine affectione*, id est, dilectione compatiens infirmis, *Criminatores*, id est, detractores, formam sanctorum maculare conantes *incontinentes*, cupiditates pessimas non referentes immites, id est, saeuilites generantes *sine benignitate*, id est, sine benevolentia, nescientes neque volentes subuenire aliis *Proditores*, id est, facta bonorum hominum quae occultanda sunt, inimicis indicantes, & manifestantes, quia non est homo qui faciat bonum & non peccet, *Paterni*, id est, procaces *verecundiam* humanam inuercundia exagitatione perturbantes *voluptatum amatores magis quam Dei*. Spiritualibus gaudiis lætitias speratas temporales anteponentes, & desideria carnis perficientes, hæc omnia vita ex illa radice pullulant, cum sint homines se ipsos amantes, *habentes quidem speciem pietatis*, id est, exemplum religionis. *Virtutem autem eius abnegantes*, virtus religionis siue pietatis est finis siue completio præcepti, id est, caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, id est, caritas cum fide & spe cum executione bonorum operum. *Ex his enim subatidi hæreticis sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis*. Præuidit spiritu sancto repletus Apostolus Manichæos hæreticos futuros, & alios, & loquitur de futuro, quasi de præsenti Manichei autem ingrediebantur in domos mulierum, & decipiebant eas, & hoc maxime apud Persidem, inde dicit Apostolus erunt inquiens quidam, qui penetrabunt domos, & ducent mulierculas captiuas à sensu rectæ fidei ad prauum tentum oneratas peccatis. *Quæ ducuntur variis desideriis atque erroribus semper discentes & numquam ad scientiam veritatis peruenientes semper discunt, & numquam ad scientiam veritatis perueniunt, qui studium videntur habere, sed non perueniunt ad hoc ut discernant inter veritatem, & mendacium inter bonum & malum*. *Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Moysi ita & hi resistunt veritati*, Animositas hæreticorum semper inquieta est quos magorum Pharaonis habere conatus demonstrat. Apostolus, Iannes & Mambres duo fratres fuerunt magi, quorum nomina Apostolus non inuenit in diuinis libris, sed in apocryphis, id est, in occultis, qui ab omnibus non sunt legendi, quia inter vera multa continent falsa, isti ergo duo Magi restiterunt Moysi, quando & virgas suas conuerterunt in dracones, sicut Moyses fumam, & aquam in sanguinem, sed cum peruentum esset ad tertium signum, id est, ad scyniphes, ibi defecerunt, dicentes, *Digitus Dei est hic sublato enim signo à terra sublata est, & eorum magica magnificentia, & bene etiam à tertio signo sunt superati*, quia virtute spiritus sancti, qui tertia persona est Trinitatis illorum maleficia sunt victa. *Homines dico erunt corruptamente reprobi circa fidem*, id est, non reprobi, sed ultra non poterunt subaudi resistere, si adhibita fuerit veritas, sic factum est statim ut hæretici verò in Concilium verorum Doctorum venerunt, & cum illis ceperunt habere narrationem, ultra non potuerunt superare suis erroribus alios, sicut Heluidius superatus est à beato Hieronymo & alii hæretici ab aliis veris Doctoribus, *Tu autem affecitus es meam Doctrinam & instructionem quod id ipsum est, institutio autem dicitur quasi intus statuo, & affecitus es etiam propositum meum bene viuendi. Omnes qui volunt pie, id est, religiose ac iuste viuere in Christo, persecutionem patiuntur aut à Diabolo, aut à malis hominibus, vel etiam à suis ipsis membris*. *Omnis scriptura diuinitus inspirata, id est, à Deo data utilis est ad docendum alios, ad arguendum negligentes, ad corripiendum in malitia volentes permanere*.

III.

14.

v.

B.

vi.

vii.

viii.

C.

x.

xii.

xvii.

## CAPVT IV.

Timotheum per Christum iudicem obtestatur, vt aduersus falsos doctores, & eos qui tales sibi coaceruant, constanter prædicet, tolerando quæcunque infligentur aduersa: prædictique suam passionem & futurum præmium: aduocans Timotheum, eo quod à multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus. In prima sui defensione ab omnibus desertus fuit, sed à Dominino liberatus.

**T**estificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est vi-  
 1. uos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: † pra-  
 2. dica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa  
 3. in omni patientia, & doctrina. † Erit enim tempus, cum sanam  
 4. doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi  
 5. magistros, prurientes auribus: † & à veritate quidem auditum a-  
 6. uertent, ad fabulas autem conuertentur. † Tu vero vigila, in om-  
 7. nibus labora, opus fac Euangelista, ministerium tuum imple So-  
 8. brius esto. † Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis mea in-  
 9. stat. † Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem ser-  
 10. uaui. † In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mi-  
 11. hi Dominus in illa die iustus index: non solum autem mihi sed & iis  
 Coleff. 4d. 14. 12. qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire citè. † Demas e-  
 13. nem me reliquit, diligens hoc saculum, & abiit Thessaloniam: †  
 14. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. † Lucas est tecum  
 15. solus: Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in mi-  
 16. nisterium. † Tychicum autem misi Ephesum. † Penulam, quam re-  
 17. liqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxi-  
 18. mè autem membranas. † Alexander ararius multa mala mihi of-  
 19. fendit: reddet illi Dominus secundum opera eius: † quem & tu de-  
 20. uita: valde enim restitit verbis nostris. † In prima mea defensione  
 21. nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.  
**D**ominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædi-  
 catio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore  
 Leonis. † Liberavit me Dominus ab omni opere malo: & saluum  
 faciet in regnum suum cœlestis, cui gloria in facula faculorum. A-  
 men. † Saluta Priscam, & Aquilam, & Onesiphori domum. † Er-  
 rastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum  
 Miletii. † Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, &  
 Pudens & Linus, & Claudia & fratres omnes. Dominus  
 Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum.  
 Amen.

II.  
A.

III.

B.

V I.

V II.

V III.

C.

I X.

X II.

**P**redica verbum Euangelii in ista in admonitione oportuno volentibus & in porta quietis consistentibus importune nolentibus. Atque peccantes obsecra bene laborantes ut in melius proficiant, *Increpa* illos qui nolunt corrigere se in omni patientia, & *Doctrina*. Quid est quod ad Titum scribens præcipit illi inquiens *Increpa* cum omni imperio & ad Timotheum similiter Epistolam dirigen dicit *Increpa* cum omni patientia nisi quod Medicus erat amborum, nam Titus nimis erat patientia, ideoque præcipit ei & instigavit ad hoc, ut increparet cum omni imperio, ne forte propter suam mansuetudinem non corriperet delinquentes, Timotheus autem quia acrioris animi erat, necesse habebat admoneri ut cum omni patientia increparet delinquentes, ne forte ultra modum dure increpans in desperatione aliquem pessillanum poneret. Sed sua desideria coacerubunt sibi magistros, id est, veritatis magistros contemnentes congregabunt sibi magistros qui illa loquantur quæ ipsi desiderant & ad voluptatem ipsorum pertinent, *Prurientes auribus*: prurire est scalpere, illi pruriunt auribus, qui semper habent aures intentas ad hoc, ut aliquid noui audiant. *Opus fac euangelista* opus euangelista est docere & facere, sicut legimus de Christo, quæ cœpit Iesus facere & docere, qui ergo bonum aliquid annuntiat sed ipse ipsum opus non implet quod docet Euangelista quidem appellari potest, sed opus Euangelista non facit. *Ministerium tuum imple* Ministerium illius erat alios docere, ut eo recedente à corpore remaneret aliquis qui in eius loco subrogari potuisset. Et est sensus, tempus meæ passionis iam imminet in proximo est, & tuus recessus. Sicut ergo ego te docui, ut remaneret post me qui ministerium meum impleret, sic & tu instrue alios, qui tibi succedant, & quasi ei diceret Timotheus, quare præcepisti ut ministerium meum impleam, subiunxit inquiens, *Ego enim iam delibor & tempus meæ resolutionis in ista*, siue imminet, libare dicimus degustare, & fundere vel immolare: inde componitur delibo, delibas, & delibor delibaris. Hic autem pro sacrifice & immolatione ponitur, ac si diceret ego enim iam delibor sacerdos Petri & Pauli extitit Nero, sed eius immolatione reputata ad gratiam, mors autem illorum gratissimum sacrificium fuit Deo. *Bonum certamen certavi*, id est, bene pugnaui cursum consummavi sicut ille, qui in stadio currebat, perueniens ad locum destinatum, brabium sibi promissum accipiebat sicut beatus Apostolus inter metas fidei currens, peruenit ad coronam sui laboris. Vnde ipse dicit *fidem seruavi in reliquo* siue de reliquo vel de cetero reposita est mihi & reseruata apud Deum corona iustitia quam reddet mihi Dominus in illa die, id est, in die iudicii iustus sic loquitur de die iudicii absolute, quasi de re omnibus nota. Re enim vera omnibus certa & nota debet esse illa dies, & ab omnibus est expectanda. *Non solum autem mihi subaudi coronam reddet, sed & iis qui diligunt aduentum eius*. Illi diligunt aduentum eius, qui securi de præmio sperant se remunerari ab illo, sicut Rex quilibet aut Imperator aliquem suorum Principum coronam tribuebat antiquitus victoriam reportant. De hostibus, ita Dominus suis viatoribus & militibus præmia æterna & brabia sine fine mansura donabit, *Demas me reliquit diligens hoc saculum magis quam Deum & abiit Thessalonicanam* iste adhæsit beato Apostolo per multum tempus, sed cum tempus persecutio aduenisset, recessit ab illo, factusque est Apostata, *Crescens in Galatianis*, Iste extitit fidelis, & causa prædicationis abiit ad alias nationes, Apostolo violente. Similiter & Titus. *Marcum assume & adduc tecum est mihi utilis in ministerio prædicationis*. Iste est Marcus Euangelista, qui & cum Petro & cum Paulo multo tempore mansit, aliquando morans apud Petrum, aliquando apud Paulum: *penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer & libros quos ibi dimisi, Maxime autem membranas defer ubi scribam meas Epistolas*. Penula vestis erat consularis qua inducebantur consules Romani, quando ingrediebantur in euriam, sed fortasse quererit aliquis vnde acciderat hoc genus vestimenti beato Apostolo? Cui respondendum est Romanos ante Domini aduentum hunc habuisse morem, siue consuetudinem, quando Monarchiam totius mundi sibi

D. acquirebant, ut quæcumque gens eis cum pace & coronis occurrisset, darent eis libertatem in tantum, vt fratres illorum dicerentur, ciuesque Romani appellarentur, dabantque eis potestatem ædificandi curiam, habere consules, sicut & ipsi habebant. Pater igitur beati Pauli de Ciscalis oppido terræ repromotionis ubi natus translatus in Tarsum Ciliciæ quodam tempore venientibus Romanis per Ciliciam accurrit eis ipse cum aliis Tarsensibus, vt pote quia nobilis inter illos habebatur, exceptitque cum pace. Tunc Romani dederunt eis libertatem supradictam, vt potestatem ædificandi curiam, vestesque induere consulares, vt penulati intrarent in curiam more Romanorum. Ibique Pater beati Pauli penulam accipere meruit causa dignitatis, post cuius mortem Apostolus ad memoriam eius recordationis hanc vestem sibi retinuit.

xiv. *Alexander ararius multe mala ostendit*, Iste est Alexander de quo supra iam diximus, qui reuersus est ad apostasiam suam, & quia aurifex erat, fabricabat ædes Diana apud Athenas, Vnde & ipse commouit ciuitatem, contra Apostolum, resistens fortiter prædicationi eius, reddet illi Dominus secundum opera eius. Nō ait reddat optatio modo, sed reddet indicatio, quod verbum prænuntiantis est, non imprecantis. Sic dixit & de illa

xvi. *hypocrisi Iudeorum*, cui euersionem imminere cernebat percutiet te Deus paries dealbate Prophetæ namque solent maxime figura imprecantis futura prædicare sicut figura præteriti temporis ea quæ ventura erant saep cecidit erunt, *In prima mea defensione nemo mihi affuit*, defensionem in hoc loco appellat persecutionem, atque pressuram, quam sustinuit, quando in primordio suæ fidei mislus est cum Barnaba à spiritu sancto ad prædicandum. Quam persecutionem beneuocat defensionem, quia tribulatio temporalis defendet electos in die iudicii à poenis inferni, *Omnes me dereliquerunt non illis impunetur*. Non orat pro Alexandre qui inuidentia fraternitatem oppugnando peccauerat, sed pro his orat, qui non abruperant amorem sed timori succubuerunt, vt eis ignoscatur. Quapropter multum interest cum post agnitionem Dei quisque opugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidentia facibus agitur, *Dominus autem mihi affit ut audiatur omnes gentes* verbum prædicationis de ore meo, & liberatus sum de ore leonis, id est, de insidiis Diaboli, de quo dicit Petrus: *aduersarius vester Diabolus tamquam leo regiens quarit quem devoret*, vel etiam leonem appellat Neronem, de cuius manibus liberauit eum Dominus, quando venit Romam, adductus ab his, qui præerant Iudeæ ab hoc, quia Cesarem appellauit, Nam cum venisset Romam, duobus annis mansit in una custodia, & in suo conducto, & postea etiam transiuit ad alias nationes, quæ erant in circuitu Romæ. Nam quando ista scribebat in libera custodia erat, & quia statim adductus est, non est interfactus, idcirco dicit se liberatum.

i. Pet. 5. v. 8. *Dominus Iesus Christus cum spiritu suo*, Dominus Iesus Deus & homo est, ideo erat Apostolus, vt verbum Dei Patris, Dominus videlicet Iesus sit cum spiritu illius, & si fuerit cum spiritu, erit & cum corpore *gratia vobiscum*, id est, remissio peccatorum, & *reconciliationis Dei Patris*, omniaque dona quæ diuinitus gratis largiuntur, sit vobiscum, Amen, id est, fiat vel vere sint quæ haec tenus scripsi. Explicit Epistola ad Timotheum secunda. Incipit Epistola ad Galatas.

Primo querendum est in exordio huius Epistolæ, vnde sint Galatæ appellati. Rex Bithyniæ quæ est Provincia Græciæ, habens bellum contra hostes suos, misit ad gallas habitantes circa mare, promittens vt si venirent in auxilium eius, vt peracto bello & potita victoria regnum diuideret cum eis. Qui cum venissent, & victoria potiti essent, regnum cum eis diuisit, vt promiserat, appellatique sunt primo Gallogræci hoc est Galli mixti Græcis, parsq; regni, quam ipsi tenuerant, appellata est Gallogræcia, id est, Galli commorantes in Græcia, Postea autem vt sapientioribus videtur, appellati sunt Galatæ à candore corporis. Nam Græcè lac galacton dicitur, vnde & candida Zona cœli quæ Latine lacteus circulus appellatur, Græcè Galaxis nuncupatur, vt Marcianus assuerat sive

sunt ergo ipsi strenuissimi bellatores, sed stulti, & facile à proposito mentis rece-  
dentes. Vnde cum acceperint verbum prædicationis ab Apostolo, & Apostolus  
ab eis ad alios transiret, seducti sunt à falsis Apostolis, & à Iudeis, qui volebant eos  
fectari circumcisōnem, & sacrificia legalia dicentes: licet baptizati sint, & in Chri-  
stum credatis, tamen aliter non potestis saluari per passionem Christi, nisi circum-  
cidamini, & legalia sacrificia offeratis. Quod audiens Apostolus scripsit eis ab E-  
pheso hanc Epistolam.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

### C A P V T I.

Reprehendit Galatas Apostolus quòd abduci se permiserint à veritate quam ab  
ipso acceperant: quum sola hæc tenenda sit, eamq; non ab homine, sed  
per Christi reuelationem ipsi didicerit: & tanta solertia postea illam do-  
cuerit, quanta ipsum ante impugnabat: addens quomodo ipsum Deus ad  
Euangelizandum segregauerit.

**D**icitur: *Aulus Apostolus non ab hominibus, neque per ho-  
minem, sed per Iesum Christum, & Deum Pa-  
trem, qui suscitauit eum à mortuis: & qui me-  
cum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatia. + Gra-  
tia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro  
Iesu Christo, + qui dedit semetipsum pro peccatis  
nostris, ut eriperet nos de praesenti sæculo nequam, secundum vo-  
luntatem Dei, & Patris nostri, + cui est gloria in sæcula sæculorum:  
Amen. + Miror quod sic tam cito transferimini, ab eo qui vos vo-  
cauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: + quod non est a-  
liud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere E-  
uangelium Christi. + Sed licet nos, aut Angelus de cœlo Euangeli-  
zaret vobis praterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema  
sit. + Sicut prediximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis Euan-  
gelizauerit prater id quod accepistis anathema sit. + Modo enim,  
hominibus suadeo, an Deo? An quaro hominibus placere? Si ad-  
buc hominibus placarem, Christi seruus non essem. + Notum enim  
vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me,  
quia non est secundum hominem: + neque enim ego ab homine ac-  
cepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. + Audi-  
stis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam  
supradictum persequiebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam,  
+ & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in gene-  
re.*

re meo, abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. † Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex utero matris mea, & vocauit per gratiam suam, ut reuelaret Filium suum in me, ut euangeliarem illum in Gentibus: continuo non acquieci carni & sanguini, † neque, veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam: & iterum reuersus sum Damascum: † deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: † alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. † Quia autem scribo vobis; ecce coram Deo, quia non mentior. † Deinde veni in partes Syria, & Cylicia. † Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudea, que erant in Christo: † tantum autem auditum habebant: Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangeliat fidem, quam aliquando expugnabat: † & in me clarificabant Deum.

**A**ulus quia nomen suum in omnibus Epistolis præponit in titulo, auctoritas causa id egit sicut Reges, & Principes huius sæculi solent agere. *Apostolus* nomen dignitatis est, Græcum est licet quidam dicant Hebræum illud esse, Apostolorum autem genera quatuor sunt, primum est quod neq; ab hominibus, est neq; per hominem, sed à Deo tantummodo, de quorum numero fuerunt Moyses Esaias Hieremias, aliique Prophetæ quamplurimi, licet omnes & Apostoli etiam quamvis ab homine Christo essent missi; tamen ipse homo erat verus Deus. Secundum quod à Deo quidem est, sed per hominem, de quorum numero fuit Iosue, qui Deo volente missus est per Moysen, & ali; multi, qui electionem populi pro vita meritis Deo volente eliguntur. Tertium quod ab homine tantummodo & non à Deo, cum favore hominum aliquis elititur, non pro bona conuersatione, vel qui pretio subrogatur in sacerdotium, de quibus dicit beatus Ambrosius, O Episcope certe nisi centum solidos dedisset, hodie Episcopus non essem. De quibus dicitur etiam in libro regum, quia temporibus Heroboam quicunq; implebat manum suam muneribus, fiebat sacerdos idolorum. Ideoq; isti tales inter eos sunt reputandi, de quibus Dominus per Prophetam dicit, ipsi veniebant non mittebam eos, & per ipsam veritas dicit, Omnes quæ quo venerunt fures fuerunt & latrantes. Quartum genus est quod neque à Deo neque per hominem fit, sed à semetipso, vt sunt pseudo Prophetæ & pseudo apostoli, qui dicunt. Hæc dicit Dominus cum Dominus non misserit. Sciendum etiam quia inter ipsos Prophetas sunt quidam tantæ dignitatis, vt & Prophetæ & Apostoli sint, vt Moyses Esaias Ioannes baptista & Apostoli, quidam vero solummodo Prophetæ sunt. Et quia erant apud Galatas quidam Iudæi, qui dicebant beatum Paulum non esse verum Apostolum Christi, neq; Doctorem veritatis, eo quod à Christo non fuerat vocatus, & doctus, sicut alii Apostoli, idcirco Apostolus volens Galatas confirmare in Doctrina sua, & se verum Apostolum esse, & prædicatorem Christi, dixit se non ab homine mortali in terris esse Doctum & constitutum, sed ab omnipotente Deo de cœlis. Non quod negemus Christum verum hominem, sed iam immortalem effectum. Qui ergo docuit Petrum per præsentiam suam in terris adhuc mortalis, sed ipse docuit Paulum iam mortalis de cœlo, & ideo dicit non ab hominibus subaudi constitutus vt Matthias qui forte ab Apostolis est electus. Neq; per hominem subaudi iam mortalem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem. Ideo quia una est operatio Patris, & filii, vt ostenderet unius esse dignitatis, illas duas personas præposuit personam filii Dei, Patris personæ. Pariterque Ari-anorum errorem destruit, qui dicunt filium creaturam esse. Ideoque mindrem Patri,

Patri, quia *suscitauit eum à mortuis*. Deus Pater tertia die suscitauit filium suum à mortuis, & ipse filius potestati verbī, à quo assumptus est, se ipse suscitauit. *Et qui mecum sunt omnes fratres*, id est, omnes condiscipuli, & credentes, eadem sentientes de circumcisione. Quid est quod in aliis Epistolis quorundam discipulorum suorum nomina posuit, & hic non specialiter quemlibet, sed generaliter omnes comprehendit, ideo hoc egit, ut maioris auctoritatis esset eius Epistola, velut demonstraret omnes condolere de idolorum seductione & quod omnes aequaliter sentirent de circumcisione, quod non deberent circumcidī, neque sacrificia legalia offerre. Quid est etiam quod in hac Epistola Episcoporum presbyterorum, vel Diaconorum mentionem non facit, sicut in aliis? quia nec dum habebant Episcopos ordinatos, neque alios Doctores, ideoque facilius seduci potuerunt. Et pax qua reconciliamur Deo pro peccatis nostris, tradens se morti, *ut eriperet nos de presenti seculo nequam*. Sæculum dicitur à secundo, quia semper se sequitur, & in se reuoluitur. Sæculum ergo non potest esse nequam, neque malum quia semper seruat ordinem suum, & cursum secundum dispositionem Dei, alternantibus diebus, ac noctibus. Sed sicuti dicitur mala domus, non quod mala sit per se, sed malos habitatores habet, ita sæculum vel tempus dicitur esse malum, eo quod pessimos & malos homines habet in se. Addidit *secundum voluntatem Dei Patris*, quia voluntas Dei fuit Patris, ut filius per suam passionem genus humanum repararet. *Miror quod sic tam cito*, mirari se dicit Apostolus, quare tam cito potuerint solis verbis à veritate Euangelii seduci, & à libertate in seruitutem redigi & quod ab Euangelio, quod eis tradidit, potuerunt mutari, & transferri in aliud Euangelium, id est, in aliam Doctrinam. *Quod non est aliud subaudi Euangelium* præter illud, quod vobis prædicauit. Euangelium autem dicitur bona annuntiatio, & si aliqua Doctrina est, quam Dominus aut per se, aut per aliquem non dederit, iam nec Euangelium dici potest, sed error. Amen. Amen Hebræum est, & est confirmatio Epistolæ, sonat enim vere siue fideliter, & fiat *transferimini transducimini vel seducimini*, *Ab eo*, id est, à Deo Patre *vocavit in gratiam*, id est, in remissione peccatorum quam nobis Deus Pater gratis dedit, siue per passionem filii sui, siue per baptismum. *In aliud Euangelium* aliud Euangelium non est nisi Christi traditio, ergo Iudeorum & Doctrina qua dicebant deberent circumcisionem seruare, & cætera, quæ lex præcipit in mysteriis, error est postquam Christus venit, *nisi sunt*, id est, sed sunt: *conturbant*, id est, commouent à rectitudine fidei & volunt conuertere, volunt quidem mutare Euangelium Christi à spiritualibus ad carnalia. Sed non valent, quia firmissimum & verum est, Euangeliū enim si mutatum fuerit, non erit iam Euangelium, & licet aliqui possint mutari à rectitudine Euangelii semper immutabile Euangelium manet. *Sed licet nos deest*, aut, subaudi ego & Apostoli Christi Petrus, & alii *Angelus de cælo Michael*, aut *Gabriel præterquam*, id est, præter hoc Euangelium *Anathema sit*. Anathema varias habet significationes, aliquando ponitur pro occasione, ut idem Apostolus alibi dicit, *Optabam ego Anathema fieri pro fratribus*, id est, cupiebam interfici, & occidi corporaliter pro eis. Aliquando pro maledictione, ut in canonicis habetur. Si quis hoc vel illud fecerit Anathema, id est, maledictus sit. Aliquando pro separatione, ut hic, *sicut predixi subaudi præsens ita modo absens*. *Vel sic prædixi paulo superius in præcedenti versiculo ita nunc dico* præter quod accepistis subaudi à me, *modo enim hominibus suadeo an Deo?* Sensus talis est, suadeo id est, hortor modo homines credere in Christum, & perseverare in fide eius. An suadeo Deo aliquid noui facere, cui omnia patent præsentia, præterita, & futura? hominibus suadebat in Deum credere, Deo vero non suadebat, vt aliquid noui faceret, tunc suaderet Apostolus Deo aliquid noui facere si circumcisionem ipse primum destrueret. Sed quia Christus legem implendo, euacuavit illam, ideo non suadebat Apostolus Deo, sed quæ ostendit ipse debere seruare, illa docebat si *ad huc hominibus placet*, id est, si placet Iudeis, à quibus ortus supermanendo in

C.

III.

VI.

VII.

D.

VIII.

Rom. 3. v. 2.

X.

E.

iudaismo, vel hominibus malis, vt sunt hæretici, Christi, seruus non effens, hoc debet vnuſquisq; prædicator attendere, vt Christum & prædicationem eius quærat placere auditoribus suis, non ſeipſum. Si vero utrumque potest fieri, vt & Deus diligatur, & ipſe, bonum eſt illud. Quod ſi Christus non placet eis, nec ipſe placabilem ſe debet præbtere illis. Euangelizatum, prædicatum, & prolatum non eſt ſecundum hominem, id eſt, ſecundum traditionem ſcribarum, & phariseorum. Euangeliū quod ſecundum hominem dicitur eſſe, non eſt Euangeliū. Omnis enim homo mendax, & quicquid veritatis inuenitur in homine, non eſt ab homine, ſed à Deo per hominem. Neque enim ego ab homine acceperim illud, id eſt, ab aliquo Apostolorum, & ſi accepi à Domino Iesu Christo de cœlo, iam immortalis erat. Inter accipere, & diſcere Euangeliū hoc intereſt, quod accipit Euangeliū, cui primum inſinuat, & fidem eius accipit. Dicit vero quia ea, quæ in illo per ænigmata & parabolæ à Domino prolatæ ſunt, Deo reuelante, vel homine docente penetrare valet. Sed per reuelationem Iesu Christi, id eſt, manifestationem diſci Euangeliū. De qua reuelatione dicit? Tradunt Doctores plenitudinem Euangelicæ Doctrinæ per illud triduum ſpiritu sancto reuelante diſcisse, quando manſit Damasci tribus diebus non videns lucem ſolis, neque diei, ſed neq; manducans neque bibens, vel etiam tunc accepit, quando ſicut ipſe dicit, quodam die cum eſſet in templo, in ectasi poſitus eſt, Audisti conuerſationem meam quomodo viuebam ſine querela in lege, vt mihi videbatur, quando adhærebam Iudeis, & circumciſionem ſeruabam, & ſabbatum, & cetera quæ lex præcipit præter Christum non cognoscebam, ſupramodum, id eſt, plus omnibus Iudeis Eccleſiam, id eſt, credentes in Christum & expugnabam, id eſt, valde pugnabam contra eam proficiebam in iudaismo ſupramulcos coetaneos meos, id eſt, ſuper omnes coeuous, & qui meæ ætatis erant, proficiebam ego in Doctrina legis ſecundum traditionem phariseorum, de quorum genere ortus eram, & nullius poterat coequari mihi in ſtudio lectionis atque quaſtionum. Sed neque in perſecutione Christianorum ita poterant crescere pro ſtatu synagogæ in genere meo, id eſt, in genere phariseorum abundantius amplius amulatoſ imitator & ſtudioſ ad tuendam synagogam mearum traditionum, id eſt, phariseorum, Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, id eſt, qui me fecit naſci ex utero materno, vel qui me in præſcientia ſua ſegregauit, & ſeparauit ex utero matris meæ ad prædicationem Euangeliū ſui, vel ex utero matris, hoc eſt, ex conſortio synagogæ me abſtraxit, & vocauit per misericordiam ſuam ad Euangeliū ſuum prædicandum in me, id eſt, per me gentibus, Ut Euangeliarē illum in gentibus, continuo, id eſt, cum placuiffet Deo Patri vt reuelaret filium ſuum per me gentibus non acquieci carni & ſanguini, id eſt, non conſenſi in Iudaismo manere, nec carni & ſanguini, id eſt, ſcribis & phariseis de quibus ortus sum, licet aliqui Apostoli velint intelligi, quod falſum eſt, beatus Hieronymus ita hunc verbum diuidit ſecundum ſenſum, Petrus aliiq; Apostoli poſtquam à Domino vocati ſunt, non ſtatiuſ præfecti ſunt prædicare, ſed neque poſt reſurrectionem eius, uſque quo ſpiritum ſanctum acceperunt, ideoque quaſi multam moram fecerunt. Paulus vero ſtatiuſ vt baptizatus eſt ſine aliqua mora ingressus eſt synagogam Iudeorum cœpitque publice prædicare. Potest tamen & ad ſequentia iungi, quod dicit continuo, ſed melius ita vt diximus, ut reuelaret filium ſuum in me, id eſt, per me. Aliter verbum Dei Patris, id eſt, filius cum Patre & ſpiritu sancto cœlum, & terram continent, & omnia implet ſicut per Prophetam dicit cœlum & terram ego impleo, ergo ſi cœlum & terram implet, deinde locus, quem non impleat per plenitudinem potentiarum ſuarum. Ac per hoc, quod ubique per potentiam diuinitatis & omnia loca implet, erat etiam & in Paulo, licet à Paulo non ſciretur. Quando ergo fidem filii ſui dedit ei, tunc utique filium ſuum illi manifestauit, & ipſe filius ubi erat ibi ſe ipsum hic reuelauit, ſicut verbi gratia in utero virginis Mariæ ubi erat, ibi carnem aſſumpſit. Neque ueni Hierosolymam, quaſtio eſt, quare dicat ſe non uenire Hierosolymam, niſi poſt ſex annos, cum in actibus Apostolorum legatur, quia poſtquam baptizatus eſt, & cœpiffit

cepisset prædicare in synagogis Iudeorum, insurrexerunt contra eum Iudei, ob quorum persecutionem venit Hierusalem. Quæ questio ita soluenda est. Nō veni inquit Hierosolymam ad Apostolos gratia visitandi eos, neque causa discendi sicut hic habetur, sed causa euadendæ persecutionis veni Hierosolymam, sicut ad aliam quamlibet ciuitatem irem si in meo itinere esset, verbi gratia in Samaram, aut in Bethlehem, de qua via dicit Lucas in actibus Apostolorum *ad antecessores meos*. *Apostolos* subaudi causa discendi, neque causa visitandi ista yice, sed ab *in Arabiam* de Hierusalem subaudi fugerat. Dicit beatus Hieronymus. Quid mihi prodest, si audio Paulum esse Arabiam, & reuersum esse Damascum si nescio quid ibi fecerit? Forsitan enim prohibitus est à sancto spiritu ibi verbū Dei loqui, sicut & in Asia, ideoque non dicit scriptura quid ibi fecerit, sed si perpendimus interpretationem nominum, itus & reditus illius aliquid utilitatis nobis innuere potuerit. Quod enim per Arabiam intelligamus, vetus testamentum, ipse Apostolus ostendit, alibi loquens, de Agar, & Sara: hæc inquit sunt duo testamenta, & Syna mons est in Arabia, Damascus vero qui interpretatur sanguinem bibens, vel effundens, quia imperfectus est Abel à Cain ubi postea ædificauit seruus Abram illam ciuitatem, vocans eam à nomine suo Damascus, significat nouum testamentum, ubi continetur passio Christi. Abiit ergo Apostolus in Arabiam, quia scrutatus est legem, & Prophetas, & inuenit ibi Christum promissum, non tamen datum. Reuersus Damascus quia transiit ad Euangeliū, ubi inuenit Christum iam paclum, & credidit in eum diebus quindecim, quindenarius numerus pertinet ad nouum, & vetus testamentum propter septenarium & octonarium numerum, septenarius namque numerus refertur ad vetus propter sabbatum, Octonarius ad nouum propter Dominicam resurrectionem, quæ octaua die celebrata est. Et quia Apostolus Doctrina veteris, & noui testamenti repletus erat, ideo non indiguit amplius manere cum Petro, nisi quindecim diebus, & iterum reuersus sum Damascus, & cetera usque, mansi, apud eum diebus quindecim. Abiit in Arabia, & de Arabia Damascus est reuersus, & expleto triennio inter Arabiam, & Damascus, venit Hierosolymam. Altera vice videre Petrum, non causa discendi, sed causa commendandæ caritatis & ut humilitatis formam præberet aliis, dum honorem præstitit priori Apostolo, & ex hoc appareret cum non causa discendi venisse, quia in tam paucis diebus non poterat doceri, & quia poterat etiam aliquis dicere, & quid si non didicit à Petro, didicit ab aliis. Huic obiectioni Apostolus subiunxit, *Alium Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini, filium scilicet Mariæ Cleophae mater terræ Domini, quem genuit de Alpheo. Ecce coram Domino quia non mentior*, id est, digna sunt in conspectu Domini Dei, quia vera sunt. *Deinde veni in partes Syria subaudi Provinciæ & Cilicie subaudi Patriæ*, ubi est & Tarsus ciuitas Pauli, venit Apostolus in Syriam, quæ interpretatur eleuata, ut illam humiliaret ad Christum. Venit in Ciliciam, quæ interpretatur assumptio lamentabilis, ut illam assumeret ad fidem Christi, & eam doceret habitum pœnitentiæ, & lamenti, *Erā autem ignotus facie ecclesiis Indiae & cetera. Ignotus quidem erat facie, sed nomine & fama erat notus.* Iam enim per decem, & septem annos Euangeliū prædicabat. Non ideo dicit pluraliter ecclesiis, quia Iudei & gentes mixti essent, sed tanta multitudo Iudeorum credentium, ut plures ecclesiæ facerent. *Quoniam qui persequebatur nos subaudi credentes in Christum, Aliquando subaudi quando erat in Iudaismo, quam aliquando expugnabat, & in me clarificabans Deum, iuxta illud, videant opera vestra bona, & qui de persecutore fecerat Prædicatorem.*

I

K.  
xix.  
xx.  
xxi.

xxii.

xxiii.

Matt. 5. v. 16.

## C A P V T II.

Paulus Euangeli veritatem liberè semper docuit inter Gentes, approbantibus id primis Apostolis, & nihil ad illud addentibus, sed Paulum in socium recipientibus, qui etiam palam reprehendit Cepham, ostendens quod non ex legis operibus quisquam iustificetur, sed per fidem in Christum.

**D**EINDE post annos quatuordecim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. + ascendi autem secundum revelationem: & contuli cum illis Euangelium, quod pradico in Gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. + Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circumcidere: + sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent. + Quibus neque ad horam cessimus subiectione, ut veritas Euangeli permaneat apud vos: + ab ipsis autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interfit.) Deus personam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. + Sed econtra cum vidissent quod creditum est mihi Euangelium praeputii, sicut & Petro circumcisionis: (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes) + & cum cognovissent gratiam qua data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem: + tantum ut Pauperum memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere: + Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem eius restiti, qui a reprobabilis erat. + Prius enim quam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. + Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. + Sed cum vidissent quod non recte ambularent ad veritatem Euangeli, dixi Cepha coram omnibus: Si tu, cum Iudeus sis, gentiliter viuis, & non Iudaice: quomodo Gentes cogis Iudeizare? + Nos natura Iudei, & non ex gentibus peccatores. + Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. + Quod si quarentes iustificari in Christo, inueni sumus & ipsi peccatores, numquid

Deut. io. d. l.  
Iob 34. b. 19.  
Sap. 6. b. 8.

7.

Eccl. 15. b. 16.  
Rom. 2. b. 11.

8.

Eph. 6. b. 9.  
Coloss. 3. d. 25.

9.

Act. 10. c. 34.  
1. Pet. 1. c. 17.

10.

11.

C.

12.

13.

14.

15.

16.

Rom. 3. c. 20.

17.

D

*numquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim qua destruxi, iterum hac adifico: pruaricatorem me constituo. Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo viuam: Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne: infide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

18.

19.

20.

21.

I.  
A

**D**Einde post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam, iuncti quatuor anni superiores cum his quatuordecim fiunt decem & septem, ex quo colliguntur septimus decimus annus erat prædicationis eius, quando tertia vice venit Hierosolymam, sed quæ causa extitit illum velle venire Hierusalem, seditio erat inter Iudeos credentes, & gentiles: Dicebant enim Iudei, estis baptizati, & creditis in Christum, non potestis saluari aliter, nisi circumcidamini, & legem obseruetis. Ideo ut hanc seditionem compesceret, reuelante spiritu sancto, venit Hierusalem cum Barnaba. Barnabas erat Iudeus & circumcisus, Titus gentilis, & incircumcisus. Ideo ergo cum istis duobus ascendit, ut si Apostoli, aliiq; Iudei dicarent illum non recte prædicare in gentibus, istorum testimonio tueretur, Dum dicerent illi, vere sicut vos prædicatis ita & Magister noster, & sic sentit in omni fide, sicut & vos. Ideo ergo dicit & contuli cum illis Euangelium ne videretur ab illis aliquid accepisse. Nam inter conferre, & docere, ac discere hoc interest, quia conferat coæquales, docent, & discunt & inferiores, & superiores. Contuli cum illis, id est, cum Petro, Ioanne, & Iacobo, seorsum a uero iis, quia vos esse, id est, Petro, & aliis Apostolis locutus sum non in conuentu Iudaici populi, sed separatis. Quare seorsum? quia multa sciebat ille, quæ generalis multitudo non poterat capere, vel seorsum ne, dum prohiberet penitus circumcisionem, persecutionem Iudeorum contra se excitaret, videbantur aliquid esse inquit à semetipsis. Videbantur enim Doctrinam habere à se, & virtutes, neq; nil boni à se habebant, neq; suis meritis, ideoq; licet viderentur populo aliquid esse, nihil erant, ne forte in vacuum currerem ant cucurrissem, licet durum videatur, tamen beatus Hieronymus hunc verbum interrogative dicit esse legendum, quia huiusmodi est sensus. Numquid ideo contuli cum illis seorsum, quod timerem ab illis reprehendi, quasi mea Doctrina non esset vera, & illorum roboratione indigeret, aut quasi inaniter currerem prædicando de loco ad locum, non, sed potius ut illi à me alta & profunda mysteria audirent, quod mintis capaces non poterant capere, & possent dicere Galatis nolite credere Paulo, quia mendacium prædicat, aliud enim apud nos, aliter apud vos docet, apud vos docet circumcisionem non obseruandam, apud nos circumcidit Titum. Vnde Apostolus nolens eos confirmare in fide, & à circumcisione recedere, dixit si Titus esset mecum, non est compulsus ab Apostolis circumcidiri neq; minis, & terroribus ac multitudine Iudeorum, quare vos seducimini solummodo verbis? Sed neg. Titus qui mecum erat cum esset gentilis compulsus est circumcidiri, Cum venisset Apostolus Hierusalem, Iudei curiositatis causa submiserunt viros in secreto loco, vel de quibus non poterat suspicio esse, qui considerarent, utrum Apostolus timore illorum perterritus, circumcidet Titum, introierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, libertas maxima est in Christo Iesu, id est, in fide Euangelii, quia per fidem Domini Salvatoris liberi efficimur in baptismate non solum à peccatis, sed etiam à seruitio legis. Neg. ad horam ceffimus, id est, non consensimus ei, neque ad tempus, ut nos seruituti legis subiiceremur, ut fides Euangelii, quam vobis prædicauimus maneat semper in vobis & vos non circumcidatis, Ab iis autem qui videbantur, ab his, id est, à Petro & Iacobo & Ioanne, qui videbantur aliquid esse à semetipsis, sicut supradiximus quales aliquando fuerint, antequam per aduentum spiritus sancti corroborarentur non pertinet ad me, ut dicam, sed hoc solummodo dicam, Nihil mea interest, hoc est nulla distantia inter me, & illos est, & hoc dico quia Deus non est personarum acceptor.

B.

II.

IV.

V.

VI.

C.

Fuit

VII.

Fuit Paulus Christianorum persecutor, Petrus negauit postquam ab illo Doctus est, Ioannes, & Jacobus tempore passionis relicto eo fugerunt cum aliis Apostolis. *Qui videbantur aliquid esse*, id est, Petrus, Ioannes, & Jacobus nihil mihi contulerunt sed econtra subaudi ego contuli illis, velaliter, cum putassent aliqui, quod reprehensiones mei essent, non solum fuerant reprehensiones, sed etiam laudatores, & fautores extiterunt meæ prædicationi. Ita ut diuidunt & distinguunt Augustinus & Hieronymus hunc versiculum, cum tali sub auditione. *Cum vidissent quod creditum est mibi Euangeliump̄puti*, sicut Petro circumcisioñis, dextras dederunt mihi & Barnaba & societas cum vidissent subaudi à subsequentibus Jacobus & Ioannes, qui viderunt quod datum, id est, concessum est mihi Euangeliump̄puti; id est, gentium, sicut Petro creditum est Euangeliump̄circumcisioñis, hoc est Iudæorum, & cum cognovissent gratiam qua data est mihi dextras dederunt societas mihi & Barnabæ cetera per parenthesis dicta sunt, sicut Petro circumcisioñis, hæc habet consuetudinem Apostolus, ut circumcisionem Iudæos, & gentiles præputium appellat. *Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, & est sensus*, Qui Petrum Magistrum, & Principem fecit esse omnium Iudæorum credentium, me etiam in prædicationis officio præposuit omnibus gentibus, dicit beatus Augustinus quodam loco, beato Apostolo maio em sapientiam præ omnibus Apostolis concessam esse. Et hoc ideo, ut quia ipse omnibus gentibus, & philosophis prædicaturus esset, omnibus gentibus, & philosophis eius prædicatione sufficere posset. Sed dicit aliquis isto in loco, num quid ergo Petrus Magister Iudæorum? si videret aliquem gentilem velle conuerti ad fidem, suscipiebat eum, nisi circumcidetur? aut Paulus Magister gentium aliquem Iudæum circumcisionem? utique Petrus suscipiebat gentilem, non cogens eum circumcidere, ut Cornelium, & Paulus non respuebat propter circumcisionem, sed tantummodo legales obseruationes docebat eum non esse obseruandas carnaliter. *Qui videbantur columnæ esse*, dicit beatus Augustinus, columnæ videbantur illi esse, sed non erant. Sed videamus quæ sunt solidissimæ columnæ, Salomon dicit *sapientia*, quæ est verbum Dei Patris, *adificavit sibi domum*, corpus videlicet in utero virginali, *excidit columnas septem* hoc est septem Ecclesias, ad quas scribit Ioannes in Apocalypsi sua. Quæ septem ecclesiæ vel columnæ faciunt unam ecclesiam, & unam columnam, de qua dicit Apostolus Timotheo, *Vt scias*, inquit, *quomodo oporteat te conuersari in domo Dei* quæ est columnæ & firmamentum. Si ergo isti columnæ erant, quid est, quod Dominus dicit, *qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo*. Ut ergo Apostolus dicit, & beatus Augustinus assentit, columnæ à semetipsis non erant, licet viderentur à simplicibus à se esse, quod non erant; & columnæ erant à Domino solidatae sine suis meritis, quia fundatores ecclesiarum erant, & sustentatores, dexteræ dederunt mihi: quod dicit dexteræ societas dederunt mihi & Barnabæ, nihil est aliud nisi in suam societatem, & familiaritatem receperunt nos. Tractandum est autem hoc à negotiatoribus, qui causa negotiationis venientes ad exteræ regiones, in primis ut ibi aduenerit, ad eos præfectus loci, & homines inibi habitantes accedunt, & interrogant illum, qui præstaliis. *Pacificus ne est ingressus tuus?* & ille *pacificus*, tunc mutuo dant sibi dextræ manus, & alternativa osculantur eas. Ac deinceps cum pace negotium suum explent, libere incedentes, & cum securitate in medio illorum. Sic & illi cum Apostolo pacem fecerunt, ut ille, & Barnabas in gentes prædicarent, ipsi autem in Iudæos. Tantum subaudi præceperunt nobis ut pauperum illorum memores essemus, qui pro Christo sua reliquerant, vel qui spoliati fuerant à Iudeis, ut Nicodemus, & alii. *Quod enim ipse sollicitus fui hoc ipsum faciens*, mittens eis quæ necessaria erant à gentibus fidelibus, munuscula accipiens in faciem, id est, in præsentiam, *Reprehensibilis erat*, id est reprehensione dignus erat. Quidam subaudi Iudæorum ab Iacobo, id est, ab Hierosolymis, vbi erat Iacobus vbi erat constitutus Episcopus creditibus ab Apostolis, timens eos, qui ex circumcisione erant, hoc timens ab illis reprehendi, *sed cum vidisset quod non recte ambularent*, non recte ambulabant, & segregabant se à genti-

D.

VIII.

*sus*, Qui Petrum Magistrum, & Principem fecit esse omnium Iudæorum credentium, me etiam in prædicationis officio præposuit omnibus gentibus, dicit beatus Augustinus quodam loco, beato Apostolo maio em sapientiam præ omnibus Apostolis concessam esse. Et hoc ideo, ut quia ipse omnibus gentibus, & philosophis prædicaturus esset, omnibus gentibus, & philosophis eius prædicatione sufficere posset. Sed dicit aliquis isto in loco, num quid ergo Petrus Magister Iudæorum? si videret aliquem gentilem velle conuerti ad fidem, suscipiebat eum, nisi circumcidetur? aut Paulus Magister gentium aliquem Iudæum circumcisionem? utique Petrus suscipiebat gentilem, non cogens eum circumcidere, ut Cornelium, & Paulus non respuebat propter circumcisionem, sed tantummodo legales obseruationes docebat eum non esse obseruandas carnaliter. *Qui videbantur columnæ esse*, dicit beatus Augustinus, columnæ videbantur illi esse, sed non erant. Sed videamus quæ sunt solidissimæ columnæ, Salomon dicit *sapientia*, quæ est verbum Dei Patris, *adificavit sibi domum*, corpus videlicet in utero virginali, *excidit columnas septem* hoc est septem Ecclesias, ad quas scribit Ioannes in Apocalypsi sua. Quæ septem ecclesiæ vel columnæ faciunt unam ecclesiam, & unam columnam, de qua dicit Apostolus Timotheo, *Vt scias*, inquit, *quomodo oporteat te conuersari in domo Dei* quæ est columnæ & firmamentum. Si ergo isti columnæ erant, quid est, quod Dominus dicit, *qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo*. Ut ergo Apostolus dicit, & beatus Augustinus assentit, columnæ à semetipsis non erant, licet viderentur à simplicibus à se esse, quod non erant; & columnæ erant à Domino solidatae sine suis meritis, quia fundatores ecclesiarum erant, & sustentatores, dexteræ dederunt mihi: quod dicit dexteræ societas dederunt mihi & Barnabæ, nihil est aliud nisi in suam societatem, & familiaritatem receperunt nos. Tractandum est autem hoc à negotiatoribus, qui causa negotiationis venientes ad exteræ regiones, in primis ut ibi aduenerit, ad eos præfectus loci, & homines inibi habitantes accedunt, & interrogant illum, qui præstaliis. *Pacificus ne est ingressus tuus?* & ille *pacificus*, tunc mutuo dant sibi dextræ manus, & alternativa osculantur eas. Ac deinceps cum pace negotium suum explent, libere incedentes, & cum securitate in medio illorum. Sic & illi cum Apostolo pacem fecerunt, ut ille, & Barnabas in gentes prædicarent, ipsi autem in Iudæos. Tantum subaudi præceperunt nobis ut pauperum illorum memores essemus, qui pro Christo sua reliquerant, vel qui spoliati fuerant à Iudeis, ut Nicodemus, & alii. *Quod enim ipse sollicitus fui hoc ipsum faciens*, mittens eis quæ necessaria erant à gentibus fidelibus, munuscula accipiens in faciem, id est, in præsentiam, *Reprehensibilis erat*, id est reprehensione dignus erat. Quidam subaudi Iudæorum ab Iacobo, id est, ab Hierosolymis, vbi erat Iacobus vbi erat constitutus Episcopus creditibus ab Apostolis, timens eos, qui ex circumcisione erant, hoc timens ab illis reprehendi, *sed cum vidisset quod non recte ambularent*, non recte ambulabant, & segregabant se à genti-

Prouer. 9.v.1.

E.

1. Tim. 3.v.15.  
Apoc. 3.v.15.

1. Reg. 16.v.4.

x.

xi.

xii.

*sus*, Qui Petrum Magistrum, & Principem fecit esse omnium Iudæorum credentium, me etiam in prædicationis officio præposuit omnibus gentibus, dicit beatus Augustinus quodam loco, beato Apostolo maio em sapientiam præ omnibus Apostolis concessam esse. Et hoc ideo, ut quia ipse omnibus gentibus, & philosophis prædicaturus esset, omnibus gentibus, & philosophis eius prædicatione sufficere posset. Sed dicit aliquis isto in loco, num quid ergo Petrus Magister Iudæorum? si videret aliquem gentilem velle conuerti ad fidem, suscipiebat eum, nisi circumcidetur? aut Paulus Magister gentium aliquem Iudæum circumcisionem? utique Petrus suscipiebat gentilem, non cogens eum circumcidere, ut Cornelium, & Paulus non respuebat propter circumcisionem, sed tantummodo legales obseruationes docebat eum non esse obseruandas carnaliter. *Qui videbantur columnæ esse*, dicit beatus Augustinus, columnæ videbantur illi esse, sed non erant. Sed videamus quæ sunt solidissimæ columnæ, Salomon dicit *sapientia*, quæ est verbum Dei Patris, *adificavit sibi domum*, corpus videlicet in utero virginali, *excidit columnas septem* hoc est septem Ecclesias, ad quas scribit Ioannes in Apocalypsi sua. Quæ septem ecclesiæ vel columnæ faciunt unam ecclesiam, & unam columnam, de qua dicit Apostolus Timotheo, *Vt scias*, inquit, *quomodo oporteat te conuersari in domo Dei* quæ est columnæ & firmamentum. Si ergo isti columnæ erant, quid est, quod Dominus dicit, *qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo*. Ut ergo Apostolus dicit, & beatus Augustinus assentit, columnæ à semetipsis non erant, licet viderentur à simplicibus à se esse, quod non erant; & columnæ erant à Domino solidatae sine suis meritis, quia fundatores ecclesiarum erant, & sustentatores, dexteræ dederunt mihi: quod dicit dexteræ societas dederunt mihi & Barnabæ, nihil est aliud nisi in suam societatem, & familiaritatem receperunt nos. Tractandum est autem hoc à negotiatoribus, qui causa negotiationis venientes ad exteræ regiones, in primis ut ibi aduenerit, ad eos præfectus loci, & homines inibi habitantes accedunt, & interrogant illum, qui præstaliis. *Pacificus ne est ingressus tuus?* & ille *pacificus*, tunc mutuo dant sibi dextræ manus, & alternativa osculantur eas. Ac deinceps cum pace negotium suum explent, libere incedentes, & cum securitate in medio illorum. Sic & illi cum Apostolo pacem fecerunt, ut ille, & Barnabas in gentes prædicarent, ipsi autem in Iudæos. Tantum subaudi præceperunt nobis ut pauperum illorum memores essemus, qui pro Christo sua reliquerant, vel qui spoliati fuerant à Iudeis, ut Nicodemus, & alii. *Quod enim ipse sollicitus fui hoc ipsum faciens*, mittens eis quæ necessaria erant à gentibus fidelibus, munuscula accipiens in faciem, id est, in præsentiam, *Reprehensibilis erat*, id est reprehensione dignus erat. Quidam subaudi Iudæorum ab Iacobo, id est, ab Hierosolymis, vbi erat Iacobus vbi erat constitutus Episcopus creditibus ab Apostolis, timens eos, qui ex circumcisione erant, hoc timens ab illis reprehendi, *sed cum vidisset quod non recte ambularent*, non recte ambulabant, & segregabant se à genti-

gentibus, quasi immundis, eo quod non essent circumcisi, dixi Cepha coram omnibus. Ideo publicè cum redarguit, quia ipse publicè peccauerat, & eius correptione cæteri roborentur in fide, publica enim culpa publica eget & castigatione coram omnibus, ut in canonibus præcipitur. *Quomodo gentes cogis Iudaizare?* Non cogebat eas circumcidiverbis, sed operibus per hoc, quod se ab illis segregabat, poterant enim gentiles dicere: Si essemus saluati, & mundati per baptismum, nequaquam nos, quasi immundos reputaret. Melius est ergo ut circumcidamur. *Si tu cum Iudeus sis Iudeus erat Petrus natura, & gentiliter viuebat, non adorans idola, sed non credens saluari posse per circumcisionem, sed per baptismum, sicut & gentiles saluabantur non per circumcisionem, sed per baptismum.* Nos natura Iudei & non ex gentibus, quæ à Iudeis peccatores appellant? Et est sensus, O Petre si nos, qui Iudei naturaliter sumus, & quibus data est lex, non possumus iustificari per legem, quare cogis gentes Iudaizare? non verbo, sed opere, vt credant se saluari non posse per baptismum sine circumcisione? Nos scimus quia non iustificatur homo per obseruantiam legalium mandatorum, *Ex operibus legis* dicit, id est, per oblationem sacrificiorum Carnalium, per circumcisionem, per obseruantiam mandarorum non iustificabitur omnis homo, id est, nullus iustificabitur. *Quod si quarentes iustificari vos qui Iudei natura sumus, iustificari in fide Christi in baptimate inuenti sumus peccatores*, dum venimus ad baptismum? *Numquid Christus fecit nos peccatores, vt peccata haberemus, vt esset in nobis, quod mundaret?* Absit. Sed quia lex non poterat nos iustificare, ideo venit Christus, vt credentes in eum iustificemur. *Sic enim que destruxi haec iterum reedifico prævaricatorem me consitudo, id est, si circumcisionem quam prædicavi dimittendam, iterum prædico obseruandæ esse, transgressor me facio tam legis Moysæ quam Euangelii.* Quia si circumcisione poterat iustificare, in hoc, quod illam destruxi transgressor extiti. Et si postquam veni ad Euangeliū, iterum rededo ad carnalem legem similiter prævaricator extiti. Et notandum quia contra Petrum ista loquebatur, qui gentes cogebat circumcidere non verbo, sed opere, subtrahendo se ab illis, cum & ipse circumcisionem prædicauerat non obseruandam. *Ego enim per legem subaudi Euangeliū mortuus sum legi Moysi, id est, nihil illi debeo, quia non sum subiectus ei, vel per legem spiritualiter intellectam mortuus sum legi carnali, quia carnaliter illam non obseruo, ut Deo vivam per fidem, & iustitiam, Christo confixus sum cruci, id est, concrucifixus sum in Cruce Christi, quia mea peccata in cruce illius affixa sunt, id est, deleta, & mortificata vivo autem iam non ego, viuebat quidem substantialiter, sed nos viuebat in illo malitia, sed iustitia.* Extinctus enim & mortuus erat in illo sevissimus persecutor, & viuebat in illo piissimus prædictor. *Vivit siue regnat in me Christus per fidem, & per omnes virtutes. Non abiicio gratiam Dei, id est, non repello fidem Christi, Euangeliū, & remissionem peccatorum, quæ omnia nobis gratis data sunt.* *Sic enim per legem iustificata, id est, fili lex poterat iustificare, Christus sine causa est mortuus & eius passio nec profuit nec obfuit.*



## CAPVT III.

Sicut Abrahæ, ita & posteris, non ex legis operibus, sed ex fide in Christum datus est Spiritus sanctus: subditi autem legi, quum nemo præstet legem, maledicti sunt: sed hanc maledictionem Christus in se suscipiens, nos ab ea liberavit: promissiones vero factæ Abrahæ per fidem complentur, licet interim lex tanquam pædagogus data fuerit, quæ non poterat iustificare.

**G.** *In sensati Galate, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus prescriptus est, in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stultie-  
**A.** stis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis Spi-  
**2.** ritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex audi-  
**3.** tu fidei? Sicut scriptum est: Abraham creditit Deo, & reputa-  
**4.** tum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, iis  
**5.** sunt filii Abrahæ. Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iusti-  
**6.** ficat Gentes Deus, pranunciauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidelib-  
**7.** Abraham. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto  
**8.** sunt Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanerit in  
**B.** omnibus qua scripta sunt in Libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide venit. Lex autem non est ex fide, sed Qui fecerit ea,  
**9.** viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: Maledictus omnis qui pen-  
**10.** det in ligno: ut in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Ie-  
**11.** su, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. Fratres (se-  
**Hab. 2. 2. 4.** cundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testamen-  
**Rom. 1.b.17.** tum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dicta sunt promissio-  
**12.** nes, & semini eius, non dicit: Et seminibus, quasi in multis, sed  
**Leuit. 8.a.5.** quasi in uno: Et seminituo qui est Christus. Hoc autem dico, te-  
**13.** stamentum confirmatum à Deo: qua post quadringentos & trigin-  
**14.** ta annos facta est lex, non irritū facit ad euacuandam promissionē.  
**15.** Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ au-  
**C.** tem per repromotionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui pro-  
**Heb. 9. d.17.** miserat, ordinata per angelos in manu Mediatoris. Mediato-  
**16.** r autem unius non est. Deus autem unus est. Lex ergo aduersus missa Dei? Absit. Si enim data esset lex,  
**17.** qua*

que posset viuiscare, vere ex lege esset iustitia. † Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. † Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quae reuelanda erat. † Itaque lex padagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. † At ubi venit fides, iam non sumus sub padagogo. † Omnes enim filii Dei estis per fidem, que est in Christo Iesu. † Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. † Non est Iudeus, neq; Gracus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque foemina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. † Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem heredes.

Rom. 6. 23.  
D.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
Rom. 6. 23.  
28.  
29.

**O** insensati Galate, Vnaqueque gens suam proprietatem in conuersatione & moribus habet, vnde Galatis proprium est, vt licet feroce sint, sint etiam stolidi siue stulti, facileq; transferri possunt de una re ad aliam. *Qui vos fascinavit, id est quis vobis nocuit, vel quis vos decepit. Fascinari dicuntur pueri, & parua animalia, pullique avium virus hominum, & incantatione.* Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est in *vobis crucifixus*, ante illorum oculos erat Christus crucifixus proscriptus, quia illi non solum quatuor libros Euangelii habebant, vbi passio Christi continetur completa, sed etiam libros veteris testamenti Graeco sermone secundum septuaginta interpretationem habebant, in quibus pronuntiabantur, & prædicabantur passio Christi, in quibus quasi ante oculos ipsorum erat Christus crucifixus, *sic sancti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini*: id est, cum spiritualiter cœperitis conuersari, vel cum per spiritum sanctum cœpissetis loqui variis linguis, nunc in carnali conuersatione deficiatis, postponentur omnia spiritualia, & transeuntes ad carnales obseruationes, id est, circumcisionem carnis, & ad legalia sacrificia. Aliter. In primordio fidei omnes credentes accipiebant spiritum sanctum, sicut & modo, & insuper accipiebant diuersitatem linguarum, per quod ostendebatur eos habere spiritum sanctum: Quod nullo exemplo melius probari potest, quam illo, quod in actibus Apostolorum dicitur, quia cum dixisset Paulus quibusdam baptizatis qui baptizati erant in Ioannis baptismate, si spiritum accepistis credentes, responderunt, sed neque si spiritus sanctus est in nobis, audiuius, quia non possumus omnibus linguis loqui, & cum baptizasset eos in nomine Iesu, cœperunt loqui variis linguis. Et isti Galatae non acceperunt spiritum sanctum, & diuersitatem linguarum ex operibus legis, sed quia crediderunt in Christum, audientes ab Apostolo fidem Domini prædicari. Ex auditu autem fidei dicit, quia audit homo quid credere debeat, & interrogatur ad fontem, quomodo credit, & sic baptizatur: *tanta passus est sine causa?* Multa passi mala fuerant illi à Iudeis, & à persecutoribus pro fide Christi, & quia volebant circumcisionem seruare, *sicutamen sine causa*, affirmativa conjunctio est, id est, certe sine causa, si iterum ad carnalia desideria, & circumcisionem patimini. *Tribuit vobis spiritum subaudi sanctum, & operatur virtutes subaudi miraculorum, & linguarum, ex operibus legis subaudi facit hoc an ex auditu fidei?* subaudi non propter obseruantiam legis hoc præstítit vobis, sed propter fidem iustificati placemus Deo: *igitur qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidelis Abraham*, id est, qui fidem Abrahæ habent, benedictionem consequentur. *Quicumque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt*, id est, qui per legem putant se iustificari, sub maledicto sunt legis, quia non possunt omnia implere, quæ ibi continentur. Vnde Petrus Iudeis dicit, cur inquietans sensus imponere iugum quod neque vos neque Patres

I.  
A.

III.

B.

IV.

V.

IX.

X.

Acto. 14. v. 10.

**xii.** *tres nostri portare potuimus?* Sub quo ergo maledicto sunt? sub illo: *maledictus omnis qui non permanenserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut facias ea & cetera. Lex autem non est ex fide, fides est ea credere, & sperare quae non videntur, lex ergo non complebatur fide, sed opere: Euangelium autem magis completetur in fide, quam in operibus, quia sola fide saluat, quicumque ergo faciebat ea præcepta, quae lex præcipiebat, viuebat in illis, quia protelabatur, ei præsens vita usque ad statutum finem à Deo. Qui vero transgressor erat legis, iubebatur intefici dicente lege, qui hoc vel illud fecerit, occidatur.*

**xiii.**  
*Cua. 2. v. 17.*

*Cribus nos redemit de maledicto legis, de quo maledicto? de illo quod dictum est ad Adam, In quacumque die comedetis ex eo, morte morieris, de hoc maledicto, id est, de morte redemit nos reuocando ad vitam, quia morte sua simpla, duplam nostram destruxit, & quomodo? Factus pro nobis maledictum? Non est ipse factus maledictus, sicut beatus Ambrosius dicit, ut peccatum haberet, sed factus est maledictus, id est, hostia pro maledictis, & peccatoribus, pro nobis videlicet, qui sub maledicto primi hominis, & sub morte tenebamur, Vel ut beatus Augustinus dicit, factus est maledictum, id est, factus est mortal is, sicut & nos, licet sine peccato esset, quia scriptum est maledictus omnis qui pendit in ligno. Cutius hoc modo exponit hunc versiculum, maledictus omnis nocens, qui culpa sua, & peccato suo penderit in ligno, ut Aman. Qui vero innocens est, si iniuste suspensus fuerit, non ideo erit maledictus. Quid ergo si Mardochæus innocenter suspensus esset in ligno, quod ei Aman parauerat, numquid ideo maledictus esset minime, ita & Christus, licet maledictum illud sustineret, id est, passione, & cruciatu, & peccata nostra assumeret, tamen non ideo fuit maledictus, neque peccator, quia sic accepit ipse nostra peccata, ut non haberet, sed ut deleret. Vele-tiam quantum iudeis videbatur, maledictus erat, id est, peccator.*

**xv.**

*Frates secundum hominem dico, id est, secundum humanam consuetudinem, & secundum humanam legem, tamen hominis confirmatum testamentum. Testamentum dicitur à testibus, quorum nomina inibi scribuntur, & à quibus confirmatur illud testamentum, vel carta, siue scriptum, quod Pater facit de suis rebus, filiis suis, quid unusquisque post mortem eius possideat, de hereditate paterna. Quod testamentum nemo despiciat, ut aliter illud comprehendat, & diuidat neque ordinat aliter, nisi ut Pater viuens ordinavit. Abræ dictæ sunt promissiones & semini eius, non dictis singulari numero Abrahæ dicta est promissio & semini eius, sed quia multæ promissiones ad eum factæ sunt, tam ex terra repromotionis, quam etiæ de Domino Iesu Christo, ideo plura-liter dixit Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, videamus, & considere-mus, quae sunt illæ promissiones, si forte inueniamus aliquid de nobis gentilibus, ei promissum. Prima promissio facta est ad eum, quando eum vocauit Dominus, promittens ut si egrederetur de terra sua futurus esset in gentem magnam, & di-cens, Egregere de terratua & de cognatione tua & vade in terram quam mostrauero tibi & faciam te in gentem magnam.*

**xvi.**  
**D.**

*Deinde dixit ei benedicens benedicam tibi & multipli-cans & cetera, Et rursus in semine tuo benedicentur omnes gentes & Patrem mulierum gentium posui te. Quod autem subiungitur, & semini eius subaudi dictæ sunt pro-missiones, quamvis Apostolus specialiter semen Abrahæ Christū intelligat, possumus tamen simplici modo semen illius accipere Isaac filium eius, & Jacob nepotem, ad quos etiam repromotiones legimus factas. Nam legitur in Genesi, quod dormien-te Jacob quodā loco apparuit ei Deus, dicens, terra in qua dormis tibi dabo, & se-mini tuo. Dicamus modò & secundū Apostolū Abræ, inquit, dictæ sunt promissio-nes & semini eius, id est, in Christo. Quæ sunt illæ promissiones? quæ dictæ sunt Chri-sto vel in Christo? quod in illo benedicendæ essent omnes gentes, iuxta quod iam diximus, in semine, inquit, suo benedicentur omnes gentes. Semen ergo Abrahæ Chri-stus est, quia Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, Jacob autem genuit Iudam, de cuius tribu & progenie assumpsit Dominus carnem in utero virginali beatæ Mar-iæ, & processit velut sponsus de thalamo suo. Sed quæri potest, quare omnes gentes dicantur benedici in Christo, cum adhuc omnes gentes non credant in eum? & nul-li dubium non est alium non mereri bene dici, nūl qui fidē eius acceperunt. Quod duobus*

**Matt. 1. v. 2.**

**Psal. 12. v. 6.**

**E.**

duobus modis potest solui. Potest enim Synecdochicos accipi, hoc est à toto pars, quia licet omnes non credant, tamen ex omnibus gentibus fidem eius habent, vel omnes qui benedictionem merentur, in Christo benedicuntur. Subiectit ergo Apostolus, & dicit, non dicit subaudi Abrahæ dictæ sunt promissiones, & seminibus eius, sed singulari numero dicit, semi vel non dixit scriptura in seminibus tuis benedicendæ sunt gentes, sed in semine tuo ut de Christo intelligamus dictum. Quodam loco dicit beatus Hieronymus quia omnes scripturas veteris & noui testamenti sensu, & memoria peragrans nusquam potuit inuenire semina plurali numero posita, si de propagatione filiorum res agitur. Si vero ad sementem fructuum pertinet, inuenitur plurale positum, ut in Genesi habetur. Præcepit inquiens Ioseph Ægyptiis ut acciperent semina & seminarent ne forte terra redigeretur in nihilum. *Hoc autem testamentum id est, illud promissum, quod factum est ad Abraham, dico ego confirmatum à Deo.* Hunc versiculum vario modo in suis scriptis distinguunt Doctores. Quidam enim faciunt perfectam distinctionem, vbi dicitur à Deo, quidam vero medium. Quod utrumque potest conuenire. Testamentum hic appellat promissionem, quæ facta est ad Abrahā, quod in semine eius, hoc est in Christo benedicendæ essent omnes gentes. Quomodo istud testamentum vel ista promissio confirmata? Natus est Christus ex virginе de semine Abrahæ prædicauit, fecit mirabilia, redemit genus humanum sua passione, misit discipulos suos prædicare, & baptizare, & completum est, quod dixit Abrahæ, quando Apostoli profecti prædicauerunt, vbique ipso cooperante, in tantum ut in omnem terram sonus eorum procederet, & in fines orbis terræ fama nominis eius diuulgaretur. Tunc in semine Abrahæ, id est, in Christo benedicendæ sunt omnes gentes eo modo, quo superius diximus, & promissio eius adimplata est. *Lex qua post quadringentos, & triginta annos facta est, id est, data in monte Syna, non facit initium subaudi testamentum ad euacuandam, vel ad destruendam promissionem Abrahæ, irrita res est inanis, & vacua.* Verbi gratia sicut solent esse folliculi grani frumenti aut ciceris, siue alicuius leguminis, vel seminis: lex ergo quæ data est filiis Israel post factam promissionem ad Abraham, non fuit vacuum & inane illud testamentum, ut illa promissio euacuaretur. De hoc numero quadringentorum & triginta annorum vario modo Doctores disputant per longas ambages, & circuitiones, illum colligentes. Sed nos omnia illa succinctè perstringentes compendioso utramq[ue] exitu, computantes ipsos annos, à vocatione Abrahæ de terra Chaldeorum usque ad ingressum Iacob in Ægyptum computantur anni ducenti quindecim. Iterum ab ingressu Iacob in terram Ægypti usque ad exitum filiorum Israel ex ea computantur similiter anni ducenti quindecim, qui simul iuncti compleunt numerum quadringentorum & triginta annorum, iam quia diximus de numero quadringentorum & triginta annorum, post quos data est lex, ex quo repromissio facta est ad Abraham, dicendum est etiam, quomodo illud intelligendum sit, quod loquitur Deus in Genesi ad Abraham, scitopronoscens quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua & affligerent eos, *Gen. 15. v. 13.* maleque tractabunt annis quadringentis. Non enim possumus inuenire, quomodo per quadringentos annos sint afflicti, maleque tractati. Narrat namque scriptura, quia post mortem Ioseph surrexit, *Rex in Ægypto, qui ignorabat Ioseph,* & coepit affligere filios Israel. Sed sciendum est, quia quod dicit, peregrinum erit semen tuum in terra non sua, ad omne tēpus post quadraginta annorum est conferendū, quia Abraham, & Isaac, atque Iacob in terra non sua peregrini & aduenient fuerunt, & filii eorum post eos longo tempore. Quod autem subiungit, seruituti eos sufficien, maleque tractabunt annis quadringentis, ad extremam partem, & ad ultimum quadraginta annorum est referendum, in quo illi afflicti sunt, à morte vide licet Ioseph, usque ad egressionem illorum de Ægyptiaca seruitute. *Nam si ex legge hereditas iam non ex promissione,* hoc est, si per legem data esset Abrahæ hereditas terræ repromotionis, quam possedit in filiis suis, vel hereditas totius mundi, quam possidet in Christo, qui de semine eius natus est, iam non esset repromotionis illa da-

xvi.  
F.

G.

*Deut. 1. v. 8.*

xviii.

H  
xix.

tio sed lex, hæreditatem enim totius mundi Abraham in Christo possidet: *Abraha*  
*autem non per legem donauit* Deus hæreditatem totius mundi, sed quod maius est  
*per repromissionem*, siue per reprobationem donatum est semen, quod est Christus, in quo omnes benedicuntur gentes. *Quid igitur lex?* beatus Augustinus exponens hanc Epistolam ad Galatas primum ita distinxit. Quid igitur? sed postea relegens, ea quæ dictauerat correxit suum errorem in libro retractationum, atque ita præcipit distingui. Quid igitur lex? id est, ut quid venit lex? aut quid profuit? vel quare data est? si Abrahæ hæreditas per reprobationem data est? Ad hæc respondit sibi ipsi Apostolus, inquiens, *Propter transgressiones posuit*, quod adusque *veniret semen*, id est, Christus, cui Christo, vel semini, Promiserat subaudi quod in eo benedicentur omnes gentes. Transgredi est ultra ire, & varicari, ideo ergo data est lex post reprobationem, ut homines compliceret, & prohiberet à peccatis, qui proni erant ad transgredienda præcepta omnipotentis Dei, & naturalem legem. Statim enim ut egressus est populus de ergastulo Ægyptiorum, antequam transisset mane, murmuravit, atque dum peruenissent ad montem Syna, postquam acceperunt Christi præcepta, fecerunt caput bouis, quem adorabant Ægyptii, & inclinati sunt ante illud. Pro talibus ergo & huiusmodi transgressoribus data est lex, ut talia prohiberet, dum minatur mortem illis, *Ordinata per Angelos* hoc est disposita, & descripta, atq; dictata ipsa lex per Angelum. Per subiectum si quidem creaturam loquebatur Deus ad Moysen, hoc est per Angelum, sicut Stephanus in actibus dicit Apostolorum Iudeus: hic est Moyses, qui fuit in Ecclesia in solitudine, cum Angelo, locutus est ei in monte Syna in manu mediatoris, id est in potestate verbi Dei, hoc est filii Dei, qui postea assumendo carnem nobis mediator factus est. Nisi enim hominem assumeret, mediator nobis alio modo esse non poterat, sed assumens carnem nostræ fragilitatis, nobis mediator factus est, assistens nunc vultui Dei pro nobis, & per illum nostras preces dirigimus ad Deum Patrem. *Quidam voluerunt interpretari in hoc loco mediatorem Moysen, Propter hoc quod ipse dixit, Ego sequenter & medicus fui inter. Deum & vos in tempore illo.* Sed melius est secundum beatum Augustinum ut modo superiori intelligamus, referentes illud ad Christum, cuius dispositione ipsa lex data est per Angelorum ministerium. Sicut enim eius potestate prædicta sunt oracula Prophetarum, qui dicebant verbum Domini, quod factum est ad Iohel, aut ad Eliam, ita eius dispositione conscripta est lex. *Mediator subaudi unus partis non potest esse*, sed inter duas aut inter plures, ut ipse sit medius, *Deus autem unus est*. Hoc ideo addidit Apostolus, ne quis putaret Christum ideo ab unitate diuinæ naturæ penitus esse diuisum, quia mediatoris suscepit officium, licet enim ipse nobis mediator sit per humanitatem, tamen non est abruptus à natura diuinæ paternitatis sed ipse qui est verus Deus, & verus homo in una persona, ipse semper æqualis manet Patri in natura, & potestate diuinitatis, *lex ergo adversus promissam Dei?* id est, numquid ergo lex contraria est promissioni omnipotentis Dei, quæ facta est ad Abraham de Christo, quod in semine eius benedicendæ essent omnes gentes? *Absit* nō fiat istud, ut aliquis credat legem contrariam esse huic promissioni, ut illam evacuet. *Sic enim datur lex qua posset viuificari* id est, iustificare. Anima quamdiu non peccat, viuit Deo, cum vero criminalibus peccatis se implicat, moritur iuxta, illud *anima que peccaverit ipsa morietur* lex illa Mosayca non poterat hominem ab hac morte suscitare, quia ostendebat peccata, non tamen tollebat, impossibile si quidem erat sanguine hircorum auferri peccata. Quod si posset hominem viuificare, & ianuas regni aperire, *vere ex lege effici iustitia*, hoc est, in lege putaretur iustificatio, & mundatio peccatorum, & per legem putaretur esse exclusa promissio. Si enim lex posset nos mundare, & iustificare quid esset necesse venire Christum? sed quia illa hoc nō valuit, ideo aduentus Christi nobis necessarius fuit. *Sed conclusit scriptura legis omnia genera hominum & omnes Iudeos sub peccato*, id est, ostendit, quod nullus esset, qui ea posset implere. Dicebat enim lex, non occides, non adulterabis, non facies hoc vel illud, quia si feceris morte animæ morieris, prædicebat ista cauenda, *sed*

Deut. 5. v. v.

xx.

xxi.

K.  
Leuit. 4. v. 2.

xxii.

sed si committerentur nō tollebat, & dū aliquis illa perpetrabat ostēdebat illū lex esse peccatorē. Si ergo ostendebat peccata, & nō tollebat, nūquid erat auctor sceleris, & culpæ peccantiū? Minime. Verbi gratia, sic erat ipsa lex, sicut quidā Rex, vel quælibet maiestas terrena, quæ statuit, & proponit legem, & edictum, vt si quis hoc vel illud fecerit, aut in carcerem tradetur, aut capite truncabitur. Tranigreditur aliquis illud edictum, & ponitur in carcerem, numquid Rex auctor est culpæ illius, quia præceptum statuit. Non, sed ipse qui commisit, auctor est suæ culpæ, quod si inde liberatur, gratia & pietas est Regis, ita & lex ostendebat peccata, & prohibeat, sed tamen non tollebat, ut promissio ex fide Iesu Christi, quæ facta est ad Abraham daretur credentibus ut in nomine eius benedicerentur omnes gentes, & in fide ipsius iustificantur, essetque gratia, & indulgentia ipsius, ut quos lex non poterat saluare, ipse redimeret, & qui per legis operanon eramus digni iustificari, ac viuiscari, per eius fidem obtineremus.

## C A P V T IV.

Ante Christum natum, Iudæi in modum hæredis adhuc paruuli, sub lege continebantur, tanquam sub tutori, conatur autem eos à legis seruitute reuocare, quum fide accoperint filiorum adoptionem, commemorans quanto feruore ipsum ac prædicationem ipsius antea acceperant: & simul ad hoc typum adserens de duob. Abraham filiis, duo testamenta designantibus: per quod docet legis æmulatores à Christi hæreditate eliciendos.

**D**ico autem: Quanto tempore heres parvulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium: † sed sub tutoribus & auctoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre: † ita & nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus seruientes. † At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, † ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. † Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. † Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & heres per Deum. † Sed tunc quidem ignorantes Deum, sis, qui natura non sunt dei seruiebatis. † Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogniti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? † Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. † Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. † Estote sicut ego, quia & ego, sicut vos: fratres obsecro vos: Nihil me lasitus. † Scitis autem quia per infirmitatem carnis Euangeliū vobis iampridem: & temptationem vestram in carne meat non spreuiistis, neque respuiistis: sed sicut Angelum Dei exceptistis me, sicut Christum Iesum. † Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim prohibeo vobis quia, si fieri posset, oculos vestros eruisse, & dedisse mihi. † Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? Æmulantur vos non

1. A.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
B.

10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.

Dd 4

bene:

C. bene: sed excludere vos volunt, ut illos emulemini. + Bonum au-  
 18. tem emulamini in bono semper: Et non tantum cum praesens sum  
 19. apud vos. + Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur  
 20. Christus in vobis. + Vellem autem esse apud vos modo, Et mutare  
 21. vocem meam: quoniam confundor in vobis. + Dicite mihi qui sub  
 22. lege vultis esse, legem non legistis? + Scriptum est enim: Quoniam A-  
 Gen. 16 d. 15. braham duos filios habuit: unum de ancilla; Et unum de libera. +  
 Gen. 21 a. 2.  
 23. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera,  
 24. per reprobationem: quae sunt per allegoriam dicta. Hac enim sunt  
 D. duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina in servitutem gene-  
 25. rans: quae est Agar: + Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus  
 26. est ei, que nunc est Ierusalem, Et servit cum filiis suis. + Illa autem  
 27. quae sursum est Ierusalem, libera est; quae est mater nostra. + Scri-  
 Isa. 54 a. 1.  
 ptum est enim: Latare sterilis, quae non paris: erumppe, Et clama,  
 28. que non parturis: quia multi filii deserta, magis quam eius que ha-  
 Rom. 9 b. 8.  
 29. bet virum. + Nos autem fratres, secundum Isaac promissionis filii  
 sumus. + Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat,  
 30. persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita Et nunc. + Sed  
 Gen. 21 a. 16.  
 31. quid dicit Scriptura? Eiice ancillam, Et filium eius: non enim ha-  
 res erit filius ancilla cum filio libera. + Itaque, fratres, non sumus  
 ancilla filii, sed libera: qua libertate Christus nos liberavit.

I. **A.** *V*anto tempore hares parvulus est, secundum consuetudinem humanæ legis  
 loquitur hic Apostolus. Solent enim Patres morituri filios suos parvulos,  
 A. quos hæredes relinquunt, committere sub tutoribus, & auctoribus usque  
 ad illud tempus, quo ipsi possunt res proprias regere. Hoc est secundum legem  
 Romanam usque ad vigesimum quintum annum, ipsi etiam tutores cum consilio  
 Scabiniorum in generali mallo debent eligi, quamdiu autem sub illorum tutela  
 est parvulus. *Nihil distat à seruo*, licet sit Dominus seruorum, & filius Regis, aut co-  
 mitis, siue alicuius Principis, quia flagellatur seruus, flagellatur & ille, plerumque  
 etiam flagellatur a seruo. Tutores sunt defensores rerum, causidici, & aduocati.  
 Quod autem dicitur hic auctoribus, quidam Doctores dicunt melius esse aucto-  
 res, quam actores isto in loco, quia actor ipse est & tutor siue aduocatus. Auctor  
 vero est patronus, nutritor, qui more paterno nutrit illum, & ad tutorum perti-  
 net defendere, & disponere res pueri, victumque & vestimentum ministrare, ad  
 auctorem vero disciplina & honestas morum & conuersationis. Similiter Iudei  
 quamdiu fuerunt parvuli iensu, sub tutoribus auctoribusque fuerunt, usquequo ve-  
 nit dispositum tempus a Deo Patre quando misit eis filium suum. Tutores vero  
 illorum fuerunt Reges & Principes, ut David, & Zorobabel, qui hæreditatem  
 eorum defendebant. Auctores vero sacerdotes, & Prophetæ, qui eos erudiebant;  
 secundum legem, & cogebant etiam a Dei cultura non recedere, si aliquis adora-  
 re vellet Idola. *Ita & nos cum essemus parvuli sub Elementis mundi*, Elementa dicun-  
 tur, quasi eleuamenta, eo quod ex illis omnia corporalia, & visibilia eleuata sunt.  
 B. Quod vero dicitur hic sub elementis mundi, eramus seruientes quantum ad Iudeos  
 pertinet, dupliceiter potest intelligi, ad primum intellectum elementum vocan-  
 tur lex, & Prophetia. Quia sicut quatuor elementa initium, & fundamentum  
 sunt

suar omnium rerum corporalium , ita & lex & Prophetia fundamentum sunt omnium diuinorum eloquiorum , sicut etiam in Epistola ad Hebræos elementa appellat legem , sub lege ergo & Prophetia erant seruientes . Aliter sub elementis etiam seruiebant , quia sub obseruatione solis & lunæ degebant , celebrantes neomenias , aliasque festiuitates . Notandum quia non dixit , elementis seruiebamus , sed sub elementis , id est , sub obseruatione legis , & Prophetiæ vel sub temporum obseruatione cursum , & ætatem lunæ attendentes . Nam sol & luna elementa sunt . Gentiles autem erant seruientes Elementis . *At ubi venit plenitudo temporis , id est , præfinitum tempus à Deo Patre , finiente quinta ætate , & inchoante sexta , Misit Deus filium suum factum ex muliere , id est , ex semine mulieris , ope spiritus sancti creatum . Quidam volunt dicere natum , sed melius est factum ex muliere , propter hereticos qui dicunt quia ut ingressus est in virginem , statim exiit , factum sub lege , factus est sub lege , quia octauo die est circumcisus , quadraginta dies sunt pro eo legalia munera oblata . Et hoc ideo ut demonstraret legem esse sanctam , iustum , & bonam vel ut eos redimeret , ut eos qui sub lege erant , id est , subiecti erant legi peccatores , non valentes per eam mundari , adoptionem , id est , electionem filiorum subaudi Dei , quam perdidimus in Adam . Quoniam autem etsi filii Dei , adoptati non naturales , Misit Deus spiritum filii sui , spiritus sanctus communis est Patris & filii & quando mittitur à Patre , mittitur & à filio , Clamantem , id est , clamare nos faciente Abba Pater subaudi miserere mei . Abba Hebræum est & Syrum Pater Græcum & Latinum Itaque subaudi quia spiritum Christi habetis , non est seruus subaudi peccati , sed filius subaudi Dei , quod si filius subaudi Dei & haeres subaudi vitæ æternæ , id est , non suo merito , sed gratia Dei , per quem est redemptus . Etsi te sicut ego quia & ego sicut vos . Erant Galatæ infideles , & peccatores , alienati à Deo , fuit quondam & Apostolus , quando persequebatur Ecclesiam Dei sed iam per Domini gratiam fidelis erat , & iustificatus . State vos perfecti , in fide sicut ego summodo , & nolite desperare de venia , quia & ego quondam fui infidelis , & peccator sicut vos etsi modò , & eo amplius obsecro vos fratres subaudi ut patienter me audiatis , nihil me læsistis subaudi quando primum vobis Euangelium prædicavi , & sicut tunc nihil me læsistis , sed patienter audistis , ita & nunc nolite me lærere , sed cum patientia audite , quæ dicturus sum . Testimonium enim perhibeo , vobis quia si fieri posset subaudi sine vestro dispendio oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi , id est , si fieri posset , ut ego oculis corporis possem maiora de Deo cognoscere , & arcanæ mysteriorum lumine corporis amplius penetrare , oculos vestros eruissetis , & dedissetis mihi . Tanta charitate erga me feruentes eratis , & tantum desiderabatis audire verbū Dei per me . Filioli mei quos iterum parvus donec formetur Christus in vobis : parturire est parere velle , beatus Apostolus iam pepererat Galatas in fide per Euangelium , sicut ipse dixit , per Euangelium ego vos genui . Sed illi recesserunt à fide , & secuti sunt pseudoapostolos , dolensq; de eorum miseria , & volens eos reuocare ad fidem Christi , parturiebat illos , id est , parere volebat iterum verbo & exemplo . Vnde & dicit Filioli mei quos iterum parere volo mea prædicatione in fide Christi , sicut iam dudum vos parturiui , quando ad fidem vos adduxi , donec formetur Christi fides in vobis . Tunc enim Christus in nobis formatus est , quando à vobis ita creditur sicuti debet credi .*

*Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit . Non sine causa ad memoriā Apostolus reducit factum Abraham : Iudei namque in hoc maxime gloriabantur , quia filii Abraham erant secundum carnem , Vnde cum Dominus dixisset eis in Euangelio : Si vos filius liberauerit vere liberi eritis , Responderunt illi : nos filii Abraham sumus , & nemini seruivimus umquam , ergo Apostolus volens Galatas sollicitos reddere , & ne potuissent seduci à Iudeis , qui circumcisionem decebant , obseruare , sacrificia legalia offerre dicentes , non potestis saluari per passionem Christi , ut baptisatum , nisi circumcidamini , & sacrificia legalia offeratis . Ostendit eis quoniam Abraham non per obseruationem legis meruit iustificari , sed propter fidem sinceram , operationemque probatissimam , sed qui de Ancilla , id est , Ismael*

*Iean . 8 . v . 36 .  
ibid . v . 35 .*

xxii.

Ismahel de Agar secundū carnē natus est, hoc est secundū humanæ consuetudinis vīsum. Dicit beatus Augustinus quia consuetudo humanæ naturæ est, vt teneret iunctus iuuenculæ in coitu filios procreet, contra senex & vetula copulati nature est ut desistant parere. Si vero iuuenis cum veterana mixtus fuerit, dicit etiā illos posse propagare filios, licet illud rarissime in visu habeatur. Secundum hunc modum & naturalem consuetudinem, quam primam diximus, vt senex iunctus iuuenculæ, possit generare, dicit Apostolus Ismahelem natum esse. *Qui autem derelicta, id est, Isaac de Sara per re-promissionem subaudi Dei natus est, quæ facta est ad Abraham non secundum consuetudinem humanam. Sed quæstio oritur isto in loco, quare Apostolus Isaac solummodo per re-promissionem dicat natum esse, cum legamus etiam de Ismahele promissionem factam esse. Nam legimus in libro Genesios, quia cum esset Agar in deserto Sur, apparuit ei Angelus Domini inquisens, Agar Ancilla Sarai unde venis? aut quo vadis?*

Gen. 16. v. 8. &  
seq.

*Qua respondit à facie Sarai Domina mea ego fugio; cui Angelus: reuertere inquit & humiliare sub manu illius & rursus multiplicans inquit multiplicabo semen tuum, ecce paries filium & vocabis nomen eius Ismahel, hic erit ferus homo, manus eius contra omnes & manus omnium contra eum. Ad quod dicendum est quia quando ista promissio facta est Ismahel, iam erat conceptus. Promissio vero quæ de Isaac facta est, antequam conciperetur, data est Abraham, sicut ex verbis Angeli possumus probare, dicentis ad Abraham. Secundum hoc tempus veniam & erit Sara filius. Vnde apparet Isaac non secundum naturam humanæ consuetudinem esse natum, sed per re-promissionem ex longæuo Patre, & vetula Matre, & quod est maius, sterili, Deo operante natus est. Qua sunt per allegoriam dicta, id est, ea, quæ superius dicta sunt de Agar, & Sara Ismahel quoque & Isaac spiritualiter sunt dicta, & spirituali indigent expositione. Hanc habet consuetudinem beatus Paulus ut spiritualem intelligentiam allegoriam appetet, Allegoria autem proprie ad Grammaticos pertinet. Est enim tropus, quæ aliud significatur, quam dicitur, & quæ hic dicta sunt, allegoricè intelligenda sunt ut leuentia produnt. *Hec inquit sunt duo testamenta, id est, illa, quæ iusta commemorata sunt, significant duo testamenta. Nam quantum ad sensum litteræ pertinet, Agar & Sara duæ mulieres fuerunt, & Ismahel & Isaac duo homines. Quantum autem ad spiritualem intellectum attinet, Agar Ancilla, quæ filium genuit in seruitute, significabat legem, quæ genuit, vel habuit iudaicum populum, sub seruitutis iugo, in quo ergo fuit iudaicus populus seruus? In hoc utique quia cogebatur seruire legi, circumcisionem seruare, legalia sacrificia offerre, & cetera innumerabilia custodire, quæ impunè non poterat transgredi. Non solum enim corporalis vindicta in transgressorē vindicabatur, sed etiam maledictioni subiiciebatur, quæ in ipsa lege continetur. Maledictus, inquit, omnis qui non permanescit in his omnibus.* Et dum huiuscmodi mandatis constringebatur, quasi quodammodo seruus erat. Sara autem libera, quæ filium liberum genuit, significat gratiam noui testamenti, quæ genuit populum Christianum liberum in baptisme, non solum ab originalibus, & actualibus peccatis, sed etiam ab omni seruitute legis, qui hereditatem Christi, hoc est patrem Christi hereditabit. Habuit autem & Abraham alios filios de Cetura, quam Hebræi Agar dicunt esse, sed tamen illi non fuerunt digni in hereditatem paternam admitti, Similiter in sancta Ecclesia sunt multi, qui renascuntur in baptisme, & qui filii videntur esse Abraham per fidem, sed quia non habent opera Abraham sequendo varios errores diuersaque schismata, & variis criminibus se implicando non merebuntur cum electis hereditate patris cœlestis frui, de ipsis talibus dicit Ioannes Evangelista, de nobis exterioribus sed non erant ex nobis. Hæc inquit sunt duo testamenta. Testamentum dicitur à Testatoribus, Testamentum vero vetus habuit testatores Angelos, Moyse, aliosq; Prophetas: testamentum autem nouum habuit unum verissimum Dominum Iesum Christum, & apostolos, quorum ministerio per quadrididum orbem diuulgatum est. Unum subaudi testamentum datum est in monte Synai generare subaudi plebem Iudaicam in seruitute, quæ est Agar, hoc est quæ significatur per Agar,*

G.

*lex*

**I**lex per Doctores Synagogæ generabat populum in seruitute sibi: *Synæ enim mons est in Arabia Prouincia qui coniunctus, id est, conterminus est terræ quæ nunc est Ierusalem*, hoc est conterminus est terræ re promissionis, in qua est Hierusalem, & seruit ipsa Hierusalem cum filiis suis, id est, sacerdotes & Doctores legis, qui in Hierusalem maxime habitabant, quæ erat Ciuitas regalis, & metropolis, seruiebant cum subiectis suis Deo omnipotenti sub seruitute legali. **A**rabia Prouincia est multas gentes, & regiones in se continens, Ammonitas videlicet, Moabitæ, Philistæos, Idumæos, & alias quamplures. In qua prouincia est Syna mons tantæ longitudinis, ac magnitudinis, ut centerminus sit terræ re promissionis, sicut sunt **V**enibigratia montes, qui cingunt Italiam, & diuidunt ab aliis regnis. Et omnia quæ superius præmisit Apostolus, ideo tenuit ut ad hoc perueniret, quod modo dicit de Syna monte, qui est vicinus terræ Iudæorum, & ostenderet Iudæos non solum per legem, quam acceperunt seruos esse, sed etiam ex vicinitate locorum. Et quia mens illis adhærebat, in qua legem seruitutis acceperunt, *illa autem quæ sursum est Hierusalem*, Hierusalem quæ interpretatur visio pacis, significat sanctam Ecclesiam, Deum mente videntem, quæ constat ex Angelis, & hominibus, quæ partim iam regnat cum Christo, partim autem adhuc peregrinatur à Deo in terris. Sed de illa quæ iam cum Christo regnat in Angelis, & hominibus iustis, partim in corpore, partim in anima, non est dubium quin sursum sit in cœlesti beatitudine, de ista autem quæ adhuc peregrinatur, interius quærendum est, quomodo sursum sit in beatitudine æterna, in hoc ergo sursum dicitur esse, quia licet corpore inhabitet terram, mente tamen inhabitat cœlum, dicens, cum Apostolo, *nossa anima conuersatio in cœlis est*, & semper cœlestia opera agit, id est, illa per quod ad cœlestē regnū possit pertingere. *Quæ etiam bene mater nostra dicitur.* Apostoli & Martyres sancti que prædicatores qui nos præcesserunt, ipsi nos generunt in fide Christi sua. **C**or. 4. v. 19. **D**octrina, & suis scriptis, atque exemplis, de qua generatione dicit Apostolus Corinthiis, *per Evangelium ego vos genui, scriptum est enim lætare sterilis & cætera.* Hoc testimonium in Esaia nobilissimo Prophetatum habetur quod duplicitate potest intelligi. Dicit ergo Ecclesiæ de gentibus, quæ diu & longo tempore sterilis manfit, à bono opere, & Deo filios non generauit, hoc est à destructione turris Babel, quæ nunc Babylon vocatur usq; ad aduentum Christi ibi enim diuisum est labiū vniuersæ terræ & tantummodo cognitio in sola domo Heber remansit. Dicatur ergo lætare, id est, gaude, & exulta o Ecclesia de gentibus, quæ antea sterilis eras, & quæ Deo filios non pariebas, erumpe in gaudium, & exclama præ nimia iucunditate, quæ non pariebas, quia plures filii à Deo accepti tibi erunt quam Synagogæ, quæ quondam habuit Deum omnipotentem, virum protectorum sui, vel quomodo gloriatur, & putat se habere Deum virum, cū illum amissum habeat, postquam dixit, *non habemus Regem nisi Cæarem.* Dicamus & altius iuxta beatum Augustinum, *Iona. 19. v. 19.* referens ista ad Ecclesiam, quæ iam regnat cum Christo in cœlis, quæ sterilis appellatur, non à bono opere & laude Creatoris sui, sed à carnali propagatione, propter peccatum enim venit mors, quæ nihil est aliud, nisi dissolutio elementorum, & propter mortem venit successio filiorum. In præsenti siquidem vita necesse est procreentur filii carnales, qui Patribus mortuis vel morituris succedant in hereditate, in illa autem beatitudine ubi nemo moritur, non est necesse ut fiat successio filiorum per propagationem carnis. Quapropter appellatur sterilis, & dicitur ei congaudendo voce Prophetica, lætare o Ecclesia sterilis à carnali procreatione & quæ nō paris filios carnales cū dolore, & nimia anxietate, quia plures filii desertæ quondam gentilitatis venient tibi, quā ex Synagoga, quæ olim habuit Deum omnipotentem virū, vel quæ modo gloriatur se habere: omnibus enim patet plures ex gentibus transire ad gloriā sempiternā, quā ex Iudæis. Similiter in præsenti Ecclesia plures habet filios fideles ex gentilitate, quā de Synagoga, per omnes enim pene Ciuitates, & Regiones, viros quoq; & villulas gentiles clamant se credere in Christū, Iudæorum aut raro aut nullus inuenitur, qui Christū se confiteatur credere. *Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filii sumus,* iungit se Apostolus Galatis creditibus, & dixit: Nos autem fratres, id est, ego & vos secundum legem promissionis filii sumus

xxv.

H.

xxvi.

Philip. 3. v. 20.

xxvii.

I.

K.

xxviii.

Gen. 22. v. 18.

**S**UMUS, hoc est sicut reprobatio facta est ad Abram super hoc, quod nasciturus esset ei filius dicente Domino ad eum, in semine tuo benedicenter omnes gentes, & sicut Isaac secundum promissionem natus est, ita & nos filii sumus promissionis.

**xix.** *Sed quomodo tunc, qui secundum carnem natus fuerat, alloquitur Apostolus Galatas ut se custodiant a Iudeis ne possint ab eis seduci. O Galatae cautele & declinate a Iudeis, quoniam sicut Ishmael, qui secundum humanæ consuetudinis usum natus erat eodem modo, quo superiorius diximus, persequebatur tunc Isaac, qui secundum spiritualem reprobationem datus fuerat Abraham, ita persequitur nunc iudaicus populus, qui designatur per Ishmaelem natum de Ancilla populum Christianum, vos & alios, qui designantur per Isaac natum de libera, ut ad servitatem illos legi inclinent. De ludo puerorum Isaac & Ishmael Iudei varia differunt. Quidam enim quia nolebant quodam genere ludi prouocare ad saltum, tenens perticam in manu, vbi optabat eum ita debilitare, ut indignus fieret honore primogeniti, & hereditate paterna. Quidam etiam dicunt, quia volebat ei suadere, quibusdam turpitudinibus miseri, pro quo notabilis & respectui haberetur apud Patrem, & Matrem, & ut diximus, indignior fieret honore primogeniti. Sciebat enim se nullo modo posse pertingere ad hereditatem paternam, aut dignitatem primogeniti, utpote qui ex Ancilla erat, licet primogenitus fore, nisi illum vituperabilem redderet, aut in corpore aut in levitate mentis, ut Patri & Matri pro nihilo duceretur. Sed quicquid illud fuerit, plane apparet illum ludum non simplicem fuisse, pro qua Mater indignata præcepit pariter Matrem cum filio a domo, & a consortio filii liberari, beatus etiam Apostolus Doctor ad pedes Malihelis legis Doctoris, omnique scientia legis, & Prophetarum quantum temporis penetrare poterat, intellexit similiter illum ludum non simplicem esse, quam appellauit persecutionem: Volebat enim eum leuem, & scurrilem facere, ut diximus, & eius honore, ac dignitate sublimari. Sed quid dicit scriptura?*

**L.** *Eiice Ancillam & filium eius, quantum ad litteram, pertinet, ob huiusmodi causam, quam diximus præcepit eam Mater eiici, quantum vero ad spiritualem intelligentiam attinet, quamdiu Iudei Ancillæ filii volunt esse, & filium liberæ persequi, hoc est quamdiu legi volunt esse subiecti in circumcisione, & sacrificiis legalibus, non credentes se per passionem Christi posse saluari, & quamdiu nos volunt persequi, qui iam sumus effecti liberi, ab hereditate Ecclesiarum repellendi sunt. Non enim haeres erit filius Ancilla cum filio libera, hoc est filius peccati & malæ concupiscentiæ, qui potest intelligi per Ancillam vel filius carnalis legis, qui legem carnaliter obseruare ntitur, non erit haeres in hereditate patriæ cœlestis, cum filiis liberis, qui liberi efficiuntur in baptismate non solum ab originalibus peccatis, sed etiam ab omni seruitio legis. Itaque fratres non sumus Ancilla filii sed liberae, id est, non sumus iam filii legis, quæ fuos obseruatorum seruos facit, sed filii nouæ gratiæ, & filii Euangeli per baptismum & per Doctrinam sancti spiritus, quam accepimus tam in baptismate quam in impositione manuum Episcoporum, & per communionem corporis & sanguinis Domini cui participamus & illa libertate sumus liberati, qua Christus nos liberauit per passionem suam & per baptismi gratiam: Omnis enim qui fidem Abraham habet, & imitator existit operum Abraham, utique filius Abraham est non per naturam, sed per imitationem, sicut alias Apostolus dicit. Si ergo vos Christi, ergo Abraham semen estis. Qui vero fidem, quam habet, bonis operibus non exornat, nimisrum non reputabitur inter filios Abraham, neque accipiet hereditatem cœlestem cum illis. Quapropter laborandum est omnibus nobis, ut fidem quam habemus, executione honorum operum studeamus decorare, veri imitatores illius effecti. Dico autem.*

**xxx.****M.****xxxii.**

Gal. 3. v. 29.

*Non enim haeres erit filius Ancilla cum filio libera, hoc est filius peccati & malæ concupiscentiæ, qui potest intelligi per Ancillam vel filius carnalis legis, qui legem carnaliter obseruare ntitur, non erit haeres in hereditate patriæ cœlestis, cum filiis liberis, qui liberi efficiuntur in baptismate non solum ab originalibus peccatis, sed etiam ab omni seruitio legis. Itaque fratres non sumus Ancilla filii sed liberae, id est, non sumus iam filii legis, quæ fuos obseruatorum seruos facit, sed filii nouæ gratiæ, & filii Euangeli per baptismum & per Doctrinam sancti spiritus, quam accepimus tam in baptismate quam in impositione manuum Episcoporum, & per communionem corporis & sanguinis Domini cui participamus & illa libertate sumus liberati, qua Christus nos liberauit per passionem suam & per baptismi gratiam: Omnis enim qui fidem Abraham habet, & imitator existit operum Abraham, utique filius Abraham est non per naturam, sed per imitationem, sicut alias Apostolus dicit. Si ergo vos Christi, ergo Abraham semen estis. Qui vero fidem, quam habet, bonis operibus non exornat, nimisrum non reputabitur inter filios Abraham, neque accipiet hereditatem cœlestem cum illis. Quapropter laborandum est omnibus nobis, ut fidem quam habemus, executione honorum operum studeamus decorare, veri imitatores illius effecti. Dico autem.*

## C A P V T . V.

Qui legis operibus iustificari cupit, expers est fructus Christi, in quo nec prodest circumcisio nec præputium, sed fides viua: hortatur ergo ut caueant à leductoribus, studeantque mutuæ dilectionis: caro autem semper repugnans spiritui trahit ad carnis opera, quæ separant à regno celorum: spiritus vero adfert fructus quibus illud consequimur, etiam si legis opera non presteremus.

**S**tate, & nolite iterum iugo fermitutis contineri. + Ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. + Testificor autem rursus omni homini circumcidentis, quoniam debitor est universa legis facienda. + Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. + Nos enim spiritu ex fide, spem iustitia expectamus. + Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, qua per charitatem operatur. + Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? + Persuasio hac non est ex eo, qui vocat vos. + Modicum fermentum totam massam corrumpit. + Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. + Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. + Utinam & abscondantur qui vos conturbant. + Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. + Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. + Quod si inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini. + Dico autem: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. + Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hac enim sibi inuicem aduersantur: ut non quicunque vultis, illa faciatis. + Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. + Manifesta sunt autem opera carnis: qua sunt fornicatio, immuditia, impudicitia, luxuria, + idolorum seruitus, beneficia, inimicitiae, contētiones, amulationes, ira rixa, dissensiones, secta, + inuidia, homicidia, ebrietates, commissationes, & his similia: qua predico vobis, sicut prædixi, quoniam qui tali agunt, regnum Dei non consequentur. + Fructus autem Spiritus est: charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, + mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. + Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vi-

25. *tiis & concupiscentiis. + Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.*  
 26. *+ Non efficiamur inanis gloria cupidi, inuicem prouocantes, inui-*  
*cem inuidentes.*

A. **S**piritu ambulate & desideria carnis non perficietis, de hac lectione diuersi Docto-  
 xvi. res non æqualiter sentiunt, dicentes quidam de spiritu hominis locutum esse  
 hic Apostolum, sicut Cassianus vir prudentissimus in collationibus patrum,  
 quidam de spiritu sancto, ut beatus Augustinus. Quod vtrumq; non incongrue,  
 neq; contra rectitudinem fidei accipi potest. Dicamus igitur iuxta Cassianū. Spi-  
 ritu ambulate, id est, spiritu ducente viuite. Quid ergo spiritus hominis? Princi-  
 palitas animæ quæ est rationabilitas mentis appellatur, per quam possimus eo-  
 gnoscere quid debeamus appetere, & quid vitare. Si inquit, spiritu vixeritis, hoc  
 est si iuxta rationabilitatem & intellectum mentis vixeritis desideria carnis, id est  
 desideria Carnalis hominis & concupiscentiæ malæ ac desideria delectationis præ-  
 ux non perficietis. Quæ sint desideria carnis, in subsequentibus manifestabitur,  
 dicamus & aliter, sequentes sensum beati Augustini. Notum habetur apud erudi-  
 totos, spiritu sancto dictante, atque reuelante, qui vnius substantiæ est cum Pa-  
 tre & filio, scripturas sacras conscriptas esse, & omnia diuina eloquia, & præcep-  
 ta, quæ in lege & Prophetis atque Euangeli gratia continentur, ab illo data  
 esse, idcirco dicit Apostolus, spiritu ambulate, id est, sicut spiritus sanctus docet,  
 ac præcipit in diuinis scripturis, ita viuite, & conuersamini, ambulantes est cres-  
 centes de virtute in virtutem, de fide ad spem, de spe ad caritatem, de caritate ad  
 operationem perfectam. Quod si hoc feceris desideria carnalis concupiscentiæ  
 non perficietis. Quid est, quod dicit *caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem*  
**B.** *aduersus carnem*. Numquid caro poterit aliquid concupiscere, si defuerit spiritus? non: quod probari potest ex corporibus mortuis, postquam enim spiritum ex-  
 halauerint, non solum concupiscere non valent, sed etiam aliquod membrorum  
 per se mouere non possunt: Carnem ergo appellat carnalem hominem, qui carna-  
 lia tantum, & temporalia quærerit, vel carnalem quoque consuetudinem, & dele-  
 ctationem, licet enim caro non valeat per se aliquid implere. si defuerit spiritus, ca-  
 men quam diu à spiritu viuiscatur, semper contraire videtur spiritui, id est, ratio-  
 nabilitati mentis. Quapropter dicit Apostolus caro concupiscit, & cætera, quo-  
 modo concupiscit caro aduersus spiritum? Videamus, caro desiderat repleri ci-  
 bis, ineibriari, luxuriare in omni delectatione manere, quærens semper quod suum  
 est, ecce quomodo concupiscit caro aduersus spiritum: è contra spiritus concu-  
 piscit aduersus carnem, quia ille delectatur ieuniis, abstinentia, castitate, & his quæ  
 carni contraria sunt. Sed sequendus est semper spiritus, quia ille quærerit per quod  
 anima viuat Deo. Similiter possumus & de spiritu sancto dicere, dum enim carna-  
 lis delectatio desiderat transgredi præcepta Dei, aduersus spiritum sanctum con-  
 cupiscit, & dum spiritus sanctus prohibet in lege, & Prophetis, atque in Euange-  
 lio, quæ caro desiderat, aduersus illam concupiscit, vnde subiunxit Apostolus haec  
 inquiens, id est, caro & spiritus sibi inuicem aduersantur, & cætera, sic sibi inuicem  
 contraria sunt caro & spiritus, ut quod vult caro, non consentiat spiritus, & quod  
 vult spiritus, non consentiat caro, quia carnem delectat seruire vitijs, spiritum au-  
 tem virtutibus. *Quod si spiritu ducimini*, id est, si rationabiliter vivitis, & con-  
**C.** uersamini non estis subiecti legi & non est vobis necessaria, lex, quia lex non est  
 iustis sed impiis & peccatoribus, Vel aliter si spiritu ducimini, id est, si spiritu  
 sancto gubernamini, & si secundum quod spiritus sanctus docet, viuitis, in  
 scripturis sacris, non estis subditi legi, sed alieni estis ab ea, nihil ei deben-  
 tes. *Manifesta autem sunt opera carnis* omnibus credentibus in Christum,  
 maximeque illis, qui spiritualem vitam sectantur, & in tantum nota sunt il-  
 lis, ut etiam ab illis se alienos reddant, scientes quia morrem generant; *fornicatio*  
 dicitur à fornicibus, hoc est à locis theatralibus, & lupanaribus, quæ forni-  
 cibus, id est, arcubus sunt constructa, quæ & arenaria nunc appellantur, in qui-  
 bus

bus erant meretrices, cum quibus commiscebantur spuriissimi quiq; forniciari autem est cum puellis liberis, cum viduis, nondum Deo sacratis, & cum masculis, atque pecudibus coire *immunditia luxuria* omnis incontinentia ad libidinem pertinens, *immunditia* est impudicitia, atq; luxuria potest appellari quocumq; modo fiat, luxuria vero est noxius humor superabundans. *Idolorum seruitus*, hoc est idolatria, quæ tunc temporis erat pene in omnibus gentibus: possumus & per hoc, quod dicit *Idolorum seruitus*, altiori sensu auaritiam intelligere, Vnde in Epistola ad Colossenses, beneficia sunt maleficia, hoc est maleficæ artes, per quas coguntur sæpe miseri, amare & amari. Vnde dicuntur *veneficia*, quasi veneno infectæ: *inimicitia*, fiunt malæ voluntates, contentiones, sæpe ex superbia, procedunt, quia volunt quidam contendere de quæstionibus diuinarum scripturarum, & etiam humanarum, vt dum illi victores existunt, glorificantur. *Aemulatio* est inuidia de qua legitur, quod æmulantes hoc est inuidentes Ioseph fratres sui viderunt illum. *Ira* est grauis commotio animi, & hoc distat inter iratum, & iracundum, quia iratus pro tempore est, iracundus vero facile irascitur, & semper pronus est ad irascendum, rixæ velites & contentiones, quæ plerumque sine causa exurgunt, dissensio est discordia quæ solet oriri inter maritum, & vxorem, inter fratres quoque atque contubernalis, vel commilitones, sectæ sunt diuisiones, id est, sunt & hæreses, dicuntur autem vel à sectando, id est, diuidendo eo quod dividant à se commune aliorum sicut hæretici faciebant, qui ab Ecclesiæ vnitate se segregabant, de quibus dicit beatus Ioannes *de nobis exierunt sed non erant ex nobis*, veletiam à se quando dicuntur sectæ sicut hæreses ab eligendo, eo quod ex multis erroribus vnum elegant, & illum sequantur, *inuidia*, Inuidia in geminam scinditur passionem. Cum autem is qui in honore est positus, videns alium ad ea tendere, inuidet & ne ad eum possit peruenire honorem, aut cum aliquis alterius felicitate torquetur, videns illum superiorem se. Ebrietas Briam genere masculino dicens us calicem aptum potionis, à quo dicitur ebrietas, quæ est nimia potio vini, *Comeſſatio* dicitur mensæ collatio, siue mensæ alternatio, sunt enim conuiua, quæ celebrantur alternatim & præparantur à sociis per dies, & per vices. Suntalia quæ ex communione præparantur, quando vnum affert panem, aliud vinum, aliud aliud. Quæ idcirco appellantur comeſſationes, hoc est mensæ collationes, quia sicut omnes propriis cibis vtuntur, & communes, tales etiam pro libitu suo vnuſquisque quicquid scurrilitatis & otiositatis ei placet, loquitur ideoque vocantur turpia conuiua, & his similia subaudi peccata, opera sunt carnis, quæ opera prædico vobis sicut prædicti. Vbi prædixit? Vbi dixit, *non regnet peccatum in vestro mortali corpore, quoniam quitalia subaudi opera agunt regnum Dei non consequentur*, non dixit qui talia egerunt, sed qui talia agunt, id est, qui in talibus permanent usque ad diem mortis suæ, vitam æternam non possidebunt. Sic & Dominus dicit in die iudicii reprobis, *Discedite à me qui operamini iniquitatem, non qui operati estis, sed qui in peccatis vitam finistis, fructus autem spiritus est caritas*: Caritas Græcum est, & interpretatur in Latinam linguam dilectio, dilectio autem dicitur eo, quod duos liget, Deum & hominem vel duos proximos. Quæ merito in numero virtutum primatum tenet, quia ipsa ligat cæteras virtutes. Est autem caritas amor, & dilectio, qua diligitur Deus, & proximus, & inimicus etiam propter Deū. *Gaudium* est exhilaratio cordis, & hoc distat inter gaudium, & lætitiam, quia gaudium est nimia exultatio cordis, & corporis, lætitia vero est mediocriter, & fit solummodo in corde *pax* est quies & tranquillitas, siue lenitas mentis, à qua Salomon nomen sumpfit, id est, pacificus, eo quod in diebus eius quies data esset illis à præliis. *Longanimitas* est perseverantia in bono opere, & tolerantia inter aduersa, vnuſquisque enim fidelis longanimitis debet esse, vt perueniat ad præmium promissum, iuxta quod Dominus ait, *qui perseverauerit, & cætera, bonitas bona voluntas, benignitas* est voluntas piomptissima moribus, & dulci alloquo temperata, inuitans non solum beneulos ad se diligendos, sed insuper illos, qui contrarii videbantur esse. Vnde dicitur benignus, quasi valde, nimisque bonus. *Fides* est qua

xx.

D.

<sup>1. Ies. 2. v. 19.</sup>xxi.  
E.<sup>Rom. 5. v. 22.</sup><sup>Matt. 7. v. 23.</sup>  
xxii.

F

credimus Deum Patrem omnipotentem Trinitatem habere in personis, unitatem in substantia, & qua speramus, & credimus ea, quae nec dum videmus, illarum enim rerum quas videmus neque fides, neque spes, sed illorum quae necdum visae sunt nobis, Verbi gratia, credimus Dominum Iesum pro nostra salute passum esse, resurrexisse a mortuis, & ascendisse ad caelos, venturum ad iudicium, reddere vnicuique secundum quod meretur, fides est & credulitas, qua speramus ea quae cernimus oculis corporeis. *Modestia* est mansuetudo, lenitas mentis quælæsa non facile irascitur, *Continentia* est abstinentia, qua se prohibet homo a coitu, & mulier vidua similiter & ab omnibus illecebris. *Castitas* est propriè virginum. Vnde dicitur *castus* quasi *castratus*, & hoc est inter continentiam, & castitatem, quia continentia potest esse coniugatorum, viduarum, & viduorum, atque virginum, castitas vero propriè virginum est, *aduersus huiusmodi non est lex*, id est, huiusmodi hominibus talia operantibus non est lex contraria, neque est illis necessaria, etenim alieni sunt ab ea. Quare non est illis lex necessaria, aut contraria dicit illa, non adulterabis, non occides, illi non solum hoc faciunt, sed etiam castitatem seruant virginitatis, & non solum ab homicidio se abstinent, sed insuper inimicos suos diligunt. *Qui autem sunt Christi*, hoc est qui pertinent ad sortem Christi, vitia & concupiscentias malas in carne sua mortificauerunt, quot enim peccata a nobis expellimus, tot nobis occidemus, & carnem crucifigimus & mortificamus, quando delectationi prauæ, & voluntati peruersæ non consentimus.

*Si spiritu viuimus spiritu & ambulemus*, hic de spiritu sancto loquitur, si inquit viuimus spiritu, hoc est si per spiritum sanctum vitam habemus, per quam viuimus Deo spiritualiter debemus conuersari, & vivere, ambulantes de virtute in virtutem, virtutes secundo, vitia respundo, vita animæ fides est, qua credimus Deum omnipotentem, & sicut corpus viuit anima, ita anima viuit fide, iuxta quod per Prophetam Dominus dicit, *instus autem meus ex fide viuit*, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Quæ fides per spiritum sanctum nobis tribuitur, qui est vnius substantie cum Deo Patre, & filio & non sola fides ab illo nobis datur, sed quicquid boni habemus ab illo, nobis administratur, *Non efficiamur cupidi inanis gloria*, quæ est inanis gloria? laus humana, favor terrenus de quo dicit Apostolus *gloriam ab hominibus quero, gloria mea nihil est*, quæ recte inanis dicitur, quia vacua est ab omni utilitate, est tamen gloria utilis, de qua Dominus dicit, *qui me glorificauerit glorificabo eum*. Qui sunt ergo cupidi & appetitores inanis gloriae, qui pro hoc quod agunt, non querunt Deo placere, neque mercedem æterni muneris ab eo recipere, sed gloriam, & laudem temporalem, de quibus Dominus dicit, *omnia opera sua faciunt, ut glorificantur ab hominibus*, isti tales audient in die iudicij, receperint mercedem vestram. Quia sunt multi, qui non solum pro bono querunt laudari, sed etiam pro malo, & non solum ab aliis, sed insuper ipsi se extollunt, & gloriantur de virtutibus, perfecta autem & plena gloria est, ut homo pro bono quod agit omnipotenti Deo desideret placere, inde & ab illo mercedem expectet, & gaudeat in corde, quod placet creatori suo, & ita agat bonum, quod operatur, ut opus sit in publico, & intentio in occulto. Qui hoc facit ille non est cupidus inanis gloriae, sed plenæ, *Inniciem provocantes*, vos ad iracundiam, ad litigias, ad contentiones, *inuicem inuidentes* vobis. Erant apud Galatas quidam seducti a pseudo apostolis, & Iudeis, contendentes de genealogiis, & questionibus legis, ex quibus quidam dicebant, melior circumcisio quam baptismus. Econtra alii, melior est baptismus quam circumcisio, item alii dicebant, meliorem esse allegoriam quam historiam, quia allegoria, id est, spiritualis intelligentia viuiscitat, littera occidit. Econtra alii dicebant melior est historia, vbi veritas continetur, quam allegoria vana, & umbratica.

Rom. i.v.17.

H

xxv.

Ivan.

## C A P V T VI.

Cum humilitate iuuandus est proximus, nec aliorum laudes curandæ: semperque bene operandum est, vt tempore suo metamus vitam æternam. Rursum monet, vt caueant à seductoribus, qui cum legem suadeant, ipsi illam non obseruant: Paulus autem in solo Christo crucifixo gloriatur, ad quem nec circumcisio nec præputium quicquam faciunt.

**F**ratres, *E*sí preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huicmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne *E*sí tu teneris. *T* Alter alterius onera portate, *E*sí sic adimplebitis legem Christi. *T* Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit ipse se seducit. *T* Opus autem suum probet unusquisque, *E*sí sic in semetipso tantum gloriam habebit, *E*nnon in altero. *T* unusquisque enim onus suum portabit. *T* Communicet autem, is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. *T* Nolite errare: Deus non irridetur. *T* Quaenam seminauerit homo, hac *E*sí metet, *Q*uoniam qui seminat in carne sua, de carne *E*sí metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. *T* Bonū autem facientes, non deficitis: tempore enim suo metemus non deficientes. *T* Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. *T* Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. *T* Quicunq; enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidisti, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. *T* Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidisti, ut in carne vestra glorietur. *T* Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mandus crucifixus est, *E*sí ego mundo. *T* In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. *T* Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, *E*sí misericordia, *E*sí super Israel Dei. *T* De cetero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. *T* Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum Spiritu vestro, fratres Amen.

**F**ratres *E*sí preoccupatus fuerit homo, præoccupare est præuenire. Vnde in psalmo cantatur, *præoccupatus*, id est, perueniamus faciem eius in confessione peccatorum nostrorum, *præoccupatur*. ergo homo in peccato, quando subito *E*sí insperatè peccat, quod antea non fuerat *præmeditatus*, quando vero ante *præmeditatur*, quomodo perpetret homicidium, adulterium, aut aliquid tale, non est *præoccupatio*, sed *præmeditatio*, & *perpetratio* sceleris. Et aliter reprehēdēdus est ille, qui insperatè peccat, quod antea *præmeditatus* non fuerat, id est, *præuenitur* à peccato, & aliter ille, qui diu illud *præmeditatur*, ille enim *corripiendus* est cum lenitate mentis, ne labatur in desperationem, iste vero acriori indiget

A.

2.

3.

4.

B.

5.

1. Cor. 3. b. 8.

6.

7.

8.

9.

1. Thess. 1. c. n.

C.

10.

11.

12.

13.

14.

D.

15.

16.

17.

18.

A.

Pal. 4. v. 2.

castigatione & bene addidit homo, quia fragilis est & eadieus, eltoque labens ad culpam, & maxime illi, qui simplicitatem habent sine astutia. *Vos qui spirituales es*, qui spiritualem vitam ducitis, & solidati estis in fide, & Doctrina, illos qui præoccupantur & simpliciores sunt, *instruere & corripere* leni affectu mentis, & cum suavitate, promittentes ei veniam, ne forte in lapsum desperationis ruat, considerans te ipsum, quia homo fragilis naturæ es, sicut & ille, ideoque potes tentari & præueniri à peccato, sicut & ille, dum consideraueris te posse tentari, & in peccatum ruere, sicut velles corripi, si talia ageres, & castigari, ita cum lenitate mentis corripi, & admone illum. *Alter alterius onera portare*. Sunt onera alicuius ponderis, & sunt onera peccatorum, de quibus dicit psalmista. *Quoniam iniquitates mea super gressus sunt caput meum, sicut onus grane & cætera*, de quo onere hic dicitur. Et est sensus sicut vis patienter portari, & sustineri, si peccas, & cum moderatio-  
*ne* corripi, porta similiter patienter fratrem tuum si peccauerit, potest intelligi & aliter secundum sensum onera portare, hoc est qui abundas diuitiis, bonisque temporalibus, sustenta fratrem pauperem, Verbi gratia, habeo sororem pauper-  
*rimam*, cuius paupertas onus meum est, præbendo ei victimum, vestimentum, & calciamentum, sustentando, onus meum habeo vxorem, quia non possum esse continens, sed egestate nimia premor. Tu qui Deo donante continens es & bonis temporalibus abundas porta onus meum, vide comparisonem ceruorum in E-  
*pistola ad Colossenses*, quam beatus Augustinus ex hoc donat, & si in animali-  
*bis ratione* non ventibus illud sit, quanto magis in hominibus debet fieri. Si in-  
*quit* hoc feceris *adimplebitu legem Christi* hoc est præceptum Christi, quod ipse dedit discipulis, dicens, *hoc est præceptum meum ut diligatis vos inuicem & mandauis*  
*nonum do vobis, ut diligatis inuicem*. *Nam si quis existimat se aliquid esse cum sit nibil,* hoc est qui confidens in suis virtutibus & meritis dignatur onus fratris portare castigando cum suavitate, & admonitione dulci, Cum sit ipse nihil apud Deum, quia eius opera Deo non placent, ipse se seducit & decipit. Ideo autem dicitur nihil esse, quia non adhæret illi, qui substantialiter habet esse, & qui nostræ fragili-  
*tati* condolens pro nobis humiliari dignatus est, cum Dominus esset, omnis enim creature, quæ non adhæret illi, qui semper habet esse, nihil est, *Opus autem suum*  
*probet unusquisque*, hoc est consideret quid boni habeat factum, & sic in corde suo gaudeat eo quod placeat creatori suo & non querat alterius laudem. *Vnus-*  
*quisq; enim onus suum portabit contraria videntur hæc verba superioribus, vbi dixit.* Alter alterius onera vestra portare. Sed sciendum quia in illa pertinent ad tempus præsentis vitæ, ista vero ad diem mortis, vel generaliter ad diem iudicii. Et est sensus, qualia fecerit unusquisque, talia recipiet si bona fecerit, bona recipiet, si mala damnationem æternam percipiet. Et notandum, quia onus in hoc loco in bonâ, & malam partem potest accipi, quia & ad electos & ad reprobos pertinet, onus sanctorum erit magnitudo gloriæ, onus reproborum inestabilis miseria, & cruciatus. *Communicet bùs*, id est, discipulis vel quilibet auditor qui instruitur & docetur verbo Doctrinæ communicet vel administret ei Magistro, & Prædicatori in omnibus bonis qui se instruit, & docet Auditores & discipulos admonet, ut Doctoribus suis, à quibus accipiat verbum vitæ & fidei, impendere studeant bona temporalia, hoc est victimum, & vestimentum, quia dignus est operarius mercede sua. Et Dominus ordinavit de Euangeliō viuere, qui Euangeliū annuntiant, possimus & per verbum intelligere deuotionis fructum & rem boni opereis, & studii ut illud Moysi, quomodo palam factum est verbum istud, ut referamus hoc ad Discipulum. *Communicet*, id est, placabilem se præbeat studio, & fructu deuotionis discipulus, qui catechizatur, Magistro qui se instruit bonis, & docibilem & obediente in omnibus bonis, quæ Deo non displicant. Poterat aliquis discipulorum dicere, non habeo quid impendam Magistro, quia ager meus hoc anno nimirum siccitatæ aruit, vinea mea grandine consumpta est, oues pestilentia corruptæ sunt, siue sanguine tumescente mortuæ sunt. Sed ut Apostolus omnem occasionem excludearet, dixit, *Nolite errare, Deus non irridetur, hoc est nolite mentiri*, quia homo potest menda-

R. 37. v. 5.  
B.

I. 11. v. 12.

IV.  
C.  
V.

D

V. I.

mendacium suscipere, Deus vero non potest, & Deus qui omnia secreta cordium penetrat, non potest falli. Dicis auditor quicumque es, non posse te sumptus ministrare magistro tuo, premente nimia egestate, noli te decipere, quasi fallere posses Deum sed vnde tu viuis, inde sustenta Magistrum. Quia si non habes ex praesenti anno fruges, habes ex præterito, potes etiam impetrare mutuo à vicinis de futuro. *Quae enim seminauerit homo hac etem metet, hoc est qualia fecerit, talia recipiet.* Duos agros habemus, corpus & spiritum, si seminamus in carne, id est, si carnalia opera egerimus, & carnalia desideria secuti fuerimus, de ipsa carne metemus corruptionem, hoc est damnationem accipiemus, & trademur in die iudicii penitus inferni, ubi corrupti periremus a vermis, & igne perpetuo, si vero seminauerimus in spiritu, hoc est spiritualia opera adimpleuerimus de praceptis sancti spiritus obedientes fuerimus, de spiritu, id est, de spiritualibus operibus spiritu sancto donante vitam æternam accipiemus. *Bonum autem facientes non deficiamus, id est, a bono opere quod inchoauimus, non cessemus, sed in eo perseveremus, ut salutem consequi mereamur, quam Dominus promisit, inquiens: Qui perseverauerit usque in finem hic saluuus erit: tempore enim suo, id est, tempore congruo & oportuno, metemus, hoc est mercedem nostri laboris accipiemus non deficientes a percipienda mercede operis. Modo tempus est seminandi, hoc est bonum operandi, in die autem iudicii, vel in die mortis nostræ erit tempus messionis, & collectionis, illa collectio numquam deficiet, quia illa vita sine termino manet, annisque voluentibus illa semper iuuencit, & pollet. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, tempus seminandi & operadi virtutes, praesens vita est, quia post istam non erit tempus & spatium poenitentiae, atque salutis, de hoc tempore dicit Apostolus alibi, ecce nunc tempus acceptabile, in isto tempore debemus operari bonum ad omnes homines, ad fratres, ad haereticos, ad paganos tam in elemosynæ officio, quam in Doctrina verbi, omnibus enim hominibus misericordia impendenda est, & Doctrina fidei, imitando Patrem nostrum, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Maxime autem ad domesticos fidei oportet bonum operari: domestici dicuntur a domo, qui in una domo nutriuntur, & cōuerfantur ad omnes quidem bonum debemus operari, hoc est ad haereticos ad paganos; Sed maxime ad illos, qui in una domo, id est, in unitate Ecclesiæ nobiscum sunt, & qui eandem fidem habent, & præcipue ad illos, qui via rectitudinis nobis ostendunt, verbo, & exemplo, videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu in fine omni epistolarum suarum Apostolus nomen suum Hebraicis litteris scribebat, ne a pseudoapostolis & eius dicta corrupterentur, in hac vero Epistola, sicut tradunt Doctores, ab hoc loco usque in fine propria manu scripsit, ut eos ad fidem Christi plenus traheret, dum viderent eius amorem erga se. *Quicunque enim placere volunt in carne illi qui volunt placere in carnali circumcisione scribis, & Pharisæis suis Magistris, illi cogebant circumcidere gentiles. Et hoc ideo ut persecutionem crucis Christi non patrarentur. Nam Octavianus & Caius, aliquique Imperatores decreuerant, ut vobisque essent Iudei suis legibus vterrentur. Et Iudei qui & legem & Euangeliū volebant tenere, idcirco se circumcidabant, ne propter nomen Christi persequerentur, dicentes se Iudeos esse & circumcisos, & legem custodiunt. Ideo non custodiebant, quia erant homicidæ adulteri, inuidi, cupidi, aliquique; vitiis pleni, ut in carne vestra gloriantur, gloriabantur dicentes tot gentiles coegeri ad circumcisionem heri, tot hodie. Mibi autem absit gloriari, Nolo gloriari in diuitiis huiusmodi & dignitatibus. Sed in cruce Christi, id est, in passione illius, quæ in cruce est celebrata, gloriabor, ubi est mea redemptio, & salutio eius. Per quem subaudi crucem, id est, vel Christum dicit beatus Hieron. quia crux masculini generis est apud Græcos & interpres huius Epistolæ eundem articulum, & eiusdem generis transtulit in Latinum, quem inuenit in Græco, potest & referri ad Christum hoc modo, per quem Christum, id est, propter Christum vel pro amore passionis eius mortuus est mihi mundus & ego mundo, quia nec quæro nec diligo ea, quæ sunt in mundo, nec mundus, vel amatores huius mundi querunt, vel diligit me. Verbi gratia sicut sunt duo mortui, ex quibus nullus tangit, vel diligit alterum, in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, id est, ut sit circumcisus an incircumcisus nec prodest nec obest in**

lx.  
E.

Matt. 10. v. 22

2. Cor. 6. v. 22

Matt. 5. v. 43

F.

xi.

xii.

xiw  
G.

xv.

fide Christi, tantum ut per illam circumcidere non potest sed et. Si vero hoc credidit certe obediens super Israhel Dei, non super Israhel carnalem, sed super omnes gentiles, veros Israelitas, qui Deum mente vident. Nemo mihi molestus fit, id est, nemo mihi quæstiones moueat de circumcisione, & sacrificiis legalibus, quia nultum tractavi saepè de his vobiscum; *Sigmas* sunt notæ seruiliu[m] p[ro]poneru[m], quibus solent serui fugitiui notari comprehensi & Domini suis, & beatus Apostolus *sigmas* sive notas ferebat, quæ pro Christo sustinuerat, quia adhuc plagæ virgarum, & lacerationum in corpore eius apparebant, quomodo fuerat catenis astriclus, & per plateas tractus. Explicit Epistola ad Galatas. Incipit Epistola ad Ephesios.

*Ephesis ciuitas est Asia, & Græciæ ciuitas habitatores Ephesii vocantur, à nomine suæ ciuitatis quam incolant.* H[oc] accepto verbo veritatis ab Apostolo, persistenter in fide nec receperunt falsos Apostolos, sicut Galatae, & alii, ad hos ergo cum venisset Apostolus, mansit cum eis anno uno, & mensibus sex instanter prædicans verbum Euangelii, & confortans in fide credentes. Erant autem mixti in eadem ciuitate Magi, & philosophi Iudezi, & gentiles contra quos Apostolus viriliter pugnauit pro veritate Euangelii, quasi ad bestias. Sicut alibi, dicit si ad bestias pugnauerit Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgent? ipsas ergo appellauit bestias propter saeculiam, & propter bestiales mores. Ephesos interpretatur voluntas mea in ea, & ubi quondam ira omnipotentis Dei fuerat propter idolatriam, atque maleficia ibi per prædicationem Apostoli voluntas omnipotentis Dei requieuit, sed & hoc sciendum quia hanc Epistolam de Roma positus in carcere per Tychicum Diaconem misit eis, & est pene omnibus Epistolis difficilior, quia sicut cor in medio ventris, ita ista in medio corpore Epistolarum constituit.

1 Cor. 14.7.32.



E P I S T O -



# EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD EPHE- SIOS.

## C A P V T I.

Deum benedicit Apostolus, qui prædestinatos plurimis, iisq; maximis per Christum filium affecit beneficiis: agitq; Deo gratias ob fidem ac dilectionem Ephesiorum erga proximos, orans ut perfectam adipiscantur sapientiam: ostendens etiam Christi à mortuis suscitati exaltationem, qui constitutus est caput super omnem ecclesiam.

**D**atus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus, sanctis, qui sunt Ephesi & fidelibus in Christo Iesu. + Gratia vobis & Pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. + Benedic̄tus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. + sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. + Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis sua. + in laudem gloriae gratiae sua, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. + In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiae eius, + qua superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia: + ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis sua, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, + in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, qua in cœlis, & qua in terra sunt, in ipso: + In quo etiam & nos forte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sua: + ut simus in laudem gloriae eius nos, qui ante sperauimus in Christo: + In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestra) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, + qui est pignus hereditatis nostra, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloria ipsius. + Propterea & ego audiens fidem vestram, qua est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, + non cessogratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:

1.  
A.  
2.  
3.  
2. Cor. 1.2. 5.  
2. Petr. 1.2. 3.

4.  
5.  
B.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

+ ut

17. † ut Deus, Dominus nostri Iesu Christi pater gloria, dedit vobis spiritum sapientia & reuelationis, in agnitione eius: † illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae spes vocationis eius, & quae diuitiae gloria hereditatis eius in sanctis. † & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentia virtutis eius, † quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dextram suam in cœlestibus † supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominacionem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, † Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsam dedit caput supra omnem Ecclesiam. † quae est corpus ipsius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet.
18. Inf. b. 7.
19. 20. 21.
22. Psal. 8. c. 2.
- 23.

**A.** **P**aulus multi querunt, quare Apostolus, qui ante Saul vocabatur, quam ad fidem veniret, postea Paulus sit appellatus, ex qua questione diuina est auctoritas patrum: beatus Hieronymus dicit, quia a primo spolio, quod abstatuit Diabolo, & attulit Ecclesiam Paulus sit appellatus, a Paulo scilicet viro prudente, quem Christo acquisivit dicit beatus Augustinus quia humilitatis causa appellauit se Paulum, quasi modicum. Nam paululum siue Paulum modicum dicimus, ut in Virgilio habetur de Achæmeride fugiente Polyphehum aspectu conterritus habet. Paulum enim pro Paululum posuit, sic & ipse alibi dicit Apostolus, mihi minimo omnium data est gratia, Et ego sum minimus Apostolorum. Quidam etiam dicunt illum fuisse Dinomium, & Claudius, quia auctoritate Patrum non robatur. Auctoritatis autem causa nomen suum in omnibus Epistolis suis posuit, praeter in Epistola ad Hebreos; veluti solent reges facere, hoc modo. Nero Imperator, Senecæ suo salutem. *Apostolus*, hoc nomen Græcum est, licet quidam dicant Hebreum, & interpretatur missus, & recte semet ipsum Apostolum nominat, quia a Domino missus est, dicente ipso ad eum, ecce ego mittam te longe in regiones & gentes hoc etiam nomen Apostolatus dignitatis causa posuit, ut maioris honoris essent eius Epistole apud auditores. Apostolorum autem genera sunt quatuor, primum est quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed a Deo tantummodo. De quorum numero fuerunt Moyses, & Esaias, aliqui; quam plurimi Prophetæ & Apostoli. Qui quamvis ab homine Christo essent missi, tamen ipse homo erat & verus Deus. Moysi dictum est missam te ad Pharaonem Et Esaiæ: Quem missam & quis ibis nobis & ille ecce ego, misse me & Dominus vade in quis ad populum istum. Secundum, quod a Deo est, sed per hominem, de quorum numero fuit Iosue, qui Deo præcipiente per Moysen missus est, aliqui quamplurimi, qui electi vocibus populi pro vita meritis Deo volente electi sunt, quia voluntas populi voluntas Dei est. Tertium quod ab homine tantummodo &, non a Deo, cum favore hominum aliquis eligitur non pro bona contumaciam, neque causa religionis, vel qui pretio subrogatur in sacerdotii dignitatem, de quorum numero vni dicit beatus Ambrosius, Episcopus vere nisi centum solidos dedisset, hodie Episcopus non esset, de istorum etiam numero erant illi, de quibus dicitur in libro regum qui temporibus Ieroboam implebant manus suas, & fiebant sacerdotes Iudorū. Quartum genus est quod neque a Deo neque per hominem, sed a semetipso fit, ut sunt pseudoprophetæ, & pseudoapostoli, qui dicunt: haec dicit Dominus, cum Dominus non misericordia eos. Sciendum etiam quia inter istorum omnes sunt quidam tantæ dignitatis, ut Prophetæ & Apostoli sint, ut Moyses Hieremias, Esaias, Ioannes Baptista, de quo dicitur, Ecce misso Angelum meum ante faciem tuam.

**B.**

Exod. 3. v. 10.  
Iai. 6. v. 8.

Luc. 7. v. 27.

Ex

ex quibus fuerunt Apostoli, qui præmia electorum, & mala reprobori suis prædixerunt auditoribus. Quidam vero solummodo Prophetæ officio funguntur. *Iesu Christi*. Iesu nomen est hominis assumpti à verbo, sicut ad Mariam Angelus ait: vocabis, inquiens, nomen eius Iesum. Christus nomen est dignitatis, à chrismate enim, id est, abunctione dicitur Christus. Nam sicut apud Romanos diadema, & purpura Reges facit, ita antiquo tempore apud Iudeosunctione chrismatis Reges, & sacerdotes faciebat, & per illam uunctionem visibilem merebantur accipere gratiam spiritus sancti. Verbi gratia sicut in baptismate modo accipiunt credentes spiritus sancti donum. Christus vero non est uictus oleo visibili, sed plenitudine spiritus sancti, repletus, de quo dicit psalmista: *uinxit te Deus, Deus tuus oleo latissimus*, Paulus ergo Apostolus est Iesu Christi, quia ab illo est electus, & ab illo est missus: *per voluntatem Dei subaudi patris*, ideo autem dicit per voluntatem Dei Patris, quia una est voluntas Patris, & filii, atque spiritus sancti, sicut una substantia, & inseparabilis diuinitas. *sanctis omnibus qui sunt Ephesi & fidelibus in Christo Iesu*. Dupliciter potest diuidi omnis salutatio Epistolarum istarum, potest enim media distinctione in hoc loco esse, ubi dicit, in Christo Iesu, ut quidam simplicium dicunt, & postea sub inferri, gratia vobis, sed melius & congruentius est perfectam distinctionem ibi ponere cum subauditione, salutem dicit ac deinde alium verbum incipere *gratia vobis & pax*. Quia quod dicit omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, salutem optat, tertia persona est, quare querit omnis salutatio, & quod subnedit, gratia vobis, iam secunda persona est, ad quam debet conuerti sermo post salutationis verba. Quare autem cum omnibus sanctis & fidelibus, quia non omnes fideles sunt sancti. Sunt enim Catechumeni fideles quia credunt in verum Deum, sed quia non sunt baptizati, non sunt sancti. Ideoque addidit in Christo Iesu, quia sunt multi, qui sunt fideles, sed non in Christo Iesu, sicut sunt servi, qui non ideo fideles sunt Dominis suis, ut gratiam Iesu Christi inueniant, sed gratiam Dominorum suorum, & quia timent flagellari ab illis, illis ergo Apostolus optat salutem qui sanctificati sunt in baptismate, & fideles sunt in Christo Iesu, hoc est fidem habent Christi Iesu & fidem quam habent bonis operibus exornant gratia vobis subaudi, id est, fides salus & remissio peccatorum, quæ nobis gratis data est in baptismate, & pax qua reconciliati sumus Deo per passionem filii, eius à Deo Patre & Domino Iesu Christo. Quidam volunt dicere, gratia vobis à Deo Patre, qui gratis misit nobis filium suum, & pax à Deo Iesu Christo, per cuius passionem pacificati sumus Deo, & Angelis, sed utrumque possumus referre ad utramque personam, ut dicamus hoc modo Gratia vobis & pax à Deo Patre, & gratia & pax à Domino Iesu Christo. Videtur tamen quibusdam personam spiritus sancti prætermisisse Apostolum. Sed subtiliter insipientibus patebit nihilominus totius Trinitatis mentionem fecisse in eo enim quod dixit gratia vobis comprehendit personam spiritus sancti, quia gratia hoc est remissionem peccatorum per donum sancti spiritus accipimus siue ubi una persona Trinitatis ponitur, ibi tota Trinitas intelligitur; quia sicut inseparabilis est substantia diuinitatis, ita inseparabilis est virtus operationis. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi*, hoc dupliciter potest intelligi. Benedictus, inquit, Deus creator omnium rerum, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, & qui illum genuit ante omnia secula in natura diuinitatis, vel aliter: Benedictus Deus filius, qui erat in principio verbum, & qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, hoc est hominis à se assumpti, homo siquidem assumptus à verbo totius Trinitatis operatione formatus est in vetero virginali, & hoc attendendū est, quia à laudibus & benedictionibus inchoauit Apostolus, sicut soliti sunt agere. Sancti Patres, & benedixit Deum, à quo omnia quæ benedici merentur, benedicuntur. *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo*. Cum dixit in omni benedictione, quid necesse fuit addere spirituali & vel in cœlestibus, siue in Christo? Quia est benedictio temporalis, & terrena. Benedictio temporalis est turma filiorum, & famulorum, & Ancillarum,

Psal. 44. v. 8.

II.

D

E.

114.

cillarum benedictio terrena est abundare copiis diuitiarum, exuberantia frugum, quae etiam benedictio usque ad animantia peruenit. Sic legitur in Genesi, quod benedixerit Deus omni creaturæ dicens, *crescite & multiplicamini & replete terram* benedictio vero spiritualis, & æterna est fides, spes, caritas cæteræque virtutes. In coelestibus vero subiunxit, quasi de coelestibus, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est*, Addit etiam in Christo, quasi per Christum, quia quicquid boni habemus, non nostris meritis, sed per illum, & ab illo habemus. Sed quæstio oritur, quare dixerit in omni benedictione spirituali, cum nullus hominum possit habere in præsenti sæculo omnes benedictiones, id est, omnes virtutes, siue omnia dona spiritus sancti, usquequo illud impleatur, quod idem Apostolus alibi ait. *Cum tradiderit regnum Deo Patri, tunc erit Deus omnia in omnibus*. Nam in præsenti sæculo dona spiritus sancti singulis diuiduntur, non tamen omnia singulis dantur. *Quia alii dasur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie & cætera usque dum subiungitur, hac omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis pro re vult*, quæ quæstio tripliciter soluitur, vel quod unusquisque in semetipso non habet in generalitate, habet caritatem fraternalis, hoc faciente. Verbi gratia. Quia unus habet caritatem, alius castitatem alius abstinentiam alius mansuetudinem, alius sapientiam; vel quia in omni benedictione quam habemus, ab illo benedicimur, vel tertio modo potest esse præteritum tempus pro futuro, ut sit sensus: qui benedicet nos post generalem resurrectionem in omni benedictione spirituali, sequitur *sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate, ex superioribus ista pendent*, sicut inquit, benedit nos, sicut elegit hoc est prædestinavit & præordinavit in ipso, id est, in Christo. Omnipotens ergo Paterante omnem creaturam, spiritualem videlicet atque corporalem prædestinavit omnes in Christo credentes, ut ipse sit caput omnium in se creditum, & omnes credentes sint eius membra. Et hoc ideo ut essemus sancti, & immaculati in conspectu Dei Patris, in caritate & dilectione, qua diligetur Deus, & proximus, vel etiam in caritate, qua ipse dilexit nos, in ipsa nos prædestinavit, qui in tantum nos dilexit, ut unigenitum filium suum pro nobis daret, sicut Ioannes dicit, *sic dilexit Deus mundum ut unigenitum suum pro mundo daret*, hoc autem distat inter immaculatum, & sanctum quia immaculatus est puer, vel aliquis hominum, quando ab omnibus maculis peccatorum mundatur in baptismate. Sanctus vero efficitur labore, & studio tradendo corpus variis tormentis pro Christi nomine, sicut sancti Martyres fecerunt, siue mortificando secum vitiis & concupiscentiis. Non autem ideo nos elegit, ut sancti & immaculati essemus, quia nondum eramus conditi, sed idcirco nos præordinavit, in sua dispositione quia futurum erat, quod in Christum crederemus. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositionem voluntatis sue*, prædestinare est præordinare, & præfinire, quando illud quod facturi sumus, longe ante præfinimus in corde, quando & quomodo illud opere impleamus. Adoptio autem siue optio dicitur electio, unde dicimus, optimum, hoc est valde electum. Sic ergo Deus Pater præfinivit & statuit in voluntate, & dispositione sua, ut nos in dilectionem eius filiorum reciperemur per Iesum Christum in ipsum, hoc est in ipsum Iesum Christum credentes, filii Dei efficeremur per gratiam, qui non eramus per naturam, secundum propositum voluntatis sue, id est, secundum quod disposuit in voluntate sua *in laudem gloriae gratiae sue*, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Duo dicit, gloria, & gratia: gloria ergo referenda est ad redemptionem nostram, qua nos redemit: gratia autem ad remissionem peccatorum, quam nobis gratis dedit in baptismo perfidem passionis suæ, & per gratiam sancti spiritus. Elegit itaque nos in dilectionem filiorum per Iesum Christum *in laudem gloriae sue & in laudem gratiae sue*, ut ipse laudetur, & glorificetur ab omni creature rationabili, in qua subaudi gratia gratificauit nos, hoc est gratis redemit & dedit remissionem peccatorum, & sic postmodum gratos, & acceptos nos fecit sibi, & hoc per passionem dilecti filii sui, dicit beatus Hieronymus, quia in Græco sermone non habetur filio suo, nisi tantummodo absolute dilecto, ut ostendatur dilectus

Gen. 9. v. 2.

Iac. 1. v. 17.

F.

1. Cor. 15. v. 24.

1. Cor. 12. v. 8.  
ibid. v. 11.

I. V.

Ioan. 3. v. 16.

V.

H

VI.

lectus esse omni creature rationabili, ita autem venit à gratia gratificare, sicut à iustitia iustificare, in quo, id est, in Christo vel per Christum habemus omnes redempcionem siue liberationem de morte ad vitam per sanguinem passionis eius & remissionem peccatorum in baptismate per fidem passionis illius. Sicut Ioannes dicit. *Qui dilexit nos inquietus & lanit nos à peccatis in sanguine suo,* hoc est per sanguinem passionis suarum & per fidem secundum diuinias gratias eius subaudi habemus nos redempcionem, & remissionem peccatorum. *Quae subaudi gratia superabundavit,* id est, supercrevit in nobis in omnis sapientia & prudencia, diuitiae gratiae eius sunt misericordia, & pietas. Quae in tantum crevit in nobis, ut non solum redimeret & remissionem peccatorum nobis daret, sed etiam mysteria cognitionis suarum nobis reuelaret, quae in nouo, & veteri testamento continentur. In omni sapientia diuina & humana, visibilium & inuisibilium rerum, & omni prudentia visibilium, mortaliumque rerum. Nam sapientia est, ut quidam dicunt, cognitio diuinorum, humanarumque rerum, visibilium, & inuisibilium, mortalium & immortalium. Prudentia vero tantum visibilium, & humanarum, atque transitoriarum, vel aliter sapientia est cognitio sanctae Trinitatis, prudentia vero visibilium rerum, clementorum cognitio, ut cognoscat homo mundum à Deo esse factum, quando ei placuit, & quomodo ei visum est, ut cursus etiam siderum cognoscat, quantum humanae fragilitati permittitur, ordinemque temporum, & quomodo facta sunt ista, & ad quem finem tendant ut nostrum faceret nobis Deus Pater sacramentum voluntatis sua secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo, id est, in Christo. sacramentum est res secreta, idem est & mysterium hoc est aliquid occultum, quod fuit istud sacramentum, quod manifestauit nobis Deus Pater mysterium Nativitatis Christi, passionis, atque resurrectionis eius, nostraeque redēptionis. Voluntas enim Dei Patris fuit, quam propoluit siue disposuit, vel decreuit in Christo, siue per Christum implere, ut nos per aduentum filii sui redimeremur. Hoc ergo sacramentum voluntatis suarum manifestauit nobis Deus Pater per incarnationem filii sui secundi quod ei bene complacuit, & secundi quod ipse in eo decreuit, & quando hoc factum sit manifestat, dicens, *In dispensationem,* id est, in dispositionem vel ordinacionem plenitudinis temporum prefiniuit ipse Deus Pater instaurare omnia in Christo siue per Christum que in celis & quae in terra sunt in ipso, id est, in Christo, siue per Christum dicit beatus Hieronymus, quia prænimo amore, quo Apostolus Christum diligebat, sape extraordinaire nominis eius mentionem ponebat, & sicut ipse Apostolus de se ipso dicit, imperitus fuit sermone, sed non scientia. Restaurare est ad instar prioris status aliquam rem, quae lapsa fuerat, reuocare, restaurauit ergo Deus Pater, per filium suum, omnia quae in celo & quae in terra sunt, quando Angelicam naturam, & humanam reparauit. Ea quae in celo sunt reparauit, quando Angelorum numerum qui quondam imminutus fuerat, ex lapsu Angeli per reparacionem generis humani compleuit, & eis latitudinem reddidit, quam amiserunt peccante homine. Ea quae in terra sunt reparauit, quando genus humanum, quod in mortem ruerat peccando, ipse sua passione redimendo, de morte reuocando ad vitam. Alter per celum possimus intelligere Iudeos, qui coelestia mandata acceperant, per terram vero gentiles qui solummodo terrena cogitabant, atque querebant, & pro Deo Idola colebant, reparauit ergo Deus Pater per passionem filii sui omnia, quae in celo & quae in terra sunt quando hoc quod perire in Iudeis in infidelitate maneribus ex multitudine gentium venientium ad fidem compleuit, & hoc in dispositionem plenitudinis temporum, fecit, id est, in ea ætate sæculi, qua ipse decreuerat, & statuerat. De hac plenitudine temporum. Dicit alibi idem Apostolus postquam uenit plenitudo temporum, id est, sexta ætas, misit Deus filium suum, & quod hic dicit pluraliter & alibi singulariter temporis unum idemque est, in qua, id est, in Christo siue per Christum forte siue electione vocati sumus subaudi ad vitam æternam predestinati, siue præordinati secundum propositum eius, id est, secundum dispositionem Dei

L.

IX.

K.

x.

L.

Gal. 4. v. 4.  
xL.

xii.

Patris, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, hoc est secundum quod ipse vult & ordinat. Ideoque sumus praedestinati ad vitam æternam, ut sumus in laudem gloria eius subaudi nos Iudei qui ante perauimus in Christo, hoc est, ut laudetur, & glorificetur ipse ab omnibus.

xiii.

Et laudetur non solum ex saluto gentium, sed etiam ex nostra, cum fuerimus iustificati per baptismum, & per fidem passionis eius, qui non poteramus iustificari per legem, quæ neminem ad perfectum adduxit, sciendum quia ipse nostra laude non eget, sed nos egemus, ut illum laudando perueniamus ad gratiam illius, Verbi gratia sicut fol non egit nostro aspectu, ut nos claritatem eius videamus, & splendorem, sed nos indigemus illius calore, & illuminatione ut ab illo illuminemur, & calcemus.

M.

In quo id est, in Christo siue per Christum & nos subaudi Ephesi, cum audissetis verbum veritatis, hoc est Evangelium salutis vestra subaudi recepistis fidem eius, in quo, id est, in quo Christo & credentes signati, hoc est signati vel assignati esti Deo spiritu promissionis sancto, id est, per spiritum sanctum, qui promissus est à Domino Apostolis, & à quo nos habemus, promissionem vitæ æternæ in baptismo. Assignati ergo sumus Deo per spiritum sanctum, quem percepimus in baptismo, quia signaculum similitudinis Dei, quod perdidimus peccante primo parente nostro, illud recepimus in baptismo. Hoc est innocentiam & sanctitatem animæ, in qua homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Non enim corpore fuit ita similitudo, & imago, sed in anima. Habetus siquidem innocentiam animæ receptam purgati ab omni labe peccati, & immortalitatem in corpore iam teneamus in spe.

xiv.

*Qui subaudi spiritus sanctus est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis.* Dicit beatus Hieronymus in explanatione huius Epistolæ, quia melius est dicere, qui est arrha hereditatis nostræ quam pignus, quia ita habetur in Greco. Interpres enim qui hanc transtulit Epistolam de Greco sermone in Latinum, non intelligens proprietatem verbi, pro arrha transtulit pignus, aliud siquidem est pignus, aliud arrha, pignus est vadum siue tradimonium, quod ideo datur, ut recipiatur, & soleat hoc dare homines, quorum pecora inueniuntur in aliorum segetibus, aut vineis, aut cui aliquid damnum committunt. Arrha autem est, quam solent negotiatores dare illis, a quibus emunt aliquid. Quæ ideo datur, ut non recipiatur, sed ut quod deest pretio compleatur. Vnde dicitur arrha a re complenda, pro qua datur, ipse ergo spiritus sanctus creditibus est arrha, quia ab illo operationem miraculorum accipiunt, aliasque virtutes, spem videlicet fidem, & caritatem, interpretationem sermonum, ceteraque huiusmodi, & si in presenti tantum gloriam habemus ab illo cum adhuc arrham teneamus, non aliud, quid putandum est quantæ dignitatis erimus, cum nobis complebitur in æterna felicitate, quod minus deest in qua sine fine præsentia Dei fructuri sumus. Et notandum quia in redemptionem acquisitionis nostræ & in laudem gloria Christi habemus nos arrham spiritus sancti, quia per illum acquirimus Deo redempti sanguine Christi, & baptizati in fide ipsius, ut ipse Deus omnipotens laudetur, & glorificetur.

N.

Properea subaudi quia vos arrham spiritus sancti habetis, acquisiti estis Deo, & ego audiens fidem vestram que est in Domino Iesu, id est, quam habetis in omnes sanctos, hoc est in omnes sanctificatos in baptismate. Non cessò gratias agere pro vobis subaudi Deo memoriam vestri faciens in orationibus meis subaudi primum pro me, deinde pro vobis, *Ve Deus Domini nostri Iesu Christi, id est, Deus Pater,*

xvi.

qui est homini assumptus à verbo & Pater glorie, id est, Pater verbi, *Dei vobis spiritum sapientie & revelationis siue manifestationis in agnitionem eis,* hoc est in cognitionem Dei Patris. Quare dicit non cessò pro vobis gratias referre Deo? Numquid semper poterat insistere laudibus, & orationibus? Non, sed proper maximam assiduitatem talia dixit. Ideo autem diximus Deum Patrem Deum esse hominis assumptus à verbo, quia in veritate habetur, sicut ipse filius ex patre humanitatis loquitur in passione, *Deus Deus meus quare me dereliquisti.* Et resurgent mortuis dixit Mariz *ascendo ad Patrem meū & Patrem vestrū Deū meū & Deū vestrū.*

Matt. 27. v. 46.  
I. ad. 20. v. 17.

Pater.

Pater autem gloriae eius, id est, Pater verbi quia ipse filius gloria illius appellatur, dicente Patre ad eum exurge gloria mea exurge & psalterium, id est, chorus omnium Psalm. 56. v. 9. virtutum, per illum enim glorificatus est Deus Pater, illuminatos oculos cordis vestri subdet vobis, ut sciatis quae sit spes vocacionis eius subaudi à subsequentibus in sanctis hoc est, ut habeatis spem percipiendi vitam aeternam. Sequitur & omnia subiectio sub pedibus eius. Quae omnia? Omnia scilicet genera hominum, & omnia quae in celo, & quae in terra continentur. Questio oritur in hoc, cum Psalmista dicat omnia subiecta esse potestati filii Dei, sicut in hoc loco dicitur, quare idem Apostolus in Epistola ad Hebreos dicat, necdum tamen omnia subiecta videmus ei. Quae questio hoc modo soluitur, quia duas sunt subiectiones, voluntaria, siue spontanea, & coactua, siue potestatiua, de voluntaria igitur subiectione dicit Apostolus ad Hebreos necdum esse subiecta ei omnia per fidem, & voluntatem, quia necdum omnes gentes credunt in eum. de coactua vero siue potestatiua subiectione dicit psalmista, omnia subiecta esse ei, quia per potentiam velint nolint Iudei, atq; pagani & dæmones subiecti sunt ei. Quia dæmones per invocationem nominis eius fugantur ab obsessis corporibus, & pagani illo permittente aliorum regna & terras inuadunt. Et ipsum, id est, Christum dedit Deus Pater caput hoc est Principem supra omnem Ecclesiam quae est corpus ipsius subaudi & quae constat ex Angelis & hominibus iustis. Christus ergo caput siue Princeps est Ecclesiae, quia sicut à capite reguntur membra, & à spiritu vivificatur corpus, ita à Christo reguntur omnes electi, & vivificantur. Et sicut corpus constat ex ossibus, & carnis, & fortibus, atque infirmis membris, & tamen omnia à spiritu vivificantur, ita Ecclesia continet in se fortes in fide, in bono opere. Peccatores quoque qui sunt infirmi in fide, & in virtutibus, quos tamen omnes vivificat Christus qui est caput illorum dum eos ad fidem vocat. Plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Subauditiones huiusmodi hic sunt necessariae. Quae ecclesia quae est corporis Christi plenitudo eius subaudi est, id est, plenitudo corporis Christi qui per omnia genera hominum in omnibus generibus hominum adimpletur, hoc est augetur & augmentatur, dum enim quotidie ex singulis gentibus ad fidem Christi per baptismum concurrent, quotidie corpus illius augetur. Verbi gratia sicut de quolibet Rege dicitur, quia dum ad eum exercitus & populi diuersarum gentium confluunt, augetur, & adimpletur.

## C A P V T II.

Peccatis antea mortui, per Christum vivificati sunt, non suis operibus, sed gratis per fidem. Ostendit Gentes quae prius alienæ erant à Dei promissionibus, iam per Christum & fidem, quae Dei donum est, factas esse sanctorum conciues, itemquae habere fundamentum cum Patriarchis ac Prophetis.

**T**vos, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, † in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentia, † in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostra, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii ira, sicut & ceteri: † Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos. † & cum essemus mortui peccatis conuinicauit nos in Christo, (cuius gratia estis saluati) † & conresuscitauit: & confidere fecit in caelestibus in Christo Iesu. † ut ostenderet in saeculis superuenientibus

Ff 2

abundan-

O.  
xviii.  
xxii.

xxiii.

L.  
A.  
2.  
3.

4.  
5.  
6.  
7.

abundantes dinitias gratia sua in bonitate super nos in Christo Iesu  
 † Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei e-  
 nim donum est, † non ex operibus, ut quis glorietur. † Ipsius enim  
 sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, qua prepa-  
 rauit Deus ut in illis ambulemus. † Propter quod memores estote,  
 quod aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini preputium, ab  
 eaqua dicitur circumcisio in carne, manus facta: † quia eratis illo  
 in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites  
 testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc  
 mundo. † Nunc autem in Christo Iesu, vos, qui aliquando eratis  
 longe, facti estis prope in sanguine Christi. † Ipse enim est pax nostra,  
 qui fecit utraque unum, & medium parietem maceria soluens, i-  
 nimicitias in carne sua: † legem mandatorum decretis euacuans,  
 ut duos condat in semetipso in unum nouum hominem, faciens pa-  
 cem, & reconciliat ambos in una corpore Deo per crucem, interfici-  
 ens inimicitias in semetipso. † Et veniens Euangelizavit pacem  
 vobis, qui longe fuistis, & pacem iis, qui prope. † Quoniam per ip-  
 sum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. † Ergo iam  
 non estis hospites, & aduena: sed estis ciues sanctorum, & domestici  
 Dei: † superadificati super fundamentum Apostolorum, & Pro-  
 phetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: † in quo omnis  
 edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: † in  
 quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

1. A.  
 2. B.  
 3. C.  
 4. D.  
 5. E.  
 6. F.  
 7. G.  
 8. H.  
 9. I.  
 10. J.  
 11. K.  
 12. L.  
 13. M.  
 14. N.  
 15. O.  
 16. P.  
 17. Q.  
 18. R.  
 19. S.  
 20. T.  
 21. U.  
 22. V.  
 23. W.  
 24. X.  
 25. Y.  
 26. Z.

**E**T vos subaudi Ephesi cam effetu mortui delictis & peccatis vestris in quibus ale-  
 quando ambulastis secundum seculum mundi huius, id est, secundum saecularia de-  
 sideria amatorum huius mundi, secundum principem potestatis aeris huius, hoc  
 est secundum voluntatem Diaboli, qui in caligine huius aëris reseruatur, crucian-  
 dus, spiritus, id est, Diabolus quem superius appellauit principem, qui in nunc operatur  
 in filios diffidencia, hoc est in paganis & hereticis, atq; Iudeis, qui fidem rectam &  
 perfectam non habent, Hoc distat inter delictum, & peccatum, quia delictum per-  
 petramus quando ea prætermittimus, quæ nobis à Deo præcipiuntur implere, vt  
 est diliges proximum tuum sicut te ipsum, & quando illū non diligimus, vel non honora-  
 mus parentes, tunc delinquimus. Unde dicitur delictum, quasi derelictum: pecca-  
 tum est quando illud perficitur, à quo Deus præcipit se asseruare. Verbi gratia sicut  
 est, non occides, non adulterabis & cetera. Vel aliter delictum est in cogitatione  
 peccatum in operatione, Iudei ergo & gentiles mortui erāt delictis, & peccatis, quia  
 anima que peccaueris ipsa morietur non per substantiam sed peccato propter quod  
 recedit Deus ab homine, qui est vita animæ. Nam sicut moritur corpus receden-  
 te anima, ita moritur anima recedente Deo. Quod autem dicit, in quibus subaudi  
 delictis & peccatis aliquando ambulastis, blandendi causa hoc dixit, & tale est,  
 quale & illud factis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. Sequitur, in quibus  
 subaudi delictis & peccatis & nos omnes subaudi Iudei aliquando conuersati sumus in  
 desideriis carnis nostra, id est, carnalibus concupiscentiis, & terrenis volupcatibus  
 facientes

facientem voluntatem cœnæ & cogitationum hoc est, quod cogitabamus, corde, im-  
 plebamus opere, adulterium videlicet, fornicationem, furtum & cætera. *Et era-*  
*mus natura filii siue filii vindictæ. Sicut & caseri subaudi homines.* Non debe-  
 mus putare quod natura humana à Deo mala sit creata, & condita, quia bona, san-  
 cta, & immortalis facta est. Sed vitio suo corrupta, & depravata est, ad imaginem  
 enim & similitudinem Dei factus est homo in anima, non in corpore. Sed peccan-  
 do perdidit imaginem, quam habebat in sanctitate, & in innocentia & in similitu-  
 dinem, quam habebat in immortalitate, ipse autem homo non genuit filium ad  
 illam similitudinem, qua ipse factus est, sed ad imaginem & similitudinem suam,  
 quam ipse iam habebat, hoc est peccatorem, & mortalem, sicut ipse erat. Dum  
 ergo peccatores & mortales nati sumus ex primis parentibus, qui similes nobis  
 iam erant effecti, quasi natura siue naturaliter eramus filii vindictæ, quia propter  
 prævaricationem mandatorum Dei quæ prævaricati sumus, in parentibus nostris  
 vindictam merebamur recipere. *Deus autem qui dñes est,* hoc est abundans & mul-  
 tiplex subaudi non solum in potentia, & virtute, sed in misericordia. Propter nimiam  
 siue propter maximam caritatem & dilectionem suam, qua nos dixit cum essemus  
 mortui peccatis, eo modo, quo superius diximus, conuisceris. id est, simul viuifi-  
 cauit nos Christo in baptismate per fidem passionis filii sui, ut sicut Christus resur-  
 gens à mortuis iam non moritur, ita & nos sine peccato viuentes iam non moria-  
 mur in peccato, sed viuamus virtutibus. *Cuius gratia saluari estis,* Ephesii, non ve-  
 stris meritis, *Et conresuscitare & confidere fecit in cœlestibus in Christo,* id est, per  
 Christum Iesum, hoc dupliciter potest intelligi, coni esuscitauit, id est, simul re-  
 suscitauit cum Christo in baptismo, quando verbi gratia de s. endimus in fontem,  
 & mortui sumus ibi peccato, sicut Christus mortuus est in cruce, & depositus in  
 sepulcrum, & surreximus de morte ad vitam, de immunditia ad innocentiam,  
 procedentes de fonte purificati & mundati ab omnibus peccatis, sicut Christus  
 surrexit de sepulcro, & confidemus iam in cœlestibus per fidem, & spem, iu-  
 xta quod Dominus Apostolis promisit, dicens, *Vos, inquit, sedebitis super sedes duo.* Matt. 19. v. 28.  
*decim* Nam quando Apostolus ista loquebatur, in carcere erat positus & tamen  
 cum fiducia talia dicebat. Possumus & aliter intelligere, accipientes præterium  
 tempus pro futuro hoc modo. Conresuscitabit nos Deus Pater per potentiam  
 verbi sui in die iudicii, & confidere faciet in cœlestibus per Christum Iesum. In-  
 effabilis est ista dilectio, qua Deus Pater non solum pro iustis, sed etiam pro pec-  
 catoribus & quod maius est rebellibus dignatus est mittere filium suum, ut ofen-  
 deret pro eo ut ostendat in seculis superuenientibus abundantes dinitias gratia sua super  
 nos, qui in eum credimus in bonitate seu in pietate in Christo Iesu, hoc est per Chri-  
 stum. Saecula dicuntur eo, quod sequantur, & in se reuoluantur. Ideo autem di-  
 cit in seculis superuenientibus, siue futuris, quia multa saecula & multa tempora  
 erunt post diem iudicii, atque innumerabilia licet continua dies sit. Non enim  
 sol occasum patietur, iuxta illud. Non occidet tibi ultra sol tuus: istæ sunt ergo di-  
 uitiae quas ostendit super nos, quas oculus non vidit nec auris audivit, nec in cor  
 hominis ascenderunt. Hoc est gaudia in æterna vita sine fine mansura. Quæ tunc  
 ostendentur nobis per Christum in seculis venturis, quia in præsenti seculo non  
 possunt videri: *gratia enim subaudi Dei estis saluari de morte ad vitam per fidem in*  
*baptismate, non vestris meritis, & hoc subaudi, quod saluati estis, & fidem habetis*  
*non est ex vobis, Dei enim donum est ut salvi sitis, & fidem habearis.* Vnde Dominus  
 dicit, *hoc est opus Dei ut creditis in eum.* Si opus Dei est, non ex nobis, à nobis, siqui-  
 dem neque fidem, neque salutem habemus, neque aliquid boni, quia Deus est,  
 qui operatur in nobis, & velle & perficere. Quia ergo solent plerique dicere, pro-  
 pter bona opera mea merui veniam ad fidem, ideo subiunxit Apostolus *non ex ope-*  
*ribus, subaudi, accepistis fidem ut ne quis gloriatur sed per gratiam Dei prius præce-*  
*dit fides, ac deinde subsequitur operatio.* Solent etiam illi, qui ex operibus suis  
 gloriantur, Cornelium Centurionem in exemplum trahere, dicentes: quia pro-  
 pter bona opera quæ habebat, meruit accipere fidem, instructus à Petro. Quibus

respondendum est, quod Cornelius, centurio erat Iudeorum, habens cognitionem & notitiam viuis Dei, à quo se sperabat, & credebat pro suis bonis operibus remuneratum iri, & quia aliquid fidei habebat iam perceptum, quod exornabat bonis operibus, meruit instrui à Petro de cognitione totius Trinitatis, & baptizari baptismō sacramenti, sine quo nemo potest mundari à peccatis, *ipsum enim sumus factura hoc est ipso Christo operante effecti sumus boni, & facti innocentēs, creati siue renouati in bonis operibus in Christo Iesu*, id est, per Christum Iesum siue per fidem Christi Iesu. *Quae bona opera preparauit Deus ut in illis ambalemus proficiendo de virtute in virtutem*. Non de illa factura hic loquitur, qua in principio facti sumus, vt essemus, sed de illa, qua cum malis factemus boni effecti sumus ipso operante. *Propter quod subaudi quia renouati estis in bonis operibus memores estote siue mementote quia aliquando*, id est, antequam veniretis vos ad fidem, gentes erratis in carne, hoc est in carnali conuersatione. *Qui dicebamus præputium ab ea*, subaudi gente que dicitur à vobis *circumcisio in carne manu facta*, Iudei propter circumcisionem à gentilibus appellabantur circumcisio, & gentes quia incircumcis erant, appellabantur à Iudeis præputium, quasi peccatores, & alieni à Deo. Bene autem circumcision in carne dicitur esse, & manu facta, quia in uno solummodo corporis membro illa circumcision siebat manuum operatione. Nostra vero circumcision non sic in expoliatione vnius membra, solummodo, sed in toto corpore spiritualiter, & in omnibus corporis sensibus, quoniam circumcidimus in nobis vitia, & delectationes carnis, & concupiscentias pravaas, expoliantes nos omnibus peccatis delectationum, atque operationum, seq uitur. *Qui eratis illo tempore antequam crederetis sine Christo*, hoc est sine fide Christi, vel sine promissione de Christo, *alienati à conuersatione Israel*, id est, extranei, & alieni à conuersatione Iudeorum, quia non seruabatis circumcisionem, neque sabbatum, neque legalia offerebatis sacrificia, & hospites testamentorum subaudi eratis. Hospes dicitur quasi ostii, eo quod quando suscipiebatur in domum, ponebat Dominus dominus, qui suscipiebat, pedem super ostium, & datis dextris iurabat, quod pacificus esset ingressus. Gentiles ergo transeuntes ad Iudaismum, quamvis circumciderentur, & legalia sacrificia offerrent, tamen non ideo reputabantur vt ciues, sed proselyti appellabantur, & aduenæ, & quasi hospites habebantur. Ideoque dicit Apostolus, quia hospites, id est, aduenæ, & proselyti erant testamentorum Dei, non habentes spem vitæ æternæ, vel illius promissionis, quæ facta est ad Abraham, quod in semine eius, id est, in Christo benedicuntur omnes gentes. Quamvis enim illa promissio facta esset de eis tamē illi non habebant spem, quod possent peruenire in societatem Iudeorum, quia non habebant legem, & Prophetas, in quibus ipsa promissio cōtinebatur, *ut sine Deo vero*, subaudi erant in hoc mundo, licet enim multos Deos colerent gentiles, tamen sine Deo vero erant, nō habentes cognitionem eius, quia & illi quos colebant non erant Dei sed dæmones & opera manuum hominum. *Nunc autem in Christo Iesu*, id est, per Christum Iesum siue in fide Christi Iesu vos gentiles, qui eratis aliquando longe subaudi à Deo non loco, sed merito facti estis prope non loco sed merito in sanguine Christi, hoc est in fide passionis Christi ipse Christus est pax, id est, reconciliatio nostra, qui nos reconciliauit Deo Patti per sanguinem passionis suæ; & qui *verag* subaudi genera hominum Iudeorum scilicet, ac gentium fecit unum subaudi ouile, & unum corpus in unitate Ecclesiæ & fidei, sicut ipse promisit in Euangelio, & fiet inquiens *unum ouile & unus Pastor*, *Et soluens*, id est, destruens & euacuans in carne sua, id est, in passione sua medium parietem maceria hoc est inimicitias subaudi quæ erant inter duos populos, *legem mandatorum decretis euacuans*, id est, in præceptis & statutis Euangelii euacuans legem, ut duos subaudi populos condas siue ædificet in semetipso, id est, in unitate fidei suæ. Medium parietem appellat in hoc loco præcepta legalia, circumcisionem scilicet, obseruationem sabbatorum, festiuitatem neomeniarum, & sacrificiorum, quæ diuidebant duos populos Iudeos & gentiles, veluti paries diuidit ac separat duos homines, siue duas res. Et quod dixit parietem hoc expressuit cum dixit, inimicitias, & legem mandatorum. Quia propter legem & obseruan-

seruantiam eius erant inimicitiz, & contentiones inter illos duos populos, quoniam Iudei deputabant gentiles quasi immundas. Sed illum parietem siue inimicitiam vel legem mandatorum destruxit ipse in passione sua quando pro omnibus est immolatus, sic vocans gentiles ad fidem, & redimens veluti Iudeos, & insuper in decretis Euangelii euacuavit legem in mysteriis, quia non præcipit neq; Iudeo neq; gentili offerre sacrificium, & circumcidi, postquam ipse passus est, qui præfigurabatur in illis sacrificiis in *vnum nouum hominem*, id est, in se ipso faciens pacem. Quomodo factus est ipse nouus homo? in hoc quod natus est ex virgine sine semine virili, & conuersatus est in mundo sine peccato, quod nemo nec antea nec postea fecit, & reconciliat Deo Patri ambos populos per crucem, hoc est per passionem crucis suæ in uno corpore, id est, in una ecclesia, in una fide, in una societate, vel in uno corpore, ut omnes ex Iudeis & gentilibus credentes unum corpuseius sint interficiens destruens vel euacuans inimicitiam in semetipso, quam inimicitiam destruxit? illam quæ erat inter Iudeos & gentiles propter circumcisio[n]em, & sacrificia legalia tunc in semetipso euacuavit, quando passionem sustinendo, quæ erant in mysteriis impleuit in veritate, & postmodum non præcepit ea obseruare; Et venient in mundum per incarnationis mysterium Evangelizant per Angelos & per Apostolos pacem vobis gentilibus qui longe fuisti à Deo, non loco, sed merito, & pacem, id est, Iudeis qui erant prope per cognitionem eius, quam habebant, quia per ipsum Christum habemus ambo populi accessum ad Patrem in uno spiritu subaudi consistentes, vel renati per Christum accedimus ad Deum Patrem, quia ipse est mediator noster, per hoc quod homo & Deus est, & per illum nostras preces ad Deum Patrem dirigimus, & per illum introducimur in conspectu illius. Sicut ipse dixit. *Iean. 14. v. 6.*  
*Nemo venit ad Patrem nisi per me.*

Ergo iam non es sis hosties & aduersari siue proselyti, vel alieni à consilio Iudeorum vos gentiles, sicut quondam fuisti eo modo, quo superius paululum diximus. Sed es sis ciues sanctorum Patriarcharum, & Prophetarum aliorumque iustorum & domestici Dei. Ciues dicuntur ab una ciuitate, à communione. Domestici à domo, qui in una domo conuersantur. Ergo gentiles socii, & ciues sunt sancti, & domestici Dei, quia ad unam Ciuitatem Hierusalem cœlestem tendunt in una domo, quæ est Ecclesia Dei commorantur, super adificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Fundamentum Apostolorum, & Prophetarum omniumque fidelium Christus est, quia in fide illius sunt fundati, & stabiliti, sicut ipse dixit. *Super hanc petram, id est, super me adificabo Ecclesiam meam* quæ constat ex Angelis & hominibus iustis. Omnis enim qui fidem Christi habet, super ipsum est fundatus *ipso summo angulari lapide Christo Iesu*. Quomodo est Christus & fundamentum, & summus lapis? Per hoc quod ab illo incipitur fides, & in ipso, & ab illo perficitur, atque complectitur ipsa fides. Ideoq; sunt omnes electi in ipso fundati, ipse, enim dixit pro eo quod est in ipso: angularis enim dicitur, quia sicut lapis angularis duos parietes iungit, ita Christus duos populos in unitate fidei suæ coniungendo continet, in quo Christo omnis adificatio Ecclesiaz confracta & adificata crescit in templum sanctum in Domino. Dum quotidie ex omnibus gentibus ad fidem Christi veniunt fideles crescit ipsa ecclesia quæ est templum Christi, sicut idem Apostolus alibi dicit, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Licet enim Deus omnipotens per diuiniratis potentiam ubique sit, tamen aliter habitat in electis, aliter in reprobis, in quo Christo, id est, in cuius fide & vos coadificamini in habitaculum Dei ut sitis templum Dei viui, crescendo de virtute in virtutem. Et hoc agit in spiritu sancto, id est, per gratiam spiritus sancti.

xvi.

I

xvii.

xviii.

xx.

xx.

*Matt. 16. v. 18.*

xxi.

*Cor. 3. v. 17.*

xxii.

## C A P V T III.

Paulus docuit hoc mysterium, Prophetis & Apostolis reuelatum, quib[us]d Gentes  
essent per Christum participes promissionum DEI: quem orat ut spiritu  
corroborentur, & in charitate radicati, ad plenum in diuinis mysteriis ea  
doceantur.

**H**uius rei gratia, ego Paulus vincetus Christi Iesu, pro vo-  
bis Gentibus, & si tamen audistis dispensationem gratia  
Dei, qua data est mihi in vobis: & quoniam secundum re-  
uelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scri-  
psi in breui: & prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in  
mysterio Christi: & quod aliis generationibus non est agnitus filius ho-  
minum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis  
in Spiritu. & Gentes esse coheredes, & concorporales, & comparti-  
cipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium: Cu[m] fa-  
ctus sum minister, secundum donum gratia Dei, qua data est mi-  
hi secundum operationem virtutis eius. & Mihi omnium sancto-  
rum minimo data est gratia hec. In Gentibus Euangelizare inue-  
stigabiles diuitias Christi, & & illuminare omnes, que sit dispen-  
satio sacramenti absconditi a seculis in Deo, qui omnia creauit. &  
ut innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per Eccle-  
siam, multiformis sapientia Dei, & secundum præfinitionem sacu-  
lorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro: In quo habemus  
fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius. & Propter quod  
peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: qua est gloria  
vestra. & Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini no-  
stri Iesu Christi, & ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra no-  
minatur, & ut det vobis secundum diuitias gloria sua, virtute cor-  
roborari per Spiritum eius in interiore hominem, & Christum ha-  
bitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fun-  
dati, & ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quas sit lati-  
tudo, & longitudo & sublimitas, & profundum: scire etiam super-  
eminentem scientie charitatem Christi, ut impleamini in omnem  
plenitudinem Dei. Et autem, qui potens est omnia facere superabun-  
danter quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem, qua  
operatur in nobis: & Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu,  
in omnes generationes secula seculorum.

Amen.

**H**ic rei gratia, id est, propterea quia vos ciues estis sanctorum, & super Christum estis fundati. Ego Paulus vincens sum Christi Iesu pro vobis gentibus. Vincens dicit, catenis sum astrictus pro fide Christi, & pro vobis gentibus, quibus praedico verbum salutis, vel vincitus amore Christi pro vobis gentibus tenor in carcere. Et est sensus si voluisse permanere in Iudaismo, & a prædicazione nominis Christi quiescere, possem esse diues, & magister synagogarum appellari. Sed quia Christum prædico, pro vobis nunc astrictus teneor catenis in magna egestate positus. Si tamen audiisti dispensationem siue administrationem gratie Dei qua data est mihi in vobis, id est, in vestram utilitatem. Si tamen isto in loco potius est affirmativa coniunctio, quam dubitativa. Et nihil est aliud nisi dicere, certe audiisti officium prædicationis meæ quod datum est mihi per gratiam Dei ad vestram utilitatem. Quoniam secundum revelationem Dei nostrum mihi factum est sacramentum siue ministerium, sicut supra in hac Epistola scripti vobis in brevi prout possest intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, legentes mea dicta. Idcirco haec Epistola omnibus Epistolis pene difficilior habetur, quia obtinet in se magna & occulta mysteria, breuique sermone comprehensa est, de quo sacramento siue mysterio dicat quod ei per revelationem Dei manifestatum est paulo, in sequentibus panditur, hoc est quod gentes in societatem Iudeorum essent venturæ sine aliqua differentia in gratia. Vnde & sequitur, Quod subaudi sacramentum seu mysterium mihi revelatum est, numquid non est revelatum Patriarchis & Prophetis? utique illis enim solummodo est revelatum in spiritu, hoc est per spiritum sanctum, qui filii Deierant per adoptionem, sicut & Paulus, non illis, qui filii saeculi, id est, amatores huius mundi erant. Vel alter alius generationibus filiis hominum, id est, Patriarchis, & Prophetis, atq; aliis hominibus non est ad liquidum ita manifestatum mysterium fidei gentium, sicut Apostolis, & Prophetis noui testamenti, ut fuit Agabus, quorum prædicatione ad fidem venerunt. Quod potest probari, & hoc quod Dominus ait: Apostolis, *Multi Reges & Prophetæ vulnerant videre quæ nos videris & non viderunt*, Maiori enim sapientia fuerunt Apostoli, quam Patriarchæ, quia quod illi viderunt a longe in spiritu, isti & mente & corpore oculis. Siquidem Iudei nullo modo poterant credore gentes venturas esse in societatem suam, sed dicebant illis, qui proselyti sibi erant, vitam æternam guidem percipietis, sed non tantæ dignitatis in gloria eritis quantæ nos: quid ergo manifestatum est Apostolis *esse gentes coheredes Iudei in patria cœlesti & in gloria æterna & concorponales*, id est, simul corpus Christi esse vel in uno corpore ecclesiæ sociari & comparticipes promissionis eius in Christo, id est, confortes esse promissionis Dei Patris quod in semine Abrahæ benedicentur omnes gentes. *Omnium sanctorum minimo data est gratia haec Euangelizare siue prædicare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes.* Quare dicit modo mihi minimo omnium sanctorum Apostolorum data est gratia? Cum alibi dicat plus omnibus illis laboranti, <sup>Luc. 10. v. 25.</sup> Vtrumq; verum est, & vnum referendum est ad laborem, quod dicit plus omnibus illis laboranti, aliud ad tempus vocacionis suæ. Plus enim omnibus Apostolis laborauit, quia cum ceteris in locis sibi distributis prædicarent, ille non solum Iudeis, sed etiam omnibus gentibus, quibus constitutus est Magister, & præparator: minimo autem quod dicit, tale est ac si diceret, non ultimo, & ultimo. Nouissimus enim omnium Apostolorum ipse vocatus est ad gratiam Euangeli, quia illi à Domino ante passionem, hic vero post eius ascensionem de cœlo vocatus est. Euangelizare est bona annuntiare, quia Euangeliū est bonū nuntium, euangelizat ergo non solū, qui Euangelium prædicat, Christi ore prolatum, sed qui bona annuntiat, & gaudia patriæ cœlestis promittit, quæ in lege, Prophetis, Psalmis dictisque sanctorum Patrum continentur. Quæ sunt istæ diuitiae Christi inuestigabiles, quas missus est Apostolus Euangelizare in gentibus? Nimirum illæ, de quibus id est Apostolus alibi dicit, quia oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit quæ preparavit Deus diligētibus se, hoc est gaudia Patriæ cœlestis, vita sine fine mäsura. Qd ergo hic dicit diuitias, in subsequentibus appellat sacramentū, ideoq; per diuitias non

r. A  
II.  
III.  
IV.  
B.  
v.  
C.  
VII.  
IX.  
Cor. 4. v. 12.  
Cor. 2. v. 10.

D.

non incongrue mysterium incarnationis, & passionis Christi possumus intelligere, redemtionem quoque generis humani, & fidem gentium, & quod nulla dulititia esset inter ludos, & gentiles in gratia Dei. Quæ omnia idcirco sacramentum recte appellantur, quia ante Christi aduentum occulta, & secreta fuerunt. Sed si inuestigabiles sunt ipsæ diuitiae, quomodo Apostolus missus est eas Euangelizare? Nam inuestigabilis res est quæ non potest vestigari, & comprehendendi. Quod duplíciter potest solui, inuestigabiles siquidem ante Domini aduentum fuerunt, quia nullus potuit eas ad liquidum cognoscere. Sed quia antea erant inuestigabiles, Domino veniente vestigabiles, & comprehensibiles factæ sunt. Vel aliter in sua natura inuestigabiles sunt, sed per gratiam & reuelationem spiritus, hominibus fidelibus vestigabiles sunt, Verbi gratia: statua, quam Nabuchodonosor vidit, inuestigabilis in sua natura fuit, quando Nabuchodonosor non potuit intelligere, quid præfigurabat, sed per reuelationem sancti spiritus Danieli vestigabilis, & comprehensibilis fuit, qui interpretator eius extitit. Data est etiam gratia Apostolo illuminare per fidem omnes, qui voluissent credere, quia sicuti ille, qui infidelis & incredulus est, in tenebris moratur, ita qui fidelis & credulus existit, in lumine quiescit, & non solum illuminare, sed Euangelizare quæ sit dispensatio, id est, distributio vel ministratio sacramenti absconditi in Deo, qui omnia creauit. Idem appellat modo sacramentum quod superius diuitias, mysterium scilicet incarnationis filii Dei, fidem, & salutem gentium, & gaudia vitæ æternæ quod à seculis signe ab initio absconditum fuit in Deo vero, qui omnia creauit.

E.

Notandum quia non dicit, Deo fuit absconditum, sed in Deo usquequo ipse perfermet ipsum manifestare dignatus est. Vnde & appellatur sacramentum, quod est res secreta, atque occulta, antequam ad publicum deducatur. Sequitur, ut innotescat, hoc est manifestetur & nota fiat multiformis sapientia Dei Principibus & Potestatibus in cœlestibus per ecclesiam. Multiformis sapientia Dei dicitur, quasi multiplex, multas species, & formas habens. Videamus quomodo sit multiformis filius Dei natus de Virgine sine semine virili, vagiebat in præsepio, ut infans, sed ab Angelis glorificabatur de cœlo, ab Herode quærebatur interfici ut homo, sed à Magis stella ducente quærebatur adorari ut Deus, mortuus est ut homo, surrexit per potentiam deitatis, resurgens à mortuis apparuit discipulis in habitu hominis, sed spiritum sanctum dedit eis ut Deus. Ecce qualiter multiformis est sapientia Dei, ut ergo ista multiplex sapientia Dei manifestaretur Principibus & Potestatibus in cœlestibus, quas beatus Hieronymus Angelicas virtutes vult intelligi, cœlo residentes, filius Dei veniens in mundum reuelauit eam Apostolis suis, & per Ecclesiam, hoc est in Ecclesia prædicantibus Apostolis manifestauit Angelicis virtutibus. Dicit namque beatus Hieronymus, quod quædam Angelicæ dignitates fuerunt, quæ mysteria superius memorata ad purum non intellexerunt, donec completa est passio Christi, & Apostoli per omnes gentes coepissent prædicatione sua gentiles trahere ad fidem: quod probari potest per hoc, quod Angeli admirando dixerunt illo ascende ad cœlos propria virtute, *Quis est iste, qui venit de adom,* hoc est de cruento & sanguinolento mundo, & in psalmo. *Quis est iste rex gloria,* illis enim qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa annuntiata sunt, cognita fuerunt, utpote Consiliaris, & nuntiis. Illis vero qui minoris potestatis sunt, potest esse ut ex parte incognita essent, & hoc manifestat secundum præfinitionem vel præordinationem sive prædestinationem seculorum quod unum est. *Quam definitionem fecit, sive impleuit in Christo Iesu,* id est, per Christum Iesum, sicut ergo Deus Pater præordinauit ante omnia saecula, sic compleuit & manifestauit multiformem sapientiam suam per Christum. *In quo Christo habemus fiduciam,* id est, fidem & accessum ad Deum Patrem in confidentia per fidem eius hoc est per fiduciam quam habemus in ipso, qui est mediator noster. *Propter quod subaudi quia fidem in Christo haberis & accessum ad Deum Patrem per ipsum, ne deficiatis peto in tribulationibus meis pro vobis,* id est, ne recedatis à fide Christi, dum me videtis tribulari pro vobis, *qua tribulatio est gloria vestra.* Pro illis ergo Apostolus tribulabatur, quia dum illis prædicabat verbum, comprehendebatur à peccatoribus. Sed eius tribulatio

Psal. 23. v. 8.

xi.

*Mal. 23. v. 8.*

*Quam definitionem fecit, sive impleuit in Christo Iesu,* id est, per Christum Iesum, sicut ergo Deus Pater præordinauit ante omnia saecula, sic compleuit & manifestauit multiformem sapientiam suam per Christum. *In quo Christo habemus fiduciam,* id est, fidem & accessum ad Deum Patrem in confidentia per fidem eius hoc est per fiduciam quam habemus in ipso, qui est mediator noster. *Propter quod subaudi quia fidem in Christo haberis & accessum ad Deum Patrem per ipsum, ne deficiatis peto in tribulationibus meis pro vobis,* id est, ne recedatis à fide Christi, dum me videtis tribulari pro vobis, *qua tribulatio est gloria vestra.* Pro illis ergo Apostolus tribulabatur, quia dum illis prædicabat verbum, comprehendebatur à peccatoribus. Sed eius tribulatio

xii.

xiii.

G.

tribulatio gloria illorum erat, qui confortabantur in fide, & per passionem suam acquirebant gloriam aeternam, huius rei gratia, id est, propterea ne vos reedatis a fide Christi flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, sicut sunt exteriores oculi corporis, & exteriora genera, ceteraque membra, ita etiam dicuntur esse & interiora. Vnde hic Apostolus non loquitur de exterioribus genibus, sed de interioribus. Per genera ergo debemus intelligere tantummodo submissum, & humiliatum sensum mentis. Flecto, inquit genera, id est, submitto, & humilio sensum cordis mei orando Deum pro vobis. Quodq; sequitur ad Patrem Domini Iesu Christi in Graeco sermone non habetur, nisi tantummodo Patrem, ut absolute intelligatur creator esse omnium rerum. Quod vero in Latinis codicibus additum est Domini Iesu Christi, bene conuenit, quia illi est proprie & naturaliter Pater, nobis autem adoptiue. Sequitur ex quo Deo Patre omnis Paternitas in celo & in terra nominatur, sicuti in praesenti seculo habemus, quos appellamus Patres, & sunt a quibus appellantur Patres, ita & in illo collegio sanctorum spirituum sunt, qui alios diligunt, vocare Patres, sicut Praelatos. Verbi gratia Angeli diligunt Archangelos appellare Patres, sic de ceteris virtutibus intelligendum, ideoq; dicit ex quo omnis Paternitas in celo & in terra nominatur, quia & Angeli in celo, & homines in terra ab illo exordium sumpserunt, & ab illo, qui est Pater omnium rerum, acceperunt, ut Patres alios vocarent, ut det vobis secundum diuinitatem gloriae sua virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Idcirco inquit, flecto genera mea ad Patrem Domini nostri, ut ipse det vobis virtutem secundum largitatem gloriae sua & secundum abundantiam gloriae sua, ut sitis corroborati in fide, & possit Christus habitare per fidem in interiori homine, hoc est in cordibus vestris. Licet enim Deus omnipotens per potentiam diuinitatis suae vbiq; sit, tamen in illis specialiter dicitur habitare, qui fidei eius habent. In caritate radicati & fundati ut possitis comprehendere in vobis metipis cum omnibus sanctis quae sit latitudo longitudo sublimitas & profundum, Ex superioribus ista pendent, ideo etiam submitto sensum cordis mei ad Deum, ut sitis in caritate radicati, sicuti arbor plantata radicibus firmatur in terra, ut humorum habeat, & a vento facile ne eradicetur. Et non solum radicati sed fundati in ipsa caritate, quasi super solidissimam petram, ut possitis intelligere quae sit latitudo caritatis, latitudo caritatis est qua diligitur Deus, & non solum amicus, sed etiam inimicus. De quo mandato dicit psalmista latum mandatum tuum nimis, longitudo caritatis est perseverantia in bonis operibus, longanimitas etiam siue longitudo caritatis est ab initio fidei usq; ad finem spei, id est, usq; perueniamus ad illud ut quomodo tenemus in spe tunc possideamus in re, patienter pro Dei amore aduersa saeculi huius tolerare. Sublimitas siue altitudo caritatis est, ut pro omnibus nostris bonis operibus, tam pro latitudine caritatis, quam pro patientia, longanimitate, & perseverantia in bonis operibus sublimitate Patriæ coelestis queramus, sperantes nos a Deo remunerandos. Profundum autem siue occultum caritatis est, ut omnia bona, quae habemus de occulto Dei dono, & inspiratione nobis venire credamus. Haec omnia in cruce Christi possunt comprehendendi. Scire etiam supereminentem scientiam caritatem Christi. Det vobis etiam scire, & intelligere caritatem Christi supereminentem scientiam humanam, hoc est ut det vobis scientiam quatenus possitis intelligere quanta sit caritas Christi, qui pro nobis mortuus est. Quae caritas transcendit, & excedit omnem scientiam humanam, & non solum humanam, sed etiam diuinam, quae hominibus largitur, & quomodo possumus illam scire, si supereminentem scientiam quae hominibus tribuitur hoc debemus scire, quia ignoramus illam. Quis enim hominum mortalium valet comprehendere, quanta caritas fuit in Deo Patre, qui pro nobis unicum filium suum non solum incarnari, sed etiam mori permisit? Sequitur, Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei, idcirco inquit exoro scire vos caritatem Christi, ut impleamini virtutibus, & mereamini annumerari in numero fidelium, ex quibus quotidie corpus Christi impletur. Plenitudo enim cor-

poris

xv.

xvi.

H

xvii.

xviii.

xix.

I

Psal. 13. v. 36;

xx.

K

xx.

potis Christi est Ecclesia, quæ quotidie ex omnibus gentibus impletur. Si autem quis potens est omnia facere, superabundans quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum. Ei autem, id est, Deo Patri, qui potest omnia facere quæ nobis sunt necessaria superabundanter, quam petimus, id est, qui potest omnia nobis tribuere plus quam nos petere sciamus, aut petere presumamus, & hoc secundum virtutem diuinitatis, potentia quæ virtus diuinitatis operatur in nobis miracula, fidem, virtutem, & Doctrinam sit gloria in ecclesia, & in Christo Iesu. In Ecclesia est gloria Dei Patris, quia multitudo fidelium glorificat, & laudat Deum Patrem in omnibus quæ agit. Per illam etiam glorificatur, iuxta quod Dominus dicit, *Videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum.* In Christo quoque Iesu est gloria Dei Patris, quia omnia quæ ipse filius operatus est, ad laudem, & gloriam eius, retulit dicens, *Pater in memanens ipse facit opera: in omnes ergo generationes sit Deo Patri gloria, id est, in præsentes, & futuras vel in generationes gentium, & generationes Iudeorum, & in omnia futura saecula.*

Mat. 5. v. 16.

Iohn. 14. v. 10.

## C A P V T IV.

Ad unitatem spiritus hortatur, ostendens Christum diuersa diuersis dedisse charismata, & ad sui corporis ædificationem varios in Ecclesia instituisse ordines ad finem usque mundi monet igitur ut exuto veteri homine nouum induant, utriusque partes explicans: rursumque monet ut in hoc corpore manentes, separentur ab iis qui mente excœci sequuntur effacenè carnis desideria, & nouos induant mores damnatis prioribus.



Bsecro itaque vos ego vincitus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, & cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes in unitatem in charitate, & solliciti seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis. + Vnum corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestra. + Unus Dominus, una fides, unum baptisma. + Unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. + Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. + Propter quod dicit: *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.* + *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores partes terre?* + *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut impletet omnia.* + *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, & ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in adificationem corporis Christi: donec occurramur omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* + *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus*

xxi.

camus in illo per omnia, qui est caput Christus: + ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministracionis, secundum operationem in mensurā uniuscuiusq; membra, augmentum corporis facit in adificationem sui in charitate. + Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui. + tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam qua est in illis, propter cecitatem cordis ipsorum. + qui desperantes, semetipos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditia omnis, in auaritiam. + Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edociti estis sicut est veritas in Iesu + deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corruptitur secundum desideria erroris. + renouamini autem spiritu mentis vestra, + & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. + Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem uniusque cum proximo suo: quoniam sumus in uicem membra. + I. rascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram. + Nolite locum dare diabolo: + qui furabatur, iam non futurum: magis autem laboret; operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. + Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad adificationem fidei, ut det gratiam audientibus. + Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis. + Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. + Estote autem in uicem benigni, misericordes, donantes in uicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.

**O**bscro itaque vos ego vincitus in Domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Obscro, id est, deprecor vos ego vincitus in Domino, ut digne & sancte viuatis illa vocatione, qua vocati estis in baptismate coelesti vocati, ut sancti essetis & immaculati, sancte & immaculate conuersamini, ambulantes de virtute in virtutem. Quod autem dicit ego vincitus in Domino, duplice modo intelligi potest, vel vincitus catenis, & portatus in carcere in Domino, id est, pro Domino, sive pro amore Domini, vel vincitus, id est, astrictus amore dilectionis erga vos propter Dominum. Cum omni humilitate & mansuetudine subaudi ambulate & conuersamini digne, cum patientia supporantes vos in uicem in caritate, humiliis dicitur humili acclivis. Mansuetudo est lenitas, & tranquillitas animi, ambulate inquit & conuersamini cum omni humilitate, & mansuetudine mentis, supportantes vos in uicem in caritate, id est, in dilectione Dei, & proximi, iuxta illud aliter aliterius onera portare, imitantes naturam ceruorum. Verbi gratia, Gal. 6.v.2. qui diues est opibus huius saeculi, supportet illum, qui pauper est substantia praesenti, & diues spiritualibus virtutibus, ut econtra ille, qui sanctus est sua sanctitate susten-

te sustentet illum, vel etiam simpliciter, qui sanctus est sustentet suis precibus peccatorem, vel qui diues est, sustentet sua eleemosyna pauperem, solliciti, id est, studiosi cauti & attenti semper sicut *seruare unitatem spiritus* ut unum sapiatis de Christo, ut unam fidem habeatis, & non sint in vobis schismata, atque heresies, & hoc agite in vinculo pacis, id est, in dilectione Dei & dilectione proximi, siue in concordia paternitatis, dilectio etenim vinculum recte appellatur, quia duos ligat, & coiungit, Deum videlicet, & hominem, vel duos proximos. *Vnum corpus subaudi Christi* estis vos, & *vnum spiritus subaudi sanctus habitat in vobis*; *sicut vocati estis in una spe vocationis vestra*, subaudi sic viuite sancti vocati estis in baptismate secundum illud, *sancti estote quia & ego sanctus sum*, ideoque sancte viuere debetis, bene autem dicit in una spe vocati estis, quia omnes fideles unam spem habent peruenientiad Patriam coelestem, *Vnus est Dominus omnium creaturarum, una fides*, debet esse in omnibus credentibus, *vnam baptismum est*, licet alii maiorem alii minorum fidem habebant, qui maiora & minora de Deo intelligunt, tamen hoc dicitur una fides, quia unum Deum credunt Trinitatem habere in personis, unitatem in substantia, & in omnibus nobis subaudi spiritus sanctus, qui in cordibus fidelium diffusus est & omnibus creaturis iuxta illud spiritus Domini replevit orbem terrarum.

*Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*: oquitur hoc loco Apostolus ex persona sua, aliorumq; Apostolorum, vel omnium credentium. Vnicuique nostrum Apostolorum, omniumq; credentium data est gratia, id est, fides, remissio peccatorum, redemptio, & quicquid boni habemus, gratia autem dicitur gratis data, & haec omnia gratuito munere omnipotentis Dei largita sunt nobis secundum mensuram donationis Christi, donationem vel donum Patris & filii debemus intelligere in hoc loco spiritum sanctum, de quo Dominus in Euangelio dicit mulieri Samaritanæ. *Sic scires donum Dei*, id est, spiritum sanctum, & cetera. Cum vero dicit data est gratia secundum mensuram doni, siue donationis Christi, sic videntur haec verba sonare, quasi spiritus sanctus mensuram habeat, & mensurabilis sit. Sed quomodo potest mensurabilis esse, de quo dicitur *spiritus Domini replevit orbem terrarum*? Notandum autem, quia sicut Deus Pater immensurabilis est, qui dicit, *caelum & terram ego impleo* & filius immensurabilis est, qui est sapientia Dei Patris, qui attingit a fine usque ad finem, ita spiritus sanctus immensurabilis est. Quia sicut sunt tres istae personæ unius substantiae, unius deitatis, unius potentiae, ita omnia quæ Pater, & filius implent, implet & spiritus sanctus, quia inseparabiles sunt istae personæ. Ideoque hanc mensuram donationis ad nostram capacitatem referre debemus, quia iuxta quod nos capere valemus ex donis spiritus sancti, datur nobis mensura. Verbi gratia mare immensurabile est in longitudine, profunditate, latitudine sui, & multitudine aquarum, & sicut incolæ venientes ad illud, aquam secundum mensuram vasorum suorum unusquisque deportat alius plus alius minus, & tamen mare immensurabile manet, ita & nos secundum mensuram nostræ capacitatis ex donis spiritus sancti accipimus, & ipse in sua natura immensurabilis manet. *propter quod dicit subaudi psalmista*, id est, propterea quia unicumque data est, gratia secundum mensuram donationis Christi, alii maior alii minor, *ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus*. Quidam Doctor hunc modo hunc versiculum explanat, quod à veritate non discrepat, & appellat Diabolum, captiuitatem, qui genus humanum de Paradiſo captiuauit, ascendens Christus in altum, id est, in crucem, iuxta quod ipse dixit, *Cum exaltaverit filium hominis*, Captiuitatem, id est, Diabolum duxit captiuum, & captiuauit illum, auferendo ab illo potestatem quam tenebat in hoc mundo. Iuxta illud *nunc Princeps haui mundi eiicietur foras* sed quid fecit postmodum tertia die resurgens, dedit dona spiritus sancti Discipulis, insufflans & dicens *accipite spiritum sanctum*: Alteras ascendens Christus in altum, id est, in cœlum quadragesimo die, resurrectionis suæ capiuam duxit captiuitatem, quando naturam humanam quæ de paradiſo fuerat à Diabolo captiuata, ipse iterum captiuauit de potestate Diaboli, illam abstrahendo, & ad cœlestia ducento ac postmodum decimo die ascensionis suæ dedit dona

D

*Ioan. 12. v. 31.**Ioan. 20. v. 23.*

dona spiritus sancti Apostolis. Quæri autem potest, cum superius dixerit singulari numero data est gratia secundum mensuram donationis, siue doni Christi, quare modo dicat plurali numero, dedit dona hominibus. Ad quod dicendum, quia licet spiritus sanctus singulari numero donum vel donatio appelletur, tamen secundum qualitatem meritorum tribuuntur dona eiusdem spiritus sancti. Vnde Apostolus alibi alii inquit *datus per spiritum sermone sapientia, alii sermone scientia & cætera usque dum subiungit hec omnia operantur unus usque idem spiritus dividens singulis pro ut vale, quid autem ascendit, quid est nisi quia ex descendit primum in inferiores partes terræ interrogat Apostolus semetipsum, & dicit, quid est, quod dixi, ascendit, quomodo potest Deus ascendere, qui ubique est. Certe nihil est aliud, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ ad infernum, ac deinde ascendit in cœlum. Ergo non secundum diuinitatem, quæ omnia implerat, ascendit ipse, neque descendit, sed secundum humanitatem, in anima quidem sola descendit ad infernum, & cum corpore & anima ascendit super omnes cœlos. Notandumque, quia per hoc, quod dicit descendit in inferiores partes terræ, ostendit infernum infra terram esse. Vnde dicitur infernus quod sit inferior terra, vel infra terram.*

*Qui descendit subaudi ad inferiores partes terræ, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, id est, Christus ut impleret omnia subaudi oracula legis, & Prophetarum, quæ de se erant scripta, vel omnia, id est, quasdam dispensationes, quas ipse cum patre disposuerat, & quas ipse solus cum illo sciebat, vel etiam impleret omnia cœlestia, & terrestria, de sua cognitione, & ræuelatione diuinitatis suæ, quæ omnia ante illius aduentum quasi vacua erant ad comparationem illam, quam postmodum de eis diuinitate cognoverunt, cœlestia impleta sunt, quia erant quasdam Angelicæ potestates, quæ mysteria diuinitatis Christi, passionis, & resurrectionis, ascensionisque ad cœlos ad liquidum non cognoverunt, quousque impleta sunt. Vnde admirando dicunt in psalmo, quis est iste rex gloria & terrestria quoque impleuit, quia hominibus, qui Deum ignorabant, suam cognitionem dedit, suaque gratia illos impleuit. Et ipse dedit quasdam quidem Apostolos ut duodecim fuerunt, & septuaginta duo. Quasdam Prophetas ut Agabus, & alii Antiocheni septem, quatuorque filii Philippi alias vero Evangelistas, ut fuit Marcus, & Lucas, Ioannes quoque & Matthæus, qui & Apostoli fuerunt alios *autem pastores & Doctores ad consummationem*, id est, perfectionem sanctorum, ut illi qui prædestinati sunt, ad gloriam æternam illorum prædicatione, & exemplis perficerentur, fuerunt in primordio fidei Evangelistæ, Prophetæ, pastores quoque, & Doctores, sunt modo in Ecclesia. Quicumque bona annupitiat Evangelista est. Quiunque gaudia electorum, penasque, reproborum suis auditoribus prænuntiat Propheta est, de nomine vero pastorum, & Doctorum interrogatus beatus Augustinus à Paulino, respondit unum esse pastorem, & Doctorem. Pastorenim non potest esse nisi habeat Doctrinam, qua pascat gregem sibi commissum. Quod si caruerit Doctrina, licet nomen habeat pastoris, caret tamen officio. Pastores autem & Doctores ecclesiæ quod unum est, sunt Episcopi, Presbyteri, aliqui Doctores, & ministri ecclesiæ, qui tamdiu constituti sunt in opere ministerio & in edificationem corporis Christi donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei. Ideo constituti sunt Pastores, & Doctores, ut corpus Christi ædificant, quod est Ecclesia, quæ quotidianè ædificatur ex numero credentium, venientium ad fidem, & ædificabitur donec occurramus omnes Christo in resurrectione in unitatem fidei, & cognitionem filii Dei, id est, quousque unam fidem habeamus post resurrectionem, & omnes æqualiter Deum cognoscamus. In præsenti siquidem sæculo sicut est diuersitas scientiarum, ita est diuersa fides, quia alius plus, alius minus de Deo intelligit, & secundum quod intelligit & cognoscit, de diuinitate omnipotentis Dei, habet & fidem. Post resurrectionem autem iam non erit diuersitas fidei, quia sicut omnes æqualiter Deum videbunt, ita æqualem fidem habebunt. Erit enim Deus omnia in omnibus in virum perfectum in mensuram etiæ plenitudinis Christi. Ex superioribus ista pendent, ipse inquit dedit pastores,*

G g 2

qui

1 Cor. 12. v. 8.

ibid. v. 11.

1 X.

E.

X.

F.  
xi.

xi.

xii.

G.

qui ædificant corpus illius donec occurramus omnes post resurrectionem generali in virum perfectum. Quidam hoc modo istud intelligunt, quod in generali resurrectione omnes in eodem ætate resurgent, in qua Christus resurrexit. Cuiusque ætatis mortui fuerint. Et nomine virorum comprehenduntur & mulieres, quod dicit in virum perfectum. Sed licet contra fidem non sit hoc, tamen melius est ut aliter intelligatur. Virum perfectum appellat Christum cum omni corpore suo, quod non erit perfectum, quoique omnes, electi compleantur: completo autem numero electorum occurremus omnes in virum perfectum, id est, omnes electi occurserunt capiti suo Christo, ut iam postmodum unus sit vir Christus, & Ecclesia perfectus, & integer, & immensuram ætatis plenitudinis Christi. Sicut homo per ætates singulas crescit, donec perfectus sit vir, sic quotidie crescit Christus usq; ad diem iudicii, non in se, sed in nobis, qui sumus corpus eius, completa autem mensura ætatis id est, perfecto & integrato numero electorum, ex quibus plenitudo corporis Christi impletur, obuiabimus ei, ut iam, id est, post resurrectionem in qua erit Christus perfectus non simus parvuli subaudi sensu fluctuantes, hoc illucque vagantes, nunc ad istud vitium, nunc ad illud cadentes & circumferamur omni vento Doctrinae. Quantum ad præsentem sapientiam pertinet, beatus Apostolus non erat parvulus sensu, quia sapientior erat cunctis mortalibus. Quantum vero ad illam perfectionem sapientiae attinet, quam habituri sunt sancti post resurrectionem, parvulus erat sensu, & imperfectus intellectu. Quod vero dicit, neque circumferamur omni vento Doctrinæ: ventum Doctrinæ appellat dialecticam, & sapientiam mundanam, quæ nullius utilitatis est, à qua circumferimur, & pulsamur, quia plerumque seducimur per illam, putantes ea esse vera, quæ sunt falsa, isti Ephesi dialektici erant, per quam seducebant simplices, facientes illos ea putare vera, quæ erant falsa suis fictionibus, & astutis. Vnde & sequitur in nequitia, id est, in malitia hominum & in astutia illorum circumferimur ad circumventionem & seductionem erroris. Dicit beatus Hieronymus. Quid prodest iugiter dialekticæ arti insistere, & silvas arborum componere, id est, diuersa carmina, vbi nulla veritas est, sed seductio & error hominum? In præsenti quidem seculo potest illud esse, sed post resurrectionem cessabit.

I  
Renouamini spiritu mentis vestra & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Hæc verba Apostoli ex superioribus pendent. Nam alloquitur Ephesios, inquiens. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris, ac deinde subdit renouamini spiritu mentis vestra, pristina conuersatio est peccatum, & in peccatis manere. Vetus autem homo conuersatio veteris hominis Adæ. Quicumque enim in peccato manet, conuersationem veteris hominis habet. Qui homo, id est, conuersatio illa corrumpitur, & depravatur secundum desideria errorum, & vitiorum, renouamini inquit spiritu mentis vestra, spiritu & mente pro uno debemus accipere secundum beatum Augustinum, id est, pro rationabilitate mentis. Duæ sunt autem renouationes, una est subitanea, ac momætanea, quæ fit in baptismate, in qua renouamur ab omnibus peccatis originalibus, & actualibus. Altera quæ fit per spatiū temporis, & per assiduitatem lectionis, & per orationem bonorum operum, de qua hic dicitur. Dum enim anima fidelis ea quotidie per studium lectionis de Deo intelligit, quæ antea ignorabat & dum proficit quotidie de virtute in virtutem, quotidie innouatur. Tale est ergo ac si diceret, estis renouati in baptismate, renouamini quotidie per studium lectionis, & de Deo intelligendo, quæ antea vos latebant, & crescendo de virtute in virtutem. Et induite nouum hominem. Nouum hominem appellat noui hominis conuersationem, vel ipsum Dominum Iesum. Videamus quomodo sit ipse nouus homo. & secundum Deum creatus, conceptus est in utero virginali, opere spiritus sancti ex semine mulieris sine semine viri. Natus est de virginine, & hoc nouum fuit, fecit miracula, quæ nemo alius fecit. Conuersatus est sine peccato in hoc mundo, est verus Deus, & verus homo resurrexit à mortuis, & hæc omnia noua fuerunt, & sunt secundum Deum, creatus est in iustitate quia

H

xiv.

I

xxiiii.

xxiv.

xxii.

K.

quia iustus est in sanctitate, & veritate, quia iustus & verus est. Et non solum iustus, sanctus, & verus, sed insuper ipsa iustitia, ipsa sanctitas, & veritas. Quod ergo dicit induit novum hominem tale est, ac si diceret, induit Dominum Iesum Christum, id est, conuersationem novi hominis, & omnes virtutes, quas intelligitis in Christo esse. Quicumque enim assumit iustitiam, sanctitatem, veritatem, sapientiam, caritatem, omnesque virtutes, quas in Christo cognoscit esse, Christum utique induit. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vobis quisque cum proximo suo.* Quia omne mendacium à Diabolo est qui est mendax & Pater mendacii, quicumque filii veritatis sunt, debent deponere, & abicere mendacium, dolositatem, & duplicitatem, & loqui veritatem, de animo puro cū omni homine, non solum cū Christiano, verum etiam cū pagano, & heretico quia omnes sunt nostri proximi, & quare debemus veritatem loqui cū proximo. Quoniam sumus inuicem membra, & Christus caput, membra illius sunt electi, & sicut membra corporis nostri sunt sibi inuicem necessaria, & sibi inuicem ministrant, ita membra Christi debent sibi inuicem ministrare, quae sunt necessaria. Verbi gratia oculus est necessarius manui, & pedi manus & pedes oculo. Ideoque ministrat oculus manui, & pedi lumen, manus autem absterget illū & lauat à sorribus, sic in sancta ecclesia. Prædicator quilibet qui est oculus, debet ministrare lumen scientiae, & prædicationis aliis. Qui sunt manus & pedes, id est, qui sunt eleemosynarii, & qui currunt ad sepeliendum mortuum, & qui auctiue vice sunt dediti, & contra illi debent de sua substantia sustentare oculum, id est, prædicatorem, præbentes ei cibum & potum, & ministrantes cætera, quae necessaria sunt illi, hoc faciendo erunt sibi inuicem membra. Sequitur *irascimini & nolite peccare.* Duplicititer possumus hoc intelligere, si quando peccatis & à via rectitudinis Diabolo suadente receditis, irascimini vobis metipuis, & indignamini, ne amplius talia faciatis castigando corpus vestrum vigiliis, & ieiuniis. Aliter & si inquit irascimini nolite perficere: permittit quidem Apostolus irasci, quod humanum est, sed prohibet vindictam expetere, quod iam non est humanum. Quia *pro viri iustitiam Dei non operatur sol non occidat super iracundiam vestram*, similiter & hoc duplice modo potest intelligi, dicamus simpliciter, sol non occidat super iracundiam vestram, id est, si commoti fueritis ad tempus aduersus proximum, ante solis occasum reconciliamini, & recedat ira à vobis. Aliter sol appellatur Christus in scripturis *seris*, vt ibi, *vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitia.* Qui sol plerumque propter iram, quae vindictam expectat, & propter discordiam occidit nobis, id est, recedit à nobis, sicut occidit falsis Prophetis, de quibus dicitur, *Orcis eis sol cum adhuc media esset dies sol non occidat super iracundiam vestram*, id est, cauete ne propter iram vestram, & propter vestrum peccatum recedat sol iustitiae Christus à vobis. *Nolite locum dare Diabola,* id est, nolite vindictam expetere, neque irasci ultra modum, ne recedat sol à vobis Christus, & adueniat Diabolus princeps tenetarum. Quandocumque enim peccamus locum damus Diabolo in nobis, *Qui furabatur bona aliorum iam non furetur vel qui furabantur verba, & Doctrinam Euangeli per hereticam prauitatem, sicut Prophetæ falsi, de quibus dicitur quia furabantur sibi verba dicentes.* Hæc dicit Dominus cum Dominus non miserit eos iam, non furetur sed recedat ab errore suo, *magis autem laboret operando manibus suis quod benum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, ille qui antea furabatur, non solum debet à furto cessare, sed debet operari manibus suis, ut habeat unde sustentet alios, inopiam patientes.* Nolite contristare spiritum sanctum Dei in quo signati, id est, sigillati & assignati *estis Deo in Die redemptionis.* Hoc est nolite per mala opera spiritum sanctum fugare à vobis qui habitator esse cœpit vestri in die redemptionis, id est, in die baptismatis, sicut enim contristatur homo, quando de propria domo expellitur, quam ipse sibi ædificauit, ut quiete inhabitaret ibi, sic spiritus sanctus contristari dicitur, quando de homine, quem sibi mundauit in baptismo per prava opera, eiicitur. Aliter: Nolite contristare spiritum sanctum Dei, id est, spirituales viros in quibus spiritus sanctus habitat nolite contristare per vestra

vestra mala opera, siquidem spirituales viri, si quando vident alios peccare, & à via rectitudinis deviare, contristatur de illorum miseria, & condolent de iis ut pente de se.

## C A P V T V.

Hortatur ut Christum imitentur, longè separati ab omni vicio ac scelerate, & redimentes tempus, assumant spiritualia, quæ tradit, exercitia: vxores vult subditas esse viris, viros autem diligere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.

1.

2.

A.

<sup>a</sup> 1. Cor. 13. d. 34.  
¶ 15. b. 12  
1. Ioan. 4. d. 13.

3.

Col. 3. a. 5.

4.

5.

B.

6.

<sup>a</sup> Matt. 24. a. 4.  
Marc. 13. a. 5.

7.

Luc. 21. b. 8.

8.

<sup>a</sup> Thess. 2. 2. 3.

9.

10.

C.

11.

12.

13.

14.

D.

15.

<sup>a</sup> Col. 4. a. 5.  
16.

17.

<sup>a</sup> Rom. 12. a. 3.  
1. Thess. 4. a. 9.

18.

19.

20.

21.

22.

<sup>a</sup> Gen. 3. c. 16.  
Col. 3. c. 18.

23.

E.

<sup>a</sup> 1. Pet. 3. a. 1.  
1. Cor. 11. a. 3.

24.

<sup>a</sup> Col. 3. c. 19.



Stote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: † <sup>E</sup> ambulate in dilectione, sicut <sup>E</sup> Christus dixit nos, <sup>E</sup> tradidit semetipsum pro nobis oblationem <sup>E</sup> hostiam Deo in odorem suavitatis. † Fornicatio autem, <sup>E</sup> omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos; † aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. † Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi <sup>E</sup> Dei. † Nemo vos seducat in anibus verbis: propter hac enim venit ira Dei in filios diffidentia. † Nolite ergo effici participes eorum. † Eratis enim aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate: † fructus enim lucis est in omni bonitate, <sup>E</sup> iustitia, <sup>E</sup> veritate: † probantes quid sit beneplacitum Deo: † <sup>E</sup> nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. † Quæ enim in occulto sunt ab ipsis turpe est <sup>E</sup> dicere. † Omnia autem, quæ arguntur, à lumine manifestantur: omne enim quod manifestatur, lumen est. † Propter quod dicit: Surge qui dormis, <sup>E</sup> exurge à mortuis, <sup>E</sup> illuminabit te Christus. † Vide etiā fratres quomodo cause ambuletis: nō quasi insipientes, † sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. † Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. † Et nolite ineibriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, † loquentes vobis metipsis in psalmis, <sup>E</sup> hymnis, <sup>E</sup> canticis spiritualibus, cantantes <sup>E</sup> psallentes in cordibus vestris Domino, † gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo <sup>E</sup> Patri. † Subiecti in uicem in timore Christi. † Mulieres viris suis subdita sint, sicut Dominus: † quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesia: Ipse saluator corporis eius. † Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita <sup>E</sup> mulieres viris suis in omnibus. † Viri diligitte uxores vestras, sicut

**f**icut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, +  
ut illam sanctificaret, mundans lauacro aqua in verbo vita, +  
ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem macu-  
lam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & im-  
maculata. + Ita & viri debent diligere uxores suas ut corpora sua.  
Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. + Nemo enim unquam  
carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam, ficut & Chri-  
stus Ecclesiam: + quia membra sumus corporis eius, de carne eius &  
de ossibus eius. + Propter hoc relinquit homo patrem, & matrem,  
suam, & abdarebit uxori sua: & erunt duo in carne una. + Sa-  
cramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ec-  
clesia. + Verumtamen & vos singuli, unusquisque uxorem suam fi-  
cut seipsum diligit: uxor autem timeat virum suum.

26.

27.

F.

28.

29.

30.

31.

Gen.2. d. 22.  
Matt.19. a. 5.

32.

Marc.10. a. 7.  
1.Cor.6. d. 16.

33.

**E**stote imitatores Dei sicut filii carissimi. Hora tur Apostolus Ephesios, ut simili-  
mitatores Dei sicut filii carissimi, imitari autem est sequi, imitatio autem  
est quedam imaginatio, Verbi gratia quando discipulus conatur imita-  
ti magistrum in aliquo opere, quomodo ergo possumus imitari Deum omnipot-  
tentem, videamus, est ille sapiens, prudens, misericors, iustus, & verus, simus &  
nos secundum modulum nostrae capacitatatis sapientes, prudentes, simus iusti &  
veraces, simus & misericordes, diligentes amicos in Deum & inimicos propter  
Deum, sicut inquit filius carissimus imitatur bonum Patrem in omni conuer-  
tione morum, & lenitate mentis, atque honestate vitae, ita & vos imitamini Pa-  
trem vestrum Deum omnipotentem, secundum quod ipse vobis adiutorium  
bonae voluntatis, & operationis praestiterit. Patrem autem dico non per naturam,  
sed per adoptionem. Sequitur. *Et ambulate, id est, viuite, conuersamini & crescite  
in dilectione Dei & dilectione proximi, sicut & Christus dilexit nos & tradidit se metu-  
psum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Magna & inenarrabilis  
dilectio, ut unicus filius Dei semetipsum pro nobis traderet morti, Dominus pro  
seruis, creator pro creatura, sicut ergo iste pro nobis animam posuit, ita & nos si  
necessitas fuerit, pro eius nomine animas ponere debemus, & non solum pronomi-  
ne eius, sed etiam pro patribus nostris propter amorem nominis eius. Quod  
vero dicit Apostolus qui se tradidit in odorem suavitatis, licet legamus in Genesi,  
quod odoratus est Dominus odorem suavitatis in sacrificio, quod ei obtulit Noe,  
egressus de Arca, non debemus putare, quod omnipotens Deus, qui spiritus est,  
fumo, & odore carnium delectatur, sed odorem suavitatis debemus intelligere  
intentionem bonae voluntatis, & effectum mentis quibus Deus delectatur. Ita &  
in hoc loco Apostolus intentionem mentis, & effectum sincerissimae dilectionis,  
qua filius Dei nos dilexit. Odorem suavitatis appellat, quia multum in his delecta-  
tus est Deus Pater, & quasi multa aromata in conspectu eius effervescunt, ipse de-  
nique fuit oblatio, & hostia, ipse sacrificium, sacerdos, & sacrificator, quia se-  
metipsum obtulit Deo Patri in altari crucis, pro nobis forniciatio autem & omnis  
immunditia aut auaritia nec nomine nec in vobis sicut decet sanctos. Fornicatio dicitur  
a fornicibus, hoc est a locis lupana, ibus, & theatralibus, quae fornicibus, id est,  
arcibus sunt constructa, quae & arena nunc appellantur, in quibus erant mere-  
trices, cum quibus commiscabantur spuriissimi, quicq. Fornicari autem est cui puel-  
lis liberis, cujus viduis, nec dum sacratiss Deo, & cum masculis, atq; pecudibus coire, im-  
munditia. Omnis incontinencia ad libidinem pertinens, quocumq; modo fiat im-  
munditia, & impudicitia, atq; luxuria potest appellari. Avaritia in hoc loco dupliciter potest  
**A.**

B.

115.

z Cor. 7. v. 3.

z Cor. 15. v. 33.

C.

IV.

D.

v.

z Tim. 6. v. 20.

E.

v. I.

Iai. 66. v. 24.

intelligi, potest. siquidem pro amore pecuniarum accipi, potest & pro adulterio.  
**Quod alibi ab Apostolo negotium appellatur, ubi dicit viris & vxoribus nolite frequentare iuvicem neque circumueniat aliquis in negotio, id est, in adulterio fratrem suum, praecepit autem Apostolus, ut ista quae diximus, non solum sint in nobis sed nec nominentur, quia si fuerint, nominabuntur: si vero nominatae fepius fuerint, nisi pro ædificatione facilius inclinabitur animus ad ea: Corrumptunt enim mores honeste colloquia mala estote autem sicut decet sanctos. Quid decet sanctos? honestatem morum seruare & contuersationis, virtutes appetere, via cauere, Aut turpitude, turpitudo est, quando animus & motus carnis nostræ inflantur ad libidinem, sed plerumque propter timorem Dei, & timorem peccarum refrenantur, aut stultiloquium, stultiloquium est otiosus sermo, & nullius utilitatis, quando relictis proficuis & virilibus rebus, de inanibus & inutilibus tractatur, aut scurrilitas que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio, scurrilitas est iocularitas, quae risum solet mouere, hoc autem distat inter stultiloquium, & scurrilitatem, quia stultiloquium nullius utilitatis est, nihilque in se sapiens habet, scurrilitas vero plerumque ab ore sapientium procedit, & constat quadam urbanitate, ut illud Virgilii, qui Bauium non odit artet tua carmina Meui? atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Ceteraque talia, quae nil mali in se habent, nisi tantummodo, quae otiosa sunt, & ad rem perfectam non pertinent, sed magis subaudi gratiarum actio, id est, ideo proferuntur scurrilitates, ut gratiosus sit apud auditores prolator. Ideoque præcipit Apostolus ea cauere, quia de omnibus verbis otiosis reddituri sunt homines rationem. Potest & aliter intelligi, quod dicit; sed magis gratiarum actio: Non solum, inquit, non sint in vobis ista quae diximus, sed nec nominentur. Sed sit in vobis gratiarum actio, ut gratias Deo referatis in omnibus, quae agitis, & quae habetis, vel sitis vos gratos, & accepti Deo, & hominibus. Hoc autem sciente intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus (quod est Idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Superius iam diximus de his vitiis. Nunc videamus quare dicat auaritiam esse simulacrum seruitutem, in hoc ergo dicitur auaritia esse simulacrum seruitus, quia sicut ille seruit Diabolo, qui omnipotens Dei culturam, & religionem, quae illi foli conuenit, & singulare nomen, ut solus Deus vocetur, quantum in se est, illi offert, & dæmonibus impendit, ita & ille seruit Diabolo, qui dona omnipotentis Dei communia, quae omnibus hominibus communiter data sunt, in propriis sibi vsus male usurpat. Alter recte etiam auaritia idolatriæ comparatur, quia dum metallis auri, & argenti, de quibus simulacra fiunt, homines immoderate seruent, & denarios constituunt, in quibus sunt imagines Imperatorum, aurum, & argentum, pro Deo venerantur, quia serui sunt diuiniarum. Vel tertio modo auaritiam idolatriæ ideo comparauit, ut nil illis scelestius demonstraret, radix omnium malorum est auaritia & notandum, quia loquens de turpitudine, stultiloquio, & scurrilitate non subiunxit, quod talia facientes non sint possessuri regnum Christi, & Dei, sicut de fornicatione, immunditia, & auaritia. Quo facto ostendit quidem ille esse peccatum, ista vero maius, quod à regno Dei separant, regnum autem Christi, & Dei Patris dixit, quia sicut est substantia Patris, & filii, & spiritus sancti, ita una est potestas, una & æternitas unum regnum. Nemo vos seducat inanibus verbis: inania verba loquuntur, id est, quae nullius utilitatis sunt, qui dicunt apud inferos aliam peccatum non sustineri nisi conscientia propria torqueri, non attendentes, quod dicit Esaias in fine sui voluminis de reprobis, vermis eorum non morietur & ignis non extingueretur: erit enim ibi pena intrinsecus à conscientia propria, qua torquebuntur grauiter, erit & extrinsecus à vermis, & ignibus, à quibus cruciabuntur grauissime: inania etiam verba loquuntur & seductoria, qui dicunt: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, licet mala opera agat, quod omnino mendacissimum est. Propter hoc enim, id est, propter fornicationem immunditiam & auaritiam venit ira Dei in filios diffidentie sive diaboli, id est, in illos, qui perierunt in diluvio, & postmodum in Sodomis, aliisque ciuitatibus, illi quidem qui in diluvio perierunt, propterea, quia contra præceptum Dei plures uxores acceperunt, & car-**

& carnes comedenterunt, leuiori quodammodo poena perierunt quam Sodomitæ qui igne succensi sunt, quia non solum plures vxores acceperunt, sed insuper contra naturalem usum fornicabantur. Diabolus autem diffidentiae appellatur, quia homines diffidere & in desperationem cadere facit. Nolite ergo effici particeps eorum, id est, nolite illorum opera imitari, quia si fueritis socii in opere, eritis & in poena, Erat enim aliquando tenebra nunc aut lux in Domino, id est, eratis peccatores, & ignorantia Dei, antequam ad fidem veniretis, & filii diaboli, principis tenebrarum, modo estis iustificati per fidem, per baptismum, & filii Dei per adoptionem, qui dixit *Ego sum lux*<sup>Ioan. 3. 19.</sup> mundi quapropter ut filii lucis ambulare hoc est ut filii Dei viuite, & conuersemini sancte, & immaculatae, ambulantes de virtute in virtutem. Quanta distantia est inter lucem, & tenebras, tanta distantia est inter lumen fidei, & cognitionis Dei, bonorumq; operum, & inter tenebras infidelitatis, & ignorantiae atque peccati: *fructus enim lucis est, i.e. operatio bonorum conuersationis, & fidei est in omni honestate & iustitia & reverentia, vi qui fidem habet, lumenque cognitionis Dei viuere opera bona fecerit, iuste viuat, veraq; loquatur ad proximum attendens quod subdit* Apostolus, probantes quid sit beneplacitum Deo, sicuti trapezita, id est, Monetarius probat metalla ponderare, puritate, & tinnitu, ita debemus nos nostra opera probare. Debemus illa probare pondere, considerantes quanta, & quam magna sint: puritate, utrum puro & simplici animo, bonaq; intentione fiant: tinnitu, utrum bonam famam de se reddant. Omnia subaudi opera, quae arguuntur, id est, quae reprehenduntur a bonis, & sanctis hominibus, in malis a lumine, id est, ab illis, qui filii lucis sunt, manifestantur non esse bona. Quamdiu enim mala opera non reprehenduntur a bonis, videntur esse bona malis. Cum vero boni cœperint ea reprehendere, ostenduntur non esse bona: *Omne enim quod manifestatur lumen est, id est, omne malum opus, quod manifestatur per confessionem, siue per penitentiam lumen est, id est, lumen incipit iam esse quia bonum est, ut peccata per confessionem, & penitentiam manifestentur.* Propter quod dicit, quis est, qui dicit hoc? Dicit beatus Hieronymus quia neque in veteri testamento, neque in Euangeliō iste versiculus inueniri potest, nisi tantummodo isto in loco, nisi ab hoc loco exempli causa sit alibi positus a Doctoribus. Sed dum dicaret Apostolus hanc Epistolam, subito spiritus per eum locutus est, hoc, sicut & alia multa. Ideoq; ait propter quod, id est, quia omne quod manifestatur per confessionem, iam incipit lumen esse, dicit spiritus sanctus subaudi per me, surge qui dormis & exurge amor tuus & illuminabit te Christus dormire dicitur & mortuus esse, qui in peccato iacet quia anima, quae peccauerit, ipsa morietur. Surge, inquit, de vitiis ad virtutes qui dormis modo in peccatis, & exurge a mortuis ad vitam, de peccato ad bona opera, & præbebit tibi Christus lumen fidei, & cognitionis suum, lumenque bonorum operationis.

Videte quomodo caute ambuletis non quasi insipientes, sed ut sapientes. Alloquitur Apostolus Ephesios, & in illis omnes homines, hortaturq; ut caute & considerate viuant, sicut sapientes, & non sicut insipientes. Fratres autem illos vocat in fide, in societate dilectionis: quia unum Patrem Deum omnipotentem omnes habemus, non per naturam sed per adoptionem: Videte fratres, id est, considerate quomodo caute & obseruatæ ambuletis, viuatis, conuersemini in medio nationis prauorum & peruersorum: non quasi insipientes, id est, infideles qui non habent sapientiam veram Christum in se habitantem, sed ut sapientes, id est, fideles, qui sapientiam substantialiem in vos habetis. Quanta enim distantia est inter tenebras, & lumen, inter fidelem & infidelem, tanta distantia est inter insipientem & sapientem: quia lumen & sapientia non potest esse in eo, nisi fidem omnipotentis Dei habeat, redimentes tempus quoniam dies malis sunt. Quomodo est tempus malum, quod secundum dispositionem Dei semper voluitur mensibus, diebus, & noctibus, horis, momentis que currentibus? Sicut ergo dicitur mala esse domus, quae malos habitatores habet, ita dicuntur mali dies, in quibus mala fiunt a malis hominibus. Quid est quod dicit redimentes tempus, id est, vestrum, illud facite. Verbi gratia.

Alii

VII.  
VIII.F.  
IX.G.  
XIV.

XV.

H.

Alii vendunt illud mala operando, ad malum suum, vos redimite illud vobis talia opera faciendo, pro quibus remunerationem capiatis. Quicumque enim hoc facit quod sibi vtile est sibi redimit tempus & acquirit quia suam illud facit & in suam salutem occupat. Propterea subaudi quia dies mali sunt *nolite fieri imprudentes sed intelligentes quae sit voluntas Dei*, Prudens homo dicitur, quasi porro videns, quia longe considerans, quem finem sua opera habitura sint, & quis sit, quid debet appetere, & quid vitare, & qui considerat etiam quae placeant, aut quae displiceant Deo. Econtra ille, qui inconsiderate, & improuide omnia agit, & qui non considerat ad quem finem opera sua deducat, & quid placeat voluntati Dei, appellatur imprudens & stultus. Vnde dicit Apostolus propter ea inquietus quia dies mali sunt in quibus multa mala fiunt, nolite fieri imprudentes, siue inconsiderati, sed estote intelligentes, quae sit voluntas Dei, id est, quid placeat Deo, & in quibus operibus voluntas Dei impleatur. *Et nolite inebrari vino in qua est luxuria sed implemini subaudi spiritu sancto*, per luxuriam debemus intelligere omnia vita, quae per ebrietatem solent euenire, quia ut quidam Doctor dicit, ebrietas nullum vitium excusat. Sed hoc notandum est, quia sicut illi qui replentur vino, replentur inuercundia, impatientia, luxuria, impudicitia, superbia, ceterisq; vitiis, ita illi, qui replentur spiritu sancto, replentur castitate, humilitate, mansuetudine, ceterisq; virtutibus, *loquentes vobis metipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus*. Nobis metipsis loquimur, quando alternatim canimus, psalmos, psalmi dicuntur à psallendo, qui in psalterio inueniuntur, Hymnus Græcè, Latino eloquio sonat laus Dei, Hymnus autem si componitur, & non cantatur, non est Hymnus, si componitur & contatur, sed non in laudem Dei, non est Hymnus, si verò Companitur, & cantatur in laude Dei, tunc est Hymnus. Hymnos autem Latinos Ambrosius, & Hilarius clarissimi viri composuerunt, præcipue bene autem cum dixit canticis subiunxit spiritualibus, quia sunt cantica, quae non sunt spiritualia, neq; in laudem Dei cantantur, sicut sunt cantica sæcularium hominum. Cantica autem spiritualia sunt quae composuerunt Prophetæ spiritu sancto afflati, & repleri, ut sunt cantica Moysi, canticum Annæ, canticum Debboræ, canticum Esaïæ, canticum Ezechiae, ceterorumq; Prophetarum. Hac vera distat inter canticum & psalmū, quia canticum ore solummodo profertur, & decantatur, Psalmus autem addito quadam instrumento musicæ artis, id est, psalterio, Cantantes, & psallentes in cordibus vestris, quia multi sunt, qui cantant ore, quorum mens non concordat voci, & qui magis attendunt sonoritatem vocis, ut auditq;ibus placeant, quam considerent mente, quid dicant illi verò cantant in corde, quorum mens concordat voci, iuxta illud beati Benedicti: sic stenus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ, *gratias agentes Deo semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri*. Pro omnibus beneficiis nobis à Deo graris datis, vel pro omnibus prosperis, & aduersis debemus semper gratias referre Deo, & Patri, qui omni creaturæ est Deus Pater, id est, creator, & factor. Et quomodo? in nomine Domini nostri Iesu Christi dicentes, gratias tibi referimus Domine sancte Pater, qui nos per filium tuum fecisti, & redemisti, & viam coelestis Patriæ aperuisti, & ideo in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias referre debemus Deo Patri, quia per illum qui mediator noster est, preces & sacrificia nostra offerimus, & transmitemus ad Deum Patrem, dicentes. Suscipe Deus preces populi tui, per Dominum nostrum Iesum Christum subiecti iniicem in timore Christi, sicut auditores, & subiecti, suis Prælatis subditi sunt causa obedientia, sic debent etiam Prælati humiliare se erga subiectos, in quantum vident illos æquales sibi in virtutibus, & viræ meritis. In quantum autem viderint eos erigi in superbiam contra se, & virtus lectari debent officium suæ præpositoræ ostendere, & fortiter redarguere & increpare. Quod probari potest ex factis Apostoli Petri, qui cum vidisset Cornelium centurionem cum omni domo sua humiliter se velle adorare, è contra ille humiliauit se illi dicens, *Surge, nam & ego homo sum*. Vbi autem vidit Ananiam & Saphyram à via rectitudinis recedere, & vitiis subiacere, potentiam sui officii, & præpositoræ ostendit fulo.

dit solo verbo illos interficiens, sed ista omnia *in timore Christi* sunt agenda, id est, pro amore Dei, non causa adulationis, neque causa patrocinationis, quod quidam faciunt ut possint inuenire gratiam Praelati, & liberius, vt eos delectent, operatur. *Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret*, sicut Christus dilexit sponsam suam Ecclesiam in tantum, vt se ipsum traderet pro ea, id est, sanctam ficeret per fidem suam, per baptismi sacramentum per remissionem peccatorum ita & vir debet diligere vxorem suam, & castam custodire, vt sit sancta, & si necessitas euenirit, debet pro illa animam suam ponere. Sequitur ergo, de ecclesia, *mundans eam lauacro aqua*, id est, lauacro baptismatis *in verbo vita*, id est, in sanctificatione nominis sui, per quam sanctificationem accipit homo vitam aeternam, post abrenuntiationem enim Diaboli sanctificat illum sacerdos, dicens, baptizo te in nomine Patris, & filii, & spiritus sancti, & quare hoc fecit Christus? Quare mundauit eam, & quare mundat quotidie in lauacro baptismi per inuocationem sui nominis? *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam peccati aut rugam duplicitatis in mente aut aliquid huiusmodi*, id est, aliquid vitii, *sed ut sit sancta & immaculata*. In praesenti quidem saeculo uno modo potest dici esse Ecclesia gloria, videlicet quia Reges & Principes huius saeculi habet subiectos, & continhet in se diuersos ordines, & gradus. Tamen sine macula peccati & ruga non potest, quia multi sunt in ea poenitentes, & *si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus* <sup>1. Ioan. 1. v. 8.</sup> & *veritas in nobis non est*. Non est enim homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Quapropter melius est, vt referamus haec verba ad generalem resurrectionem, quando erit gloria, quia fulgebit sicut sol in regno Patris sui, & erit sine macula peccati, & sine ruga duplicitatis, qui incorruptibilis erit in corpore, & incommutabilis in anima. Per hoc etiam quod dicit sine macula, & ruga, ostendit ecclesiam vestimentum esse Christi iuxta quod ei Deus Pater dicit per Prophetam: *viuo ego dicit Dominus quia omnibus his velut vestimentum vestieris, vestimentum enim quoddam solet habere maculas, & quasdam notas ex aliqua tinctione, & sol et esse rugatum*, id est, plicatum, & duplicatum per loca. Et est aliud vestimentum quod neque maculam, neque rugam habet, vt est linteum bene extensum, post resurrectionem siquidem erit Ecclesia sine macula, & ruga, quia erit sine peccato, & extensa in contemplationem omnipotentis Dei sicut linteum. *Nemo carnem suam odio habuit sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiam*. Hoc dupliciter intelligi potest, & est sensus, sicut carnem suam nemo odio habet, sic etiam suam vxorem non debet odio habere, quia de corpore eius est facta: Aliter carnem posuit hic pro vxore, quae est ex viri corpore sumpta. Nemo inquit carnem suam odio habuit, id est, nemo vxorem suam odio habere debet sed debet illam nutritre, & fouere, sicut Christus tam corporaliter, quam spiritualiter fouet & nutrit Ecclesiam, *membra sumus corporis eius*, sicut generaliter omnis Ecclesia corpus est Christi, ita singuli electorū membra sunt corporis eius, id est, membra ecclesie, non illius corporis membra sumus, quod ipse assumpsit in utero virginali, sed membra ecclesie, que est corp<sup>9</sup> eius. Aliud est enim in Ecclesia oculus, sicut qlibet prædicator, aliis auris, vt bonus auditor, aliis manus qui est eleemosynarius, aliis pes, qui curam infirmorum & mortuorum gerit de carne corporis eius de ossibus eius sumus nos: dupli intelligentia accipi potest, de carne, & de ossibus eius sumus, quia sicut nos constamus ex carne & ossibus, ita & ille verum corpus habet ex carne, & ossibus. Vel aliter in ecclesia sunt fontes in fide, in opere, in prædicatione, qui designantur per ossa, vt fuerunt Apostoli, Martyres, & modo sunt Episcopi, & Praelati, & sunt infirmi, qui designantur per carnem, & qui indigent sustentari a fortibus, sicuti caro ab ossibus, qui fortes infirmi sicuti membra eius Dominus, ita etiam recte ossa & caro illius appellantur, Propter hoc, id est, propter hanc dilectionem, quam debet habere vir cum uxore relinques hominem & Matrem suam & adharet uxori sue & erunt duo in carne una. Quantum ad litteram pertinet, ita sit, relinquimus hominem Patrem & Matrem, & coniungit se suæ uxori, & sunt duo in carne

L  
xxv.  
xxvi.

xxvii.

M

xxix.

xxx.

xxxii.  
O.

354  
in carne vna, id est, de vna carne, vel etiā in illa coniunctione concubitus, quando simul miscentur, in carne vna sunt. Spiritualiter autem potest referri ad Christum, & ad Ecclesiam, qui propter dilectionem Ecclesie reliquit Deum Patrem per hoc quod non in forma diuinitatis, qua æqualis est Patri, apparuit, sed semet ipsum exinanivit & adhæsit uxori suæ sanctæ Ecclesie per dilectionem, & per carnem, quam assumpsit, & sunt modo duo Christus & Ecclesia in carne vna, quia de vna carne sunt, & Christus est verus homo per se, verum corpus habens, & Ecclesia similiter. Hoc autem primus vates Adam de Christo & Ecclesia p. ophe. auit, *sacramentum hoc subaudi quod dixi modo, magnum est*, sunt sacramenta maiora sunt & minora. Ut ergo ostenderet Apostolus tam secundum litteram, quam secundum spiritualem intelligentiam hæc debere intelligi, ideo subiunxit sacramentum siue mysterium hoc ego quod dixi, propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem & cætera, magnum est, quia pertinet ad Christum & Ecclesiam unde etiam subdit, *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia subaudi illud esse compertum.*

## CAPT VI.

Fili parentibus, seruique dominis obediant: rursumq; parentes erga filios, & Domini erga seruos sui memores sint officii: monet Dei armaturam, cuius partes explicat, induendam, ad resistendum spiritualibus inimicis, petens etiam ut pro se orient.

1. *Iij, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. ¶ Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: ¶ ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. ¶ Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini. ¶ Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: ¶ non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, ¶ cum bona voluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus: ¶ scientes quoniam unusquisque, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. ¶ Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum, & uester Dominus est in cœlis: ¶ & personarum acceptio non est apud eum. ¶ De cetero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. ¶ Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. ¶ quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia, in cœlestibus. ¶ Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. ¶ State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induit lorica iustitia, & calceati pedes in preparacione Euangelii pacis: ¶ in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela*
2. *Col. 3. d. 2a.*  
3.  
4.  
Exod. 20 c. 4.  
Deut. 5. c. 16.  
Eccl. 3. b. 9.  
Matt. 15. a. 4.  
Marc. 7. b. 10.  
5.  
6.  
7.  
8.  
Tit. s.c. 6.  
1. Pet. 2. c. 12.  
9.  
Deut. 10. d. 17.  
2. Par. 19. c. 7.  
Iob 3. 4. b. 19.  
10.  
Sap. 6. b. 8.  
11.  
12.  
Eccl. 35. b. 16.  
Rom. 2. b. 11.  
Col. 3. d. 15.  
13.  
C.  
Acto. 10. c. 34.  
1. Pet. 1. c. 17.  
14.  
15.  
16.

tela nequissimi ignea extinguere: + **E**galeam salutis assumite: **E**gladium spiritus, ( quod est verbum Dei ) + per omnem orationem. **E**obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: **E** in ipso - vi-  
gilantes in omni instantia, **E** obsecratione pro omnibus sanctis: **i. Thess. 5.**  
**E**+ pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fidu-  
cia, nostrum facere mysterium Euangeli: + pro quo legitime fungor  
in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me, loqui. + **V**t au-  
tem **E** vos sciatis quae circa me sunt, quid agam: omnia vobis no-  
ra faciet **T**ythicus, charissimus frater, **E**fidelis minister in Do-  
mino: + quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quae circa nos  
sunt, **E** consoletur corda vestra. + **P**ax fratribus, **E**charitas cum  
fide, à Deo Patre, **E** Domino Iesu Christo. + **E**t gratia cum omni-  
bus, qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorru-  
ptione. Amen.

**D**e cetero fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Post spe-  
cialia præcepta quibus admonuit Apostolus viros, & mulieres, Patres & fi-  
lios, dominos & seruos, subiunxit ista generalia, non solum ad Ephesios, qui-  
bus mittebat hanc Epistolam, sed ad omnem sexum, & ad omnem conditionem,  
& dixit de cetero, id est, deinceps, & præter illa, quæ superius diximus, fratres mei in  
fide, & dilectione, & quivnum Patrem Deum omnipotentem habemus, confor-  
tamini in Domino, in fide illius, & in potentia virtutis eius. Nolite confidere in ve-  
stra fortitudine, neque in meritis vestris, neque in potentia Principum huius seculi,  
sed in Domino, & in potentia virtutis eius confortamini. *Induite armaturam Dei*  
*ut possitis stare aduersus insidias diaboli* in hoc nomine quod est armatura, compre-  
henduntur omnia vasa bellica, lorica, videlicet, galea, scutum, lancea, tela, cætera-  
que instrumenta armorum. Spiritualiter autem quid debethus intelligere per ar-  
maturam Dei? Dominum Iesum Christum, cuius protectione defenduntur o-  
mnes electi, & quem induxit, iuxta quod idem Apostolus alias dicit. *Quotquot in*  
*Christo baptizati estis, Christum induistis* tunc enim induunt electi Christum, quando  
virtutes quæ in Christo sunt, per adiutorium illius assumunt. Quod ergo dicit in-  
duite armaturam Dei, tale est ac si diceret, induite Dominum Iesum Christum, id  
est, omnes virtutes, quas scitis in illo esse, in vobis assumite verbi gratia, est ille iu-  
stus, verus, patiens, castus, mansuetus, appellatur agnus & leo & vitulus. Induite vos  
iustitiam, veritatem, patientiam, charitatem, castitatem, mansuetudinem, estote  
agnus, id est, mites, leo, fortes in fide, in bono opere, & contra diabolum, estote &  
vitulus mortificantes vosmetipso cum vitijs, & concupiscentijs, ut possitis stare  
aduersus insidias diaboli, multis modis insidiatur nobis diabolus, denique insidiat-  
ur nobis per malas suggestiones, insidiatur per vitia carnis nostræ, & incensiua ma-  
larum delectationum, insidiatur per ministros suos, per hereticos, videlicet & fal-  
sos fratres, atque paganos, sed contra has omnes debemus nos viriliter pugnare, ne  
possimus superari. Poterat aliquis dicere ô Apostole, quare præcipis nos omnes  
armaturam Dei induere? Ad hæc ille subiunxit. *Quia non est nobis inquiens collucta-*  
*tio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Potestates, aduersus mundi re-*  
*ctores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in cœlestibus.* Carnem & sanguine,  
appellat in hoc loco Apostolus homines, qui constant ex carne, & sanguine,  
à quibus plerumque suadente diabolo impugnamur, & dicit; *Quia non est nobis*  
*colluctatio, id est, pugna aduersus illos solummodo, sed aduersus dæmones, qui*

Hh princi-

17.  
Ia. 59. d.  
17.18.  
D.  
b. 8.19.  
Col. 4.2.220.  
2. Thess.  
3. art. 2.

21.

22.  
23.  
24.xi.  
A.

xi.

Gal. 3. p. 57

B.

xii.

principantur malis hominibus, & potestatem exercendo super illos, regunt illos potius ad malum, quam ad bonum, ipsique appellantur spiritualia subaudi dæmonia nequitæ, hoc est malitia qui morantur in hoc aere. Cœlum denique appellatur aer in scripturis sacris, vnde & aues cœli dicuntur. Qui ut Philosophi dixerunt, & vt doctores etiam nostri opinantur, ita plenus est dæmonibus, & malignis spiritibus, sicuti radius solis minutissimis puluisculis: contra hos ergo pugnandum est nobis potius, quam contra homines, constantes ex carne & sanguine, quia quicquid mali contra homines machinantur, ab illis ei suggeritur, & si superauerimus illos, qui sunt Principes malitiae, & quorum instinctu virtus carnis nostræ contra nos fœtiunt, tunc facile superare poterimus omnes ministros illius, verbi gratia, sicut superato Principe, exercitus facile fugatur; Quod probari potest ex libro Iudith, quo narrante discimus, quia Holoferne Principe militiæ interempto multitudo exercituum in fugam versa, & à Iudeis facilissime est superata. Sed querendum est, quomodo pugnare possimus contra dæmones, qui Spiritus sunt. Nam omnibus paret, contra spiritum armis materialibus non posse pugnare. Quapropter, quia spiritus sunt; & invisibles, necesse est vt armæ spiritualia afflumentur, virtutes videlicet supra memoratæ & decerteremus eo modo, quo legimus Iacob luctatum esse cum Angelo orando, iejunando, vigilando, cæterisque bonis operibus insistendo. Ut sicut ille theruit ab Angelo Sancto benedici, cum quo luctabatur, orando ita & nos superato diabolo à Domino benedici mereamur. Cæterum queri potest, vbi acceperit Apostolus, vt dæmones & malignos Spiritus principes, & potestates ac rectores tenebrarum harum appellaret, id est, hominum infidelium, Deum ignorantium, & peccatorum. De quorum numero fuerant illi quondam, qui

*Sep. c. 5. v.  
2.* dicebat *fuiſtis aliquando tenebrae*, id est, infideles, Deum ignorantes & peccatores, ad quod dicendum, quia ex libro Danielis illud accepit, vbi legitur, Princeps Graecorum & Princeps Persarum. Ex libro quoque Ezechielis, vbi

*D.* *Ezech. 28.* dicitur ad Principem Tyri, *tu signaculum similitudinis in Paradiso Dei fuisti*, & cætera quæ ibi dicuntur de hoc & de Principibus aliarum gentium Aegyptiorum, videlicet Assyriorum, Idumæorum. Nam Principes illi dæmones intelliguntur illis gentibus præpositi, sicut enim vnuquisque fidelium habet sibi bonum Angelum delegatum ad custodiam suam, ita & Pagani habent malos, qui eis principiantur permissione Dei, & sicut Michael præpositus est genti Iudeorum,

*Dan. 22. v.  
22.* de quo dicitur, *& nemo est mihi adiutor nisi Michael princeps uester*, ita habent & gentes in infidelitate manentes malos principes. Dicamus & altius Apostolus repletus est gratia Dei, cognovit per Spiritum Sanctum, quia sicut boni reges Israelitarum significabant DOMINVM IESVM CHRISTVM, & Principes, qui sunt in Ecclesia, verbi gratia. Qualis fuit David, qui interpretatur manu fortis, siue desiderabilis, alijque quamplurimi, & sicut populus Israel significabat populum credentium, qui sunt Israelitæ, ita mali Reges & Principes cum suis gentibus, qui contra populum Dei pugnabant, vt fuerunt Reges Israelitarum & Idumæorum, atque Philistinorum, significabant dæmones, qui principiantur paganis, & hæreticis, qui Ecclesiam Dei semper impugnant.

*xiii.* Propterea subaudi, quia colluctatio est vobis aduersus principes, & potestates accipite armaturam Dei illam, de qua supradiximus, id est, omnes virtutes, ut possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare, id est, in omnibus prosperis, & aduersis perseverare, firmi & in fide, bonisque operibus. Diem malum appellat præsens tempus, non quod per se sit malum, sed quia multa mala in eo fiant, vel etiam diem malum dicit diem iudicij, in quo omnes mali damnabuntur.

*xiv.  
E.* State ergo succincti lumbos uestros in veritate. Lumbos succingimus cum luxuriam refrenamus. State, inquit, in fide, in bono opere, & restringite lumbos à luxuria, vbi maxime viget, & in veritate, hoc facite non in mendacio, neque per hypocrisim, neque vt laudem hominum capiatis, vel in veritate dicit, quasi pro amore nominis CHRISTI, qui est veritas. Induite lo-

niam

ritam iustitiae, recte iustitia lorice comparatur, quia sicut lorica multis circulis contextitur, ita iustitia multis virtutibus constat. Aliter iustitia etenim bene lorice potest comparari, quia sicut lorica pectus munit, ventrem stringit, secura protegit, ita iustitia superflue cogitationes, quae in pectore versare solent repellit, angulue ventris restringit, luxuriam quoque comprimit, & calciati pedes, subaudiunt vobis in preparationem Euangeli pacis. Et tunc sensus sicuti ille qui calciatos habet pedes, serpentes spernit, spinas, omnemque asperitatem via pro nihilo dicit, ita & vos diabolum serpentem antiquum, spinas quoque, id est, pugnations passionum omnemq; asperitatem huius vitae contemnere & liberi ad prædicationem Euangeli incedite. Aliter per calciamenta quæ ex mortuis animantibus fiunt, debemus intelligere dicta, & exempla sanctorum patrum, vel præcedentium, Calciatos ergo pedes habemus cum dictis & exemplis præcedentium, patrum munitione, securi ad prædicandum Euangeli pacis accedimus. Euangeli autem pacis dicitur, quia ibi continetur pax quam Christus Apostolis commendauit, & in Apostolis omnibus fidelibus. Vel etiam quia per obseruantiam Euangeli meremur reconciliari Deo, in omnibus, subaudi prælijs, & certaminibus, sumentes scutum fidei in quo possumus omnia tela nequissimi ignea extinguerat. Quicquid missile est, vel iacit telum potest appellari, proprietamen illud quod in longum protenditur, ut lancea. Nam Telon dicunt Græci longum, unde mustela dicitur mus longus. Sic ut ergo scutum secundum protegit, & tela repellit, ita fides hominem munit, & à diaboli iaculis & infestationibus defendit: illa tamen quæ fuerit bonis operibus adornata, tela autem diaboli ignea appellat suggestionem prauam, qua nos incendit ad mala opera agenda, & quæ extinguitur per virtutem fidei. Et galeam salutis assumite. Galea in capite ponitur, omnesque corporis sensus munit, & protegit, visum videlicet in oculis, audiendum in auribus, gustum in ore, olfactum in naribus, tactum in toto capite. Quid debemus ergo intelligere per galeam, quæ vt diximus omnes sensus corporis protegit? Domum Iesum Christum, & protectionem illius, per caput vero mentem, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur: Ponamus igitur galeam in capite, id est, protectionem Christi recondamus in secreto mentis nostræ, habentes in illo fiduciam, non in nobis ipsis, & ipse tuebitur omnes sensus nostros, ne à diabolo hoste antiquo possint vulnerari. Et gladium spiritus quod est verbum Dei subaudi assümite Gladius spiritus sancti intelligitur verbum Dei, vt Apostolus ait, id est, doctrina & scientia diuinarum scripturarum, quæ per Spiritum sanctum nobis tribuitur. Idcirco autem gladius appellatur, quia sicut gladio fugantur hostes, ita per cognitionem diuinarum scripturarum possumus fugare omnes infidias, & omnia machinamenta diaboli, appetendo illa quæ scriptura sacra docet, & vitando quæ prohibet, & non solum dæmones per eius cognitionem & adiutorium Dei possumus superare, sed etiam auctoritate illius hæreticos conuincere, & errorum illorum destruere. *Gratia*, id est, fides & remissio peccatorum sit vobis in incorruptionem, id est, in integritate, cum omnibus qui diligunt Dominum Iesum Christum, vel aliter, *gratia*, id est, fides & remissio peccatorum societas æterna sit vobis cum omnibus, sanctis in incorruptionem, hoc est in resurrectione generali, ubi accipient omnes electi incorruptionem & immortalitatem & incommutabilitatem in anima, fulgentes sicut sol in regno Patris, cum quo felices in sæcula sæculorum manebunt. Explicit Epistola ad Ephesios. Incipit Epistola ad Philippienses.

Philippienses sunt Macedones, id est, Græci. Græcia enim à diuersis Regibus diuer-  
ta nomina sortita est, vocatur enim Macedonia à Macedone Rege, & Ema-  
thia ab Ematho, Iesalia à Iesale, generaliter omnis terra Græcorum Græcia  
vocatur à Græco Rege ut seruius dicit. Philippienses postquam acceperunt  
verbum prædicationis ab Apostolo, firmissimi in fide fuerunt, nec receperunt  
falsos Apostolos, sicut in argumento ostenditur.

F.  
xvi.

xvii.

G.

xxiv.

# EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

## C A P V T I.

Ex magno affectu quem habet erga Philippenses, manifestat eis quod pressuræ suæ in maiorem & uangelij fructum cesserint: quam utilitatem si non spectaret, omnino dissolui cuperet & esse cum Christo: eosque adhortatur ut digne ad Christi Euangeliū conuersentur, dicens quod pro ipso iam afflictiones sustinuerint.

1. **D**VLVS & Timotheus, serui Iesu Christi, omnibus  
 A. sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Epi-  
 2. scopis, & diaconibus. + Gratia vobis & pax à Deo  
 3. Patre nostro, & Domino Iesu Christo. + Gratias a-  
 4. go Deo meo in omni memoria vestri, + semper in cun-  
 5. etis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio depreca-  
 6. tionem faciens, + super communicacione vestra in Euangeliō  
 Christi à prima die usque nunc. + Confidens hoc ipsum, quia qui  
 7. cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Je-  
 B. su. + Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod  
 habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, &  
 confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse.  
 8. + Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in  
 9. visceribus Iesu Christi. + Et hoc oro ut charitas vestra magis ac  
 10. magis abundet in scientia, & in omni sensu: + ut probetis potio-  
 11. ra, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, + repleti fructu iu-  
 12. stitia per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei. + Scire au-  
 13. tem vos volo fratres, quia que circa me sunt, magis ad profectum  
 14. venerunt Euangelij: + ita ut vincula mea manifesta fierent in  
 Christo in omni prætorio, & in ceteris omnibus; + & plures è fratri-  
 15. bus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent  
 sine timore verbum Dei loqui. + Quidam quidem & propter in-  
 16. uidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam volun-  
 tatem Christum prædicant, + quidam ex charitate scientes quo-  
 niam in defensionem Euangelij positus sum. + Quidam autem ex  
 17. contentione Christum annunciant non sincere, existimantes pref-  
 suram

suram se suscitare vinculis meis. + Quid enim Dum omnimodo,  
 siue per occasionem, siue per veritatem, Christus annuncietur, &  
 in hoc gaudeo, sed & gaudebo. + Scio enim quia hoc mihi proue-  
 niet ad salutem, per vestram orationem, & subministratio-  
 nem Spiritus Iesu Christi, + secundum expectationem & spem  
 meam, quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper,  
 & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, si-  
 ue per mortem. + Mibi enim vivere Christus est, & mori lucrum,  
 Quod + si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eli-  
 gam ignoro. + Coarctor autem è duobus: desiderium habens dis-  
 solui, & esse cum Christo, multo magis melius: + permanere au-  
 tem in carne, necessarium propter vos. + Et hoc confidens scio quia  
 manebo, & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum, &  
 gaudium fidei: + ut gratulatio vestra abunderet in Christo Iesu in  
 me, per meum aduentum iterum ad vos. + Tantum digne Eu-  
 angelio Christi conuersamini: ut siue cum venero, & videro  
 vos, siue absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu un-  
 animes, collaborantes fidici Euangeli: + & in nullo terreamini ab  
 aduersariis: quia illis est causa perditionis, vobis autem salutis, &  
 hoc à Deo: + quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in  
 eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini: + idem certamen  
 habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

Eph. 4. 1.  
Col. 1. b. 10  
1. Thess. 3. 1.  
c. 12.

**P**aibus. Quare posuit nomen suum in primordio Epistolæ: Ut maioris auctoritatis esset Epistola: sic namque soliti sunt agere Reges, & Principes. Quare non seruauit nomen suum ponendo nomen Apostolatus sui in Epistola hac, sicut in omnibus alijs præter in illa ad Romanos, in qua ideo prætermisit, ne vtilitas lectionis differretur. Philippenses ergo vt diximus, postquam per illum ctediderunt, non dubitauerunt, quin ipse esset Apostolus, & Magister gentium. Ideoque fuit necesse, vt eis scribens, Apostolum se nominaret. Corinthij vero seducti à falsis Apostolis, recesserunt à fide, & dubitauerunt non esse illum Apostolum à Deo electum, & misum, dicentes vere Paulus non vidit Christum in carne, eius doctrina non est vera ad quos necesse duxit se Apostolum nominare, inquiens *Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM & Deum Patrem.* Sciendum etiam Beato Paulo reuelatum esse per visum, quod Philippensis verbū Dei deberet prædicare. Nam apparuit ei sicut in astibus Apostolorum habetur, *vir Macedo, deprecans eum dicen transiens in Macedoniam adiuua nos,* quia Angelus fuisse creditur illi genti præpositus à Deo, & Timotheus. Quare interponebat nomina discipulorum in Epistolis suis: vt maioris auctoritatis essent, secundum, quod Dominus dixit in ore duorum vel trium testimoniū sit omne verbum, ne aliquis diceret, quia vnius mendacio ista excogitata sunt, vel etiam complebat ipse Apostolus, quod docebat dicens; *Si cui reuelatum fuerit sedenti aliquid prior taceat.* Nam quando dictabat Epistolas, omnes discipuli eius aderant, & alicui illorum alia reuelata in Cor. 14. essent, quæ ipse non dicebat, aut aliter quam dicebat, quia idem Spiritus Sanctus

Hh 3 etus

- B. *Cetus erat in Discipulis, qui & in Magistro; sicuti ab illo dicebatur ita ponebat ille in ordinem non inuidens bonus Magister suis Discipulis, est insuper nomen illius in exordio cum suo, quia partem ibi habebat. Ut seruus, sicuti gloriabitur aliquis consulum, seruum se esse Imperatoris, & ut eius Epistola firmior esset, dicebat Andromachus seruus Octiani, ita & Apostolus omnibus Sanctis, id est, omnibus sanctificatis in baptismate & in ea sanctitate manentibus. Quis sunt Philippis cum Episcopis, id est, cum Presbyteris, quia una Civitas non potest habere plures Episcopos. Philippis autem Civitas est Graeciae quam edificauit Philippus Pater adoptivus Alexandri, vocans eam à nomine suo Philippis, & Diaconibus, id est, salus & remissio peccatorum gratias ago Deo in omni memoria vestri, id est, memor vestri & fidei vestrae in qua solide permanetis, gratias reddo Deo, vel memor vestri semper in meis orationibus, gratias ago illi, qui semper vos confirmat in fide cum gaudio subaudi spirituali, deprecationem faciens, subaudi non cum moerore, pro his qui in fide perseverant, & fidem quam tenent, bonis operibus exhortant, non est necesse cum moerore orare, sed gratias Deo reddere, pro his vero qui labuntur, cum gemitu & moerore est orandum super communicatione vestra, id est, de communione, quam habetis nobiscum, vel quia recepistis Euangelium & participastis fidei eius, vel etiam de communione, & participatione, qua nobis participastis in prædicatione, quia prædicatis iam sicut & nos; A prima die, id est, a primordio fidei, quia qui caput in vobis opus bonum, id est, Christus, qui dedit in vobis initium fidei, & bonæ conuersationis, dabit & perseverantiam usque in diem mortis vestrae, id est, usque ad diem iudicij per successionem; Sicut est mihi iustum, id est, mihi iustum est, hoc intelligere de vobis, quia permanebitis in fide Christi, & ideo debeo gaudere hoc sentire, id est, intelligere, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis, subaudi vestri reminiscor, in defensione & confirmatione Euangeli. Quomodo defendebat, & confirmabat Euangelium? multis modis, videlicet, recte credendo, iuste viuendo, bene docendo defendebat, & confirmabat sanctam esse doctrinam Euangeli, vcl dum ei dicebat Nero, nega Christum, & abiice doctrinam istam, erisque florens magno honore in palatio meo. Et ille magis eligebat ab illo flagellari, & in vinculis astringi, quam ei assentire, tunc defendebat Euangelium. Quia videntes alii hoc dicebant vere, nisi esset doctrina ista vera, & nisi esset Christus verus filius Dei, nequaquam Paulus talia pro eius nomine sustineret. Socios gaudy mei, id est, remunerationis æternæ vitæ, omnes vos esse, subaudi volo, & quia poterat quis dicere, vere Paulus circumitor mundi, verbosus est, neque diligit nos, vt dicit. Ad hæc ille: Testis enim est mihi Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi: viscera dicuntur filii & viscus dicitur, quicquid intra corium est.*
- C. *D. Ideo duobus modis intelligitur. Cupio inquit, omnes vos filios esse Dei, vel cupio vt ipse sit templum nostrum, & vos communicantes corpori & sanguini illius, maneat in illo, & hoc oportet ut charitas vestra magis ac magis abundet, id est, sicut fides habet initium, habet incrementum, & perfectionem, ita & charitas: Oros inquit, vt non solum ad Deum, & proximum, sed & ad inimicos extendatur in scientia subaudi legis, & omnisensu, doctrina Euangeli, ut probatis, id est, intelligatis maiora de Deo, Sinceri, id est, perfecti in fide, & in omni bonitate, Sinceritas: materia est integra, solida, & firma, quæ nullius rei veritate maculatur, ita debet & fides esse solidas sine offensa, id est, sine offensione in diem Christi, vel mortis nostræ, vel die iudicij, repleti fructu iusticie, subaudi & sitis replete omnibus virtutibus, de quibus dicit Apostolus, fructus autem est spiritus gaudium pax in gloriam & laudem Dei, ut glorificetur Deus in nobis, & laudetur Dominus Iesus, per quem omnia bona habemus. Scire autem vos fratres volo, quia quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt Euangeli: Sciens Beatus Apostolus Philippienses contristari de suis tribulationibus, & condolere suis infirmitatibus, ne illi deficerent in fide, audientes cum talia pati, scribebat eis dicens,*
- V. *scio*
- VI. *viii. 22*
- ix.
- x.
- xi.
- xii.

scio quidem vos compati afflictionibus meis, sed innotescere vobis volo, quia  
quæ circa me sunt, vincula videlicet, carcer, & ipsius magis ad profectum, id  
est, ad utilitatem, & argumentum sunt Euangelij, quam ad contrarietatem.  
*Ita ut vincula mea in Christo*, id est, quæ non pro aliquo crimen sustineo, sed  
propter Christum, manifesta fierent in omni prætorio & in carcere subaudi omnibus  
locis. Prætor dicitur à præundo, & quasi præceptor, quia præcepta dat po-  
pulo. Prætorium autem dicitur quasi præceptorium eo quod ibi prætores, siue  
præceptores, & præfecti sedeant ad discutienda quedam, & præcepta danda.  
Veniente ergo beato Apostolo Romam vinceto pro C H R I S T I nomine,  
cum esset retrusus in carcere in domo Imperatoris, & coepisset docere, infir-  
mos curare, multiaque miracula patrare, multi crediderunt per eum, in tan-  
tum, ut sicut Beatus Hieronymus dicit, quodam loco, domum persecutoris  
Neronis Ecclesiam faceret Redemptoris, tunc manifestum est in omni præto-  
rio, id est, Imperatori, omnibusque consulibus, & Principibus, & in omni-  
bus locis propter Christum illum talia sustinere, *Vt plures è fratribus*, id est, ex  
credentibus in Domino, id est, per Dominum, *confidentes vinculis meis*, id est, ex-  
emplo vinculorum meorum confortati, cum vidissent multi ex credentibus ta-  
lia pati Beatum Apostolum, omni formidine mortis repulsa exemplo vinculo-  
rum eius confortati, atque imitati cœperunt audacius sine timore verbum Dei  
prædicare. *Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem &*  
*propter bonam voluntatem*. Hi quatuor modi qui sequuntur, in duas species sic-  
uti doctoribus videtur, diuidi possunt. Prima videlicet, species & ultima pro una  
computata, duæ vero mediæ similiter pro una, sed tempus per singulas stilum tra-  
here. Quod dicit primum, quidam quidem propter inuidiam, & contentionem  
subaudi Christum annuntiant, vnum est. Erant quidam ex Iudeis credentibus, at-  
que gentilibus, qui inuidentes beato Apostolo, quod ipse dicebatur. Solus Magi-  
ster gentium, & prædicator, dicebant nunquid Paulus solus dicetur Magister gen-  
tium? Nos doctrinam habemus, prædicabimus sicut & ille, ut appellemur Magistri  
gentium, & hoc agebant, quia volebant contendere cum illo. Secunda species  
est. *Quidam propter bonam voluntatem*, id est, bona intentione cupientes  
saluare alios, sicut & illi saluati erant. Tertia species est. *Quidam ex charitate*, sub-  
audi qua diligebant Deum, cupiebant alios saluare, vel ex charitate qua dilige-  
bant Apostolum, volentes ei adiutorium in prædicatione præbtere. Quarta species  
est. *Quidam ex contentione non sincere*. Sincera res est solida, & firma. Et erant qui-  
dam qui prædicabant non sincere, id est, non pura conscientia, quia propter com-  
moda præsentis vitæ, & propter lucra temporalia prædicationi insisterebant, & ut à  
subiectis cibum, & vestimentum acciperent dicentes, Dominus ordinavit, qui  
Euangelium annunciant, de Euangeliō viuere, & propter contentionem hoc  
faciebant, ut excitarent contra eum persecutores, qui ei maiorem tribulatio-  
nem inferrent, & dicerent, non solum Paulus à prædicatione non cessat positus  
in carcere, sed etiam discipulos suos per orbem totum mittit prædicare. Occi-  
datur ergo, & dum ille occulus esset, liberius possent illi expoliari suos auditores.  
Scientes quod in defensione, id est, in ea defensione, quo paulo superius di-  
ximus non sincere, id est, non pura intentione. *Exsistimantes pressuram*, id est,  
persecutionem maiorem. *Quid enim?* id est, quare contristor inde? aut qua-  
re moueor in tristitia, siue per occasionem, id est, per inuidiam & non sincere,  
siue per veritatem, id est, per bonam voluntatem & ex charitate: & in hoc ga-  
deo, id est, quia Christi nomen per bonam voluntatem, & ex charitate præ-  
dicatur. *Sed & gaudeo*, subaudi propter hoc, quia illis non inuideo, pro-  
ueniant mihi ad salutem, id est, ad vitam æternam, quæ sustineo pro Christi  
nomine, vel quia illis mala non opto, qui mihi inuident, & mihi tribu-  
lationem excitant, & subministracionem spiritus Iesu Christi, id est, auxilium  
subministrante, & præbente mihi Christo, & spiritu sancto secundum expectatio-  
nem & spem meam. Expectatio & spes idem est, quia spes est expectatio futuro-

D.  
xiii.

xiv.

xv.  
E.

xvi.

xvii.

F.

xviii.

xx.

- rum bonorum, & Beatus Apostolus certus erat, quia mercedem erat accepturus  
 æternæ remunerationis, propter hoc quod sustinebat pro Christo, & de hoc etiam  
 expectabat mercedem, quia suis inuidis persecutoribus bona optabat. *Quia in  
 nullo confundar*, id est, in nullo horum, quæ illi agunt, ut mihi persecutionem ma-  
 iorum ingerant, vel quæ sustinet iam positus in vinculis, erubescam. *Sed in omni  
 fiducia*, id est, in omni fide mea, siue per vitam, siue per mortem, per vitam meam glo-  
 rificabitur, quia prædicabo nomen eius, & magnalia eius, per mortem etiam  
 meam glorificabitur, quia dum usque ad mortem pro eius nomine tormenta su-  
 stinuero, omnes qui audierint dicent, *Magnus est iste Deus pro cuius nomine  
 serui eius non timent mori*, siue per mortem, *mibi enim vivere Christus est*, id est, si  
**G.** vixero Christus est mihi vita, vel si vixero per prædicationem meam corpus eius  
 augēbo mori lucrum, id est, si sub poenis mortuus fuero, lucrum est mihi, & magis  
 ac magis prædicabitur, vel lucrum est mihi mori, quia si mortuus fuero, maximum  
**xxi.** lucrum percepturus sum, id est, vitam æternam vivere in carne hic mihi structus est  
 operis, quia quo amplius vixero, mercedem meam augēbo. *Et quid eligam ignoro*,  
 id est, ignoro utrum mortem appetam, an adhuc in cartie manere optem. *Est au-*  
**xxii.** *terti sic distinguendum, & quid eligam ignoro*. *Cum Christo esse multo magis*, me-  
 lius, cum dicit multo magis melius esse dīsolui, & cum Christo esse, & subdit per-  
 manere in carne necessarium ostendit, quid magis eligat & bonum quidem esse ma-  
 tierie hic, sed melius & optimum regnare cum Christo, & *hac confidens scio, quia ma-*  
**xxv.** *nego & permanebo*, id est, confido & credo quia manebo quandiu Domino placue-  
 rit, & permanebo, id est, usque ad perfectionem, & corroborationem fidei vestre  
 mouebo, *omnibus vobis ad profectum vestrum*, id est, ad uirtutatem & gaudium fidei, id  
**xxvi.** est, ut & ego, & vos gaudeamus de vestra fide, ut gratulatio vestra, id est, gaudium ve-  
 strum, *abundet in Christo Iesu*, ita me per meum aduentum, iterum ad vos, gratulatio est  
**H.** coniugaudere, & gratias referre, & est sensus, ut vos inquit gaudeatis de meo aduen-  
 tu, & gratias referatis Deo, qui vobis me incolumem reddidit, liberatum à vinculis  
**xxvii.** tantum, id est, tantummodo digne in Euangeliō Christi conuersamini, id est, viuite &  
 perseuerate dignite in Euangeliō Christi conuersari, secundum quod in Euangeliō  
 docet credere, docere secundum eius præcepta viuere, & quæ promittit sperare, &  
 ex mandatis eius omnia agere, ut sine cum venero, videte vos subaudi gaudeat de  
 vestra fide, quia statim, perseveratis, solidi estis in uno spiritu, in una voluntate. *Vnde*  
*Act. 4. v. 3*, in actibus Apostolorum Lucas dicit, *multitudinis*, inquit, *credentium erat cor unum*  
 & anima, id est, una voluntas & una fides unanimis, idem est, quod & in uno spiritu.  
*Collaborantes*, simul laborantes in fide, *Euangelij* bene viuendo, recte credendo, &  
 docendo. *In nullo terreamini* subaudi factio vel negotio. *Terreamini* dicit, id est, pa-  
 ueatis minas, & errores hæreticorum, paganorum, falsorum Christianorum, quia  
 afflictio, quia vos tribulant, ad damnationem est illis, & vobis ad præmia æternæ re-  
**I.** tributionis. *Quæ subaudi afflictio & tribulatio vestra* illis est ad damnationem, &  
 hæc à Deo subaudi fiet, ut illis ad damnationem, & vobis ad salutem. *Vel aliter*. Hoc,  
 inquit, à Deo subaudi concessum est vobis, ut pro eius nomine talia patiendo perse-  
 uerare possitis, & palmam martyrij obtineatis. *Quia vobis donatum est pro Christo*, id  
**xxix.** est, per Christum, vel quia in Christum credidistis, concessum est vobis & datum  
 ut non solum in eius fide permaneatis, sed etiam pro eius nomine passionem susti-  
 nendo perseverantiam habeatis, palnamque martyrij obtineatis. Quod non cedit  
 nisi amatoribus suis, quos ipse amare se facit. *Sed ut etiam pro illo patiamini*, id est, pro  
 illo patiendo perseverantiam habeatis, & postea palmam obtineatis. *Idem certa-*  
**xxx.** *men habentes*, id est, Agonem contra hæreticos, paganos, falsosque Christianos, si  
 necessitas fuerit sustinet. *Qualem sustunui apud vos*, quando verberatus  
 sum pro muliere Pythonissa, à qua Spiritum malignitatis ex-  
 clusi, quæ magnum quæstum præstabat dominis suis.  
*Et nunc audi sis de me subaudi quæ susti-*  
*neo, Romæ positus.*

C A

## C A P V T II.

Ad mutuam dilectionem & concordiam, animique modestiam miro affectu eos hortatur, exemplo Christi, in cuius nomine omne genu nunc flectitur, utque suam in timore operentur salutem; congratulatur tum illis quod inter malos sancte viuant, tum sibi quod tales habeat discipulos. Timotheum laudat à sincera Euangeli prædicatione & obedientia, similiter & Epaphroditum, quem ad eos mittit postquam ab ægritudine conualuit.

**S**i qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: + implete gaudium meum, ut idem sapiatis, & eadem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, + non que sua sunt singuli considerates, sed ea qua aliorum. + Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: + qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aqualem Deo: + sed semet ipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu iuuentus ut homo. + Humiliauit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. + Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & inferorum: + & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. + Itaque charissimi mei, ( sicut semper obedistis ) non ut in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini, + Deus est enim qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. + Omnia autem facite sine murmurationibus & hesitationibus: + ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravae & peruersae: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vita continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. + Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestrae, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. + Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. + Spero autem in Domino Iesu. + Timotheum me cito mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, cognitis qua circa vos sunt. + Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis solitus sit. + Omnes enim qua sua sunt querunt, non que sunt Iesu Christi. + Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruinit in Euangilio. + Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut video

qna

23 que circa me sunt. + Confido autem in Domino, quoniam & ipse  
 24 veniam ad vos cito. + Necessarium autem existimauit Epaphrodi-  
 25 tum fratrem, & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum  
 D autem Apostolum, & ministrum necessitatis mee, mittere ad vos,  
 26 quoniam + quidem omnes vos desiderabat: & modestus erat, pro-  
 27 pterea quod audieratis illum infirmatum. + Nam & infirmatus  
 28 est usque ad mortem: sed Deus misertus est eius; non solum autem  
 29 eius, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.  
 30 Festinans + ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego  
 sine tristitia sim. + Excipite itaque illum cum omni gaudio in Do-  
 mino. & eiusmodi cum honore habetote. + Quoniam propter opus  
 Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut im-  
 pleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

II. **A**mpliate gaudium meum ut idem sapiatis, id est, sapiatis, subaudi quod nos sapimus in fide, in opere, in doctrina, vel vnam voluntatem habeatis, eandem charitatem subaudi habentes unanimes, id est, vnius voluntatis. Id ipsum sentientes, id est, sapientes, quod nos sapimus, vel quod intelligitis de fide Sanctae Trinitatis, qui sapientiores estis, facite ut vestro studio, & prædicatione minus capaces id ipsum sapiant. **X**ibil per contentionem, omnem prohibet hic contentionem, & voluntariam & necessariam. Contentiosi erant apud Philippenses, qui contendebant de questionibus legis, & genealogijs, & hoc ideo, ut dum alios superabant, ipsi gloriosi apparerent. **N**eque per inanem gloriam, id est, vanam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Omnes homines debemus nos meliores, & superiores existimare, & si videmus aliquem aliquo virtutio mancipatum esse, & tamen aliqua virtute pollere propter vnam virtutem, quam habet, debemus illum nobis præferre. Et si non videmus in illo aliquam virtutem potest, tamen habere aliquod bonum, quod nos lateat. **N**on quæ sua sunt singuli considerantes. Nemo solummodo sua commoda, & suam utilitatem debet querere, sed aliorum, utilitas enim multorum multis prodest, vnius vero tantum vni prodest, sed ea quæ aliorum, id est, quæ ad multorum utilitatem pertinet. **H**oc enim sentite in vobis, hoc est intelligite & sapite & complete in vobis, quod intelligitis, in Christo esse Iesu completum. **Q**uod est in Christo Iesu, id est, sicut Christus non quæsiuit sua, sed nostra, ita nos non solum nostra quæramus, sed aliorum. **Q**uicum in forma Dei esset, id est, in æqualitate paternæ Deitatis, consubstantialis, & coæqualis illi in omnibus, **N**on rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Rapina est, quando quilibet homo alienam rem per violentiā sibi usurpat, quæ illi non competit, & Dominus Iesus rapinam faceret, quādo dixit se Patri esse æqualem, dicendo: Ego & Pater vnum sumus, nisi in veritate esset filius Dei, æqualis illi in omnibus, præcursor vero illius, quando dixit non sum Christus interrogatus à scribis, & Pharisæis, & populo, si dixisset ego sum Christus rapinam faceret. Simon autem magus rapinam fecit, quando eum esset filius diaboli, dixit ego filius Dei sum, ego paracletus, ego omnia Dei. **S**ed semetipsum exinanivit, id est, humiliavit, & quasi contraxit, & minorauit, exinanitio est quādo res magna, & incomprehensibilis in parua formula comprehenditur, verbi gratia, si quilibet artifex totius mundi machinam, & quæ in mundo habentur, homines, bestias, volucres, montes, arbores, ciuitates, flumina, pisces in paruissima formula ad comparationem magnitudinis mundi voluerit comprehendere in picturā, vel cera, illud est exinanitio, ita de Cœitate, vel templo, aut aliqua re intelligendum. Similiter verbum Dei

Dei Patris, quod vbique est per inuisibilitatem diuinitatis suæ, quando in parua forma hominis dignatus est apparere visibilis, quasi semetipsum exinanuit, & humiliauit, atque vt ita dicam, quodammodo contraxit. Est enim supra omnia; extra omnia, & infra omnia, & quicquid est intra ipsum, verbi gratia, sicut Beatus Augustinus dicit, dans similitudinem ex sponsa, & mari, comparans sponsiam mundo positam in medio maris & mare comparans diuinitati, sicut, inquit, sponsia posita in medio marium, & fluminum, vnde habet aquam supra, infra, vnde & per medias latebras penetratur ab aqua, ita mundus comparatione Diuinitatis, quasi nihil est, & ita circumdat & penetrat diuinitas, omnia, sicut mare sponsiam, *formam ser-ai accipiens*, id est, in veritate hominum suscipiens, *in similitudinem hominum factus*, hic similitudo pro ipsa veritate ponitur, id est, verus homo factus, quia verbum caro factum est, id est, Deus homo factus est, & *habitu inuenitus ut ho-mo*, id est, ab habendo hominem inuentus est verus esse homo, habitus ergo dicitur quicquid nobis accedit, vt habeatur. Ideoque multis modis habitum dicimus, est habitus accidens nobis, qui mutat illum, cui accedit, sed non mutatur, sicut est sapientia, quæ mutat hominem, quem de stulto & stolido facit sapientem, sed ipsa non mutatur. Est habitus secundo modo qui mutat hominem & mutatur, sicut est cibus, qui de exilitate, atque languore mutat nos in robur, & valetudinem & tamen ipse mutatur comedens à nobis, est habitus ter-tio modo, qui nec mutat nec mutatur, sicut annulus positus in digito, qui modus rarissime inuenitur. Quartus modus cum ea quæ accidunt, nec mutant, nec mutantur, sed tamen aliam speciem & formam accipiunt, sicut vestis, quæ aliam speciem habet complicata, & non induta, quam induta. Qui modus congruit huic comparationi, nam sicut vestis cum induitur, adhæret quidem corpori, sed non mutatur à sua natura, vt semper vestis non permaneat. Licet aliam speciem & maiorem honorem assumat, quam antea habuisset, ita verbum Dei Patris as-sumendo hominem non est mutatum in homine, neque ipse homo assumptus à verbo mutatus est in verbum, licet aliam speciem assumpisset, in hoc quia maioris honoris, & dignitatis extitit, quam aliquis hominum. *Humiliavit semeti-psum factus obediens usque ad mortem factus est obediens Deo Patri*, cuius voluntas fuit, vt redimeret genus humanum, & non solum Patri, sed etiam Matri, vt in Euāngelio habetur, quia *venit Nazareth & erat subditus illis : mortem autem crucis*. Luc.2.v.52.

Ideo crucifixerunt cum, quia omnibus mortibus sœuior est mors crucis, propter longum cruciatum. Si enim gladio transuerberasset eum, cito finiretur, vel sic placuit ei, vt quia per lignum peccauit homo per lignum redimeretur. *Pro-pter quod subaudi tormentum vel propterea, quia obediens fuit Patri Deus Pater ex-alta auit illum hominem assumptum à verbo tertia die à mortuis suscitando, & qua-dragesimo die ad cœlos subleuando, vel super omnia constituendo. Et donauit illi nomen quod est super omne nomen*, quod nomen dedit illi: vt filius Dei vocaretur, & esset, qui filius hominis erat secundum quod die baptismatis intonuit vox paterna inquiens, *hic est filius meus dilectus*. Similiter in monte, vel etiam nomen dedit illi, quod est super omne nomen, vt Iesus vocaretur, id est, saluator. Licet enim legamus homines in Genesi, & Angelos in libro Beati Iob filios Dei appellatos esse, tamen nullus illorum appellatus est saluator, neque filius Dei proprie, sed absue, quia nemo illorum potuit genus humanum saluare, nisi ille solus, *vt in nomine Iesu*, id est, inuocatione nominis Iesu *omne genu flectatur*, id est, omniagenera hominum subiecta sint ei, *Cœlestium*, id est, Angelicæ potestates, *Terrestrium*, id est, hominum, & omnium creaturarum, & *infernorum*, id est, dæmones, & animæ, quæ in inferno habentur. Aliter omnia cœlestia terrestria & omnia sub terris quæ in infernis esse dicuntur, eius iudicio & nutu & imperio seruiunt, & *omnis lingua*, id est, omnis homo *confiteatur*, quia Dominus Iesu svs C H R I S T U S in gloria est Dei Patris, in æqualitate potestatis, & Deitatis, na-tura. Itaque charissimi in fide, in dilectione, sicut semper obediens, subaudi Deo, & mihi

E. X.  
Mat.3.v.17  
XI.  
XII.  
XIII.

C.

- non ut in præsentia metuantur, id est, sicut semper obedientes fuistis in præsentia mea, cum apud vos essem, multo magis nunc obedite verbis nostris in absentia: multi enim qui in præsentia obedientes sunt, sed in absentia inobedientes existunt, sicut serui, qui ad oculum seruiunt cum meta subaudi cordis & tremore subaudi corporis vestram salutem operamini, id est, vitam æternam vobis præparate. Deus est enim qui in vobis operatur, ne videretur Deum à nostra salute excludere, & quod sine Dei auxilio saluari possemus, subiunxit; Deus est enim qui operatur: omne ergo bonum quod habemus, tam bona voluntas, quam bona operatio non à nobis, sed à Deo est. Sed quæstio est si ipse dat & voluntatem & possibilitatem, qua mercede nos digni sumus: præuenit siquidem nos diuina gratia, & misericordia, & nos debemus obediens voluntati illius, dat postmodum possilitatem, debemus & nos obtemperando obsecundare, & dum iungimus voluntatem nostram, & obsequium voluntari, & possilitati illius, laudandum est ille, quia præuenit, & quia possilitate præstat atque perseverantiam, & nos digni sumus mercede æterna & velle, id est, bonam voluntatem, & perficere bona voluntate, id est, vt semper quod bonum est, velimus, omnia autem facite, sed bona sine murmurationibus & quæ Euangelium præcipit sine murmurationibus, id est, ne dicatis grauia nimium sunt, quæ præcipit Deus, & hæficationibus, id est, dubitationibus, id est, ne dubitetis in fide, neque de his, quæ Euangelium promittit. *Et si quis sine querela, id est, sine reprehensione, & simplices filii Dei* sicut Deus simplex est, ita filii eius puro & simplici corde debent incedere sine reprehensione, id est, sine crimine in medio nationis præua, & peruersa inter quos lucetis, quādo Apostolus Paulus ista scribebat Philippensibus, nec dum adhuc renati erant omnes neque fideles, sed multi erant infideles & hæretici, falsique Christiani, inter quos omnes optabat Apostolus ita illos, qui fideles erant, viuere, vt sicut Sol fugat tenebras, & luna cætera que sidera illuminant noctem, ita illi lucendo fide opere & doctrina, tenebras erroris, & nebulas infidelitatis suo exemplo, & doctrina, de cordibus infidelium fugarent. *Sicut luminaria Sol, luna, & cætera astra in mundo, vel in hac vita.* Verbum vita continentis, id est, fidem rectam, quam vivit iustus, vel illius verbi memoriam, de quo dicitur in principio erat verbum. *Ad gloriam meam in die Christi,* quia vobis præmium erit, si ita vixeritis, & mihi gloria in die iudicij, qui verbum vobis ministravi. *Quia non in vacuum cucurri,* subaudi de loco ad locum prædicando, neque in vacuum laboravi, corpore, lingua, instantia, & hoc ad gloriam meam, sed & immolor, id est, interficior à Neroni. Nero ipse fuit Sacerdos Petri & Pauli, quia ipse mactauit eos: mactauit quidem, sed non obtulit, quia ipsi seipso obtulerunt, supra sacrificium, quia vos obtuli sacrificium Deo, & obsequium fidei vestra, & supra cultum & religionem fidei, quam vos docui. Beatus Paulus, qui Philippenses ab infidelitate liberauit, & in baptismate à peccatis purgando sanctificauit, ipse vti que obtulit eos, & ipsi sacrificium eius fuerunt, obsequium etiam appellat cultum, & religionem, vt alibi rationabile sit obsequium vestrum, & est sensus, & si inquit inferior a Neroni, non sentio pœnas, neque pertimesco mortem, congaudens omnibus vobis. Propterea, quia vos sacrificium obtuli Deo, & quia vos docui religionem fidei. *Ipsum autem & vos gaudete,* id est, sicut ego gaudeo de vestra fide, ita vos congaudete de meo præmio, quod percepturus sum pro vobis. *Spero autem in Domino Iesu Christo, Timotheum,* Timotheus discipulus erat Apostoli omni fide, & doctrina, atque operibus bonis adornatus, ac per hoc Apostolo admodum carus, in tantum ut vñanimis illi dicatur esse, id est, vnius voluntatis, habebat tamen & alios eodem affectu diligens, vt erat Titus, Lucas, Clemens, & alij, sed quando hanc Epistolam misit illis, non habebat secum de perfectionibus, nisi istum: Omnes enim erant causa prædicationis dispersi diuerſa per loca: ideo dicit neminem habere se in præsenti tam vñanimem, vel poterat esse, vt Timotheus plus omnibus discipulis eius Philippenses diligeret, *cito,* id est, in proximo memittere ad vos, ut ego bono animo sim, id est, tranquillo & securo animo sim, cognitis que circa vos sunt, id est, cum cognouero per illum, que circa vos aguntur, tam in fide quam in conuersatione. *Neminem enim habeo,* subaudi modo apud me, qui sincere, id est, pura & firma, efficiam*

*Etionē pro vobis sollicitus sit, ea voluntas, quæ erat in Apostolo erga Philippenses, erat & in Timotheo, id est, dicit neminem habeo tam vñanimem, id est, qui eandem mentem gerat erga vos, & pro vobis ita sollicitus sit, ideoque illis mittendus est, qui & mihi charissimus & cūram de vobis maximam; Omnes enim quæ sua sunt, subaudi commoda querunt non quæ sunt Iesu Christi. Mado ostendit, quare alij, qui cum illo erant non erant ei ita coniuncti, sicuti iste. Omnes enim sua commoda querunt, aut quietem, nolentes tribulari pro aliorum salute, nisi ut ab eis lucra temporalia reciperent, non curantes de remuneratione æterna. Experimentum, id est, probamentum, eius cognoscere, quoniam sicut Patri filius mecum seruuiuit, in Euangelio, non mihi inquit, seruuiuit, sed mecum seruit Christo in prædicatione Euangeli, seruuiuit tamen & beato Apostolo. Hunc igitur spero me mittere ad vos mox ut video, quæ circa me sunt. Positus Apostolus in vinculis dubitabat, vtrum decollandus esset à Nerone, an dimittendus liber de carcere, ideo dixit cum cognouero inquiens, quid mihi eueniet si de carcere incolumis exiero, mittam eum ad vos Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad vos cito. Sciendum tamen, quia postmodum ipse non venit ad eos. Necessarium autem existimauit Epaphroditum, & cætera, usque mittere ad vos, quia illum non possum mittere quo usque cognoscam, quæ circa me sunt: puto necessarium esse vobis mittere Epaphroditum. qui & Epafias appellatur alio in loco, sicuti Lucas & Lucius. Apostolus enim non curat de proprietate nominum cooperatorum, id est, simul laboratorem in prædicatione & locum, siue commilitem in castris Dei pro fide, vestrum autem Apostolum, vel quia ad vos à me mittitur, vel quem vos de vestris elegistis in Apostolum, mittendum illum ad me & ministrum necessitatis mea, & desiderij, quia mihi posito in carcere ministrat, quæ necessaria sunt, & insuper prædicationi insistit. Apostolum autem illum vocat, quia ab illo missus est: Omnis enim qui mittitur, Apostolus vocatur, properea, quod audieratis illum infirmatum: nam & infirmatus est, usque ad mortem, iste Epaphroditus infirmatus est valde, quod cum audissent Philippenses, nimium compassi sunt eius infirmitati, pro sanitate recuperante iterum tristabatur de illorum modestia, & desiderabat latifcare sua præsentia, nam infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est eius, subaudi quia reuocauit eum de faubus mortis ad vitam, non solum autem eius, subaudi misertus est, verum etiam & mei, subaudi misericordia eius est. Quare ne tristitia, subaudi mortis eius super tristitiam, subaudi infirmitatis eius haberem. Beatus Apostolus dolebat de infirmitate Epaphroditum, sed si illi ab hac luce migrasset super tristitiam infirmitatis haberet tristitiam mortis eius, vel quia ipse vinculis astricatus tenebatur, si contigisset Epaphroditum mori, qui ei necessaria procurabat, super tristitiam vinculorum haberet tristitiam de morte illius, ut viso eo iterum gaudetis. Gaudium Apostoli gaudium erat Philippensium, sicut tristitia eius tristitia illorum. Similiter tristitia Philippensium mœror erat Apostoli, & latitia illorum latitia illius, sicut ipse dixerat: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, & ego sine tristitia sum, subaudi cū cognouero vos latificatos illius præsentia, & cum per illum agnouero quæ circa vos aguntur. Excipite itaque illum cum gaudio & eiusmodi cum honore habebote, id est, non solum illum, qui uester Apostolus est, cum gaudio spirituali suscipite, sed omnes qui eandem habent & bonis operibus insistunt, sicut ille. Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, id est, propter charitatem, & prædicationem Euangeli accessit subaudi prædicando, & mihi ministrando contra iussa principum, tradens animam suam, subaudi periculo mortis, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium. Philippenses qui ab Apostolo verbum prædicationis audierant, per quod saluati sunt, si facultas eis affuerat, & longitudo terrarum non obstat, ipsi debuerant ei omnia subsidia temporalia præbere, & ministrare. Quod ergo illi implere nequiuierunt solus Epaphroditus vicè illorum contra præceptum Imperatoris adhæsit illi in carcere, & procurauit victum, & vestimentum, insuper & socius fuit prædicationi. In hoc ergo tradidit animam suam periculo mortis, quia contra præceptum Imperatoris accessit ad illum, ut diximus*

& in hoc quod ei ministravit, impleuit, quod ex illis deerat. Quia quod illi debuerant agere, ipse fecit, sicut Apostolus declarat, ut impleret quod ex vobis deerat, id est, quod vos non potestis implere, impediente longitudine temporum ille pro vobis impleuit.

## CAPUT III.

Nemo in legalibus gloriari potest, alioqui Paulo id maxime conueniret: qui tamen omnia haec detrimentum arbitratus est, quo Dei iustitiam ex fide in Christo adipisceretur, semper proficiens ut tandem perfectionem consequeretur: quapropter Philippenses hortatur ut ipsum, & non discolos, crucis Christi inimicos imitentur.

**D**icitur. Ecetero fratres mei gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. + Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. + Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes: + quamquam ego habeam confidentiam & in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, + circumcisus octavo die ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebreus ex Hebreis, secundum legem Pharisaeus, + secundum emulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum iustitiam, qua in lege est, conuersatus sine querela. + Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta. + Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, + & inueniar in illo, non habens meam iustitiam, qua ex lege est, sed illam, qua ex fide est Christi Iesu: qua ex Deo est iustitia, in fide, + ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius: configuratus mortui eius: + si quomodo occurram ad resurrectionem, qua est ex mortuis. + non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. + Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, qua quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero qua sunt priora extendens me ipsum, + ad destinatum persequor, ad brauum superna vocationis Dei in Christo Iesu. + Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. + Veruntamen ad quod peruenimus, ut id est sapiamus, & in eadē permaneamus regula. + Imitatores mei estote fratres, & observate eos qui ita ambulat, sicut habetis formā nostram. + Multis enim

Rom. 10.  
c. 17.

enim ambulant, quos sape dicebam vobis (nunc autem ego dico) inimicos crucis Christi: + quorum finis interitus: quorum Deus venter est: gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. + Nostra autem conuersatio in cœlis est: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, + qui reformat corpus humilitatis nostrarum configuratum corpori claritatis sue, secundum operationem qua etiam possit subiçere sibi omnia.

**D**e cetero, id est, deinceps & propter illa superius dicta fratres mei in fide gaudeant in Domino, non in rebus temporalibus, & terrenis, atque caducis. Eadem vobis, id est, ea quæ docui præsehens, quia vobis est necessarium, me non pudet scribere, sed videte ne vobis pigrum sit ea legere, & implere. Vide canes, id est, cauete, & declinate, canes appellat Iudeos, & malos operarios, eosdemque appellat concisionem, id est, circumcisioinem, quia consuetudo eius est Iudeos appellare circumcisionem, & gentiles præputium: Ideo ergo appellat eos canes, quia sicut canis primus latrat, ac deinde mordet, ita illi loquendo oblatrabant, & sedendo aspere mordebat. Mali operarij erant, quia mala suadebant eis operari; Dicentes non potestis saluari per baptismum, nisi circumcidamini, sicut lex præcipit, quia scriptum est masculus cuius caro circumcisio non fuerit peribit anima illa de populo, quia patrum meum irritum fecit. Nos enim sumus circumcisio, nos, id est, omnes recte credentes sumus spiritualiter circumcisi, quia spiritu Deo seruimus, id est, spiritualiter & non carnaliter, veletiam qui mente Deo seruumus, sicut in Euangeliō habetur, spiritus est Deus & eos qui adorant eum in spiritu, id est, in mente, oportet adorare & gloriamur in Christo Iesu, id est, in fide Iesu Christi & non in carne fiduciam habentes, id est, in carnali circumcisione, quia nos habemus omnes sensus corporis circumcisos, quamquam ego habeam confidentiam in carne, id est, habere possum in carnali circumcisione, si aliqua ibi esset fiducia. Si quis autem alius subaudi vestrum gentilium videtur confidere in carne, id est, in carnali circumcisione ego magis subaudi qui sum Iudeus circumcisus octaua die. Poterat aliquis dicere A postolo, O Paule vere non es circumcisus, neque vis circumcidi, ideo talia præcipis. Ad hanc ille non ideo inquit præcipio non circumcidi, quasi ego non sim circumcisus, & possum gloriari in ea, & confidere plusquam aliquis vestrum gentilium, si esset in ea aliqua fiducia, & iustitia postquam Christus venit, sed quia non est ibi aliqua glorificatio holo ut circumcidamini a Iudeis ex genere Israel, subaudi natus de tribu Beniamin, quod neto vestrum est, Hebraeus ex Hebrais, subaudi hatus secundum legem Pharisæus, id est, Doctor legis Mosaicæ secundum emulationem persequens Ecclesiam Dei. Fui, inquit, doctor legis, & propter studium & amorem Synagogæ, quam volebam statuere, persequebatur Ecclesia Dei æmulus dicitur inuidus, & imitator, & studiosus. Sed in hoc loco pro studio ponitur. Beatus ergo Apostolus studiosus & æmulator fuit in lege, volens Synagogam statuere, & Ecclesiam Christi destruere, persequendo sanctos secundum illam iustitiam quam in lege est, si aliqua iustitia modo in lege est conuersatus sum, id est, vixi sine criminе & sine reprehensione, ut mihi visum est, & alijs, quia circumcisus sum octaua die, & quadragesima die pro me legalia munera sunt oblata, & festivitates & sabatæ obseruavi, & cætera quæ lex præcipit, sed quæ mihi fuerunt lucra hoc est, quæ putabam, quod mihi præstaret magnum questum, & præmium hæc omnia intellexi mihi futura ad damnum si ea carnaliter obseruarem propter Christum, id est, postquam in Christum credidi, vel propter fidem illius, quam teneo, & credo omnia illa ad damnum & dispendium esse illorum, qui ea obseruauerint, & hoc propter Euangeliū Christi secundum cuius doctrinam debemus vivere. Quod supereminet atque transcendit sua dignitate & veritate omnem scripturam diuinam.

- VIII. rum eloquiorum, *vix rursum tamen existim omissa*, subaudi legalia præcepta, detrimen-  
tum esse, id est, ad dænum esse suis obseruatoribus, propter eminentem scientiam, id  
est, propter Euangeliū, propter quem, id est, propter Christum, vel propter fidem  
eius, *omnia, quæ lex præcipit carnaliter obseruare, quasi dænum duxi & pro nihilo*  
IX. deputo, ut Christum mihi lucrer & adquiram & inueniar in illo, id est, in fide eius  
perfectus. *Non habens me am iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Iesu Christi.*  
*Iustitia quæ in lege erat, iustitia hominis discobatur, quia manibus operabatur, vi-*  
delicet, in circumcisione, in oblatione munera, istam iustitiam respuebat Apo-  
stolus, & nō lebat eam amplius habere, sed potius desiderabat inueniri in iusti-  
tia fidei, & Euangeliū quæ non est hominis iustitia, sed Dei. *Quia spiritualiter*  
X. in baptismate fit, & in mente quæ ex Deo est iustitia, subaudi illam dico, *in fide ad co-*  
*gnoscendum illum*, quia per fidem quæ bonis operibus adornatur cognoscitur  
Deus, & virtutem resurrectionis eius, subaudi cognoscendam, quæ est virtus resur-  
rectionis? ut sicut Christus mortuus est, & resurrexit, & iam non moritur, ita & nos  
moriamur in fonte baptismatis, peccato, & resurgamus ad vitam, & semper in no-  
uitate vitæ ambulemus, & hæc virtus per fidem cognoscitur, & per fidem etiam  
D. peruenitur ad societatem passionum Christi, quia nisi fidem habereimus, nequaquam  
passionem eius imitaremur. Debemus autem imitari illam ponendo animas no-  
stras pro illo, si necessitas fuerit, veletiam in nobis ipsis debemus mortificare vi-  
tia & peccata. *Configuratus sum morti eius*, id est, imitator mortis eius & passionis il-  
lius, *si quomodo, id est, si aliquo modo, occurram ad resurrectionem*, subaudi electorum  
XI. ista resurrectio non erit omnium resurgentium, sed tantummodo electorum, quia  
licet omnes in momento resurgent iusti & impii in die iudicij, soli tamen iusti oc-  
current Domino in aera, deportati ab Angelis, sicut alibi idem Apostolus di-  
1. Thess. 4. cit, *rapiemur obuiam Christo in aera*: impii vero manebo in terra quo usque per-  
v. 17.  
Mat. 25. v. 41.  
XII. non ideo talia dico de resurrectione, quod iam perfectionem acceperim, quia  
non sum adhuc perfectus, *aut etiam perfectus sum*. Quantum, ad sapientiam  
illam pertinet, quæ mortalibus hominibus datur, beatus Apostolus sapientissi-  
mus hominum erat, qui tunc temporis in carne morabantur; Quantum vero  
ad illam perfectionem pertinet quam percepturi sunt sancti post generalem re-  
surrectionem, imperfectissimus erat, quia nunc videmus in ænigmate tunc au-  
tem videbimus Deum sicuti est. *Sequor autem, id est, imitabor Christum. Si*  
*comprehendam*, subaudi perfectionem in quo & comprehensus sum, ab ipso in re-  
demptione passionis eius in quo & comprehensus sum. Omnes electi prædesti-  
nati ad vitam æternam in passione Domini sunt comprehensi, quia per illam sunt  
redempti, non solum qui post resurrectionem eius saluandi erant, & purgandi  
E. per baptismum, sed etiam omnes iusti qui præcesserunt eius aduentum. Sed  
dicit aliquis si ergo comprehensus sum in eius passione, id est, redemptus,  
& in baptismate purgatus, quare non habeo modo in præsenti perfectionem fi-  
dei, sapientiae, atque iustitiae? ad quod respondendum est, quia baptismi renoua-  
tionem polluisti male viuendo, non poteris illam perfectionem habere, quo usque  
iterum mundatus per pœnitentiam venias ad illum, qui te in baptismino mun-  
dauit.
- XIII. *Fratres ego menon arbitror comprehendisse*, subaudi perfectionem, quia in  
præsenti sæculo non possumus esse perfecti. *Vnum autem*, subaudi verbum di-  
cam, quæ quidem retro sunt obliuiscens, quæ sunt illa, quæ retro sunt; *Omnia*  
*temporalia & transitoria, prædia, diuitiae, & commoda præsentis vitæ, quæ id eo*  
*dicuntur esse retro*, quia cum ab hac vita transierimus per mortem *carnis omnia*,  
post nos relinquamus.
- Quæ sunt priora extendens me*, quæ sunt priora? pœnitentia, & gaudia pa-  
triæ cœlestis, quæ nobis futura sunt & sine fine mansura. Aliter Beatus Apo-  
stolus omnia bona, quæ in hoc sæculo habebat pœræcta ad comparatio-  
nem

āem eternorum pro nihilo deputabat, & sic quotidie viuebat, quasi semper incipiens, ideoque dixit, obliuiscor præteriorum, desiderans semper ad alia tendere, ad destinatum persequor, id est, promissum tendo *ad brauium*, id est, ad coronam, superna, temnitionis, *In Christo Iesu*, id est, per Christum Iesum. *Quicumque ergo perfecti subaudi sumus ad comparationē aliorum hoc sapiamus*, subaudi, quia non sumus perfecti. *Quicumque perfecti sumus, id est, perfecti arbitramur esse ad comparationem infidelium, & minus intelligentium, hoc sapiamus, qui non sumus perfecti ad comparationem illam, quam percepturi sumus in die iudicij.* Et si quid aliud sentitis, vel sapitis, de hoc, quod dicimus, & hoc non est ex vobis; sed Deus illud vobis manifestauit. Beatus Beda loquens quodam loco de dictis Apostoli, ubi ait, *vniuersisque in suo sensu abundet, & si quid aliud spiritis & hoc vobis Deus reuelauit. Quid ergo si haereticus est, debet in suo sensu abundare? minime, non de haeretico loquitur, sed de Christiano. Vnusquisque inquit, fidelis in suo sensu abundet, id est, quod credit, opere impleat, studeatque abundare virtutibus, & si quid aliud sapit, quod contra fidem sit, propter bona opera, quae habet, reuelauit illi Deus, ut illud corrigit, sicut fecit Cypriano Carthaginensi Episcopo, qui vnam mersionem tantummodo dabat baptizandis, ignoranter illud agens; sed quia bonis operibus inseruiebat, & hoc quod intelligebat, opere implebat, meruit reuelationē percipere à Domino, ut ternam mersionem daret baptizaturis.* *Ad quod peruenimus, id est, in fide ad quam peruetimus, ego Domino docente, & vos me prædicante in ea maneamus de virtute in virtutem ambulantes, ut idem sapiamus, subaudi de Christo, vnam fidem habeamus & permaneamus regula, id est, rectitudine fidei.*

ad Rom:  
14.v.i.

*Imitatores mei fratres fratres.* Imitatio est cuiuscunq; rei quædam imaginatio, & imitari est sequi, & est sensus si Christum non potestis imitari, & sequi saltem me imitamini Discipulum eius in fide, in opere, & in doctrina, ut sicut ego credo, operor, doceo, ita & vos credatis, operemini, doceatis, & obseruate eos. Hoc verbum quod est obseruate varias obtinet significaciones, aliquando significat declinare, & cauere, ut ibi obseruate eos quis dissensiones & offenditula faciunt, id est, declinate ab eis, aliquando insidias moliri, ut ibi & ipsi obseruabarit, id est, insidias teridebant. Aliquando initati ut hic obseruate, id est, imitamini tales, qui formam doctrinæ nostræ habent, qui ita credunt, viuunt, & docent, qui ita ambulant, id est, qui ita viuunt, sicut ut ego formam nostram, id est, formam doctrine nostræ, multi enim ambulant, id est, non teste viuunt, sicut pseudo Apostoli. *Quos saepe dicebam vobis, id est, quos saepe prædicabam vobis cauendos esse, cum apud vos essem præsens. Nunc autem & flens dico, imitanda est charitas Apostoli, qui etiam inimicos crucis Christi deflebat, sicut Samuel inimicum suum Saul, & sicut idem Apostolus Corinthios alibi qui post fornicationem non egerunt penitentiam inimicos crucis Christi. Flens dico ut declineatis ab illis, quib; finis, id est, mors præsentis vita intensus est illis, id est, perditio æterna, quia ut ab hac vita transierint tradetur poenis semper his, inimicos crucis Christi appellat Iudeos, & alios infideles, qui dicebant non posse hominem saluari per fidem Dominicæ passionis, sine circumcisione. Quorum Deus venter est, id est, declinare ab illis quorum venter est Deus illorum, hoc est qui ideo prædicant, ut ventre suum possint implere, & gloria in confusione ipsorum, id est, inuereculo, & pudendo membro genitali, quia gloriantur se circumcisos esse, qui terrena sapiunt, id est, qui legem non spiritualiter, sed terrene intelligunt, vel qui carnalem circumcisionem in se, & in alijs obseruare volunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Iungit se ceteris sanctis, qui terram corpore, mente vero inhabitant celum. Vnde, id est, de celis *Saluatorem expectamus subaudi venturum ad iudicium, qui reformabit, id est, resuscitat corpus humilitatis nostra.* Corpus nostrum, corpus humilitatis est, quod post mortem in pulurem, & vermes humiliari potest. Istud corpus primum formauit in utero materno, sed iterum formabit illud per gloriam resurrectionis. *Configuratum assimilatum corpori claritatis sue, id est, in gloria & in immortalitate, quia illam claritatem habebunt sanctorum corpora post diem iudicij, quam habuit corporis Christi clarificatum in monte, quia similes Angelis erant.* Et quia poterat aliquis*

xiv.

xv.

F.

xvi.

xvii.

G.

xviii.

xix.

H.

xx.

xxi.

dicere, quomodo poterit corpora nostra reformare, quæ à vermis erunt corrupta, & in puluerem redacta. Ad hæc Beatus Paulus: *Secundum* illam inquit potestatem, qua se metipsum tertia die resuscitauit: & quia sibi potuit omnia subiucere corpora nostra etiam in die iudicij reformabit ad claritatem suam *secundum operacionem, qua posse, id est, potest vel potuit.*

## CAP V T. IV.

Ad perseverantiam & spirituale gaudium, modestiam, preces & gratiarum actiones eos componit, pacem Dei ipsius exoptans: utque mordicus teneant quæcumque Dei sunt: laudans ipsos, quod per Epaphroditum necessaria ad ipsum miserint.

1. **A.** Ta que fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic state in Domino, charissimi. + Euodiā rogo, & Syntychen deprecor, id ipsū sapere in Domino. + Etiam rogo & te germane cōpar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vita.  
 2. + Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. + Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarū actione, petitiones vestra innotescant apud Deum. + Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. + De cetero fratres: quæcunq; sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bona fame: si qua virtus, si qua laus disciplina, hac cogitate. + Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hac agite: & Deus pacis erit vobiscum. + Gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniā tandem aliquando resfloruitis pro me sentire: sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. + Scio & humiliari, scio & abundare (vbiq; & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire & abundare, & penuriam pati. + omnia possum in eo, qui me confortat. + Veruntamē bene fecistis communicantes tribulationi mea. + Scitis autem & vos Philipenses, quod in principio Euangelij, quando profectus sum à Macedonia nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati & accepti nisi vos soli: + quia & Thessaloniam semel & bis in usum mihi misistis. + Non quia quero datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. + Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis odorem suavitatis, hostiam.

*hostiam acceptam, placentem Deo. + Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum diuitias suas, in gloria in Christo Iesu. + Deo autem eis patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. + Salutare omnem sanctum in Christo Iesu + Salutant vos, qui mecum sunt, fratres, Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Casaris domo sunt. + Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.*

Rom. 12.  
a.a.  
19  
20  
21  
22  
23

**I.**  
*Taque fratres mei, in fide charissimi in dilectione & desideratissimi, in opere vel aspectu gaudium meū, subaudi in praesenti, & corona mea, subaudi in futuro gaudeo in praefenti de vobis, & coronabor in futuro, quia vos Deo adquisui sic stare, id est, sic perseverate in fide, in opere, in doctrina sicut à me audistis, & vidistis. Id ipsum sapere in Domino, subaudi, quod nos sapimus, ego alijq; fideles, qui ita credunt perfecte & sapiunt, sicut ego. Euchodia & Syntyche, sapientes & religiosæ erāt mulieres apud Philippenses, quæ prædicabant, & docebant domibus in suo sexu paruulos etiam & paruulas, non tñ in Ecclesia, quia id ē Apostolus hoc iubet, vt mulieres in Ecclesia taceant. Et te Germanerōpar. Germanus comes erat illius in fide, vel in officio prædicationis, & tñ diues. Ideoq; præcipit, vt ipse qui abundabat operib. si neceſſe esset præberet auxiliū in viatu, & vestimento illis mulieribus, vel ēt vt in prædicatione adiuuaret illas, compar comes in fide, & officio adiuua illas, subaudi tūra memoratas, quæ meū laborauerunt, subaudi docentes in isto sexu cū clemente. Clemens Philosophus fuit, sed postea Discipulus Apostolorū, Petri & Pauli factus, præfū. t Ecclesiæ Romanae præfūl, & pro Christi nomine in mare est præcipitatus, & ceteris adiutoribus meis. Ne Philippenses dure acciperent, q; omnia illorū nomina in hac Epistola non cōtinuerentur, ideo subiunxit & ceteris adiutorib. meis, quæq; nomina sunt in libro vita. Et est sen. Philippenſes nolite grauiter ferre, quod oēs vos in Epistola mea non nominaui, qm & in mea Epistola non estis scripti, in libro tamē vitæ continemini, quia mei adiutores estis. Iste est & liber vitæ de quo Dñs dicit, Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis, id est, in memoria omnipotentis Dei. Gaudete in Domino semper.*

A  
II.

III.

B.

Luc. 10. v.  
20:

IV.  
V.

*Vos qui nō gaudetis in temporalibus negotijs, & terrenis, caducis, transitorijsq; rebus, gaudete in Domino fide, ore, & opere, & mente, & corpore, modestia vestra, id est, mansuetudo & humilitas vestra nota sit omnibus hominibus, fidelibus & infidelibus, hæreticis falsisq; fratribus, fidelibus nota sit vt vestro exemplo, corroborentur in omni bonitate, imitatores vestri facti, & vos mercedē recipiatis: infidelibus nota sit, vt videntes vestram religionē, & bonā conuersationem non possint infamare fidem nostram, & nomen Domini Salvatoris. Sed potius nostro exemplo reuocētur ab errore. Dominus prope est omnib. qui recte credūt, iuste viuūt, bene docent, & cor immaculatū habent, vel prope est Dominus, vt vos ab hac vita abstrahat per mortē carnis, vel prope est, vt veniat ad iudiciū. Nihil solliciti ipsis, de mundanis, terrenisq; rebus. Sollicitudo est superflua cura, sed iusti non debet superflua curam assumere de rebus trāsitorijs, sed in Dño omnem spem habere, iuxta quod psalmista ait iacta in Dño curam tuā & ipse te enutriet, sed in omni oratione. Oratio est pro præteritis ex-cessibus, & delictis, & obsecratione, obsecratio est pro adipiscendis futuris cū gratiarū actione, gratiarū actio est pro collatis beneficijs. Ideo debemus omnipotēti Deo gratias referre p beneficiis collatis, vt cū de præceptis nō inuenimur ingrati, de pecipiendis nō iudicemur indigni, petitiones vestra innotescat apud Deū. Nolite inq; superfluā curā assumere pro temporalibus rebus, sed petitiones vestra innotescant apud Deū. i. notæ fiant Deo per ministeriū Angelorum. Si ergo omnipotens Deus omnia nō solū præterita & præsentia, sed ēt futura cognoscit, & non solum opera sed ēt cogitationes discernit, & totus vbiq; est, quod necesse est, vt per ministeriū Angelorū renuntientur ei, quæ agimus: non ergo ideo illi nuntiant, quod illum aliquid lateat, iuxta, quod Salomon dicit tu solus noster cor filiorum hominum, sed vt officium &*

C.

Ps. 4. v. 13.

Reg. 8. v.

- vii.** ministerium suum adimplant, quia nuntij sunt, & pax Dei que exsuperat omnem sensum, exsuperat, id est, transcendit omnem sensum, & Angelorum & hominum, non tamen Dei; de qua pace loquitur: quia reconciliati sumus Deo per passionem filij Dei. Ante aduentum siquidem Dominilonge eramus a Deo, & discordes eramus tam Deo, quam Angelis, sed per passionem filij Dei reconciliati sumus Deo, ista reconciliatio necesse est ut semper nos custodiat; exsuperat autem omnem sensum praeter sensum Dei, quia nemo Angelorum, nemo hominum potest ministrare mysterium passionis filij Dei, & reconciliationis nostrae, & quanta fuerit charitas in illo qui cum esset Deus, pro nobis homo fieri dignatus est; custodias corda vestra & intelligentias vestras, cor & intellectum pro vno accipiendum in Christo Iesu, per Christum Iesum, vel in fide Iesu Christi.
- viii.** *De cetero fratres.* Præter illa superiorius memorata, quæcumque sunt vera quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, id est, omnia quæ in Euangeliō habentur cogitate & cogitando opere implete, quia illa sunt vera omnia, vera sunt pudica & casta, quia ab omni mendacio sunt inviolata, & incorrupta, illa sunt iusta & sancta, quæ sanitatem & iustitiam docent, & nos iustos & sanctos faciunt, amabilia, id est, quæ Deus amat, & sancti, & quæ nos Deo amabiles reddunt, quæcumque bona fama, id est, quæ bonam famam nos faciunt habere, omnia ista cogitate & perficite, si qua virtus, subaudi fidei, operationis, doctrinæ, & vnde Deus laudari potest illam Deo applicate, non vestris meritis, & audistis subaudi per literas nostras vel a me ipso & vidistis in opere. *Et Deus pacis erit vobis.* Hoc est Deus, qui est Pater pacis, id est, Domini Iesu Christi, qui est pax nostra, sicut Apostolus ait, ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. *Gauis sum autem in Domino uehementer quoniam tandem aliquando,* in principio prædicationis Apostoli, quando Philippenes crediderunt, maximam humanitatem præbuerunt ei ministrante sibi latto animo quæ necessaria erant, sed cum cœpissent persécutionem pati a suis ciuiibus infidelibus, & tribulari a persecutoribus, cessauerunt a ministratiōnibus neque enim poterant in seditione, & persécutione positi officium charitatis ita complete, sicut tempore pacis. Iterum vero cum reddita esset illis tranquillitas Domino suffragante, reuersi sunt ad pristinam conuersationem, cœperuntq; ministrare Apostolo, alijsque sanctis, quæ necessaria erant. Quapropter congaudet Apostolus illorum bonitati, & dicit, gauis sum inquietus valde, quoniam tandem, id est, ad ultimum aut vix aliquādo restorūisti, id est, florem virtutum protulisti reuersi ad priorem conuersationem, & consuetudinem, restorūisti, id est, florem bohæ operacionis protulisti eundem affectum dilectionis erga me exhibere, sicut antea exhibebatis. *Occupati autem eratis,* subaudi ih̄ persequitione ciuium. Excusat eos modo, dicens indulgeo vobis si id tempus illud dimisisti, quia detenti eratis persécutione inimicorum, nam quasi propter penitiam, id est, indigentiam, ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, id est, ego scio in quibus possum sufficientiam habere, quia scio indigentiam patienter ferre, & abundantiam cum temperantia disponere. Multi sunt qui positi in paupertate, & egestate nesciunt ea patienter ferre, & sunt multi qui positi in abundantia nesciunt temperantiam habere, sed comedunt & bibunt ultra modum, & vtuntur his quibus abundant intemperate, à quorum numero erat Apostolus alienus. *Scio humiliari,* id est, penitiam humiliter sustinere, scio & abundare, & in abundantia temperans esse, ne corrumperet ea, in omnibus constitutus sum, id est, in omnibus doctus sum, & satiari, id est, abundare, & esurire, id est, penitiam pati, omnia possum in eo, qui me confortat, ne videaretur sibi tribuere, quod suis viribus potuisset in penuria patiens esse, & ita abundantia temperans, ait, omnia autem ista in eo possum implere, qui me confortat, id est, in Christo, qui mihi possibilitatem tribuit. *Verum tamen beneficisti communicantes tribulationi mea,* id est, quafuis ego nullò indigeam, beneficisti vos, charitatis officium in me adimplentes, compatiendo passiōnibus meis, & mittendo mihi quæ erant necessaria, scis autem, & certa via profectus sum a Macedonia. Macedonia Provincia est Græcorum dicta a Macedone Rege, Thessalonica Civitas est, vel regio a Tessalo tege dicta, in hoc

hoc ergo quod latidat Philippenses, qui ei necessaria miserunt, vituperat alios, qui ei nullum obsequium præbuerunt. In ratione dati & accepti quicquid accipitur, vel datur ratio inde potest esse, ratio dari est, quia sicut dator, quid dat, aut quantum das, & cui dat, utrum aurum, an vestimentum dat, vel etiam libram auri, aut equum, ratio accepti est, quia scit ille, qui accipit metallum aliquod, aut vestimentum, & scit quantum accipit, & à quo accipit. Et est sensus ex omnibus de quibus potest esse ratio dati & accepti non ministrauerunt mihi, quia ipsi nihil dederunt, & ego nihil accepi. Non quia quero datum, subaudi tantummodo, sed requiro fructum, id est, benevolentiam & benignitatem animi in ratione vestra, id est, ad utilitatem vestram. Quidam codices habent abundantem in oratione vestra, oratio Apostoli, oratio Philippensem erat, quia pro illis orat, & quando quilibet orat pro aliquo, si vita illius munda fuerit, pro quo oratur, subleuat orationem deprecantis, ut antea exaudiat, impedit orationem illius qui pro ipso orat. Vnde Dominus dicit Hieremias. *Nolite orare pro populo, hoc quia non exaudiam te.* Ergo Beati Pauli oratio, quam pro Ier. 7. v. 16. illis fundebat, bona vita illorum subleuabatur. Vnde dicit, non requiro tantummodo datum, sed requiro benevolentiam, & benignitatem abundantem in oratione vestra, id est, ut vestra voluntate subleuetur oratio, quam pro vobis fundo. *Habeo autem omnia & abundo.* Ille omnia habet, qui nullo indiget, qui præter necessaria nihil requirit. Repletus sum, inquit, subaudi omni abundantia acceptus ab Epaphroditio, subaudi muneras, Quæ subaudi munera missis, mihi miserant illi Philippenses aut aurum, aut argentum, & vestimenta per Epaphroditum, in quibus ipse multum gratulatus est, non tam pro sua, quam pro aliorum necessitate in odorem suavitatis, odor suavitatis est. Apud Deum intentio bona, & voluntas promptissima offerentis, de qua legimus in Genesi quia odoratus est Dominus odorem suavitatis, quando Noe obtulit sacrificium Deo egressus ab Arca: non enim est putandum, quod Deus omnipotens sacrificio victimarum, & fumo carnium atque nidore pinguedinis delectetur, sed intentione bona & voluntate promptissima offerentis: Si enim fumo & nidore carnium delectaretur, nequaquam diceret per Prophetam sacrificia vestra odiuit anima mea. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, tale desiderium habebant Philippenses, ut socij & comparticipes merebentur fieri remunerationis Beati Apostoli, & est sensus, concedat præstetque Deus meus, ut sicut estis participes passionis meæ, & condeletis tribulationibus meis, ita sitis participes præmiorum meorum, & congaudeatis latitiae meæ. Et qualiter fiet istud secundum diuitias suas in gloria æterna. Quæ sunt illæ diuitiae? quas ocularis non vidit, nec in cor hominis ascenderunt, id est, gaudia seculi pœnæ & præmia sine fine mansura, & hoc in Christo Iesu, hoc est per Iesum Christum Deo autem & Patri nostro, id est, sanctæ Trinitati, quæ unus Deus est, in secula seculorum, subaudi maneat & omnia futura sæcula. Salutare omnem sanctum, id est, omnem sanctificatum in baptisme, vel qui sine crimine & grauiori peccato florent, maxime autem qui de Cæsar's domo sunt. Quare addidit maxime autem qui de Cæsar's domo sunt, ut illos Philippenses acueret, & instigaret ad fidem seruandam, & bonis operibus laborandum, quasi diceret O Philippenses attendite, si illi qui apparitores Imperatoris sunt, & ei semper assistere debent in palatio, illius veniunt ad fidem, pro nihilo deputantes iram Imperatoris, & viriliter in fide & doctrina laborant, quanto magis vos debetis feruentia animo fidem seruare, bonisque operibus insistere, qui longi ab aula remoti, regali, non estis aula, neque terremini iussu malignorum principum. Nam manente Apostolo in carcere in domo Imperatoris, multi ex domo Cæsar's veniebant ad eum, & doctriab illo baptizabantur, in tantum, ut sicut iam diximus, dominum persecutoris faceret Ecclesiam redemptoris. Gratia Domini, id est, fides, vel salus, & redemptio, atque remissio peccatorum maneat, cum spiritu vestro, id est, in corde vestro & mente, quia si manserit in mente manebit, & in corpore.

Expli.

xvii.

G.

xviii.

xix.

H.

xx.

xi.

**Explicit Epistola ad Philippenses. Incipit Prologos in Epistolam ad Colossenses.**

Colosseñibus scribit Apostolus hanc Epistolam, Colossenses autem sunt Asiani, quibus non ipse Apostolus prædicauit, sed eius Discipuli, Archippus, & Epafias, Archippus vero in eis misterium cœperat, Epafias autem ab eis oriundus ab Apostolo instructus, doctrinam Archippi confirmauerat, Archippo ergo prædicante, & prædicatur: eius Epafia confirmante, gratiam Christi didicerat, superuenierunt autem pseudo Apostoli, qui eos euertere nitebantur, carnales obseruantias prædicantes, & Philosophicis disputationibus eotum simplicitatem irretire coñantes, ijs igitur, superuenientibus, & prædicantibus, carnalies obseruantias, in dubium illis venerat, quibus potius credendum eset, vnde Paulus cuius auctoritas celebris erat, quasi medius indicat, quæ pars potius sit tenenda scribens eis ab Epheso, describens autem Christum, & eius beneficia ostendens, quando sufficiens est ad omnia, carnalia vero prorsus improbat, vt deinceps fidem Christi sincere teneant, instruit etiam eos, naturaliter confirmans, quicquid illi scilicet, Archippus, & Epafias, docuerat, in fine Archippum commonet, fore sollicitum suscepti ministerij.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

### CAPVT I.

**Audita fide charitate ac spe Colosseñium, orat pro ipsis Apostolus, quæ in scientia Dei bonisque operibus perficiantur, Christum Dei imaginem dicit, per quem omnia creata sunt, & qui caput est Ecclesia, quo omnia pacificata sunt: hortatur ergo, vt immobiles in fide permaneant, seque dicit effectum Christi ministrum, ad prædicandum mysterium, à sæculis absconditum, & nunc manifestatum**

**P**aulus Apostolus, Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: + eis, qui sunt Colosseñis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. + Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo: Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes: + audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnibus, + propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Euangeli: + quod peruenit ad vos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die, quæ audistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate, + sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, + qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. + Ideo & nos, ex qua die audiuiimus,

non

**B.**

non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini  
 agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritua-  
 li: + ut ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere  
 10. bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: + in omni virtute  
 confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni poten-  
 tia & longanimitate cum gaudio, + gratias agentes Deo Patri,  
 qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine: + qui  
 eripuit nos de potestate tenebrarum, & transluxit in regnum fi-  
 lij dilectionis sua; + in quo habemus redemptionem per sangu-  
 nem eius, remissionem peccatorum: + qui est imago Dei inui-  
 sibilis, primogenitus omnis creature: + quoniam in ipso condita  
 sunt uniuersa in cœlis, & in terra, visibilia & inuisibilia siue  
 throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia  
 per ipsum, & in ipso creata sunt: + ipse est ante omnes, & o-  
 mnia in ipso constant. + Et ipse est caput corporis Ecclesia, qui est  
 principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse pri-  
 matum tenens: + quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem  
 17. inhabitare: + ipse per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans  
 18. per sanguinem crucis eius, siue que in terris, siue que in cœlis sunt.  
 + Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operi-  
 bus malis: + nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per  
 21. mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensi-  
 biles coram ipso: + si tamen permanetis in fide fundati, & sta-  
 biles & immobiles à spe Euangeli, quod audistis, quod prædica-  
 tum est in uniuersa creatura, que sub cœlo est, cuius factus sum  
 ego Paulus minister. + Qui nunc gaudeo in passionibus pro vo-  
 bis, & adimpleo ea, que desunt passionū Christi, in carne mea, pro  
 24. corpore eius, quod est Ecclesia: + cuius factus sum ego minister se-  
 cundum dispensationem Dei qua data est mihi in vos, ut im-  
 pleam verbum Dei: + mysterium, quod absconditum fuit à sacu-  
 lis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius,  
 + quibus voluit Deus notas facere diuinas gloriae sacramenti hu-  
 ius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriae, + quem nos  
 annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes o-  
 mnem hominem, in omni sapientia, ut exhibeamus omnem homi-  
 nem perfectum in Christo Iesu, + in quo & labore, certando secun-  
 dum operationem eius quam operatur in me in virtute.

Pau-

- I. **P**aulus cognito omnibus nomine vtitur *Apostolus Iesu Christi*, nota omnibus dignitate recte hic Apostolum se nominat, quia etiam his Apostolus erat, quibus per discipulos suos prædicauerat, ecce auctoritas dicendorū. Apostolus dico, non per iram, sed per voluntatem Dei, qui non pseudo sunt, & Timotheus frater, qui est vir auctoritatis, hæc scripsit, *is qui sunt Colosii fratribus sanctis fidelibus*, id est, maioribus & minoribus, & qui ipsi fideles & sancti sint in Christo Iesu, id est, per gratiam Christi, non vi legis, *gratia sit vobis*, id est, remissio peccatorum. *Et pax mentis reconciliatio ad Deum, à Deo Patre nostro, gratias agimus Deo & Patri*, qui enim Deus, & Pater est, & potest, & vult, *Domini nostri Iesu Christi*, per quem nobis omnia præstantur, *semper orantes pro nobis*, ut crescatis in melius, ecce hic ostendit, vnde gratias agit, & est ordo gratias agimus, *audientes fidem vestram, esse in Christo Iesu*, quem creditis ipsum Deum & hominem esse, & dilectionem quam habetis, non utique otiosam, sed operis exhibitionem prouenientis ex ea ostensam, *in omnes sanctos*, & hoc non pro humana laude, vel pro terreno, emolumento, sed per spem, id est, re speratam, quæ tñ modo non appetit, sed reposita est nobis in cælis, ab æterno reddenda, & quasi quereretur, quomodo igitur res tam latens speratur, subdit quam ut certa habetis in verbo auditis, quod utique tenendum est, quia est verbum veritatis, & Evangelij, id est, & plene verum est, & adhuc nuncium quod Euangelium, non vos primi habuistis, sed per alios, peruenit ad vos, nec soli habetis, sicut per me, & alios venit in uniuersum mundum, & adhuc est manens in uniuerso mundo, & cum sit in mundo, Euangelium fructificat, ibi, id est, homines sanctificare facit per bona opera, & crescit, id est, crescere facit argumento scientie, & ministerio fidelium, sicut & est in vobis, & ideo nil debetis superaddere, ex ea die, qua primum per Archippum auditis, credenda, & cognovistis, quid scilicet, *gratia Dei, in veritate, sicut præterea, didicistis, veritatem esse, prædicaturum Archippū, ab Epafia Charissimo conservuo nostro*, qui nobiscum prædicator est, qui est fidelis Minister Christi Iesu, id est, à Christo electus, ut qui Christo ministrat, vel Christo offert bonorum operum nostrorum sacrificia, & hoc non pro vestris rebus, sed pro nobis, scilicet, pro nostra salute, quia salutem nostram desiderans coepit annunciare Archippum, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram, habitam ad Deum, & ad proximum fundatam esse in spiritu non in carne, quia pro spiritualibus, non pro carnalibus diligitis, Ideo & nos ex quo die audiimus, hoc de vobis. Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, quin pro meritis quæ pro vobis exhibemus, ut impleamini voluntatis eius agnitione, id est, plene cognoscatis quid Deus velit, & quid non, & hoc per partes exequi, scilicet, impleamini, id est, omni sapientia, rerum, quæ sunt actiua vita, & intellectu spirituali, id est, in cogitatione spiritualium rerum, quæ sunt vita contemplative, & magnum est utique, plene sciire, quid Deus velit in omnibus rebus actiue & contemplatiue vita. Ut præterea ambuletis, bene operando digne Deo; id est, ita ut debeat Deum, vel ita ut sitis digni eo præmio, per omnia, negotia actiua vita & contemplatiue, placentes Deo. Ut in omni opere bono fructificantes, in maius, & plane vita paruitatem crescentes in scientia Dei, & est in agnitione Deitatis, incrementum, operum eorum, cum scientia fieri vult, ut ignorant fidei suæ spem, quam credunt, tunc enim firmi, & stabiles erùt, si aduentant, quæ pro fide promissa sunt, in omni virtute ideo confortari, scilicet, à Deo in castitate & in ceteris, secundum potentiam claritatis eius, id est, secundum, quod ille bene potest vos confortare, qui est claritas patris, id est, filius, vel secundum, quod vobis claram cognitionem dedit: in omni patientia, contra aduersa habita, & in longanimitate, tunc laboris, & hoc non existentia, velex necessitate, cum gaudio, hic in incipit ostendere, quod lex non prodest sed nocet, & charitas ad omnia sufficit bona, quæ possunt sciri ex eo, quia ipse, & alij Apostoli, qui legalibus fuerant etiam missis ad Christum confugetant. *Gratias agentes Deo, & Patri*, qui solus potest recreare, quia Deus & vult, quia Pater, qui etiam vos gentiles, sicut nos Iudæos fecit diagnosis partem fortis sanctorum, & in participationem hereditatis quæ fortis datur sanctis, id est, diuina voluntate, voluntas enim Dei, in humano genere fors est, apud quem non est iniiquitas, sed omnia facit per iustitiam, & si occultam, per quam ha- reditus

reditas æterna, datur quibus vult, vnde ipse hereditas, sors dicitur quæ non meritis, sed electione diuina datur sanctis S. Patriarchis, & prefectis, & ideo per gratiam, non per legem querenda est, per gratiam enim dignatus aduocare gentes, & inducere in promissionem Iudeorum, & hoc non in lege, sed in lumine, id est, per eum, qui est lumen de lumine, cuius gratia illuminamur, quod lex non potuit unquam præstare, vel *dignos nos fecit*, sumendo, nos in lumine, id est, in clara cognitione, à qua deuiens cadat in tenebras, *qui ita nos dignos fecit*, quod in Baptismo eripuit nos, similiter & nos, de potestate tenebrarum, id est, ignorantiae, & peccatorum dæmonum, qui dominabantur nobis, diabolus enim & Angeli eius, captiuauerunt prædestinatos ad hanc gloriam, à Redemptore autem nostro foras missi, qui dominari solebant infidelibus intrinsecus, fideles oppugnat extrinsecus, sed non expugnant & transfluit, nos de mundo, in regnum filij, id est, ut essemus filii Dei, de quo ipse dicit, regnum meum non est de hoc mundo, non ait, non est hic, sed non est hinc, quia peregrini quidem in mundo, sed non est de mundo, regno enim suo dicit de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, erant de mundo, qui ad mundi principem pertinebant, vel ita eripuit nos de potestate tenebrarum, id est, de inferno, in quo tenebantur à Diabolo, tam ex proprio, quam ex debito Adæ, & transfluit nos in regnum filij, quando attollens nos de imo Tartari induxit in cœlum cū vero filio suo, iam enim credentes, qui fixa mente denoti sunt, exeuntes de sæculo, duce dextræ patris Angelo inducuntur in cœlum, filij, dico, *dilectionis suæ*, quem scilicet, diligit ita eum, & per nos diligit, sine eo erimus odiosi. Attende diligenter, quod dicit filij charitatis suæ, si charitas, qua Pater diligit filium, & filius diligit Patrem, ineffabiliter communionem demonstratam eorum, quod conuenientius, quam utile proprie dicatur charitas, qui spiritus est, communis amborum, alioquin si in illa Trinitate solus spiritus est charitas profectus, & filius non huius Patritæ, sed etiam Spiritus Sancti, filius inuenitur. Non enim dixit filij sui, quod si dicaret verissime diceret, sed ait filij charitatis suæ, filius ergo est etiam Spiritus Sancti, si non est in illa Trinitate charitas Dei, nisi Spiritus Sanctus, quod cum sit absurdissimum restat, ut non solum ibi sit caritas spiritus sancti, sed propter illa de quibus sat differui, proprie sic vocetur, quod vero dictum est, filius charitatis suæ, nihil aliud intelligatur, quam filij sui dilecti, quam filij substantiae suæ; charitas enim Patris, eius natura, atque substantia est, ut saepe diximus, & ideo filius charitatis, eius nullus est alias, quam qui de substantia eius est genitus. In quo filio nos Iudei habemus redemptionem, aliter non iremus in cœlum, redemptio est destruxta potestate diaboli facultas libertatis, quæ nobis est data fuso illius sanguine, qui nullum habuit peccatum, ut quia diabolus illos merito tenebat, quos peccati reos, cognitione mortis constrinxit, hos per eum, merito dimitteret, quem nullius peccati reum in merito poena mortis effecit, ac iustitia vietus, hoc vinculo vietus est fortis, & ideo non est opus alijs hostijs, quia per eum habemus remissionem peccatorum, quotidie si peccamus, & non est opus alijs, & bene hæc per eum sunt, quia ipse est, *qui est imago Dei patris*, id est, plane similis Patri, & de Patre, imago igitur Patris est, quia de ipso est, & nihil distat ab ipso, non ita est homo imago Dei, homo enim imago est Dei, imitando Deum, & non qualis imago est filius: aliter, est enim imago Dei in filio, aliter in homine, sicut aliter est imago Regis, in numero aliter in filio, nos sumus numeri in quibus imago Dei est, Christus est filius qui hoc est quod Pater, nulla imago Dei colli debet nisi illa, quæ hoc est, quod ille, nec illa pro illo, sed cum illo, imago dico inuisibilis, id est, incomprehensibilis, nec coepit cū creatura, imo ipse est primogenitus omnis creatura, id est ipse solus, & ante omnē creaturam est genitus alia sunt creata, quia ante omnia ipse genitus, hic ostenditur coæternus Patri, & vere genitus est ante omnē creaturam, quoniam in ipso, id est, per ipsum condita sunt universa, ecce hic ostenditur, omnipotens Patri, ita in nullo filius est minor Patre universa dico, quæ sunt in cœlis, & terra visibilia, ut Sol, & Luna, & inuisibilia, ut Angeli, & animæ, siue troni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, etiam hæc altissima per eum facta sunt, omnia, protus per ipsum creata sunt, quatuor elementa, vnde omnia, & in ipso

xiii.

xiv.

xv.

xvi.

*ipso sunt, id est, ipso auctore viuunt, vel ita per ipsum omnia creata sunt, & omnia in ipso sunt, id est, eum non extendunt, quia immensus est, & extra subsistentiam eius esse non possunt, & ipse non modo aeternitate, & potentia, sed etiam dignitate est ante omnes, nullus est ei æqualis etiam secundum quod homo est, & sicut omnia creauit, ita & in ipso constant omnia, qui omnibus, secundum diuinitatem infusus, omnia sustinet, & regit, & cum talis sit ipse secundum hominis naturam est caput corporis sui,*

**xvi.** *scilicet Ecclesiæ, quæ vñita est Christo, gratia, & natura, vt capiti, bene ergo dicitur caput corporis, id est, Ecclesiæ, quia ita se habet ad Ecclesiam, sicut caput ad corpus, prouidet enim Ecclesiæ, & regit eam, & in ipso sunt omnes spirituales sensus Ecclesiæ, vt in capite omnes sensus corporis, sic enim anima totum corpus nostrum animal, & viuificat, sed in capite omnibus sensibus sentit, ideoq; capiti, cuncta subiecta sunt ad operandum illud autem supra locatum est ad consulendum, quia ipsius animæ quæ consultit corpori, quodammodo caput cedit, gerit personam, ibi enim oës sensus appetit, sic vniuerso populo omnium sanctorum tâquam vni corpori caput est homo Christus, quos omnes ab Abel, vsq; ad ultimum iustum sapientia Dei illuminat, quæ plenius fuit in Christo aliter enim cæteri homines sapientes sunt, aliter homo Christus, qui ipsius sapientie, per quam fiunt sapientes quicunq; homines nō solum beneficium habet, sed etiam personam gerit, veritate ipsius, & gratia plenus, & idcirco omniū, qui de plenitudine eius accipiunt caput est, ex quo appetit, quod sapientia Dei, id est, verbum, non sic assumpit, illum hominem vt cæteros, sed multo excellentius, multisq; sublimius, quomodo ipsum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret sicut etiam visibiliter dicebat ostendi, de cæteris, aut sapientibus recte dici potest, quod habeant in se verbum Dei, per quod facta sunt omnia, sed de nullo illorum recte dici potest, verbum caro factum est, homo ergo excellentius assumptus, quasi personam sapientiæ Dei gerit, vt caput in quo sunt omnes sensus, personam animæ, quæ totum corpus viuificat, sed cum Ecclesia ab Abel coeperit, quomodo homo Christus caput est eorum, qui tunc fuerant, quia ipse est, qui est proprium Ecclesiæ secundum diuinitatem, id est, fundatur Ecclesiæ, quia oës iusti, qui ab Abel vsq; ad ultimum iustum generantur virtute diuinitatis, & misericordiæ suæ dono illuminauit, secundum humanitatem etiâ potest dici principiū Ecclesiæ, quia super fidē humanitatis eius fundata est, & bene ipse est caput & principium, id est, rector, & fundator, quia ipse est primogenitus ex mortuis, primus mortuorum, ad immortalitatem resurgens, sicut enim natus est ante omnia de Deo, vt omnia crearet, sic iterum de Virgine natus homo primus surrexit, vt quæ creauerat restauraret, vt semper sit primus & princeps, vnde subdit, vt per hoc sit ipse in omnibus, tam prioribus, quam sequentibus eruens, *primum*, id est, dominium, quia potest alios suscitare, quia complacuit, Trinitati omnem plenitudinem habitare in ipso, & per eū reconciliari omnia, id est, placuit Trinitati, quod in ipso omnis plenitudo scientiæ ac virtutum, nō modo esset, sed habitaret, & reconciliaret Deo omnia, id est, Iudeos, & gentes, attende quod plenitudo recte dicitur in ipso esse, & manere, quia potest per se, vt nihil acceptū sit, quod per eū non possit præstari, vnde ait sicut Pater habet vitâ in se sic dedit, & filio, vitam habere in semetipso, sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, quos vult viuificat, & sic ostenditur perfectus Deus esse omnia dico tendentia in ipsum qui est lumen verum, & aeternum, id est, aeterna veritas, & ipse est pacificans, id est, pacificauit nos gratis, non per aliam Hostiam, sed per sanguinem crucis eius, id est, per mortem huius, quæ est turpior mors, *sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt*. i. cœlestia, & terrestria, quia patet homini introitus in cœlum, vel *quæ in cælis sunt*, id est, sanctos, qui iam sunt in cœlo, & *quæ in terris*, id est, sanctos, qui adhuc in ista vita sunt, & vt specialiter loquar, & vos o Colossenses pacificauit, & reconciliavit Deo, cum, id est, quamuis, effetis aliquando alienati, à Deo, id est, cum Deonon habitantes, & inimici contradicendo & hoc sensu, quia putabatis bene agere, vel secundum aliam literam potest legi, quod, id est, valet, cum effetis alienati, & inimici sensus, id est, concilij eius, quia non receperunt, quæ per Moysem mandauit.*

**xvii.** *Deus, deuoti idolis suis, vos dico degentes actu, in operibus malis, nunc autem, id est, in*

est, in hoc tempore gratia non in alio, *reconciliavit*, nos remissione peccatorum, in corpore carnis, id est, fragilitatis eius, id est, in corpore suo passibili, & mortali, & hoc per mortem exhibere vos, id est, ad hoc ut tandem exhibeat, id est, representet vos sanctos virtutibus, & immaculatos à peccatis, & vsque à Deo, quod irreprehensibles, quia tunc nihil mali erit in eis, *coram ipso*, quia omnia videt, vel irreprehensibles *coram ipso*, quia tunc ei praesentes eritis videntes eum sicuti est facie ad faciem, de quo diffidendum non est, si enim mortal is, & mortuus potuit reconciliare iam immortalis potest omnia facere hic monet ut in fide Christi, & spe perseverent, ideo enim tot & tanta dixerat de Christo, ut ponant spem, in eo solo in quo omnia bona sunt non alicui elementorum, vel Angelorum se putent subiectos, hic enim solus colodus est, & adhuc non extimandus est quisq; tamen hac cōditione, *si permanet in fide fundata*.

xxiii.

id est, firmi, non fluctuantes, & stabiles, ut per vos non recedatis, & immobiles, alio impellente, à se Euangely, id est, si estis stabiles in spe præmij, & ab ea immobiles, quod promittitur in Euangeliō, si hæc fecerint exhibebit eos Deo, aliter vero nō prodest eis Christus, quod Euangeliū debetis tenere, quia audistis, id est, intellectis, & percussis est reueri, melius enim est viā veritatis, non agnoscerē, quam post agnitam re-

troire, *quod Euangeliū prædicatum est*, & manet, in vniuersa creatura, qua sub caelo est, id est, in vniuersis hominibus, qui sunt noua creatura, quotquot sunt vbi cunque.

xxiv.

*Cuius Euangeliū prædicandi, Ego Paulus factus minister*, & ita potestis scire, quod verum est, qui tunc Ephesi positus in carcere pro Euangeliō, *gaudeo in passionibus*, quia inde credentes proficiunt, quas sustinet *pro vobis* confirmandis in veritate Euangeliū, & adimpleo ea, passionum Christi, quæ desunt passionibus Christi, suas passiones dicit esse Christi, quia nostræ passiones, qui sumus Christi, membra Christi sunt, quasi enim unus homo una persona est, caput cum corpore, saluator cum saluandis, si ergo in membris Christi es, quicquid pateris ab eis, qui non sunt membra Christi deerat passionibus Christi, additur quia deerat mensura implens non superfundens tantum pateris, quantum ex passionibus suis inferendum erat vniuersæ passioni Christi, qui passus in capite nostro, & patitur in membris suis, ad rationē hanc quasi rem publicam nostram, quisque pro modulo suo exsoluit, quod debet, & pro posse virium nostrarum, quasi canonē passionum inferimus paritoria plenaria passionum omnium non erit, nisi cum seculum erit finitum, & hoc non in meis, sed in carne mea, vel desunt non in carne ipsius Christi, sed in carne mea, & hæc patior, *pro corpore eius*, multiplicando, quod est Ecclesia, non de alio corpore dico, *tuis corporis*, ego Paulus factus sum Minister, ut ei ministrem spiritualia, secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, id est, ad hoc factus sum minister, ut ei Deum dispensem actu, per gratiam Apostolatus mihi crediti à Deo in vobis, tantum est enim, quod à meis discipulis prædicatum est vobis, quantum si à me ipso Ministerium Euangeliū inter gentes à Deo per Christum factum se esse dicit ad quid autem ostendit scilicet, ut Ministerium à Deo cœptum per idoneum seruum impletatur, quia *ignotum à seculis* fuit, scilicet, ministerium nativitatis ex Deo, & nativitatis ex Maria, & Saluationis gentium totius operis Christi, vnde subdit, ut impletum, & impletum ostendam verbum, id est, dispositionem, vel ordinationem, quod Deus præordinauit de vobis gentibus, vos scilicet, per Christi incarnationem saluari. Hoc dicit ne videatur salus non esse gentibus promissa, quod verbum est.

xxv.

*Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus*, mysterium incarnationis, passionisq; filij Dei, ac redēptionis generis humani absconditū fuit ab initio mundi sapientibus huius seculi. Patriarchis autem & Prophetis, alijsq; quamplurimi iusti patefactum est. *Quod est Christus, in vobis spes glorie*. Christus est spes glorie electorum, quia quicumque firmiter in eum credunt, sperant se accepturos, vitam æternam, & gloriam quam ipse promisit corripiētes omnem hominem, omnem hominem hic debemus intelligere Iudæum, & gentilem, Dominū, & seruū, diuitem & pauperem, omnemq; sexum & omnem conditionē, quibus præceptum est Apostolis prædicare, sed quod dicit corripiētem omnem hominem, pertinet ad superbos & ingratos. Et quod dicit mentes pertinet ad humiles, & subiectos, in

xxvi.

xxvii.

*omni sapientia, id est, in fide sanctæ Trinitatis, in qua est omnis sapientia perfectum in Christo Iesu, hoc est in fide Iesu Christi, secundum quod in præsenti sæculo potest quilibet electus perfectus esse: in præsenti enim sæculo nemo potest esse perfectus ad comparationem perfecte comparationis æternæ perfectionis. Vnde idem Apostolus alibi, quotquot inquit perfecti sumus hoc sapimus subaudi quia non sumus perfecti, quod enim modo videmus in ænigmate, & tenemus in spe, tunc possidebimus in re, quoniam videbimus eum sicuti est, in quo & labore certando, duo dicunt laborem, & certamen, ex quibus unum refertur ad prædicationem, alterum ad conflitum hostium, labore inquit in prædicatione, certando contra hostes Christi, & hoc non mea virtute, neque meis viribus, sed secundum quod ipse mihi opere traxit.*

## C A P V T II.

*Hortatur ut caueant ne viliis aut persuasionibus aut imposturis philosophorum, seu legem inducere voleatium seducantur à Christi fide: per quem à peccatis, à potestate diaboli, & ab aduerso ipsis chirographo liberati sunt, ut nunc legalia decreta nullio in pretio sint habenda.*

1. *Olo enim vos scire, qualem solitudinem habeam pro  
vobis, & pro ijs, qui sunt Laodicia, & quicumq; no vi-  
derunt faciem meam in carne: + ut consolentur corda  
ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias ple-  
nitudinis intellectus, in agnitione mysterij Dei Patris & Christi Ie-  
su: + in quo sunt orares thesauri sapientie & scientie absconditi.*
2. *+ Hoc autem dico, ut nemo vos decipiatur in sublimitate sermonum.*
3. *+ Nam et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudes,  
& videntis ordinem vestrum, & firmamentum eius, qua in Christo  
est, fidei vostra. + Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum,*
4. *B. in ipso ambulate, & radicati, & superadificati in ipso, & confir-  
mati fidei, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum a-  
ctione. + Videte ne quis vos decipiatur per philosophiam, & inanem  
fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa  
mundi, & non secundum Christum: + quia in ipso inhabitabat  
omnis plenitudo diuitiarum corporaliter: + & estis in illo repleti qui  
est caput omnis principatus, & potestatis: + in quo & circum-  
cisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis  
carnis, sed in circumcisione Christi: + consepulti ei in baptismo, in  
quo & resurrexisti per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum  
a mortuis. + Et vos, cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis  
vestre, conuincit cum illo, donans vobis omnia delicta: + delens  
quod aduersus nos eras chirographū decreti, quod erat contrarium  
nobis, & ipsū tulit de medio, affigēs illud cruci: + & expolians prin-  
cipatus,*
- Cor. 5. a. s.*

patus, & potestates traduxit confidenter, pallam triumphans illos.  
in semetipso. + Nemo ergo vos indicet in cibo, aut in potu, aut in  
parte diei festi, aut neomenia aut sabbatorum: + qua sunt umbra  
futurorum: corpus autem Christi. + *Nemo vos seducat*, vo-  
lens in humilitate, & religione angelorum, que non vidit ambu-  
lans, frustra inflatus sensu carnis sua, + & non tenens caput, ex  
quo totum corpus, per nexus & coniunctiones subministratum &  
constructum crescit in augmentum Dei. + Si ergo mortui estis cum  
Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes  
in mundo decernitis? + *Nec tetigeritis, neque gustaueritis, & con-*  
*rectaueritis: + qua sunt omnia in interitum ipso usu, secundum*  
*praecepta & doctrinas hominum: + que sunt rationem quidam*  
*habentia sapientia in superstitione, & humilitate, & non ad par-*  
*cendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.*

16.  
17.  
18.  
Matt. 24  
a. 4.  
D.  
19.

20.  
21.  
22.  
23.

A.  
1.

III.

IV.

V.

B.

VI.

VII.

VIII.

**V**olo enim vos scire o Colossenses qualem sollicitudinem habeam pro vobis, sollicitu-  
do maxima est cura. Beatus ergo Apostolus eandem sollicitudinem & stu-  
dium gerebat de illis, qui docebantur ab eius discipulis, & ad quos ipse mitte-  
bat Epistolas, licet ipse corpore eos non vidiisset, quam habebat ex his, quos ipse  
proprio ore docebat. Ideo autem talia loquebatur blandiendo, ut illorum animos  
mulceret, & reciperent eius Epistolam, & pro his quis sunt Laodicia, Laodicia Ciuitas  
est Græcorum instructi, id est, firmati & edocti in charitate, id est, in dilectione Dei  
& proximi. In agnitione mystery Dei, id est, in cognitione sanctæ Trinitatis, & fidei  
Dominii Saluatoris credentes eum pro salute nostra venisse in carnem, in quo sunt o-  
mnes thesauri sapientie & scientie. Sapientia refertur ad humanam rem, scientia ad  
diuinam, & in Christo Iesu est. Sapientia qualiter temporalia & humana dispenset,  
& quomodo diuina ordinet, vel sapientia in humanis, & diuinis, scientia similiter  
abscondit, quia non omnibus patent. Ante Domini aduentum nomen Dei Patis  
incognitum fuit, cunctis retro generationibus, non illud nomen, quod Deus dici-  
tur, sed quo Pater vocatur, sicut ipse filius ait: Pater manifestavi nomen tuum. Hoc  
autem dico, subaudi ut sitis firmati charitate, ut nemo vos decipiatur in subtilitate sermo-  
num, id est, in tenuitate sermonum, & calliditate vel in syllogismis. Quidam codices  
habent sublimitatem, quod id ipsum est, hoc est in altitudine. Nam & si corpore ab-  
sens sum, sed spiritu vobis sum gaudens, de fide vestra, & videntis ordinem vestrum, id  
est, reuelante spiritu sancto, qui in me est, cognosco omnia, quæ circa vos aguntur  
in fide, bonisque operibus, quasi præsens sim corpore. Dicit namq; Beatus Hiero-  
nymus quodam loco tantam gratiam ei esse datam, ut cuncta cognosceret, quæ  
circa illos agebantur, quos vel ipse vel discipuli eius docuerant, & firmamentum  
eius, firmamentum fidei Christi appellat firmam perfectamq; fidem, quæ bonis o-  
peribus ornatur, Sicut ergo accepisti, id est, acceptum habuisti in ipso, id est, in fide il-  
lius, ambulate radicati, quod dicit radicati, ædificati in Christo & confirmati in fide  
eius, vnum est hoc est, ut fidem quam habetis bonis operibus exornetis, sciat & di-  
cietis, subaudi à Discipulis nostris, abundantes, id est, in fide illius, in gratiarum actio-  
ne, id est, semper reddentes illi gratiarum actionem ex omnibus, quæ habetis. Videte  
ne quis vos decipiatur per Philosophiam, id est, humanam sapientiam, & inanem fallaciā,  
per quam falluntur homines. Præuidebat Beatus Apostolus, qui erant Philosophi  
gentium, insuper & Iudeorum qui volebant Colosenses per subtilitatem humanæ  
sapientiæ à fide separare. Dicebant enim, quia nihil est corporeum, quod possit gi-

Kk 3 gnere.

- gnere per se aliquod corpus sine commixtione alterius rei corporeæ, verbi gratia, sicuti homo masculus non potest gignere sine commixtione corporalis rei, quæ est fœmina, ita fœmina non potest gignere sine commixtione viri. Et hoc dicebat attendentes ad naturam elementorum, non ad potentiam Deitatis, quæ naturam elementorum potest mutare naturam autem dixi, id est, ordinem, nam natura est ut omnis creatura creatori obtemperet, sic etiam dicebant. Quia si Beata Maria virgo concepit, & virgo peperit, tamen post partum virgo fuit, ideoq; illos alloquitur ne ab his deciperentur. *Quia in ipso, id est, in Christo, inhabitat omnis plenitudo dixitatis corporaliter.* Non dicit ideo corporaliter, quod ipsa diuinitas sit corpus, licet quædam substantia sit viua, sed corporaliter posuit pro eo, quod est veraciter, substantialiter, pleniter. Aliter enim habitat in singulis electorum, aliter in Christo, quia illis datur spiritus ad mensuram, in illo autem pleniter habitat. Habituavit enim in Salomone per sapientiam, in Daniel per castitatem, in Prophetis per sanctitatem, in Moysè per mansuetudinem. In Christo vero per omnem virtutem & innocentiam. Aliter, *corporaliter*, id est, sicut in templo suo, quia habitatio diuinitatis totius corporis Christi fuit, plus enim habitauit in illo, quam in templo Iudæorum. *Festis in illo, id est, in Christo, repleti, vel per illum estis repleti fide, qui est caput, id est, principium & initium, quia ipse tenet principatum super omnia cœlestia, & terrestria, omnis principatus & potestatis.* Potestates autem sunt, per quas sancti ejiciunt daemones de obsessis corporibus. Principatus qui principantur alijs ordinibus, *in quo, id est, in Christo circumcisus estis, id est, mundati ab omnibus peccatis in baptismo Christi, non circumcisio, qua ipse circumcisus est, die octavo secundum morem Iudæorum, illa petra siebat & ista mundatio per Christum qui est petra, consepti, id est, simul sepulti ei in baptismo in quo, id est, in Christo, & resurrexis à peccato & vitijs per fidem, quomodo sumus consepti ei?* Verbi gratia, mortuus est ille in cruce, depositus est in sepulchro, de sepulchro viuus surrexit, & iam non moritur, similiter & nos quando interrogante sacerdote iuxta fontem stantes ab renuntiamus diaholo, & omnibus pompis eius, quasi tunc morimur. Cum vero in fontem descendimus, quasi tunc cum Christo in sepulchro sepelimur, & cù de fonte eximus, mundati, tunc quasi resurgimus. Sed cauendum est, vt sicut Christus iam non moritur, ita nos non moriamur in peccato *per fidem operationis Dei*, virtus diuinitatis, quæ tertia die Christum suscitauit, ipsa operatur in nobis fidem. *Et cum vos essetis mortui in delictis & præputio carnis vestre, delicta, & præputium prō vno, id est, pro carnalibus peccatis, vel delicta ad transgressionem naturalis legis, vel scriptæ & præputia ad transgressionem post peccata peracta donans, id est, indulgens, delens, quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis.* Chirographum dicitur manus scriptio. Nam chiræ manus, graphia scriptura. Decretum autem vocat legem, & statutum, quod Deus præcepit Adg, dicens, *ex omni ligno paradisi comedere, & cætera usque mortem morieris.* Peccatum ergo, *quod primus parens noster commisit, in quo omnes peccauimus, mortalesq; effecti sumus.* Appellat modo Chirographum decreti, quia in memoria omnipotentis Dei est scriptum usque dum filius Dei veniret, qui illud deleret, vnde dicitur à Deo in Psalmis *Deut. 32. v. 34. nonne hac condita sunt apud me & signata in thesauris meis?* Per manum enim intelligitur operatio, & quando extendit manum, vt contingeret lignum vetitum, quasi tunc scripsit Chirographum decreti, id est, manus scriptionem, quod contra Dei decretum ageret, quod Chirographum aduersus nos erat, quia omnes trahebat ad mortem, & nemo poterat iustificari, quoad usque per Dominum deletum est quomodo ergo deleuit illud, innocenter, & sine peccato, viuendo in mundo, vel in cruce innocenter moriens pro peccatoribus, *ipsumque subaudi Chirographum vel peccatum tulit de medio affigens illud cruci, quia sicut diximus, tunc crucifix illud, id est, occidit in semetipso, quando sine peccato vixit, vel quando innocens pro peccatoribus mortuus est alia translatio habet expolians se carne exemplarum principatus & potestates.* Expoliauit se carne moriendo in cruce, & exemplauit, id est, exemplum dedit innocenter viuendo, quomodo triumphemus de principati-
- bus,

bus, ac potestatibus tenebrarum & ipsum tulit de medio subaudi nostrum, quia factus mediator noster, abstulit peccata, quæ quasi in medio erant, quando nos separabant à Deo, expolians principatus, id est, dæmonū potestates expoliauit animabus hominum mortuorum, & potestate de hoc mundo auferendo, & potestates traduxit, id est, superauit cum fiducia palam triumphans illos in semetipso, quia aperte vixit innocenter & palam est crucifixus, triumphans, deuincēs, superans in semetipso iisdem modis quibus diximus. *Nemo vos ergo iudicet*, id est, nullius iudicium attendatis in hac parte, ut abstineatis ab his, quæ Deus mandauit, *non quod intrat, in os coinquiat hominem*, in cibo aut potu, *aut in parte dies festi*, dicentes alios esse dies festos, alios communes, quia Christiani semper festivos dies ducunt, & sabbata obseruant, quiescendo à vitijs, & transundo de vitijs ad virtutes. *Quae sunt umbra futurorum*, subaudi omnia superius dicta de cibo, & potu, quæ in lege habentur, umbra sunt illarum rerum, quæ in Christo, & in Ecclesia completa sunt, & complentur. *Corpus asem Christi*, id est, veritas, & corpus illarum umbrarum Christus est & Ecclesia: erant enim Iudei qui volebant simul obseruare & legem, & Euangeliū, & ipsi suadebāt Colossensibus similia agere, hoc est in circumcisione, in celebratione festivitatum legalium: dicebant enim, estis baptizati, debetis circumcidī, communicasti iam corpori & sanguini Domini, debetis sacrificia legalia offerre, comedere debetis, quæ lex præcipit, & abstinere ab his, quæ prohibet, & si ceciderimus in potum, non debemus bibere, sed ut ab illis non seducerentur scribebat eis Apostolus talia, quia in Domini aduentu omnia mundata, & cessauit lex in mysterijs. *Nemo vos seducat*, id est, separet à fide, volens subaudi vos, in humilitate, sensus decipere humiliis dicitur, quasi humo acclivis, volens decipere vos in humilitate, id est, humili sensu, & humili doctrina, quæ utilitatem non habet, sicut est in differentia ciborum, & obseruatione, & religione Angelorum, id est, in cultura Angelorum. Erant Philosophi gentium, & aliqui Iudeorum, qui dicebant, sicut sunt quatuor elementa, ita sunt quatuor Angeli, qui præsunt singulis elementis. Hi ergo dicebant ad illos, qui crediderant, volentes apparere religiosi, qui ex quatuor elementis constatis, debetis Angelis illis, qui prælunt elementis culturam aliquam, & sacrificia offerre. Sed quia nihil erat, quod dicebant subiunxit Apostolus *que non vidit*, subaudi docens ambulans frustra inflatus sensu carnis sue, id est, de suo errore & mendacio ambulans, inflatus, ex hoc enim quod videbatur aliquid scire, superbiebat in mente, præferens humilitatem in vultu, vel sicut alia editio habet, quæ non vidit inculcans, id est, repli-  
cans frustra, licet enim illam religionem falsam vidissent à quibusdam celebrari, tamen ipsos Angelos non viderunt, neque ea quæ docebant. *Et non tenens caput*, id est, non adhærens capiti Christo, qui est caput omnium sanctorum, ex quo subaudi capite Christo totum corpus subministratum, id est, multitudo Angelorum, sanctorum, & multitudo fidelium hominum, augmentatur & construitur per nexus, id est, copulationes & connexiones & per coniunctiones crescit, quæ scire augetur in augmentum Dei, sicut ergo corpus construitur ex multis membris, multisque compagationibus, ita ex multis gentibus multisque prouincijs, ac multis generibus hominum augmentatur, & crescit, quando quotidie numerus fidelium crescit. *Si mortui estis cum Christo*, subaudi tempore baptismatis, ab elementis huius mundi, id est, erroribus, pompisque, *quid adhuc tanquam viventes*, subaudi mundo, immundo decernitis: id est, cur discretionem facitis inter cibos? Aliter si mortui estis ab elementis huius mundi, elementa mundi sunt omnia corporalia, & visibilia atque transitoria, quando vero gentiles Deum ignorauerunt, elementis mundi seruerunt, quia ea adorabant, & illis viuebant, venientes autem ad fidem, mortui sunt elementis huius mundi, id est, erroribus, & superstitionibus, siue vanis culturis, abrenuntiantes diabolo, & omnibus pompis eius, omnibusque operibus eius. Possumus autem & elementa mundi intelligere legem, quæ præcipiebat discretionem facere inter pecus, & pecus, & cibos alios. Sed postquam Dominus dixit, *non quod intrat in os coinquiat hominem*, & statim omnis illa discretionis cessauit. Vnde dicit Apostolus tam Iudeis, quam gentibus. Si inquit mortui estis cū Christo ab elementis, id est,

xvi.

F.

Marc. 15. v.  
ii.

xvii.

G.

xviii.

xx.

H.

Matt. 15. v.  
ii.

xxi.

est, erroribus pompisque atque vanis religionibus tempore baptismatis, quid adhuc discretionem facitis ciborum cum Deus omnia munda esse dixerit. Ne retigeritis, neque gustaueritis, neque contractaueritis, nec vox illorum qui dicebant ne retigeritis, neque contractaueritis mortuum, neque scabellum, ubi sedet mulier menstruata, quia immundi eritis, neque gustaueritis carnem suillam, aut leporinam, quia immunda est, & cetera talia. Quae omnia subaudi, siue quæ lex concedit, seu à quibus prohibet, sunt in interitum ipso usu, id est, ipsa consuetudine edendi in interitum vadunt, & in stercus rediguntur omnia, statim ut comesta fuerint. Quæ sunt quidem rationem habentia sapientia, subaudi mundanæ secundum præcepta & doctrinas hominum, id est, secundum traditiones scribarum, & Pharisæorum, & secundum illos, qui causa infirmitatis nolunt ea comedere, dicentes nolo comedere carnem suis, quia Melancholicus sum, neque anguillam, sed ista sapientia non est secundum Deum, quia non pertinet ad religionem, in superstitione & humilitate, subaudi quæ sunt etiam in superstitione, id est, in vana religione, & superfluo timore, hoc est enim superstitionis sensus, superflius enim timor est, & vana religio atque humiliis sensus ea nolle comedere, & dicere immunda, quæ Deus sanctificat, nisi causa abstinentiaz aliquis ab his se obseruet, sicut & à vino, quæ sunt etiam non ad percendum corpori, id est, non ad conseruandam sanitatem corporis, quia dum non vult ea comedere quæ habet, & appetit quæ non habet, dicens nolo comedere hoc, quia immundum est, si haberem carnem arietinam, illam comederem, confirmatur, & debilitatur qui escis talibus debet sustentari. Quæ sunt etiam non in honore aliquo, sed ad saturitatem carnis, id est, nullum honorem maiorem præstat aries corpori, quam lepus præstaret si cum comedeteret tantummodo ut venter repleatur.

## CAPUT III.

In moribus eos informat, ut exuto veteri homine cum actibus suis, quos hic explicat, nouum induant: in quo non est distinctio nationis aut conditionis; assumantque virtutes ac varijs modis Deum laudent, cuncta ad ipsum referentes. Docet deinde quomodo se habere debeant vxores & mariti, filij, & patres, servi, ac Domini.

1. A. **G**itur, si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt  
2. 3. quærите, ubi Christus est in dextra Dei sedens: + quæ  
4. 5. sursum sunt sapite, non quæ super terram. + Mortui  
6. 7. enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. + Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos  
8. apparebitis cum ipso in gloria. + Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrum seruitus: + propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis: + in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illic. + Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignacionem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.
- Rom. 6. 2. 4. Eph. 4. c. 23. Heb. 12. a. 1
9. B. + Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos, veterem hominem  
10. cum actibus suis, + & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum: + Ubi non

## CAPITULI.

non est Gentilis, & Iudans, circumcisio, & preputium Barbarus  
 & Scytha, seruus, & liber: sed omnia & in omnibus Christus:  
 + Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordia, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:  
 + supportantes iniucem, & donantes vobis metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis,  
 ita & vos. + Super omnia autem hec, charitatem habete, quod est  
 vinculum perfectionis: + & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore: & grati estote. + Verbum Christi habitet in vobis abundantiter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipso, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. + Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. + Mulieres subdita estote viris, sicut oportet, in Domino. + Viri diligite Uxores vestras: & nolite amari esse ad illas. + Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. + Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. + Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. + Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino & non hominibus: + scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. + qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique fecerit: & non est personarum acceptio apud Deum.

Gitur si confirre existim cum Christo, id est, de morte ad vitam tempore baptismatis, sicut iam supradictum est, que sursum sunt querite, id est, gaudia patrum coelestis, Vbi Christus est in dextra Dei sedens. Christus sursum est habitans in plenitudine paternae maiestatis, & vbi est illuc debemus abscondi nos, & quo sursum sunt ipsi, id est, perpendite, & intelligite & in his animum ponite, non in his quae super terram, sunt transitoria, mortui enim sunt: mortui sunt peccato tempore baptismatis, sicut paulo supradiximus, & vita vestra, id est, beatitudo abscondita est cum Christo in Deo. Vita enim nostra & beatitudo Christus est, sicut ipse dixit, hoc est vita eterna ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum. Ideoque ubi est ille, ibi est vita, & beatitudo nostra, abscondita, non ut nobis denegetur, vel occulatur, sed ut possim conseruetur nobis ad salutem. Cum Christus apparuerit vita vestra, subiecta in iudicio gloriosus & fulgidus tuus & vos apparebitis cum ipso in gloriam, glorioli & fulgidi sicut ipse promisit.

Mortificare ergo membra vestra, id est, malum usum membrorum. In Epistola ad Corinthios multitudinem peccatorum appellat Apostolus corpus, dicentes ita, ut destruantur corpus peccati, sicut enim multa membra faciunt unum corpus, ita multa peccata

a. Pet. 4. 4.  
 7. & 4. 2.  
 12. Eph. 6. b.  
 13. C.

8

13.

C.

14.

15.

16.

D.

17.

18. Cor. 10.

g. 31.

18.

19.

Eph. 4. c.

21.

1. Pet. 3. a. r.

20.

Eph. 6. a. r.

21.

Eph. 6. a.

D.

22.

Tit. 2. c. 9.

1. Pet. 2. c.

18.

23.

24.

Rom. 6. b.

25.

I.

A.

II.

III.

IX.

V.

peccata faciunt vnum corpus, id est, vnam summam, & hic iste est sensus, mortificate membra vestra, id est, malos vsus membrorum, & malam consuetudinem peccandi per efficientem, id est, quod efficitur ostendens, neque præcipit ut mortifice-  
mus gladio materiali corpus nostrum, & membra nostra, cum desistimus peccato,

B. & quot peccata in nobis mortificamus, quasi tot membra occidimus. *Quæ sunt super terram*, id est, quamdiu estis in hoc mundo *formationem*, fornicari est cum pueris, liberis, aut cum iumento aut aliquid tale, adulterare vero, alterius thorum violare, id est, cum vxore alterius, aut cum Deo sacrata, quæ Dei vxor est, *libidinem*, o-  
mnis incontinentia libido appellatur, *concupiscentiam malam*, ideo dicit concupi-  
scientiam malam, quia est & concupiscentia bona, de qua dicitur: *Fili concupisces*

*Ecclesiastes 7. v. 33.* *Philippians 1. v. 23.* *sapientiam serua mandata*, & cupio, *dissolu & esse cum Christo*, concupiscentia vero mala est appetere mala, & avaritiam, *quæ est simulacrorum seruitus*. Quomodo est avaritia simulacrorum seruitus? Ideo, quia sicut ille seruit diabolo, qui omnipoten-  
tis Dei culturam, & religionem, quæ illi soli conuenit, & singulare nomen, ut Deus

C. vocetur, quantum in se est illi offert, & demonibus impendit, ita & ille seruit diabo-  
lo, qui dona omnipotentis Dei communia, quæ omnibus hominibus communiter  
data sunt, in propriis sibi vsus usurpat. Recte etiam avaritiam idolatriæ compara-  
tur, quia dum metallis auri, & argenti, de quibus simulacra fiunt, homines immoder-  
ate seruiunt, aurum pro Deo venerantur, quia servi sunt diuitiarum, vel tertio modo  
avaritiam idolatriæ comparauit, ut nihil illa scelestius demonstrareret, radix enim malorum est avaritia. Ideoq; monet illam omni ratione fugiendam, *proper*,

*VI.* *quæ facinora*, id est, propter libidinem, & avaritiam, cæteraque superius dicta, *venit ira Dei*, super illos qui perierunt in diluvio, & in Sodoma, alijsque Ciuitatibus & su-  
per filios incredulitatis, id est, super illa sexcenta millia, quæ in deserto mortua sunt,  
incredulitatem cordis habentes, *in quibus* subaudi peccatis, & vos ambulatis ali-  
quando, id est, *cum viueretis*, peccato ante fidem, & effectis mortui Deo. Sed nunc

VIII. iam non ambulatis in illis, *nunc autem deponite vos omnia*, subaudi superius dicta, vel ea quæ sequuntur, *iram*, quia *ira viri iustitiam Dei non operatur indignationem*, id est,  
*Iacob 2. v. 20.*

IX. nolite indignari minoribus, si reprehendimini ab illis, *malitiam*, malitia est mala vo-  
luntas, *blasphemiam*, id est, derisionem in Deum & proximum, *turpem sermonem*, id est,  
otiosum verbum vel ioculare *de ore vestro* subaudi deponite. *Nolite mentiri insu-*

*cem* omne mendacium à diabolo est, quia ipse mendax est, & Pater eius, ideoque fi-

lij veritatis veritatem debent loqui cum proximis, *expoliantes vos veterem hominem*.

D. Veterem hominem appellat hic veteris hominis conuersationem, & vitam, quæ est  
conuersatio veteris hominis, infidelitas, inobedientia, concupiscentia mala, rapina,  
adulterium, homicidium, & cætera talia, quoisque ergo in baptismate regenerationis  
renouetur, semper in vetustate erit, qui originalibus & actualibus peccatis te-  
netur obnoxius, sed debet baptizari, & induere nouum hominem, id est, nouam  
mentem, & noui hominis conuersationem; *Quæ est conuersatio noui hominis?* virtutes sectari, & omnia bona in se habere, & ne putaremus quod hominem exte-  
riorem præciperet renouari ad alicuius rei similitudinem, subiunxit, *eum* hominem  
præcipio inquit renouari, *qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius*

X. *qui creauit eum*, id est, hominem interiorem, quæ est anima, & mens, quæ ad imagi-  
nem Dei facta est, sancta iusta rationalis & immortalis homo autem exterior, id est,  
corpus non est ad imaginem Dei factum, quia Deus spiritus est. Duæ autem re-  
nouationes sunt, vna est momentanea, quæ fit in baptismate, altera quæ fit quotidie  
quando per studium legendi scripturas sacras ea studet de Deo intelligere, quæ ante-  
ta ignorabat, ex quo quotidie mens renouatur, potest etiam tertia renouatio post

XI. lapsum per poenitentiam intelligi *in agnitionem*, id est, ad cognitionem *secundum*  
*imaginem eius*, *qui creauit eum*, quia homo ad imaginem Dei factus est, *vbi non est*  
*gentilis & Iudeus*, vbi, id est, in mente hominis, vbi est imago Dei, non præiudicata-  
pud Deum sexus, vel conditio, aut genus, vel prouincia, id est, nulla distantia est  
hominum apud Deum, quia in anima non est sexus, nisi tantummodo sola bona

E. conuersatio cum fide recta requiritur. *Barbarus & Scytha*, plus est nobis Scytha alienus,

nus, quā barbarus, barbarus siquidem potest nobis esse quilibet, cuius lingua ignoramus, Scytha aut dicitur à Scythia Provincia, quae est remota sub septentrione, frigoribus rigens, moribus barbara, sed omnia & in omnibus Christus. Ideo non est vila differentia, quia omnia; Sed genera hominum fidelium Christum habet caput, & in omnibus illis est Christus, Sancti & dilecti vnum est, viscera misericordiae, id est, misericordem voluntate, viscera dicuntur filij: Viscus etiam singulariter significat promissimam & bonam voluntatem, benignitatem, id est, magnam bonitatem, modestiam, id est, mansuetudinem, patientiam, subaudi in toler. idis aduersis. *Supportantes inuicem, supportare nos præcipit Apostolus inuicem secundum illud. Alter alterius onera portate,*

*verbi gratia, ille qui continens est, & est sine uxore, & filiis, & abundet diuitijs, bonisq; temporalibus, debet illū, qui incontinentis est, & habet uxorem, & filios sustentare, si necessitas fuerit, sic de ceteris necessitatibus intelligendū, imitando ceruos, qui transiunt per aliquod fretum ad insulā, aut ultra fluvium, sustentantur, & supportantur ad inuicem ponens seques mentū super clunes prioris, & lassato qui prior incedebat dat locum ut transeant, ipse ponat iterum mentum super clunes ultimi, & donates, id est, indulgentes, si quis aduersus aliquem habet querelam, id est, verā causationem, verbi gratia, abstulit mihi aliquis meum equum, dum recordor, quod Dominus dixit, si quis abstulerit quae sua sunt, ne repetas, debeo ei dimittere, sic de omni re, & commisso. *Sicut Dominus donauit vobis ita & vos.* Sicut Christus qui cū non haberet, quod ei dimitteretur, dimisit nobis omnia peccata in baptismo, ita nos dimittamus proximo in nos peccanti, qui habemus quod nobis dimittatur & à Deo, & à proximo. *Super omnia autem hæc, superius dicta charitatem habete, quod est vinculum perfectio-**

*nis.* Vinculum perfectionis est charitas, quia per illā omnia bona ligantur ne pereant, si homo pro dilectione Dei, & proximi omnia agit, unde dicitur dilectio, quod duos homines liget, vel hominem & Deum, in qua subaudi, pace, id est, charitate in unicolor, vt vnu corpus Christi sitis, & graties tute, id est, gratirosi estote, & accepti tā Deo, quā hominibus, & verbum Christi, id est, Euangelica doctrina habitet in vobis, id est, in corde ore & opere vestro, & pax Christi exultet in cordibus vestris, id est, sicut in Christo exultauit Spiritus sanctus qui sine peccato fuit, & pacē habuit ab omni asperitate peccati, ita ēt vos in quantum humana fragilitas potest seruare, sine peccati macula manentes, habeatis in vobis Spiritum Sanctum, exultantē, & vobis concordantem.

Vel pax, id est, dilectio & cōcordia fraternalitatis maneat in vobis, quæ Christo veniente in mundū annuntiata est. In omni sapientia in omni doctrina Euangelij, & in fide Sanctæ Trinitatis docentes, & cōmonentes vosmetipso, vos qui sapientiores estis, doce te alios, & cōmonete atq; hortamini vos inuicem in psalmis, subiūxit Davidicis, hymnis

trium Puerorum & sanctorum, Canticis subaudi Moysi aliorumq; Prophetarū. *In gratia cantantes, id est, semper reddite Deo gratias, ita ut quod ore canitis corde intelli-*

*gatis, & mens cōcordet voci, omne quodcumq; facitis in verbo, id est, in doctrina aut in opere, subaudi aliquo omnia in nomine Domini Iesu Christi, in omnibus semper dicite,*

*Deus in adiutorium meum intende, & semper nomen Domini inuocate, gratias agētes Deo & Patri per ipsum, id est, per Christum, quia ipse est mediator noster, & in fide illius saluamur. Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in Domino.* *Mulier propter cul-*

*pā subdita est viro, sicut oportet in Domino, sicut præcepit Dominus in Genesi: Sub Gen. 3. v. 14*

*viri potestate eris & ipse dominabitur tui.* In primordio siquidem fidei erant mulieres, quæ se causa religionis abstinebant à confortio maritorum, quas modo alloquitur

Apostolus specialiter, ne propterea quia à coitu virorum abstinebant, resisterent viris, & rebellarent. Sicut enim sancta Ecclesia subiecta est sponsō, & viro suo, ita

debet esse unaquæque mulier. Erant etiam multi viri, qui similiter se abstinebant à coitu, vel qui cuim alijs mulieribus coibant, & verberabant uxores suas, ne illæ simili-

liter cum aliis agerent, vel ne aliquid auderent murmurare contra eos, quos simili-

liter alloquitur, *viri diligite uxores, vestras, & nolite amari esse adillas, id est, & si ab-*

*stinetis ad tempus à coitu causa religionis, vel quia cum alijs concubitis, nolite eas propterea ad amaritudinem prouocare;* Sed quæstio hic oritur, quare Apostolus

*vxorem diligendam prædicat, cum Dominus dicat, qui vxorem non odit, nō potest esse Luc. 14. v. meus.*

xii.

xiii.

F.

xiv.

xv.

xvi.

G.

xvii.

xviii.

xix.

H.

meus.

*mens Discipulus. Quæ hoc modo soluitur, ut in quantum nobis Pater, & Mater, frater, atque vxor per cognitionem carnis proximi sunt, diligamus eos, & in quantum nobis aduersarios in via Dei cognoscimus esse, odiendo malum illorum, & fugiendo, nesciamus. Filii obedite parentibus, id est, Patri & Matre per omnia, subaudi, quæ Domini voluntati placent, si autem præceperint vobis homicidium, furtum, rapinam, aut aliquid tale perpetrare, nolite illis obedire in talibus. Similiter in his, quæ Deo placent debent serui obedire Dominis, in alijs vero minime. Hoc enim placitum est, subaudi ut obediatis eis, Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant, id est, ut exasperati à vobis fiant iracundi, id est, leues ad irascendum, sed vestro exemplo discant esse patientes. Serui obedite per omnia, subaudi quæ Deo non displicant, serui non sunt per naturam, sed per culpam, & propter peccatum, sicut Chanaan filius Cham, propter peccatum enim venit captiuitas, per captiuitatem seruitus, vnde illi qui seruabantur ab hostibus, ad seruendum, diciti sunt serui, & mancipia, quasi manu capta, quia manibus capiebantur. Non ad oculum seruientes. Ille qui ad oculum seruit aliud in secreto agit, & in praesentia Domini seruitum explet, quolibet modo, absente autem illo non curat de utilitate illius, sed in simplicitate cordis, id est, non dupli animo neque mala voluntate, sed quod exterius agitis, de corde procedat, quodcumq[ue] facitis ex animo operamini, id est, ex bona voluntate, sicut Domino & non hominibus, seruus qui pro Dei amore Domino carnali seruit, sperans se inde à Deo mercedem recepturum, illud seruitum non homini, sed Deo impendit. Ideoque licet ab illo mercedem non recipiat praesente, non debet se à seruitio subtrahere, retributionem, æternæ hereditatis, id est, æternam retributionem, Domino Christo seruite, lacet hominibus seruitum temporale exhibatis, tamen pro amore Domini nostri Iesu Christi illud implete. Qui enim iniuriam facit, id est, si Dominus iniuste affligit seruum, & non reddit ei dignam mercedem, damnationem inde suscipiet, & si seruus fuerit furtivus, & de seruitio Domini se in aliquo subtraxerit, similiter inde damnabitur, & non est personarū acceptio apud Deum, ne serui deficerent, dicentes nos qui serui sumus, non merebimur peruenire ad gloriam sanctorum, dicit Apostolus, non est personarum acceptio apud Deum, id est, si Dominus male egerit, & seruus bene, Dominus damnabitur seruus glorificabitur.*

## CAPUT IV.

Pro se cupit ipsos precari, & caute ac discrete cum infidelibus conuersari: mittique qui manifestent eis quæ apud ipsum agantur, & variorum salutationes adscribit, cupiens ut hæc & similiter Laodicensium epistola apud vtramque legatur Ecclesiam.

1. A. **D**omi, quod iustum est & equum, seruis prestare:  
2. Luc.18. 2. scientes, quod & vos Dominum habetis in cœlo.  
3. 1.Theff. 5. †= Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum  
d.17. actione: † orantes simul & pro nobis, ut Deus ape-  
Eph.6.c.18 riat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (pro-  
2. Theff. 3. pter quod etiam vincitus sum, ) † ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. †= In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt; tem-  
2. 1. Eph.5. d. pps redimentes. † Sermo vester semper in gratia sale sit conditus,  
3. 6. ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. † Quæ  
B. circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus fra-  
7. ter, &

ter, & fidelis minister, & conseruus in Domino: + quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat, qua circa vos sunt, & consoletur corda vestra, + cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia, que hic aguntur, nota facient vobis. + Salutat vos Aristarchus concaptus meus, & Marcus consobrinus Barnabe, de quo accepisti mandata: si venerit ad vos, excipite illum: + & Jesus, qui dicitur Iustus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. + Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, scrinus Christi Iesu, semper solicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. + Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodicia, & qui Hierapoli: + Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. + Salutare fratres, qui sunt Laodicia, & Nympha, & quae in domo eius est, Ecclesiam. + Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hac, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur: & eam, quae Laodicensium est, vos legatis. + Et dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas. + Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum, Amen.

**D**omini quod iustum est & equum seruis prestate, id est, nolite eos tenere ut seruos sed estote eis ut Patres quia inde appellati sunt patres familias, quidam, quod omnes in domo sua æquali amore diligebant ut filios, ita & seruos, orationi in state vigilantes, ille vigilat in oratione, & in gratijs Deo reddendis, qui non cum tempore, neq; cum desidia illud implet, sed cum hilaritate. Si enim ab homine non potest impetrari hoc, quod petitur, si cum desidia illud agitur, quanto magis à Deo. Orationes simul & pro nobis, subaudi, qui vobis verbū vitae administraimus, ut Deus aperiat nobis ostium verbi, id est, ut corda & sensum auditorum nostrorum aperiat, ut ea quæ loquimur, & quæ ab ore nostro emittimus ad corda, & sensum illorum possint intrare, & intelligent quæ docemus, tale quid legimus in actibus Apostolorū de muliere nomine Lidia purpuraria Ciuitatis, cuius Dominus aperuit cor, ut intelligeret ea, quæ à Paulo dicebantur. Aliter ut aperiat nobis ostium sermonis, id est, sensum & intelligentiam diuinoru eloquiorum, ut prompti sunus ad loquendum mysteria incarnationis Christi, & diuinitatis. Propter, quod subaudi, Euangelium ita ut oportet me loqui, id est, ut sciam cui & quid & quando, vel quantum debeam loqui. In sapientia ambulate ad eos, id est, in fide Trinitatis, ubi est omnis sapientia, & in bona conuersatione, ibi viuite, & conuersamini ad eos qui foris sunt, id est, ad paganos, hæreticos falsos Christianos, ut non possint nos reprehendere, redimentes tempus, id est, vestrum facientes, & vobis bene loquendo, & recte viuendo lucrantes, tempus enim sibi redimit, qui suam utilitatem in illo operatur. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, id est, ut semper gratiam & utilitatem præstet auditoribus, & gratiosus sit omnibus, & sicut Sal condimentum præstat omnibus cibis, ita & ille cunctorum mentes conditat, ut sciat is quomodo oporteat vos unicuique respondere, id est, quomodo hæretico, quomodo Christiano, ut si vos interrogauerit hæreticus, quomodo creditis, respondeatis vos credere in Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & his tribus

8.

9.

10.  
C.

11.

12.

13.  
D.

14.

2. Tim. 4.

15.

16.

17.

18.

I.

A.

II.

III.

V.

VI.

B.

tribus Trinitatē habere in personis, unitatem in substantia, & Dominum Iesum verum Deum, & verum hominem esse similiter & Christiano est respondendum, que circa me sunt, videlicet, vincula, & carceres omnia nota faciet Tychicus. Iste prædicator erit Colossensium. Chariſimus frater, subaudi in fide, quia vnius fidei sumus minister subaudi in Euangelij prædicatione, & conseruus in labore, quia simul laboramus in prædicatione, & conſoletur corda vestra, subaudi suo aduentu, & meo exemplo, vt nō deficiatis in fide, sed potius consolidemini, vt si necessitas fuerit, talia sustinere possitis, qualia & ego modo sustineo. Cum Onesimo charifimo. Hic ostendit Philemonē Dominum Onesimi, Colossensem fuisse, & ipsum Onesimū, nota vobis facient, subaudi Tychicus & Onesimus. Salutat vos Aristarchus. Aristarchus Discipulus erat B. Pauli, & comes in prædicatione, concaptiuus meus, id est, qui in vinculis tenetur, sicut & ego pro Christi nomine. Et Marcus, iste est Marcus, pro quo dissensio facta est inter Paulum, & Barnabam, sicut in actibus Apostolorum habetur, qui recessit à Beato Paulo de quodam confictu, quem habuit cum persecutoribus, & vt quidam dicunt, ipse scripsit Euangeliū. Quia licet fuit et cum B. Paulo, fuit & cum B. Petro, Consobrinus Barnabe, consobrini dicuntur, quasi consororini, qui de singulis sororibus nascuntur, ideo dixit consobrinum illum esse Barnabæ, vt maioris honoris haberetur apud illos propter Barnabam, & nisi dixisset, suscipite illum nequaquam auderent accipere illum, quia iam audierat illum ab illo discessisse, sed licet ad tempus discessisset, emendatus, & correctus iterum sociatus est illi. De quo subaudi Marco, accepisti mandata, id est, rescriptum, quia iam rediit ad nos. Hi soli sunt, subaudi superius memorati, qui sunt ex circumcisione, id est, ex iudeis ipsi sunt adiutores mei in regno Dei, hoc est in prædicatione Euangeliū, quod obseruatores suos perducit ad regnum Dei, & stetis perfecti, subaudi in fide & pleni subaudi bonis operibus, qui sunt Laodicia, quæ est Ciuitas Græciæ Hierapolii. Ciuitas Græciæ. Salutat vos Lucas medicus. Iste est Lucas, qui Euangeliū, & actus Apostolorum scripsit, qui fuit genere Syrus, & Demas, hic ad tempus discessit ab illo, sed emendatus rediit. Salutate fratres qui sunt Laodicia. Salutare est salutem optare & Nympham, Nympha nobilis erat quadam matrona, in cuius domo multitudo erat fidelium, & cum lecta fuerit Epistola facite ut in Laodicenſium Ecclesia legatur. Epistolam istam quam Coloffensibus direxit, ideo præcepit legi, in Ecclesia Laodicenſium quia generalia præcepta in se continet. Epistolam etiam Laodicenſium ideo præcepit Coloffensibus legi, quia licet per parvam, & in canone non habeatur, aliquid tamen utilitatis habet. Dicite Archippo, Archippus Episcopus erat illorum, vide ministerium, id est, custodi & intellige, subaudi Episcopatus Salutatio mea manu Pauli, subaudi in hac Epistola est, consuetudo erat B. Pauli Apostoli, vt in fine omnium Epistolarum nomen suum Hebreis literis scriberet, ne à falsis fratribus eadem suscepta Epistola corrumperetur, sicut enim in quadam Epistola dicit. Salutatio manu Pauli, quod est signum in omni Epistola mea, memores estote vinculum meorum, id est, accipite meo exemplo, vt sicut ego non timeo pro Christi nomine vincula, & carceres sustinere, ita nec vos timeatis, si necessitas euenerit. Gratia Domini Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

Gratia dicatur gratis data, & gratia est qua saluamur, & qua accipimus remissionem peccatorum in baptismate, & est sensus, gratia Filij Dei, & salus a remissio peccatorum maneat semper vobis. Amen.

Explicit Epistola ad Colossenses. Incipit Epistola ad Philemonem.

Beato Apostolo, prædicatione Euangelica intonante, in Asia, credit inter ceteros, vir quidam Nobilis nomine Philemon, diuina gratia Illustratus, vt Baptizatus in sacro ac viuifico fonte, Apostolo digrediente, ab illis partibus, non est prosequutus Philemon, sed pertransiit in propriā regionē, ministrans fidelibus, de suis facultatibus, diues enim erat, abundans multis opibus, habebat tamen seruum nomine Onesimum, adhuc infidelem, qui fugiens eum furatus est, bona illius, & quia Dominus illius magnę pietatis erat, atque nobilitatis timens comprehendendi ab illo, multisq; tormentis Affici

vt pot;

Vt pote; cui non paruum dispendium intulerat, transiit mare & à Græcia venit Romam, ibique reperieris Apostolum retrusum in carcere pro fide Christi, accessit ad eum, quare agnoscebat ab illo, sive ab Apostolo instructus credidit, & Baptizatus ministrabat illi, & quia Apostolus prædicabat seruos debole esse subiectos dominis suis, indignum duxit serum alterius, sine voluntate domini sui, secum retinere, quapropter remisit illum ad Dominum suum, scribens ei familiares has, de carcere per eundem serum, quarum susciperet illum, cum affectu dilectionis non inferens poenas pro bonis ab illo sublatis, cuius Epistola principium istud est.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

### C A P V T . I.

Philemoni, cuius charitatem ac fidem collaudat, Onesimum serum ipsius remittit, quem illi commendat, & eius culpam in se recipit: indicans se cupere i-  
psum habere, ut sibi ministret in Euangelijs prædicatione.

**D**AULUS vincetus Christi Iesu, & Timotheus frater,  
Philemoni dilecto, & adiutori nostro, & Appia  
forori charissima, & Archippo commilitoni nostro,  
& Ecclesia qua in domo tua est. + Gratia vobis &  
pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.  
+ Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, + audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in  
Domino Iesu, & in omnes sanctos: + ut communicatio fidei tua  
evidens fiat, in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in  
Christo Iesu. + Gaudium enim magnum habui, & consolacionem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per  
te, frater. + Propter quod multis am fiduciam habens in Christo  
Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: + propter charitatem  
magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vincetus Iesu Christi: + Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, + qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, + quem remisit tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe: + quem ego volueram tecum detinere, ut prote  
michi ministraret in vinculis Euangeli: + sine consilio autem tuo  
nihil volui facere, ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset,  
sed voluntarium. + Forsan enim ideo discessit ad horam à te, ut

- 1. A.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6. B.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10. C.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.

Ll 2 · aeternum

16. aeternum illum reciperes: + iam non seruum, sed pro seruo  
 D. charissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis ti-  
 17. bi, & in carne, & in Domino? + Si ergo habes me solum, sus-  
 18. cipe illum sicut me: + Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc  
 19. mihi imputa. + Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut  
 20. non dicam tibi, quod & te ipsum mihi debes: + ita frater. Ego  
 21. te fruar in Domino: Resice viscera mea in Domino: + Confi-  
 22. dens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod  
 23. dico, facies. + Simul autem & para mihi hospitium, nam spero  
 24. per orationes vestras donari me vobis. + Salutat te Epaphras  
 25. concaptius mens in Christo Iesu, + Marcus, Aristarchus,  
 Demas, & Lucas, adiutores mei. + Gratta Domini nostri Iesu  
 Christi cum spiritu vestro. Amen.

I. **P**aulus vincitus Christi Iesu, de nomine Apostoli sepius disputatum est, nunc  
 quare in exordio huius Epistola vinclum Christi Iesu se dicat, & nomen  
 Apostolatus reticeat, quod in alijs solute ponere consuevit, plus ergo videtur,  
 dicere vocans se, vinclum Christi Iesu, quam Apostolum, quoniam multi fuerunt,  
 qui dixerunt se Apostolos Christi, dum prædicarent, qui noluerunt esse vinciti,  
 Christi Iesu, refugientes, tormentum passionis, non tamen omnis vincetus, Christi  
 Iesu, vincetus dici potest, quoniam multi sunt, qui latrocinio aut sacrilegio, aut ali-  
 qua culpa promerentur, vinciti in carcerem, vinculaque astringi, qui vero  
 pro veritate fidei vinculantur, dubium non est, quin vinciti Christi Iesu existant,  
 sicut Paulus alijque Apostoli, qui gloriabantur vinciti Christi appellari, digni e-  
 nim habiti erant pro nomine Iesu consumeliam pati, dicit ergo se vinculum Iesu Chri-  
 sti, vt nullo modo, auderet in expletum dimittere neque denegaret, quod mil-  
 les tanti Regis, rogabat Timotheus frater, Timotheus coepiscopus eius erat, ab  
 illo ordinatus, ideoq; frater in fide, ponit autem cum nomine suo, nomen coepiscopi  
 sui, vt maioris auctoritatis esset eius Epistola, potest, & aliter intelligi, quan-  
 docunque Apostolus Epistolas suas dictabat, erant Discipuli eius, in circuitu eius,  
 confederentes, & si alicui aliquid, reuelatum esset, ita ponebat in corpore Eccle-  
 siæ vrpote sua verba recogitans, quia Dominus homini s̄epe reuelat, quod me-  
 lius est, quapropter, quia particeps erat illi, Epistola ponebat nomen eius,  
 vt suum Philemoni Dilecto & Adiutori nostro, & Appie sorori charissima. In  
 Græco non habet Dilectus, sed diligibile, nam dilectus potest dici, qui diligi-  
 tur, & non diligit, neque est dignus dilectione, diligibile autem qui & d.lig-  
 tur; & diligit, dignus est dilectione, quod isti Philemoni satis congruit, ipse e-  
 nim dignus erat dilectione ab Apostolo diligens & ipse Apostolum, Adiutorem  
 eum vocat, quia opere prædicationis collaborabat illius administratione faculta-  
 tum suarum, subueniebat fidelibus, Appia quam vocat sororem charissimam,  
 religiosa foemina creditur fuisse, quam causa dignitatis sororem appellat in fide,  
 non quod re vera soror eius extiterat carne, fuit autem aut coniux Philemonis,  
 aut etiam soror natura. Inseritur nomen illius medium inter duos viros Apo-  
 stolicos, inter cooperatorem, vt Pauli Philemonem, & Commilitonem eius  
 Archippum, vt tali ex vtroque latere fulta, comitatu, non videatur ordinem  
 sexus habere, sed meriti: cum Páulo, & Timotheo contra aduersarios pro  
 Christi nomine, aliquando dimicasse, & vitor extitisse qua propter nunc com-  
 milito illorum nuncupatur, quod in eodem certamine belloque vitor extite-  
 rit, sive

Fit, sive quod adhuc commilitaret, illius in predicatione affidat; Et Ecclesia que est in domo tua, Philemonem adueniente creditit vxor illius & liberi, & maxima pars familie eius, quibus omnibus Apostolus verba salutaria dirigit, & quia plures Ecclesie nomine designauit illos, Ecclesia siquidem Latino vocabulo dicitur, conuocatio fidelium, vt ergo certius putaretur non ad Archippi, sed ad Philemonis referendum esse personam, aperte fecit dicens, que in domo tua sunt Philemon. *Gratia vobis & pax a Deo Patre & Domino Iesu Christo,* subaudi, in omnibus pene Epistolis aequali principium ponit, gratiam eis & pacem optans quibus scribit, Gratia autem & fides, remissio peccatorum, quam gratis consequimini, in Baptismate, Pax vero qua reconciliamini Deo Patri, & Angelis, potest quidem ita intelligi, vt ad Deum Patrem referatur, quod dicit, gratia vobis a Deo Patre nostro, & Pax a DOMINO IESU CHRISTO, quia per sanguinem passionis suæ, factus est nobis, & reconciliatio, sed quia una est Patris, filijque natura, melius est vt simul ad utramque referamus & gratiam, & Pacem, sicut in alijs Epistolis, me ministrans plenius exposuisse, persona Spiritus Sancti, in donis suis intelligitur, vel ubi una persona Trinitatis auditur, ibi tota Trinitas intelligitur. *Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,* haec tenus Paulus, & Timotheus, Philemoni, Appie & Archippo, pariter scriperunt, tamen in sequentibus approbatur, Apostolum tantummodo ad Philemonem scribere, & unum cum uno sermoni cinari, Hunc etiam motorem in alijs Epistolis eius, inuenire possumus, vt cum plures in præfatione ponantur, postea qui totum corpus Ecclesie unus disputans induetur. Quod autem ait, *gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens, in orationibus meis,* ita est accipiendum, vt semper gratias ageret Deo, pro illorum salute quos Domino acquisierat, semperque memoriam eorum agebat in orationibus quatenus, in fide recta bonisque operibus perseverantes essent.

Hæc mirum si illis, qui alioshortatur dicens, *in omnibus gratias agite, sine intermissione orate,* ipse etiam hoc opere, primum exhibuit, & nota qui cum dixisset gratias ago Deo, statim subiunxit, meo quoniam cum omnipotens Deus, omnium, communiter Deus sit, qui per fidem, & vitæ meritum, cum veneranter excolunt utpote Abraham, Isaac, & de quibus dicebat Moysi, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob,* per fidem ut rectam, vitæque meritum, & quia Beatus Apostolus fidem constantissimam habebat, per quam sciebat Deum sibi placabilem fore, vitæque meritum quod non ignorabat illum delectari, cum fiducia dicit *gratias ago Deo meo,* id est, laudes refero illi, & gratiarum actiones pro salute sua, audiens charitatem, & fidem, quam habes in Dominino Iesu, & in omnes Sanctos. Philemon qui tanta laude dignus erat, apud Apostolum, haud dubium quin, charitatem haberet erga Deum & proximum, fidem quoque habebat in Dominino Iesu, credendo in eum, & in omnes Sanctos, imitator fidei illorum existendo, ille enim fidem & charitatem habet in Deum, & in omnes sanctos, qui ipsam charitatem, & fidem, in operationem vertit, sequitur ut communicatio fidei tue, subaudis, quæ communicas, & participas fidei Apostolicæ, evidens fiat in agnitione omnis boni in Christo Iesu, potest ergo ex superioribus ita coniungi, gratias ago Deo meo audiens charitatem, & fidem, quam habes in Dominum Iesum, & in omnes sanctos semperque memoriam tui facio, in orationibus meis, vt participatio fidei tuæ, qua participas fidei Apostolicæ, evidens, manifesta fiat, omne bonum in se habere, communicatio siquidem hic, pro participatum fidei Apostolicæ accepitur, cui illi participabat quanquam, & ad communicationem possit referri, qua participant fidelibus de facultatibus suis, gaudium enim magnum habus, & consolationem, in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. In Carcere erat Beatus Apostolus, ibi famam Philemonis audiebat, quod maximum præstarer Sanctis in tribulatione positis solatium, unde & plenius inculcat, quare dixerat

rit gratias ago Deo meo, memoriam tuam faci *ens*, in orationibus meis, dignum siquidem erat, gratias agere Deo pro charitate illius, qui internum cordis affectum, & profundos animi Sanctorum recessus, suscipiendo refrigerauerat, viscera siquidem aliquando ponuntur pro filiis, aliquando vero pro fraterno & immenso dilectionis affectu, hic autem pro vtroque accipi possunt, viscera inquit, Sanctorum requieuerunt per te, id est, filii sanctorum in tribulatione & egestate positi refrigerium acceperunt, in consolatione tua, & subministracione qua eis ministrasti, siue interni sensus, & magni affectus sanctorum requieuerunt per te, magnum enim refrigerium habent, in tribulatione & egestate positi, dum aliquem reperiunt consolantem, quod aperte innuitur, implesse iste Philemon.

- VIII. Propter quod subaudis, quod interni affectus requieuerunt per te, multam fiduciam habens in Christo Iesu, impetrandi tibi quod ad rem pertinet, hoc est, ad utilitatem tuam, propter charitatem tuam magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem, & vincitus Christi Iesu. Idcirco totiens repetit se vindictum Christi Iesu esse, ut illum in fide perfectissimum redderet, nec desperaret, si ei, aliqua contrarietas prorumperet, siue etiam ut qui illi aliter subuenire non poterat, positus in tribulatione, saltem quod obsecrabat pro seruo, facilius impetraret, poterat autem illi imperare, sicut ipse manifestat, vt pote Apostolus subiecto, praesertim cuius studio ad fidem venerat, sed quia maximam charitatem haberat, erga omnes Sanctos, maluit obsecrare quam imperare, nec enim erat necesse, ut ex auctoritate Apostolica ei imperaret, in hoc autem quatenus dicit, cum sis talis ut Paulus senex, ostendit eum coquum sibi, ac per hoc quasi honorabilis alloquitur illum quasi iunior aetate. *Obsecro*, pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo, volens impetrare quod postulabat, iam non pro seruo Philemonis, sed pro suo filio precatur, ut dum audit filium ab Apostolo vocari. Magis diligit illum ut fratrem, quam tormentis afficiat pro fuga, & furto ut seruum; Genuerat autem illum in vinculis positus, non carne, sed prædicione, sicut & Corinthios quibus dicebat, per Euangelium ego vos genui, in vinculis enim tenebatur quando ad illum venit Onesimus, quod tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem, & mihi, & tibi utilis; Inutilis extitit Onesimus Domino suo Philemoni, quando non solum de seruitio illius fuga, se subtraxit, sed insuper bona illius furatus est, tibi, inquit, soli utilis non ceteris, nunc e contrario, utilitatis compensatione, qua & ipsi Domino & Paulo utilis est, ceterisque per Paulum plus charitatis meretur, quam odij ante meruerat. Dominus suo, in hoc erat utilis, quia seruebat Apostolo pro Domino suo quod vtique Dominus debuerat agere si præsens esset, Apostolo in hoc erat utilis, quia illum in carcere, vinculis detento ministrabat, & insuper in spiritu, aliquibus deferens literas Apostoli, huc, illucque. *Tu autem illum ut mea viscera suscipe*, viscera sicut iam diximus, significant internum cordis affectum, & plenam ex animo voluntatem, cum totum quidquid in nobis est, suscipitur erogante, aliquando tamen intelliguntur & filij, suscipe, inquit, illum mea viscera, hoc est ut filium meum charissimum, vel in illo suscipe, internum affectum dilectionis mei, quem ego volueram tecum retinere, ut prote ministraret mihi, in vinculis Euangeli.

- XIV. Idcirco vinculum suum, & filium vinculorum & Euangeli in vinculis constituti, totiens replicat, ut Philemon prudenter & dispensatori tantum, in præfatione laudat non auderet negare, ne suis laudibus videretur indignus: Ut pro te, inquit, mihi ministraret, quoniam si fieri posset tu debueras mihi in vinculis posito ministrare, sine consilio autem tuo, nihil facere volui, hoc est noli cum, sine tuo consensu retinere utine, velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Poterat quidem Apostolus sine voluntate Philemonis Onesimum sibi in Ministerium reseruare, sed si hoc sine voluntate illius fecisset, bonum quidem erat eius, sed nisi voluntarium ostenderetur, non esset ex toto bonum, nihil quippe perfectum bonum est, nisi quod ultraneum est, ex quo

quo Apostoli consideranda prudentia, qui idcirco fugitiuum seruum remisit ad Dominum, ut possit Domino suo prodesse, dum ab eo fuerit remissus, qui prodesse non poterat, si teneretur Domino ignorante, nec volente. Quo loco nonnulli querunt, quare omnipotens D E V S non creauerat Adam, ita ut non posset peccare, quibus respondendum est. Quia si talem fecisset eum, ut non posset peccare, bonum ilius non esset perfectum, quod præmium mereretur, sed necessarium, neque liberum ei iam arbitrium haberet, creauit enim hominem, ad imaginem & similitudinem suam, ut sicut ipse voluntate esset bonus, non necessitate, forsitan ideo discessit ad horam à te, ut aeternum illum reciperes, iam non sicut seruum, sed plus seruo charissimum fratrem, pulchre adverbium dubitatuum addens forsitan sententiam temperavit, occulta quippe Dei Iudicia & temerarium est quasi de certo pronunciare, quod dubium est, caute ergo & timide & non fixo gradu locutus est, ne videretur omnibus seruis occasionem Discipuli ferre, quod autem dixit ad horam pro tempore posuit, omne enim tempus huius vitæ ad comparationem aeternitatis, aut nihil est, aut breuissima hora, ut aeternum, inquit, illum reciperes, nullus Dominus aeternum potest habere, quoniam uterque illorum & conditio utriusque morte finitur, Onesimus vero qui per fidem Christi aeternus factus est, aeterno Philemoni, quia & ipse in Christum crediderat Spiritu libertatis accepto, iam non seruus, sed frater in fide coepit esse, de seruo frater Charissimus, & frater aeternus. Vnde & Apostolus dicit, ut aeternum illum susciperes, hoc est aeternaliter cum Christo regnaturum, & non sicut seruum, sed plus seruo, id est, magis quod seruum, Charissimum, videlicet fratrem plus enim pertinent fratres ad nos in affectu charitatis, quam seruus. Habent & quidam codices, ut pro seruo charissimum fratrem recipere, quod utrumque accipi potest, quoniam quando fugit seruus erat, adhuc infidelis existens, quando reuersus est, iam frater erat fidelis effectus, & ut Philemon non illum in vice fratris teneret. Addidit maxime mihi, subaudis charissimus frater est. Quanto autem magis ibi & in carne, & in spiritu, & est sensus, si mihi charissimus est, quanto magis tibi, & in carne, & in spiritu debet esse carus. Mihi quidem spiritu est coniunctus propter unitatem fidei, sibi & fide sine spiritu, & carne, quia ad se pertinet; fide enim est frater tuus, carne autem, & conditione seruus tuus. Quapropter magis à te debet diligi; siquidem quando erat ei subiectus in carne, non erat ei iunctus in Domino. Nunc autem & in carne, & in Domino. De quo colligitur seruum qui crediderit in Christo duplice Domino suo lege constringi, ut ei & carnis necessitate iungatur ad tempus, & in aeternum spiritu copuletur. Si ergo habes me socium, in fide. Suscipe illum sicut me, quasi diceret, si me vis habere socium, habeto & Onesimum, quem ego, & confortem & socium habeo; Quem si nolueris habere, ut fratrem, & socium, attende quia & me habere non poteris; Si autem nocuit aliquid aut debet hoc mihi impunit. Ego Paulus scripsi, mea manus ego reddam, ego in quantum qui alias Epistolas meas non scribo, sed dicto, causa amoris tui, & ut obtinere possim quod postulo scripsi istam. Ego reddam quod Onesimus rapuit. Huius sponsionis Epistola ista testis est, quam non solito more dictau, sed mea manu scripsi ipsam. Vnde poterat reddere, quod Onesimus abstulerat. Siquidem in carcere tenebatur. Quod ergo diuitijs temporalibus pro Christi amore carebat. Seurus erat posse ei recompensare, ex dono cœlestium diuitiarum. Ego, inquit, reddam, tibi obtentu meorum precum thesauros indeficientes; Noli morulas facere, indulgendo Onesimo, securus esto de præmio. Et non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Si hoc inquit, feceris quod peto. Tunc non dicam tibi quod & te, & omnia tua mihi debes, & in potestate mea debetis confundere. Propter sermonem enim Christi quem tibi Euangelizau, & qui Christianum filiumq; Dei, te effeci, te ipsum mihi des, & sic meus es, non solum Onesimus, sed etiam omnia tua mea sunt, & ad me pertinebant. Poteram, inquit, vti eo, ut meo, sed voluntati tuz relinquo, ut mercedem habeas ignoscendo. Ita frater, subaudi fac ut postulo, ego te fruar in Domino, frui est cum delectatione vti, & possidere,

xv.  
xvi.

xvii.

xviii.  
xix.

xx.

- xx. vnde dicitur in lege, si non feceris quæ tibi præcepta sunt, generabis filios, & frater ille tuus cum delectatione non videbis illos, quoniam in captiuo ducetur cotam te. Ego, inquit, fruar te in Domino, hoc est delectabor in delectatione tua. Resice viscera mea in Domino, id est, filium meum Onesimum, vel in seruum amorem, & affectum dilectionis meæ. Confidens in obedientia tua scripsi tibi; sciens quoniam & super id quod dico facies, qui præsumis de illo quem rogatus es, ipsa quodammodo præsumptio ne xxii. præjudicat ne ei negare liceat quod rogatur. Similiter autem, & mihi para hospitium spero enim per orationes vestras donari me vobis. Idcirco præcipit sibi hospitium parari; aut audiens eum, ad se venturum Philemon, & dum eum expectat facilis faciat, quod rogatus est, & quia ubique Apostolus erat multitudo ad eum confluens, necessitas erat, ut magnam doinum haberet, que remota esset à circa theatro, xxiii. & à spectaculo; ubi lascivii discurrentes turpia quæque se ostabantur; Salutis te Epaphias concaptius meus in Christo Iesu. Iste Epaphias prædicator Euangelij existens adhærebat Beato Apostolo; & fortassis cum illo fuerat captiuatus de Hierosolymis Romam, vel certe tunc, cum illo tenebatur in carcere. Marcus ipse est de xxiv. quo alibi dicit Demas ipse me de reliquit. Lucas, ipse est scriptor Euangelij Actusque Apóstolorum, de quo & in alio loco dicit, misi cum illo fratrem, cuius laus est in Euangeliō, & sicut Apostoli de pescatoribus piscium, facti sunt pescatores hominum, ita hic de medico corporum, in thedicum conuersus est animarum, quotiescumque enim dicta illius leguntur medicinam parant intelligentibus. Stultus qui non intelligit despicit quod non potest adipisci. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro: Amen.

Gratia hic accipitur fides, remissio peccatorum, & donum Spiritus Sancti, quæ orat Apóstolus esse cum Spiritu illorum, quibus ista scribebat, per Spiritum autem suæ animam, seu ipsam rationabilitatem gratia diuina fruat, totum hominem replet, faciens eum spiritualem, ut adhæreat Dominio, mente, & corpore, & impleatur illud quod scriptum est. Qui adhæret Domino unus spiritus est.

Transiens Apostolus à Creta Insula, ad alias nationes, & Ciuitatum incolas reliquit Titum Discipulum suum Crete vice sua, ut nuper ad fidem venientes haberent Protectorem, ne forte Iudeorum garrulitate, aut hereticorum larvatu, à statu recte fidei subuerterentur, sed illos sollicitiores redderet, præsertim cum castigatio, seu oratio magnorum studiosiores officiat Discipulos; Com- monefacit eum, & instruit ad plene de constructione Presbyterij, & de spiri- tuali conuersatione, & hereticis vitandis qui Iudaicis fabulis credunt, scri- bens, ex Anicopoli Ciuitate.

## EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM. CAPVT I.

Facta in salutatione mentione spei vitæ æternæ quæ iam manifestata est, ostendit quales debeat ordinare presbyteros ac Episcopos; & de quibusdam qui ob via vitia dure sunt increpandi: mundis omnia mundâ: quidam falso Deum negant.

**B**Aulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundus fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, que secun- dum pietatem est in spem vita æterna, quæ promisit qui non

non mentitur, Deus, ante tempora saecularia: + manifestauit autem temporibus verbum suum in predicatione, qua credita est mihi secundum praeceptum Saluatoris nostri Dei: + Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Salvatore nostro. + Huius rei gratia reliquie Creta, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. + Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut non subditos. + Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: + sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, + amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. + Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maxime qui de circumcisione sunt: + quos oportet redargui: qui universas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. + Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, mala bestiae, ventres pigri. + Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, + non intendentis Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auersantium se à veritate. + Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & incredibilis, & ad omne opus bonum reprobi.

**P**aulus seruus Dei, cum Dominus ac Redemptor noster dixerit Apostolis, iam non dicā vos seruos, sed Amicos, quæri potest, quare egregius prædicator, & Magister gentium se postmodum seruum vocavit. Sed si bene perpenderimus duo esse genera seruitutis, sicut & homini proculdubio, luce clarius patebit, quia non exitit cōtrarius verbis dominicis siquidem seruitus timoris est, qua timet seruus dominum suum & Ancilla Dominam suam, timentes flagellari ab eis, seruitus autem amoris quem timet bonus filius patrem suum metuens, animum eius offendere in aliquo, atque hæreditate priuari. De seruitute autem illa quæ pertinet ad poenalem timorem, dixit Apostolus, quia iam non dicam, vos seruos timoris, sed Amoris. De illa vero quæ pertinet ad amorem filiorum. Loquitur alibi dicens, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles, sumus, quod debuimus, facere fecimus. Et Psalmista Timor, inquit, Castus permanet in seculum seculi. Hanc namque timorem habent, & Sancti Angeli, quem perfecti habuerunt Apostoli, per aduentum Spiritus Sancti, per quem diffusa est charitas in cordibus nostris eorum summopere habere debemus. Quæri etiam potest, quid sit quod in Epistola ad Romanos seruum Iesu Christi se dixerit, hic autem seruum Dei Patris, nam cum dicit Paulus seruus Dei nomine.

3.  
B.

4.

5.

6.

7.

8.

C.

9.

10.

II.

12.

D.

13.

14.

15.

Rom. 14.  
d. so.

16.

I.

mine, Dei Patris, persona Dei Patris accipitur ad quod dicendum, quia ut demotstraret in tribus personis vnam essentiam, vnam Deitatem, vnamque potentiam esse aperte, ibi seruum se dixit Iesu Christi, & hic seruum Dei Patri, quoniam sicut inseparabiliter ille tres personæ regnant, & dominatur omni creaturæ, ita inseparabiliter omnem seruum, sibi deuotum possidere. Ac per hoc quicunque, seruus est Patris, & Spiritus Sancti, *Apostolus autem Iesu Christi*, sicut seruitus Apostoli, indiferenter ad totam Trinitatem refertur, ita quoque Apostolatus eius, in commune ad totam Trinitatem est referendus. Tota enim Trinitas elegit illum ad prædicationis gratiam, dicens ad Apostolos, *segrete mihi Paulum, & Barnabam in opus quo assumpsi eos.* At vero considerate discrevit seruitutem ab Apostolatu, quoniam non omnis qui seruus statim Apostolus, sed quicunque Apostolus vtique & seruus. secundum fidem electorum Dei. Electos hic accipere debemus illos de quibus dicit Dominus non vos me elegistis, sed ego elegi vos, de quibus idem egregie prædicatur qui elegit nos in Christo ante mundi constitutionum eorum, qui non tantum vocati, sed insuper electi sunt ad gloriam sempiternam, secundum quorum electorum fidem, Paulus Christi Iesu Apostolus est, quia rectitudine fidei, quam ipsi Apostoli tenuerunt, missus est ipse gentibus prædicare, & Agnitionem veritatis quam secundum pietatem est. Ex superioribus hoc modo, *Apostolus Christi Iesu secundum fidem electorum Dei, & secundum Agnitionem veritatis*, quoniam veritas secundum pietatem est, veritas est Christus qui dixit ego sum via, veritas, & vita, secundum cuius cognitionem Paulus Apostolus, officium impleuit, imo secundum agnitionem veritatis, quoniā veritas secundum pietatem est, in hoc enim secundum agnitionem veritatis extitit, quia agnouit omnipotentem Deum, Trinitatem habere in personis, & unitatem in substantia Deitatis difficilis locus & habet agnitionem veritatis, bene septam secundum pietatem hoc cultum & religionem dicitur constare, quoniā ea docet, vel ea quæ amando amplectitur, quæ ad religionem Dei pertinent, est namque veritas carens pietate, sicut in liberalibus artibus, Grammatica enim atque Dialectica, veritatem recte loquendi habet & inter vera, ac falsa syllogismorum. Argumentationem diiudicat, sed agnitionem pietatis in se minime habent, dum religione veri Dei, & salute animæ non disputant, Geometria quoque & Aritmetica, sum litteræ & Musica, quoniā numerorum stabilitate consistunt, agnitionem veritatis quidem in se habent, sed non est illa scientia, pietatis agnitus, vt ergo Apostolus ostenderet se illius veritatis agnitionem habere, quæ secundum pietatem est. Idcirco, ita proinde ista protulit, sequitur in spe vita æternæ, fides electorū & agnitus veritatis, quam secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ, posita est, quia quicunque fidem rectam habet, atque agnitionem omnipotentis Dei quam pie & religiose viviendo exornat, vtique spem æternæ remunerationis, possidet, neq; enim aliquis vallet habere fidem, & agnitionem veritatis, si defuit spes certa, quam promisit qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia, certum est omnibus fidelibus, quia omnis homo mendax solus autem Deus verax est, qui potest cuncta implere quæ promisit, ipse ergo qui non mentitur, quia summa veritas est ipse promisit fidelibus suis vitam æternam ante tempora sæcularia, sæcularia dicitur à sequendo quod in se reueluantur varrone teste, secula autem computantur ex eo quod materies in formis per species discreta est ex quo dixit Deus, *sicut lux factaque est lux*, ex eo enim coepit varietas temporis, & vicissitudo horarum pariterq; dierum in semet reuelui, antea vero, vt Doctores dicunt, non erat, sed æcum quod solummodo esse æcum habebat, nam inter tempus & æcum hoc distat, quod æcum stabile est, tempus vero mutabile, sed si hominibus promisit vitam æternam, quod omnium dubium non est quomodo promisit illis qui nec dum erant creati ante tempora æterna, nisi quia in eius æternitate in præsentia & prædestinatione iam fixum erat, quod congruo tempore futurum erat, quamuis igitur humana Diuinis ex toto non sunt comparanda dicam aliquid sub exemplo, vt lucidius comprehendatur, quod dicitur quilibet hominum cupidus filij, multo antequam habeat illum procurat domos familiam, possessionem prædiorum, disponens in animo suo, omnia illa dare filio, nec dummodo

modo nato, ita & omnipotens Deus in præscientia & prædestinatione sua promisit fidelibus atque electis suis, ante omnia tempora vitam æternam dandam, sequitur manifestauit autem temporibus suis verbum suum in predicatione, que credita est mihi, secundum præceptum Salvatoris Nostri Dei, verbum Dei Patris filius est, de quo Ioannes in principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, istud verbum, quod in natura Deitatis inuisibile erat, manifestauit Deus, Pater per humanam naturam, in qua homo factus inuisibilis mūndo apparuit temporibus suis, id est, congruis, & ab illo dispositis, de quibus idem Apostolus alias dicit, postquam inquiens *venit plenitudo temporis misericordie filium suum*, quod vita ergo æterna quam promisit Pater, electis ante omnia sœcula verbum illius est, quod de ipso dixit, *ego sum via, veritas, & vita*, & qui filium promeretur habere qui est vita, habet utique latrem cum Sancto Spiritu, quoniam tota Trinitas una vita æterna est. Sicut ipse Dominus ait, *hac est vita æterna, ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum*, cum Spiritu sancto, vnum & verum Deum eis, vitam ergo æternam quam promisit ante omnia sœcula, id est, verbum suum, manifestauit Deus Pater temporibus eo modo quo dictum habetur, manifestauit quoque nobis qui non vidimus illum Patrem in predicatione, siue per doctrinam Pauli Apostoli, quæ credita est, & demandata est ei, secundum præceptum Salvatoris nostri Dei, qui dixit Apostolis segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus quo assumpsi eos, saluator autem Deus, non aliud intelligitur quam Filius, ipse enim cum Patre, & Spiritu Sancto, unus verus Saluator & Deus est. *Toto dilecto filio suo*, filium suum eum vocat doctrina, exemplo, eruditione atque disciplina, non tamen natura, eodem modo Titus filius eius erat, quo & Corinthij quibus ipse dicebat, *per Euangelium egos vos genui*, nam ipse ad fidem Christi eum adduxerat secundum communem fidem, non secundum omnium creditum fidem, Titus filius erat, quoniam non omnium fides est perfecta, sed secundum communem fidem, dicit hoc est secundum suam & illius quorum fides perfecta erat, *gratia & pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Salvatore nostro*.

Explicit Epistola ad Titum. Incipit Epistola ad Hebreos.

In primordijs huius Epistolæ dicendum est, quæ causa extiterit, ut Apostolus Paulus morem suum in hac Epistola non seruauerit, videlicet, ut vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatem. Hæc igitur causa extitit, quod nomine suo non titulauit, quia Iudeis scribebat, suis fratribus, quibus odiosus erat eo, quod circumcisionem, & Sabbatum, & sacrificia, cæteraque quæ lex præcipit obseruanda, ipse doceret non debere carnaliter obseruari post Domini passionem, nam illi qui crediderunt Iudei, contendebant utrumque tenere, baptizari, scilicet, secundum gratiam Euangelij, & circumcidere, Sabbathum quoque obseruare secundum legis præceptum. Quapropter si posuisset nomen suum Apostolus in exordio huius Epistolæ, poterat euenire, ut huius æmuli nomen illius in prima fronte legentes dedignarentur recipere eam, siveq; utilitas lectionis differretur. Nomen autem Apostolatus idcirco non posuit quoniam ipse Apostolus gentium constitutus, si nomine Apostolatus sui prætitularet Epistolam ad eos directam, vocas se Apostolum, videretur illis fortasse, quod se vellet præferre Apostolo Petro, qui Princeps illorum erat à Domino ordinatus, sicut idem egregius prædicator alio in loco dicit. *Qui operatus est Petro, inquiens in Apostolatum* Gal. 2. v. 2. *circumcisionis operatus est & mihi inter gentes*. Fortassis etiam dicent, quid est quod Paulus doctorgentium præfert se Apostolis nostris, Petro & Iacobo, scribat suis gentilibus, non indigemus ut scribat nobis, habemus enim Apostolos nobis à Domino constitutos, qui nos abunde possunt docere, quo facto ostendit se non ignorare illorum superbiam, pariterque suam exhibuit humilitatem. Simili modo etiam & Ioannes Apostolus causa humilitatis eiusdemque rationis nomen suum in Epistola sua prætermisit, vel certe dicunt, quidam, quod propterea, quia Christum erat in hac Epistola nominaturus Aposto-

Apostolus, dicēns habemus Pontificem & Apostolum confessionis nostræ cœsum iustum noluerit nomen Apostolatus sui in primordio huius Epistolæ posse; non enim congruum duxit ubi Christum dictum erat, Apostolū, inibi etiam se Apostolum nominare, maximeq; in titulo, ne cuilibet videretur se præferre Christo, sed maluit tacito nomine de figuris legis eos instruere, & ad veritatem, quæ Christus est perducere; hanc autem quidam dicunt esse Barnabæ quidam, Lucæ quidam Clementis dicentes: Quoniam si Pauli esset, ipse utique more solito, sicut in alijs, ita etiam in ista nomine suum præponeret, sed si Pauli non erit, quia eius nomine non est titulata, ergo nec Barnabæ, nec Lucæ, neque Clementis, aut alicuius erit, eo quod nullius nomine titulatur, cui ergo horum ascribenda est, utique egregio prædicatori, quippe quæ ex lucido sensu, & genere locutionis comprobatur illius esse quianquam subtiliori atque apertiori stylo comprehensa sit omnibus eius Epistolis, nam fertur Apostolus hanc Hebræis missam Hebræo sermone conscripsisse, in qua ipse peritissimus extitit, cum reliquas Græco sermone scripsisset. Post discessum vero Apostoli, Lucas Evangelista Græco sermone eam comprehendit, ex quo postmodum translata est in Latinam lingnam, sicut & reliquæ.

## E P I S T O L A B E A T I P A V L I A P O S T O L I A D H E B R A E O S.

### C A P V T I.

Tantum veteri testamento per Angelos dato nouum per Christum datum præfertur, quantum Christus Angelis dignior est, quos origine, domino, potentia, & honore antecellit.

**M**ultisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissime, + diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit ē saecula. + = qui cum sit splendor gloria ē figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: + tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditauit. + Cui enim dixit aliquando Angelorum: = Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: = Ego ero illi in patrem, ē ipse erit mihi in filium? + Et cum iterum introducit primogenitum in orbem, terra, dicit: = Et adorem eum omnes Angeli Dei. + Et ad Angelos quidem dicit: = Qui facit Angelos suos spiritus, ē ministros suos flammam ignis. + Ad filium autem: = Thronus tuus 8. Deus, in seculum saeculi: virga aequitatis, virga regni tui. + Dilexisti iustitiam, ē odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus

1. A.  
2. b. 7. d.  
3. Sup. 7. d.  
26.

4. b. 7.  
5. Pl. 2. b. 7.  
6. 2. Reg. 7. b. 14.  
7. Pl. 96. c. 8.  
8. Pl. 103. a. 4.  
9. Pl. 44. b. 7.

**D**eus tuus, oleo exultationis pra participib. tuis. + Et: = Tu in principio Domine terram fundasti: Et opera manuum tuarum sunt cœli. + Ipsi peribunt, tu autem permanebis, Et omnes ut vestimentum veterascent: + Et velut amictum mutabis eos, Et mutantur tu auctem idem ipse es, Et anni tui non deficient. + Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: = Sede à dextris meis, quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; + Nonne omnes sunt administratorū spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis.

Psal. 26.  
10.  
11.  
D.  
12.  
13.  
Pf. 109. a.  
1. Cor. 15.  
d. 25.  
14.

**M**ultifariam multisq. modis olim Deus loquens Patribus in Prophetas nonissime diebus iphis locutus est nobis in filio. Omnis intentio B. Apostoli in hac Epistola est, vt Iudeos cognatos suos, qui & Hebrei ab Hebrei appellantur, in quo assumpti sunt à lege Moysi, transire faciat ad gratiam Euangeli, ab observatione carnali ad spiritualem, simulque eminentiam gratiæ, quæ per filium data est fidelibus, discernit à legalibus vmbatis, quæ Angelicis ministracionibus exhibitæ fuerunt. Unde & primum ponit Prophetas diuersis modis, varijsq; locutionibus Patribus suis locutos, dicens, multifariam, id est, multis locutionibus multisque modis, hoc est, multis qualitatibus olim in præterito, videlicet, tempore loquens Deus Pater, per Prophetas Patribus nostris. Deinde, vt ostenderet quanta differentia esset gratiæ inter illos Patres illorum, subiunxit, nouissime diebus istis ultimæ ætatis locutus est nobis per filium, dicendo autem locutus est in Prophetis, & in filio tantundem vallet, quasi diceret per Prophetas, & per filium, quia in præpositio pro alia præpositione accipitur, sicut in multis locis Epistolæ inuenitur his præpositionibus indifferenter vti. Consideremus ergo quomodo multis locutionibus, multisq; qualitatibus locutus sit Deus Pater Patribus veteris testamenti, multis locutionibus, multisque qualitatibus locutus eis est, quia non semper uniformiter secreta sua eis reuelauit: Aliquando enim aperte, & per Angelum locutus est eis, vt Abrahæ, cui dixit, secundum Ge. 12. v. 2. dum hoc tempus veniam eritque Sarum filius, Moysi quoq; præcepta legalia dando non occides, non adulterabis, ceteraque huiusmodi. Loth quoque de Sodomis cum educendo, alijsque quam pluribus aliquando vero obscure & per ignem, vt Moysi cui dixit, ego sum, qui sum. Hac dices filius Israël, qui est misit me ad vos. Aliquando in habitu militis vt losue. Aliquando in corde vt David, qui dicebat andiam quid loquatur in me Dominus Deus, ceterisque Prophetis aliquando per somnum sicut Daniel quod genus Prophetie est, nouissime autem, id est, fine temporum locutus est nobis Apostolis suis, ceterisque credentibus per filium suum, & est sensus Patribus nostris, vt pote seruis locutus est olim per seruos Angelos, & per conseruos illorum Prophetas, nouissime autem diebus istis ultimæ ætatis locutus est nobis Apostolis omnibus, alijsq; fidelibus per filium, vt pote filijs. Nam quanta distantia est inter gratiam Euangeli, quæ per filium data est, & legem quæ per seruum administrata est, tanta differentia est inter ministros, & auditores legis, qui serui ad seruos missi sunt, & inter promissionem, & gratiam, quæ per filium data est filijs, ac postmodum per filios administrata. Sequitur. Quem constituit heredem universorum. Hæres dicitur ab hæro, id est, Domino, eo quod libera potestate in hereditate paterna dominetur, constituit ergo Deus Pater filium suum heredem universorum, hoc est totius mundi, seu omnium creaturarum, non tamen secundum divinitatem, quia coæternus est Patri, & coæqualis illi in omnipotencia Deitatis, & in qua æternaliter ipse possidet omnia cù Patri, sed potius secundum humanitatem à verbo assumpta constitutus est ille Dominus, & hæres super omnem creaturam, sicut illi Deus Pater promisit, dicens. Postule Ps. 14. v. 9. à me & dabo tibi genites hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra, & ipse fit M m lius

I.  
A.  
II.

B.  
Exo. 9. v. 14  
ib. v. 15.

PL. 84. v. 9.

C.

**Mat. 28. v.** lius resurgens à mortuis, sic loquitur ex persona humanitatis, *data est inquietus mīhi omnis potestas in cælo & in terra.* Non ergo diuidimus personas, sed distinguimus natures. Vnde animaduertendum est solerti indagine, Apostolum in Epistola nunc de substantia humanitatis, loqui, nunc vero de substantia Deitatis. Nam quod dixit constitutum illum esse à Deo Patre hæredem omnium creaturarum, ad humanitatem illius retulit. Volens autem discretionem facere inter diuinitatis eius naturam, & humanitatis, & ostendere, quid proprie pertinet ad unam quamque naturam, subintulit dicens; *Per quem fecit & sœcula.* Sœcula dicuntur à sequendo, eo quod sequantur in semetipso, redeundo ac reuertendo, hinc autem per sœcula debemus intelligere omnia, quæ facta sunt in tempore, ut ergo ostenderet Apostolus eundem nouissimis diebus venisse in mundum ac temporaliter hæreditatem præcepisse, qui ante omnia sœcula erat cum Patre, dixit per quem fecit Deus Pater omnia, quæ in tempore facta sunt, nam quod Euangelista Ioannes dicit. *Omnis per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil,* hoc Apostolus signauit, dicendo per quem fecit & sœcula, referens hoc ad diuinitatem eius, deinde vero quibus gradibus assensionem eleganter vtens peruenit ad id quod omnibus his maius est, & insonuit dicens. *Qui est splendor gloria & figura substantiae eius.* Deus Pater lux est, sicut idem Apostolus ait, loquens de filio, *qui habitat, inquit, lucem inaccessibilem,* & filius lux, & Spiritus Sanctus lux, ita Pater splendor, & Filius splendor, & Spiritus Sanctus splendor. Sed quomodo lux nascatur ex Luce, & splendor procedat ex splendore non crescente numero impossibile est definire. Idcirco autem appellatur filius splendor Patris, quia sicut in igne tria sunt inseparabilia, ignis videlicet, calor, & splendor, & tamen splendore nobis ostenditur ignis, & calor, licet humana non sint comparanda diuinis, ita natura Patris, & filij ac Spiritus Sancti inseparabiliter coniuncta & unita est, & per verbum suum quasi per splendorem dignatus est semetipsum ostendere, & insuper mysterium Sanctæ Trinitatis dicente ipso filio. *Ego & Pater unus sumus, & ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Mirabili igitur modo Apostolus unam substantiam Deitatis Patris & filij ostendit, ut duas personas aperiret, in gloria & splendore, per splendorem quippe unitatem declarauit essentiam cum Deo Patre, in nomine autem gloriæ personam Dei Patris expressit, in splendore autem personam filij, & sicut est filius splendor de splendore, sicut lux de luce, Deus de Deo, lumen de lumine, principium de principio, sequitur. Et figura substantiae eius, quantum ad homines pertinet, aliud est figura, aliud substantia, quia dum pingitur imago, & figura alicuius hominis in pariete, non est illud figura, quod est substantia. Apostolus autem figuram in hoc loco pro ipsa substantia, & pro æqualitate essentiae posuit, & quod hic dixit, figuram, alias dixit formam inquietus. *Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Forma enim illic, & figura hic unam declarant æqualitatem essentiae. Christus ergo splendor Patris est & figura substantiae eius, quia per illum Pater manifestatus est, sicut ipse dicit Pater *manifestavi nomen tuum hominibus,* & æqualis est illi in substantia Deitatis Sequitur, *portansque omnia verbo virtutis sua,* dicendo portans, scilicet continentem continendi voluit exprimere, posuitque portans pro eo, quod est gubernans, & regens: verbum igitur Dei Patris omnia, quæ fecit verbo virtutis sua poterat hoc est potentia virtutis sua omnia gubernat, & regit non enim minus est gubernare mundum, quam creasse, nam in creando ex nihilo substantiam rerum producta sunt, in gubernando vero, ea quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur.

**D.** **1. Tim. 6. v. 16.** **v. 19.** **Io. 10. v. 30.** **Mat. 28. v. 19.** **E.** **Phil. 2. v. 6.** **Io. 17. v. 16.**

lius resurgens à mortuis, sic loquitur ex persona humanitatis, *data est inquietus mīhi omnis potestas in cælo & in terra.* Non ergo diuidimus personas, sed distinguimus natures. Vnde animaduertendum est solerti indagine, Apostolum in Epistola nunc de substantia humanitatis, loqui, nunc vero de substantia Deitatis. Nam quod dixit constitutum illum esse à Deo Patre hæredem omnium creaturarum, ad humanitatem illius retulit. Volens autem discretionem facere inter diuinitatis eius naturam, & humanitatis, & ostendere, quid proprie pertinet ad unam quamque naturam, subintulit dicens; *Per quem fecit & sœcula.* Sœcula dicuntur à sequendo, eo quod sequantur in semetipso, redeundo ac reuertendo, hinc autem per sœcula debemus intelligere omnia, quæ facta sunt in tempore, ut ergo ostenderet Apostolus eundem nouissimis diebus venisse in mundum ac temporaliter hæreditatem præcepisse, qui ante omnia sœcula erat cum Patre, dixit per quem fecit Deus Pater omnia, quæ in tempore facta sunt, nam quod Euangelista Ioannes dicit. *Omnis per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil,* hoc Apostolus signauit, dicendo per quem fecit & sœcula, referens hoc ad diuinitatem eius, deinde vero quibus gradibus assensionem eleganter vtens peruenit ad id quod omnibus his maius est, & insonuit dicens. *Qui est splendor gloria & figura substantiae eius.* Deus Pater lux est, sicut idem Apostolus ait, loquens de filio, *qui habitat, inquit, lucem inaccessibilem,* & filius lux, & Spiritus Sanctus lux, ita Pater splendor, & Filius splendor, & Spiritus Sanctus splendor. Sed quomodo lux nascatur ex Luce, & splendor procedat ex splendore non crescente numero impossibile est definire. Idcirco autem appellatur filius splendor Patris, quia sicut in igne tria sunt inseparabilia, ignis videlicet, calor, & splendor, & tamen splendore nobis ostenditur ignis, & calor, licet humana non sint comparanda diuinis, ita natura Patris, & filij ac Spiritus Sancti inseparabiliter coniuncta & unita est, & per verbum suum quasi per splendorem dignatus est semetipsum ostendere, & insuper mysterium Sanctæ Trinitatis dicente ipso filio. *Ego & Pater unus sumus, & ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Mirabili igitur modo Apostolus unam substantiam Deitatis Patris & filij ostendit, ut duas personas aperiret, in gloria & splendore, per splendorem quippe unitatem declarauit essentiam cum Deo Patre, in nomine autem gloriæ personam Dei Patris expressit, in splendore autem personam filij, & sicut est filius splendor de splendore, sicut lux de luce, Deus de Deo, lumen de lumine, principium de principio, sequitur. Et figura substantiae eius, quantum ad homines pertinet, aliud est figura, aliud substantia, quia dum pingitur imago, & figura alicuius hominis in pariete, non est illud figura, quod est substantia. Apostolus autem figuram in hoc loco pro ipsa substantia, & pro æqualitate essentiae posuit, & quod hic dixit, figuram, alias dixit formam inquietus. *Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Forma enim illic, & figura hic unam declarant æqualitatem essentiae. Christus ergo splendor Patris est & figura substantiae eius, quia per illum Pater manifestatus est, sicut ipse dicit Pater *manifestavi nomen tuum hominibus,* & æqualis est illi in substantia Deitatis Sequitur, *portansque omnia verbo virtutis sua,* dicendo portans, scilicet continentem continendi voluit exprimere, posuitque portans pro eo, quod est gubernans, & regens: verbum igitur Dei Patris omnia, quæ fecit verbo virtutis sua poterat hoc est potentia virtutis sua omnia gubernat, & regit non enim minus est gubernare mundum, quam creasse, nam in creando ex nihilo substantiam rerum producta sunt, in gubernando vero, ea quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur.

**F.** Ergo dum hæc omnia reguntur, & ad inuidem sibi repugnantia coaptantur, magnum & admirabile virtutis Dei indicium declaratur, post tanta diuinæ maiestatis in filio claritatem ad humilia incarnationis eius descendit, pariterque discernit naturam diuinitatis, atque humanitatis, dicens, *purgationem peccatorum faciens,* nam quod dixit portans omnia gubernatione sua, & regimine virtutis sua ad diuinitatem retulit, quod vero subdidit purgationem peccatorum faciens, ad humanitatem illius propriæ pertinet, quomodo fecit purgationem peccatorum?

per

per redemptions utique passionis suæ, & per aquam baptismatis, iuxta quod Ioannes in Epistola sua dicit, *lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.* Considerandus est verboverborum. Primum siquidem perhibuit, purgationem peccatorum Dominum sua passione nobis procurasse, ac deinde dixit, illum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis. Nam Christus primum nos redemit sanguine passionis suæ, & sic postmodum altitudinem cœlorum penetravit, ubi nunc ad dexteram, Patris sedet, sedere autem illius pro habitare, & esse ponitur isto in loco, sicut & dexteram pro honore, & dignitate summa, nam non est putandum, quod omnipotens Pater, qui Spiritus est circumscriptus, omnia replens dexteram, aut sinistram habeat, sicut habemus, aut quod ita sedeat in dextera illius filius eius, sicut solent filii regum sedere iuxta Patrem apposito sibi solio. Sed sicut diximus dextera pro gloria, & dignitas honore accipitur. Siquidem & Pater à dextris esse scribitur Christi, vt in Psalmo habetur, *Dominus à dextris suis confregit in die ira sua reges.* Ambo ergo à dextris sunt, quia nihil est in diuinitate sinistrum, quia vnum est iam cum Deo in gloria homo assumptus à verbo, & quadragesimo die exaltatus ad cœlestia. Quid etergo, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, nisi vt dicatur, habitat in plenitudine æternæ maiestatis, & cum dixit in excelsis, ostendit illum hominem super omnem creaturam Angelicam humanam exaltatum esse. Vnde & sequitur: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hæreditavit.*

G.

iv.

v.

H.

Factum hic vel effectum, pro sumptum debemus accipere, tanquam diceret, tanto melius atque honorabilius præ Angelis à Deo Patre suscepitus est in gloria maiestatis, quanto præ illis differentius, atque excellentius nomen filiationis hæreditavit. Nam quanta distantia inter nomen filij, & serui, tanto ille majoris dignitatis est, præ Angelis. Quoniam ille creator secundum diuinitatem, illi creatura, ipse quoque homo in hac est maior omnibus Angelis, omniq[ue] crea- tura, quia potestas, quæ erat in verbo, ante omnia sæcula requieuit in illo ho- mine assumpto à verbo, ex tempore acceptionis. Quapropter illi sunt ministri, & famuli, sicut in eius tentatione, & passione, in resurrectione quoque atque ascensione declaratum est, ille autem filius proprius, & hæres existit, quod & Apostolus nobis innuit, dum subiungit. *Cui enim dixit Angelorum filius meus es tu ego hodie genui te?* subaudi nulli Angelorum, hoc dictum est, hoc de verbo Dei intelligendum est, quod coæternum & consubstantiale est Patri, non de qua libet creatura. Licet legamus in libro Iob Angelos appellatos esse filios Dei. In Genesi quoque filios Seth, quod utique quando fit, abusive fit, quando ergo dixit ei, filius meus es tu tempore baptismatis, & in monte, quando intonuit vox paterna cœlitus dicens. *Hic est filius meus charissimus,* & in hoc, quod dicit filius, meus es tu, manifestat ex ipsa sua essentia, illum esse genitum, notandumque, quia non dixit ante omnia sæcula genui te, velin præterito tempore, sed hodie, inquit, genui te, quod aduerbiū est præsentis temporis in Deo enim nec præterita transeunt, nec futura succedunt, sed omnia tempora simul eiuncta sunt, quia omnia præsentia habet. Et est sensus, sicut ego semper æter- nus sum, neque initium, neque finem habens, ita te semper habeo filium coæternum mihi, tale est & illud, quod alibi dicit. *Ante luciferum genui te,* id est, ante Angelicam creaturam, & ante omnia sæcula, & rursum ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Vides ne quoniam discernit geminam na- turam in Christo, nam quod dixit Paulo superius, hodie genui te, ad diuini- tatis retulit naturam. At vero, quod subintulit, ego ero illi in Patrem, ad humanitatis refert essentiam, sine aliqua dubitatione, vnde & congrue verbo futuri temporis vsus est dicens, ero, quoniam quando D E V S Pater dixit ad Dauid, *cum dormieris, cum patribus tuis suscitabo semen tuum, quod egredi- tur de lumbis tuis, & firmabo thronum eius super thronum tuum, ipse erit mihi fi- lius, & ego ero illi Pater.* Futurum erat adhuc, vt verbum Dei Patris assu-

Ps. 109. v. 3.

2 Reg. 7. 11.

- L. meret hominem in utero virginali, in unitate personæ suæ, qui filius Dei in veritate esset, non adoptius, sed proprius. Hæc autem sententia & ad superiora potest respicere, ut ita legatur sub interrogazione. Rursum cui Angelorum dixit, ego ero illi in patrem, & subaudi nulli, vel certe absolute, & affirmatiue, hoc modo, rursum de illo dicit Deus Pater ego ero illi in Patrem, & cum iterum introducit primogenitum in orbem terra dicit & adorent eum omnes Angeli Dei. Omnis vnigenitus potest dici primogenitus, eo quod primus aperiat vulnus matris, non tam omnis primogenitus, vnigenitus, qui habet alios fratres subsequentes. Dominus autem Iesus tam secundum diuinitatem, quam secundum humanitatē & vnigenitus & primogenitus dici potest vnigenitus est secundū diuinitatem, quia in natura diuinitatis non habet fratres subsequentes, secundum humanitatem quoq; vnigenitus est B. Mariz, quæ post illum alios non genuit, sicut calumniatur Heluidius dente viperino. Primogenitus est secundum diuinitatis essentiam, sicut per Salomonem testatur, dicens *Eccles. 24. v. 3.* *sapientia ex ore altissimi prodixit primogenitura ante omnem creaturam.* Secundū humanitatem quoque primogenitus est in multis fratribus adoptius. De quibus ipse dicit Mariæ. *Vade autem ad fratres meos & dic eis.* Quod autem dicit Apostolus, cū iterum Deus Pater filium suum primogenitum misit in mundum, sic videntur, hæc verba sonare, quasi iam altera vice introductus esset, sed quomodo hoc sit intelligendum, Euangelista Ioannes ex parte manifestat dicens: *in mundo erat & mundus per eum factus est, sed mundus cum non cognovit.* Verbum ergo Dei Patris, per quod omnia facta sunt, vnius essentia existens cum Patre, & Spiritu sancto, ubique est, & omnia implet, quia cingendo implet omnia, implendo cingit gubernando præsideret, præsidendo gubernat, & quia in mundo erat, ubi carnem assumpsit, & tam in accessibile erat nostris aspectibus, quia non videbatur, ipsam assumptionem carnis appellat alterum introitum. dum enim qui inuisibilis erat humanis aspectibus, assumpta carne visibilem se præbuit, quasi iterum introductus est. Notandumq; quia quod Apostolus introitum nominat, hoc in Euangelio ipsa veritas electum vocat, dicens *Euseb. v. 27.*
- L. *Exihi à Patre & veni in mundum:* merito ergo exitum vocat incarnationis suæ assumptionem, manifestationemq; quia nos foris eramus à Deo expulsi extra aulam Paradisi, & palatium Regis æterni positi in carcere huius mundi, & in exilio religati, verbi gratia, sicut excluduntur ab aula Regia rei, eius offensam incurrentes, & destinantur in exilium, atque in carcere clauduntur, sed sicut bonorum mediator volens eis veniam impetrare, non primum eos introducit in aulam Regis, sed ipse foras egreditur, ubique cum eis, miscet sermocinandi negotium, sicq; correctos, & castigatos introducit eos in conspectum Regis. Hoc modo Dominus Iesus exhibuit. Nam egressus est ad nos à conspectu Paternæ maiestatis, carnem assumendo, visibilemq; præbendo, & collocutus est nobiscum præcepta Regis æterni, sicque nos suis prædicationibus, & miraculis correctos, & castigatos, atque sua fide confimat, suaque passione à peccatis emundatos introduxit nos in aulam, & in conspectu paternæ maiestatis, quando ascendendo ad celos patefecit, nobis aditum regni coelestis, dicendo autem introduxit eum in orbem terræ, hoc significat, cum ei committit orbem terræ & cum manifestat illum Dominum esse totius mundi, tūc enim possedit orbem cum ab vniuersis est agnitus Dominus totius orbis. Hæc autem non de substantia verbi, sed de essentia hominis accipe dictum, quodque sequitur & adorant eum omnes Angeli Dei, tale est ac si diceret, omnes Angeli mei, & illius, quia per illum sunt facti. Tunc ergo adorauerunt eum, quando nativitatem illius annuntiauerunt, & quando illo esuriente accesserunt, & ministrauerunt ei, sive quando sepulchrum eius custodierunt, quotidie quoque adorant eum, quia iussioni illius obtemperant, sed nunquid solis Angelis præcepit Deus Pater adorare illum? non, quin potius omni creaturæ, & ad Angelos quidem dicit. *Qui facies Angelos tuos spiritus & ministros tuos flammam ignis.* Quod dicit & Angelos, quidem dicit Deus Pater, vel scriptura diuina, tale est ac si diceret, de Angelis, ad, poneas, pro, de, Non enim seruat Apostolus ordinem, sive sensum præpositionum.
- VII.

tionum. Et est sensus, ipse quem præcipiuntur Angeli adorare de ipsis suis spiritibus, quotiescumq; vult facit Angelos. Ministros autem suos facit flammarum ignis, quia in conspectu illius assistunt in amore suo incendentes, & inflammantes reddit, iuxta quod alibi dicitur, *in quem desiderant Angelii propicere*. Nam quod dixit qui facit Angelos suos spiritus, præpostero ordine protulit: debuerat enim dicere, qui facit suos spiritus Angelos. Sciendum autem quia quod Angelus nomen est officij naturæ, qui semper quidem sunt spiritus, sed nequaquam semper vocantur Angelii, nisi quando mittuntur: Angelus enim Græco vocabulo, Latine dicitur nuntius. Si quætis nomen naturæ, spiritus est, si officium Angelus, ex eo quod subsistit spiritus est, ex eo quod mittitur Angelus. Verbi gratia, sicut homo nomen est naturæ, miles autem nomen est officij, dicitur & alio modo Angelii, & ministri omnipotentis Dei sunt Sacerdotes, & Prælati Ecclesiæ, iuxta quod Malachias dicit, *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est*. Sacerdotes ergo Ecclesiæ Spiritus sunt, quando gaudia patrum cœlestis suis auditoribus annuntiant, dicentes, *pænitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum & fulgebunt iusti sicut Sol & erunt sicut Angelii Dei in cœlo*. Flamma vero ignis sunt, quando terrem ignis gehennæ suis auditoribus minantur, dicentes, *omnis arbor non fatiens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Ad filium autem, tuba dicit Psalmista. *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi & virga æquitatis virga regni tui*. Intuete quomodo & cum quanta claritate discernat creaturam Angelicam à filio, qui cuncta cœravit, Thronus Graece, Latine dicetur sedes regia, sicut & solū per Thronum autem uno modo possumus intelligere regnum, per scriptum autem quod est virga aurea, potestas intelligit regnum; dicit ergo psalmista loquens ad filium Dei ô Deus regnum tuum, & potestas imperij tui in sæculum sæculi manebit, tale quid & Gabriel dicit ad Mariam *ipse regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis*. Istud est regnum de quo turbæ acclamabant benedictum quod venit in regnum Patris nostri David. Et de quo ipse Dominus Pilato, *regnum meum non est de hoc mundo*, aliter Thronus siue sedes iudicantium solet esse, unde & in lege humana præcipitur, non detur iudicium nisi sedendo. Quapropter non incongrue per sedem possumus intelligere iudicium, quod procedit a sede, istud est iudicium, de quo ipse filius, dicit: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio*. Et de quo Psalmista ad Deum Patrem. *Deus iudicium tuum regi da*, id est, Christo: Thronus ergo Dei in sæculum sæculi manebit, quia iudicium nouissimum, quod dabit electis, dicens eis, *venite percipite regnum vobis paratum, & reprobis ite in ignem æternum, æterna discretione stabit inter utrosq; eo testante in Euangeliō & dicente tunc ibunt hi in supplicium æternū: iusti autem in vitam æternam quodq; sequitur virga æquitatis, virga regni tui per virgam æquitatis intelligitur rectitudo sententiæ, & iudicij, illius, siue potestas regni iusta, quæ virga regit iustos in iustitia, & percutit impios iuste, & recte sine aliqua personarum acceptance, sanctos gubernans, & iudicans. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem*: Ista virga recta est, vt diligatur iustitia, & odio habeatur iniquitas: Nemo enim potest perfecte diligere iustitiam, nisi odio habuerit iniquitatem, iniquitas autem quæ & anomia nominatur, intelligitur quicquid contra legem diuinam fit, veritatis etenim amor odium est falsitatis, & quia Dominus dilexit iustitiam, quia non peccauit, & odio habuit iniquitatē, quid præmij meruit percipere, exponit dicens: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis*. Psalmista alloquitur filium Dei, & dicit, ô Deus vnxit te Deus Pater oleo exultationis, propterea, quia odio habuisti iniquitatem, & dilexisti iustitiam. Non est ergo intelligentidum, quod filius Dei secundum naturam diuinitatis, in qua æqualis est Patri, possit Deum habere, quia ipse cum Patre & Spiritu Sancto verus est Deus. Secundum autem quod homo est, Deum Patrem habet Deum, quia ab illo est factus, ideoque dicit Psalmista *Vnxit te Deus, Deus tuus, vñctus est Christus non oleo visibili, sed plenitudine Spiritus Sancti*, qui die baptismatis in specie columbarum super eum requieuit, nec ex tempore baptismatis solummodo plenitudo Spiritus Sancti in eo mansit, sed potius ex tempore conceptionis, iuxta quod Esaias loquitur *requiescat super eum Spiritus Domini*. Mm 3

O. Isa. ii. v. 2. *Spiritus*

*spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis,*  
*repleteuitque eum Spiritus timoris Domini, oleo autem exultationis, seu laetitiae*  
*dicit illum vncum, quia Christus nunquam peccauit, nunquam tristitiam habuit*  
*ex recordatione peccati. Quid est enim oleo laetitiae vngi nisi peccati maculam non*  
*habere? Sanctorum etenim conscientia tunc magis ac magis hilarescit, atque in lae-*

1. Pet. 2. v.

22.

Ps. 44. v. 8.

*ttitiam protumpit, quando nulla peccati grauioris recordatione mordetur. Spiritus*  
*siquidem Sanctus, qui requieuit in Christo, custodiuit illum, ut sine peccato conci-*  
*peretur, sine peccato nasceretur, & sine peccati macula ab hoc mundo transiret,*  
*iuxta quod de illo scriptum est, peccatum non fecit nec inuenitus est dolus in ore eius. Sed*

*quid est quod dicit Psalmista, vnxie se Deus, Deus tuus, præ participibus tuis, qui sunt*

*ergo participes? in veteri quidem testamento fuerunt Patriarchæ participes Christi,*

*in hac vocatione, quia cum non essent oleo visibili vnci, sed dono spiritus sancti re-*

*pleti, appellantur Christi, id est, vnci, iuxta quod in Psalmo legitur, dicente Domi-*

*nino de Abraham, Isaac, & Iacob, ad Abimelech, & ad ceteros Reges Palæstinorum:*

*Ps. 104. v. 15 Nolite tangere Christos meos, fuerunt quoque Reges, Sacerdotes, & Prophetæ participes*

*illius, quia ad illos specialiter vncio pertinebat, per quam donum Spiritus Sancti ve-*

**P.** rebantur accipere. Nam legimus Saulem vncum à Samuele, & David, Salomon  
 quoque vncus est. In Gion, Sacerdotes vngebatur, sicut vncus est Aaron à Moysè,  
 dicente sibi Domino vnges Aaron & filios eius mihi in Sacerdotes iure perpetuo  
 Prophetæ nihilominus vngebantur, sicut vncus est, Helisæus ab Helia cui dixit Do-  
 minus, vnges Helisæum Prophetam pro te. Iti tres ordines Dominum præsignabant  
 qui est verus Rex, Sacerdos, atque Propheta, in nouo autem testamento participes il-  
 lius sunt Apostoli Martyres, Confessores omnesque qui gratia baptismatis abluti do-  
 num Spiritus Sancti consequuntur & à Christo Christiani dicuntur, Christus ergo  
 participibus suis vncus est oleo laetitiae; quia omnes ad mensuram accipiunt Spiritum  
 Sanctum: Ipse autem non accipiet ad mensuram, sed plenitudinem, secundum illud:  
 non enim ad mensuram dat Deus Pater spiritum Filio suo, sed in ipso habitat

*Ps. 101. v. 26 omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et tu in principio Domine Deus terram fun-*

**X.** *dasisti & opera manuum tuarum sunt cœli, post humanitatem filij Dei excellētem cor-*  
*uertit se iterum ad æternitatem diuinitatis eius, dicens, tu inquit Domine in prin-*  
*cipio creaturarum terram fundasti, ubi fundauit terram? Si te esse perpendimus, vide-  
 bimus, quia nutu, & dispositione diuina subsistit fundata super nihili, nisi in semet-  
 ipsa, & quod dicit *opera manuum tuarum sunt cœli*, non est putandum, quod verbum  
 Dei Patris, quod incorporeum est, manibus operatur, quia non habet lineamenta  
 corporis sicut nos habemus opera ergo manuum eius virtutem iussionis eius debe-  
 mus accipere, quoniam verbo & potentia iussionis suæ quæcumque vult operatur,*

*Ps. 148. v. 5. iuxta quod Psalmista dicit: Ipse dixit & facta sunt mandauit & creata sunt: Virtute igit-*  
*itur verbi Dei cœlum & terra subsistunt, quia virtute iussionis eius omnia facta sunt,*  
*& sine ipso factum est nihil, sed cum Moses in principio Genesios cœlū dicat pri-*  
*mum factum, ac deinde terram, sic dicens: in principio fecit Deus cœlum & terrā.*

**Q.** Quæstio oritur, quare Psalmista ponit terram, ac deinde cœlum; Quasi terra ante  
 fuerit facta, quam cœlum. Quæ ita soluitur, quod ille præposuit cœlum terræ, iste  
 supposuit, idcirco factum est ut ostenderentur simul illa duo esse facta, sed quod di-  
 uina maiestas simul fecit, vna vox simul nequivit proferre: quapropter necesse erat

**XI.** vnum ante alterū dicere, ipsi peribunt in auctem permanebit, positus est hic pluralis nu-  
 merus pro singulari, sicut multis alijs in locis diuinæ scripturæ non enim de firma-  
 mento hoc intelligendum est ubi sidera continentur: neque de cœlo æthereo per  
 quod cursus septem planetarum aguntur, sed de isto cœlo aereo, à quo & aues cœli  
 dicuntur, potius accipiendum est. In die iudicij ergo peribit istud cœlum aereum,

vnde anhelitum attrahimus & remittimus, non ut penitus desinat esse à sua natura,  
 sed mutabitur ab hac specie in meliore, & ab hac densitate in sublimitatem, & clari-  
 tatem ætheris, ubi Apostolus alio in loco dicit, præterit figura huius mundi. Sed figura  
 præterit, remanebit substantia. Nam quantum spatiū occupauit aqua tempore dilu-  
 ui, ita ut altior esset quindecim cubitis super oēs montes sub omni cœlo, & ut quidam  
 dicunt

2. Cor. 7.  
v. 31.

dicunt pertingens vsq; ad circulum lunæ, tantū spatiū tenebit ignis in die iudicij  
 comitans Domini aduentum, iuxta quod Psalmista dicit *ignis ante ipsum præcedet, &c.*  
 qui cōsumet omnia nubila omnemq; densitatē istius aeris erit q; cœlum nouum, &  
 terra noua de hac immutatione & Dñs in Euangelio loquitur dicens: *Cœlū & terra*  
*transibunt, transibunt quidem ab hac figura, & specie in melius per innouationē, &*  
 permanebunt in substantia propria, & oēs ut vestimentum veterascent, vestimentum  
 hic debemus accipere corpus humanū quod consumitur longēitate tēporis & do-  
 lore infirmitatis, ac redigitur in puluerē, sicut ergo corpus humanū veterascit qui-  
 dem & in puluerē redigitur, sed in die iudicij, per resurrectionē innouabitur ita istud  
 cœlum aercū præ nimia longēitate quodāmodo iā veterascit, sed in die iudicij per  
 inflammationē ignis innouabitur. *Et velut amictū mutabis eos & mutabūtur.* Amict⁹  
 dicitur ab amiciēdo vel circundando: bene ergo cœlū amictui comparatur quo cir-  
 cundamur, quoniā sicut amictus humanū corpus hinc inde cingit ita cœlū ex omni  
 parte cingit terrā æqua lancelibratū vnde, & pelli animatis alio in loco comparatur  
 dicente Psalmista extendens cœlū sicut pelle, mutabis, inquit, cœlum sicut amictum. *P. 103.*  
 Ac si diceret, sicut amictus facile plicabitur, si fuerit extēlus, rursusq; plicatus leuiter  
 extenditur, & si fuerit fōrdibus coinqinatus, facile potest mūdari, ita cœlum à te fa-  
 cile est extensem, atq; compositum, sicq; facilitate incomprehensibili in die iudicij  
 mutabitur ab hac figura, & specie in meliorē & vt ostenderet iam deinde facta Dñi  
 sub æternitate mansura addidit, & mutabūtur, quasi diceret, postq; mutati fuerint, in  
 ea nouitate permanebunt, nunquā adhuc corruptibile redituri. *Tu autem idem ipse es &*  
*anni tui non deficient,* ecce differētiam inter creaturā temporaliter factam & creato-  
 rem in sua æternitate æqualiter manentē in omnipotentē etenim Deum non cadit  
 præteritū vel futurū, neq; aliqua mutabilitas; Sed omnia sunt ei præsentia, semperq;  
 immutabilis. Vnde Psalmista æternitatem & immutabilitatē verbi Dei subtili cōti-  
 deratione perpendens, substantiuo verbo præsentis tēporis vſus est, loquens de illo,  
 cœlū, inquit, & terra mutabuntur, tu autem idem ipse es modo, qui eras ante omnia sa-  
 cula, & anni tui, id est, æternitas tua nō deficiet: iple ergo qui semper habet esse, dicit  
 de semetipso ad Moysen, *ego sum, qui sum hæc dices filiis Israël qui est misit me ad vos.* *Exo. 3. v. 14.*  
 Quapropter omnis creatura rationabilis, quę per se mutabilis est, ac tēporalis, sum-  
 mopere elaborare debet, quatenus eis possit coniungi, & adhærere, qui semper idē  
 manet, *ad quem autem Angelorum dixit aliquando sede à dextris meis quousq; ponam inimi-  
 cos tuos scabellum pedum tuorū?* Postquam maiestatē diuīxæ æternitatis ostēdit in filio  
 esse iterū conuertit B. Apostolus sermonē ad glorificationē eius humilitatis, dicens  
 ad quem Angelorū dixit aliqñ sede à dextris meis subaudi ad nullū nulli enim Arch-  
 angelorū nulli Dominationū aut virtutum, siue Principatuū hanc gloriam concessit  
 Deus Pater vt ei diceret sede à dextris meis hoc est habita & quiesce mecum in pleni-  
 tudine meæ maiestatis victoria aut filio & totius mundi per incarnationis tuæ dispē-  
 sationē triumphatori post resurrectionis gloriam 40. die dicit ei laborasti in passio-  
 ne laborasti in redēptione generis humani quiesce mecum in gloria quoadusq; pōnā  
 inimicos tuos vt sint scabellum pedū tuorum quoadusq; vel donec non significat fi-  
 nē alicuius tēporis isto in loco, sed pro infinito & sempiterno positū est quasi diceret  
 alijs verbis tu semper habita in plenitudine maiestatis meæ, q; ego semper subijciā æ-  
 ternitati tuæ inimicos tuos ludæos aliosq; incredulos, pedes etenim Dñi stabilitatē  
 æternitatis eius designant vbi ille tanq; in vestigijs firmis virtute omnipotentiæ suæ  
 cōsistit possum⁹ & per pedes nō incongrue mysteriū incarnationis eius accipere his  
 aut pedibus æternitatis videl. illius seu fidei ac potētiæ incarnationis eius duob⁹ mo-  
 dis quotidie subijciūtur inimici illius, dū videl. vitiorū atq; infidelitatis contrarietate  
 derelicta spōte se subdunt illi ad salutē vt sub illo tueātur vel certe dū nolentes in eū  
 credere coacti subijciūtur illi & calcātut dñio potestatis eius. Sequitur *nonne oēs sunt*  
*administratorū spiritus in ministeriū missi pp eos qui hereditatē capiūt salutis.* Si oēs spirit⁹  
 cœlestiū virtutū mittuntur ad salutē credentiū, quid est, q; Daniel dicit, 1000. 1000.  
 ministrabāt ei, & decies 100. 1000. ei assistebant, q; n. oēs mittuntur, si decies 100.  
 1000. ei assistūt, intelligendū est ergo q; oīpotens Deus qui spiritus est incircūscript⁹

omnia implet, & vbiique totus est. Quapropter Angelicus Spiritus qui circumscriptus est, quo cunq; mittatur intra Deum currit, 'Deumq; semper præsentem habet, ideoque ipsi qui mittuntur, ipsi etiam & assistunt ei vel certe idcirco omnes mitti dicuntur, quia sicut dydimus Græcus in libro de Spiritu Sancto ait, ex omnibus ordinibus coelestium dignitatum mittuntur. Sicut Michaelem & Gabrielem Archangulos legimus missos in volumine Danielis, Raphaelem quoque ad Tobiam vnu etiam de Seraphin legitur missus ad Esaiam quando calculo tetigit labia eius, & sicut frequenter Angeli leguntur ad Sanctos missi generaliter autem sicut Doctores dicunt vnicuique fidelium ab ortu nativitatis, vel potius à tempore baptismatis à Deo Angelus mittitur ad sui custodiam & qui suadeat ei bona agere, vnde Apostolus hic dicit missus sum inquietus, in ministerium Salutis propter eos qui hæreditatem patris coelestis sunt percepturi in hoc ergo sicut diximus omnes mittuntur, quia ex omnibus ordinibus mittuntur eiusdem dignitatis sunt, qui mittuntur cuius & qui assistunt, vel certe, quia omnes eiusdem voluntatis sunt, & dum illi, qui semper assistunt consentiunt cum eis, qui quodammodo in illis omnes veniunt omnesq; mittuntur & est sensus, quid mirum si vnico filio Dei ministerium suum exhibunt Angeli cum etiam nostræ salutis ministros eos constet affectos, quapropter nemini illorum dixit sedere à dextris meis.

## CAPUT 11.

**Q**uoniam Angelorum præceptorum transgressio digna acceperit ultionem, multo magis ea sequetur transgressores præceptorum Christi: qui per suscep-  
tam humanitatem & crucem minoratus est ab Angelis, & ex eo factus author salutis in ipsum credentium.

**B**ropterea abundantius oportet obseruare nos ea que  
1. audiuimus, ne forte pereffluamus. + Si enim qui  
2. per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, &  
omnis pruaricatio & inobedientia accepit iustam,  
mercedis retributionem: + quomodo nos effugiemus, si tantam  
neglexerimus salutem? que cum initium accepisset enarrari per  
4. Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, + conte-  
stante Deo signis & portentis, & variis virtutibus & Spiritus  
5. Sancti distributionibus secundum suam voluntatem. + Non  
enim Angelis subiecit Deus orbem terra futurum, de quo lo-  
6. quimur. + Testatus est autem in quodam loco quis, dicens:  
• Ps. 2. a. 5. - Quid est homo quod memores eius, aut filius hominis quoniam  
7. visitas cum? + Minuisti eum paulo minus ab Angelis; glo-  
ria & honore coronasti eum: & constitueristi eum super opera  
8. manuum tuarum. + Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo  
• Mat. 20. d. 18. enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei.  
• Cor. 1. d. 26. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. + Eum au-  
tem, qui modico quam Angelis minoratus est, videmus Jesum, pro-  
9. pter passionem mortis, gloria & honore coronatum: ut gratia  
C. Dei,

Dei, pro omnibus gustaret mortem. + Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. + Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos, vocare, dicens. + Nunciabo nomen tuum fratribus meis; in medio Ecclesia laudabo te. + Et iterum: - Ego ero fidens in eum. Et iterum: - Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. + Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: + & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. + Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrabae apprehendit. + Unde debuit per omnia fratribus similiari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut reppotiarer delicta populi. + In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

12.  
Pf. 21. c. 32  
Pf. 17. a. 3.  
Ila. 8. d. 8  
Osc. 13. a.

13.  
D.  
14.  
15.  
16.  
17.

18.

I.  
A.

II.  
III.

B.

**P**ropterea abundantius obseruare nos oportet ea, quæ audiimus ne forte effluamus. Propterea, inquit, quia filius Dei excellentior est omnibus Angelis, qui nobis Euangelium suum dedit, vel certe, quia Angelii nobis ministrant, qui Deo semper renuntiant opera nostra, licet ipse ubique sit, abundantius atque plenius oportet nos obseruare ea, quæ audiuimus à Christo in Euangelio, & Apostolis eius, quam in lege solebamus, quæ per seruum data est, & quare abundantius, ne forte effluamus, id est, ne forte peream, & à salute excidamus, ne forte euaneamus, transientes in perditionem more fluminis currentis in mare, dum sensus nostri per inania quæque discurrunt: iungit autem personam suam illis, more suo agens, & quare dixerit abundantius, reddit causam, dum sequentib. verbis explicat dicens: Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est firmus & omnis pruaricatio & in obedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Sermo legis & Prophetarum per Angelos dictus est ad Patres nostros, quia per subiectam creaturam locutus est Moysi, & Prophetis, iuxta quod B. Stephanus in concione sua manifestat, dicens de Moysone. Hic est Moyses, qui fuit cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Syria. Factusque est firmus, id est, verus id est sermo per Angelum dictus, quoniam sicut ibi predictus est, ita omnia euenerunt sive bona, sive mala, omnisque pruaricatio, sive transgressio legis, atque inobedientia contra illum sermonem patrata accepit iustam mercedeis retributionem, iudicium, scilicet, æternæ damnationis, sicut illis contigit, qui murmurando inobedientes extiterunt, notandum autem, quia cum mercedes in bonam partem maxime accipiatur, hic pro malo posuit Apostolus, more solito, non curans de proprietatibus verborum, sed indifferenter vnu pro altero ponens, sicut hic mercedem in malo & alibi captiuitatem in bono ubi dicit, in captiuitatem redigite omnem sensum ad obediendum Christo facit ergo Apostolus comparisonem à sermone legis, qui per Euangelium dictus est ad gratiam Euangeli per filium datum, & dicit. Si enim sermo legis per Angelos dictus factus est vetus in omnibus, quæ promisit bonis, vel quæ minatus est malis, quanto magis erit firmus sermo Euangeli datus per filium & filii, qui inobedientes extiterunt legi, damnationem æterni iudicij, non potuerunt effugere, quō nos effugiemus vindictam Dei, si tantam neglexerimus salutem fidem, scilicet Euangeli,

geli, vitamq; æternam tam magnam, vtpote per filiu nobis annuntiatam, atq; pro missam, subaudi nullo mó, his verbis manifestat Apostolus non fuisse tantā salutem in lege, quanta est in Euangelio: Lex. n. promittet terrā, dicens, si volueritis, & au-  
**Mat. 3. v. 2.** dieritis bona terrē comedetis, & Euangeliū promittit cœlum dicens, *penitentiā agite appropinquauit regnū cælorū*, illa præstabat vindictā de terrenis hostib⁹, istud præstat de spiritualib⁹, illa promittet longæuā vitā temporalem, Euangelium cōcedit vi- tā, sine fine mansurā. *Quæ subaudi talis cum accep̄isset initiu enarrari per Dominū ab eis qui audierūt in nobis confirmata est.* Salus ergo quæ in Euangelio continetur, à Deo accepit initiu enarrandi, quia ipse primū annuntiauit eam per semetipsum dicens, *pœnitentiam agite appropinquauit regnum cælorū*, & qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, deinde vero cōfirmata est, hoc est credita est ab eis, qui audierunt eam, ab Apostolis, videlicet, qui cum Dño fuerunt, & successoribus eorū, vel confirmata est, vel certe confirmata est, i.e. consolidata est, & perfecta in nobis ab eis, qui ab ipso Dño cā percepérūt, quia salus quæ per S. spir. in nobis data est, permanet in æternū causa humilitatis suā iungit personam cum eis, dicens, in nobis confirmata est ab eis, qui au- dierūt. Ad hæc poterat aliquis dicere, quō confirmata est ab eis? cui ille. *Contestante C. Deo signis & portentis & variis virtutibus, & Spiritus S. distributionibus secundum suam voluntatē.* Confirmata est, inquit, nobis eadē salus ab eis, qui audierunt contestante Deo, i.e. simul testimoniū præbente eorū doctrina & prædicatione, non voce, sed vir- tute, & exhibitione miraculorū, & varietate linguartū, quia ut dicebat aliquis Aposto- lorū mortuo, vel infirmo, surge esto viu⁹, aut sanus, statim surgebat in columnis, signa aūt, prodigia, & virtutes pro vno hic accipiūt. Quod vero subiūgit, S. spir. distribu- tionibus, affluentiam significat gratiarū, quam non habuerunt Patres veteris testa-  
**Io. 7. v. 39.** menti, quæ fuit data postq; glorificatus est Iesus teste Euāgelistā, quia ait, *nondū enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondū fuerat glorificatus.* Istæ sunt distributiones seu diui- siones, quas Apostol⁹ alio in loco cōmemorat dicens, *alij datur per Spiritū sermo sapientiae, alij sermo scientiae, & cætera, quæ in sequentib. enumerat vsq; dū subiungit, hæc operatur unus atq; idē Spiritus diuidēs singulis pro ut vult.* Vnde & hic dicit secundū suam voluntatē diuinæ n. voluntati, atq; consilio cuncta contribuit, ne quis in suis meritis cōfideret, ipse. n. S. spir. nouit quid cuiq; profit, vel qd cuiq; sit commodū: *Non enim Angelis subiecit Deus orbē terra futurū de quo loqui mur.* Ad ea quæ superius dixit Deum Patrē dixisse filio. *Sede à dextris, donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū, sed filio suo tradidit illū cui ipse dixit in Psalmo, postula à me & dabo tibi, gentes hereditatē tuā.*  
**Ps. 109. v. 1.** Vnde & ipse filius cōgratulans sibi traditū orbem crediturū, dicit. *Ego aūt constitutus sum Rex ab eo, i. à Deo Patre.* Testatus est aūt in quodā loco, quidam dicens, q; nomi-  
**Ps. 2. v. 8.** na Prophetarum reticet in hac Epistola, quorū testimoniū poscit, non causa inuidiae, aut absconditēs affectū hoc agit, sed honorantis voto, & ostenditēs intuitu Hebræos multā habere scientiā diuinarū scripturarum, quibus ista scribebat, in tantū ut nec opus haberet nomen ponere dicentis: Hoc ergo testimoniū ex psalterio Dauidico sumptū est, qui taliter loquitur ad Deū Patrē: *quid est homo, supprese & cū despectu pronuntiandū est istud, quid est homo subaudi fragilis, mortalis, caducus & sequax.* Ad. e, qui in veteri p̄ctō generali grauitate est deuict⁹, *quod memor es eius?* subaudi tua est gratia non illius meritum: Hominis memor est Dominus, qñ ei peccata dimittit gratuīta misericordia, & misericordiæ suæ dona largitur, sequitur, *aut filius hominis,* subaudi quid est, hoc quidā Doctores referunt ad Christū, qui in Euāgolio s̄epissime filii hominis. i. filium Mariæ se vocat: Ac propterea sub interrogatione sursum eri- genda est vox, & est sensus, quid promeruit ille homo assumptus à verbo, ut fili⁹ Dei fieret? *Quod sequitur, quoniam visitas eū, ad genus refert, de quo paulo superius sub nomine hominis dictū est.* Quid est homo, & est sensus, qñ visitas genus humanū per filiu tuū, & perpetua largiris beneficia, non est meritū illius, sed tua gratia. Ideoq; subsistit, quia à te visitatur. Visitatio ad Medicum & ad ægrotum pertinet, nam visi- tationis officiū dicitur, quis medicus implere qñ ad infirmū ingreditur & genus hu- manū, q; infirmum & languidū erat Deus Pater tunc visitauit, qñ misit filium suum, qui verbum caro factum est, & habitauit in nobis. *De qua visitatione dicit etiam*

Zacha-

Zacharias Pater Beati Ioannis *visitauit nos oriens exalto.* Quidam Doctores, quod dicit, quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quid est, quod visitas eum, totum refert ad genus humanum. Hoc vero, quod sequitur, refert concorditer ad Christū, *minuisti eum paulominus ab Angelis,* per mortem corporis & opprobria passionis minorem fecit Deus Pater filium suum Angelis, qui secundū diuinitatem æqualis ei erat in omnipotentia, quia Angeli immortales & impassibiles existunt minoratus est aut non necessitate, sed spontanea pietate, sicut idē Apostolus alias ait, *qui cum in forma Dei esset semetipsum exinanivit formam serui accipiens factusq[ue] est obediens Patri vñq[ue] ad mortem, mortem autem crucis.* Ex ea parte, qua mori potuit creator Angelorum, minor factus est Angelis. Bene aut̄ dixit Paulominus, quia & si mortale corpus assumpsit, peccati tamen maculam non habuit. *Gloria & honore coronasti eū,* psalmista loquitur ad Deū Patrem de humilitate & exaltatione filij dicens minuisti, inquit, filiū tuum paulo minus ab Angelis, dum eū mortalem creasti. Sed quia tibi ille obediens extitit vñq[ue] ad mortem, gloria & honore coronasti eū, tale est & illud quod Apostolus dicit alio in loco. *Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne gennflectatur cœlestium terrestrium & infernorum.* Gloria ergo coronauit eum Deus Pater in resurrectione, honore aut̄ in ascensione, quando 40. die resurrectionis suæ exaltauit illū super omnē creaturam. Aliter gloria coronatus est in multitudine credentiū, videlicet cum post resurrectionis triumphū credulitatem totius mundi in hoc, quod homo est, accepit honore autem in confessione æternæ maiestatis, hoc est in eo quod in plenitudine paternæ gloriæ habitat, & constituisti eum super opera manuum tuarum, per hoc quod homo factus est, constitutus est à Deo Patre super operai iussionis eius, supra cœlestia, videlicet, terrestria, & inferna qui secundū diuinitatis potentia sicut cum Deo Patre omnia creauerat: ita cū illo omnia possidebat, dicendo enim constituisti eum super opera manuum tuarū, omnis creatura monstratur subiecta esse illi. Quia sicut potestate verbi omnia creata sunt, ita ille homo assumptus à verbo, cum verbo possidet cuncta; *Omnia subiecisti sub pedibus eius,* idē æternitati illius & potestati vt omnis creatura illum adoraret, & hoc est quod ipse post resurrectionis gloriam apparens discipulis dixit eis, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, in eo enim quod omnia subiecit nihil dimisit non subiectū ei,* in eo. i. in hoc dono vel facto, q[uod] ei omnia subiecit nec cœlestia videtur exceperisse, nec terrestria, vt diceret præter Angelicā creaturā, sed ita cōclusit dicens, oīa subiecit ei. *Nunc aut̄ nec dum videmus omnia ei subiecta.* Quid est quod B. Apostolus loquitur: nam cū dixisset oīa subiecta Christo statim subintulit dices nunc autē nondum videm⁹ omnia subiecta ei: Si, oīa sunt subiecta ei, quomodo non sunt subiecta: intelligendum est ergo hoc modo, vt super⁹, vbi dixit, nihil dimisit non subiectum ei, intelligamus vniuersalē subiectiōne & voluntariam. s. per fidē, & necessariā, qua cogitur omnis creatura subiecta esse suo creatori. Hic vero, vbi dixit, *nec dū videmus omnia subiecta ei,* tantummodo de voluntaria subiectione accipere debem⁹, quæ per fidē constat, q[uod] in eum credere volunt, quia. n. tunc temporis, q[uod]n̄ Apostol⁹ ista loquebatur, Euangelica prædicatio nec dum per totum mundum diuulgata erat, nec dum q[uod] oēs prædestinati ad vitā credebāt, recte dixit nunc nō sunt ei oīa subiecta & non solum tunc, sed et̄ adhuc oēs prædestinati nō credunt *eum aut̄ qui modico quā Angeli minoratus est videmus Iesum pp passionem mortis gloria & honore coronatū,* hic aperte manifestat, q[uod] gloria & honor Christi crux eius fuit pro qua modicum minoratus est ab Angelis, moriendo pro nostra salute. Unde & Apostolus alibi cum dixisset, *factus est obediens Patri vñq[ue] ad mortem, morte aut̄ crucis,* statim subsecutus est dicens, *pp quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & cætera.* Sic etiam ipse Dominus prouocabat eam dicens vt glorificetur filius hominis. Si ille qui Dominus est, ea quæ pro seruis passus est gloriam vocat multo magis tu homo, quæ pro Domino pateris tibi ad gloriam pertinere sempiternam dubitare non debes eum, inquit, i. Iesum videmus coronatum nō oculis corporeis, sed oculis mentis dum sedet in plenitudine paternæ maiestatis. *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem,* gratia Dei Patris appellatur, filius eo quod nobis à Deo Patre

Philip. 2. v.  
7. & 8.

F.

VIII.

Mat. 28. v.  
10.

G.

IX.

Philip. 2. v.  
8. & 9.

H.

Patre gratis sit datus & quod gratis pro nobis mortem sustinuit non enim debet nobis nostro merito, vt filius Dei pro nobis gustaret mortem, sed ineffabilis gratia hoc fecit, quod autem dicit pro omnibus illum gustasse mortem, quidam Doctores ita absolute intelligunt, vt dicatur pro omnibus, pro quibus gustauit, id est, pro electis ad vitam æternam prædestinatis. At vero quidam ita generaliter accipiunt, vt dicatur pro omnibus fidelibus, atq; infidelibus mortem gustasse dicentes ipse quidem pro omnibus mortuus est, licet omnes non saluentur. Et quid si omnes non credunt? Ille tamen quod suum erat fecit. Vnde B. Prosper hanc ponit similitudinem est quilibet Medicorum peritissimus, qui veniens in civitatem populosam, vbi multi infirmi habentur temperat potionem. Contra omnia genera infirmitatum & cœuocat omnes dicens venite omnes populi, qui varijs infirmitatibus laboratis & bibite ex hac potionem quam causa salutis vestræ præparaui. Spondeo vobis cū obtestatione, quod si quis biberit ex ea medelam statim consequi merebitur. Qui credunt verbis illius accedunt, bibunt, & sanantur, qui vero renunt bibere non sonantur, sed in sua infirmitate contabescunt. Quantum ergo ad Medici deuotionem pertinet pro omnium illorum salute potionem temperauit, licet alijs non prospicnisi his qui ex ea biberunt, ita & Christus, quantum in se fuit pro omnibus mortuus est quāquam non possit eius passionis solummodo his, qui in eam credere volunt, simulq; notandum, quia non dixit Apostolus subiacuit morti, sed proprie gustauit mortem per quod velocitatem resurrectionis voluit ostendere breui etenim tempore morte teneri potuit, vt ea de vita confestim victor resurgeret, delebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum consummari per passionem. Decebat, inquit, eum auctorem, scilicet, salutis eorum per passionem consummari, id est, perficere omnium salutem per passionem Christi, qui est auctor salutis omnium credentium & qui ante passionem suam multos filios adoptiuos adduxerat in gloriam fidei, spei & charitatis, qui certam spem habebant gaudia patriæ cœlestis & hereditatem æterni regni se posse percipere. Vel certe per passionem decebat eum perficere omnia, quæ de illo prædicta erant vnde ipse dixit pendens in cruce. *Consummatum est*, propter quem omnia, id est, per mortem eius restaurata sunt omnia cœlestia terrestria homo, scilicet, redemptus & numerus Angelorum redintegratus. Per quem omnia subaudi facta sunt iuxta quod Ioannes dicit, *omnia per ipsum facta sunt*, vides quantum est in medio nostrum nobisq; coniunctus ipse filius & nos filij ille proprius nos adoptiui, sed ille saluat & nos saluamur, vides quomodo nos coniungit & discernit. nam cum dicit multos filios adduxit in gloriam hic coniunxit, cum vero addit auctorem salutis eorum hic discernit. *Qui enim sanctificat & qui sanctificantur ex uno omnes*. Quis est qui sanctificat? Christus per fidem passionis suæ & per donum baptismatis, qui sunt, qui sanctificantur? Omnes credentes qui sanctificantur fide passionis Christi & gratia baptismatis, sed qui sanctificat Christus & nos qui sanctificamur ex uno Deo Patre sumus, quia ab illo omnia originem acceperunt unus est enim Deus per quem & à quo omnia, sed aliter ille, aliter nos ille, quasi proprius filius potest sanctificare: nos vero quasi adoptiui ab illo sanctificamur. Attamen unum habemus Patrem in cœlis. Illi proprium nos adoptiuum, *propter quam causam*, subaudi, quia & ipse & nos ex uno Deo Patre sumus licet discrete non confunditur fratres vocare eos, qui sunt filij adoptiui, *dicens nuntiabo nomen tuum fratribus meis*, cum dicit non erubescit fratres eos vocare ostendit non esse eandem fraternitatem nostræ humanitatis, sed misericordia eius multa & humilitas maxima, qui nos fratres eligit sibi hoc quoq; propheticō affirmat testimonio ne quasi nouum putaretur & non multum ante prædictum. Ait enim *nuntiabo nomen tuum fratribus meis*, post sacrâ passionem & venerandam resurrectionem promittit se gloriam diuinitatis paternæ & nomen etiam eius quo Pater dicebatur toto orbe vulgandum. Nuntiabo dicit, id est, narrati faciam à prædicatoribus meis mihi, vt creditis, nam resurgens à mortuis dicit mulieribus *ite nuntiate fratribus meis*, & ad Mariam *vade ad fratres meos & dic eis*, fratres autem dicuntur, & qui diligunt, & qui diliguntur adiecit vero in medio Ecclesiæ laudabo te: In medio Ecclesiæ

Ecclesiæ, hoc est in cœtu fidelium laudauit Deum Patrem filius, quando Aposto-  
lus t' cuersis de prædicatione dixit. *Confiteor tibi Domine Pater cœli & terra, id est, l.u-*  
*do & glorifico te, quia abscondisti, hac a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruu-*  
*lis.* Ipse quoque quotidie in medio Ecclesiæ laudat Deum Patrem, dum fideles  
quoque eius passione redempti, eiusque baptismate abluti indefessas laudes Leo  
Patri referunt corde ore opere, his enim tribus modis laudandus est Deus. *Et ite-*  
*rūm ego ero confidens in eum,* hoc est, in Deum Patrem vox filij Dei, de Deo Patre ex  
parte humanitatis loquens, nam homo susceptus à verbo totam confidentiam  
tuam in Deum Patrem positam habebat. Vnde dicebat Pater clarifica filium tuum  
& pro fidelibus suis supplicans agebat. *Pater volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum,*  
quos etiam exhortans, vt confidentiam haberent dixit, *confidite ego vici mundum, &*  
*iterum ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus Dominus,* hæc duo testimonia sumpta  
sunt ex oraculo Esaiæ Prophetæ loquentis in persona filij Dei. Iste autem sunt pueri  
Sancti, videlicet, Apostoli, quibus Dominus ait, *pueri numquid pulmentarium habe-*  
*tis, qui bene pueri vocantur, propter innocentiam, atque humilitatem de quibus i-*  
*pfa veritas dicit. Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum celorum.* Quia  
ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, hoc  
de Apostolis omnibusque fidelibus, dictum est, qui per hoc fratres fuerunt Domi-  
ni, quia verum corpus & sanguinem habuit, sicut & illi habuerunt. Quo loco con-  
funditur. Manes cum suis, qui ausus est dicere Dominum verum corpus non ha-  
buisse cum Apostolus dicat, quia assumendo carnem particeps extitit illorum.  
Sicut enim illi pueri & nos carne, & sanguine constamus, sicut & Christus partici-  
pauit carni & sanguini homo factus. Et sicut communicauit Christus nostræ sub-  
stantiæ per assumptionem hominis, sic & nos participes eius sumus per assumptio-  
nem corporis & sanguinis eius. Quare autem communicauerit Christus carni &  
sanguini in sequentibus manifestat cum subdit. *Vt per mortem destrueret eum qui ha-*  
*bebat mortis imperium, id est, diabolum & liberaret eos, qui timore mortis per totam vi-*  
*tam obnoxij erant seruituti.* Ad mirabile quidem hic demonstrat Apostolus ostendens diabolum per hoc deuictum à Christo, per quod potestatem in mundo tene-  
bat, armâ quæ fuetunt illi quondam fortia aduersum mundum, hoc est mors, per  
eam illum Christus percussit. Sicut Dauid abstructo gladio Goliæ in eo caput illius  
amputauit in quo quondam victor ille solebat fieri. Quia ergo diabolus per mor-  
tem hominis in mundo principatum præsumpscrat per mortem Christi tempora-  
leim vinci debebat. Quapropter participauit Christus carni & sanguini, vt mori po-  
tuiisset ad tempus. Sicque dum mortuus est, qui peccatum nō fecerat destruxit dia-  
bolum, qui peccatum attulerat, per quod mors in orbem venerat. Siue etiam in hoc  
destruxit diabolum & mortem, quia semper mortuus peccato, dum non peccauit  
destructio autem diaboli imperio liberauit electos suos, qui timore mortis per to-  
tam vitam suam qua viuebant, in hoc mundo obnoxij, id est, debitii & astrixi erant  
seruitute mortis & diaboli.

In hoc enim timebant mortem, quia serui erant morti, dum omnes morti sub-  
iacebant, *nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Quod  
superius dixerat pueros communicasse carni & sanguini, & quia Christus parti-  
pauerit eis, ex sequitur amplius hunc sensum, volens ostendere, vnde participaret  
eis, & dicit nusquam, id est, nullo loco, neque in cœlo, neque in terra, Angelicam  
creaturam assumpsit, sed corpus humanum de semine Abrahæ assumpsit. Quibus  
verbis faciet, illis blandiendo, quod de semine illorum assumpserit. Quia ergo ho-  
mo redimendus erat morte filij Dei non Angelus, idcirco non Angelicam naturam  
assumpsit, quæ mortem non potest pati, sed humanam in qua mori potuisset, nec  
est Angelis tanta dignitas colligata, vt in una persona eorum naturæ filius Dei con-  
iungeretur, quam dignitatem & honorem, humanæ naturæ, diuina gratia con-  
tribuit, vt Deus, & homo una esset persona. Et quare dixit apprehendit, quod  
pertinet ad fugientem, quia nos quasi recedentes à se, & longe fugientes, in-  
secutus apprehendit. *Vnde debuit per omnia similari fratribus,* pro hac, inquit, ra-  
tione,  
Nn

N.

xvi.

O.

xvii..

tione, quia non assumpsit Angelicam naturam, sed humanam de semine Abraham & debuit fratribus per omnia assimilari, quid est per omnia, id est, educatus creuit esfutij, passus est, ac mortuus per omnia ita similis esset fratribus, qui huiusmodi conditione subiecti sunt & connexi. Sed fortasse queritur aliquis, quare homo sit reparatus potius, quam diabolus lapsus, cui respondendum hominem non tantum deliquisse, quantum diabolus, ille enim diabolo suadente peccauit, diabolus vero nullo suadente superbiendo corruit homo, quoque, quia corpus habebat manducare indigebat, diabolus vero, quia spiritus est totus in excusabilis est, fuit & tertia causa, videlicet, quia homo necdum venerat ad locum, ubi aeternaliter cum Deo regnaturus erat, sed in Paradiso terreno morabatur, de quo transferendus erat in cœlum completo numero electorum, diabolus autem in cœlo iam erat collocatus. *Vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropiciaret delicta populi.* Misericors dicitur à misericorde videlicet, qui miseriam sustinet & cognovit per experimentum misereri, itaque non fuit alia causa illum per omnia fratribus similari, nisi vt misericordiam nobis præstaret, nos redimendo, vt fieret fidelis verusque & potens Pontifex ad Deum Patrem interpellando pro nobis, nostrisque propitiaret peccatis. Hæc enim huius mirandæ dispensationis causa fuit, vident quippe humānum genus humo intentum peccatorum vinculis ligatum & misertus est eius, sicut fidelis pontifex reconcilians nos Deo Patri & reconciliando purgans, ministerium etenim Sacerdotis, atque Pontificis est fidelem esse, vt possit eos quorum Sacerdos est liberare à peccatis. Pontifex quoque dicitur, eo quod pontem, id est, viam præbeat suis sequacibus suo bono exemplo, ita & Dominus pontem fecit nobis, id est, bonam viam ostendit, dum diceret. *Discite a me, quia mitis sum & humiliis corde.* Pontem etiam nobis fecit, quoniam aperuit nobis ianuam patriæ cœlestis, ubi modo consistit interpellans Deum Patrem pro nobis in eo enim in quo passus est & tentatus potens est eis, qui tentatur auxiliari, in eo, inquit, id est, in homine in quo ipse tentatus est à diabolo, sed non superatus & passus à ministris illius, potens est vinclitos liberare tentatosque adiuuare ne vincantur. Quia tentationes nostras & passiones non solum sicut Deus cognoscit, sed etiam sicut homo experientio probavit ac propterea non solum per hoc quod Deus potest nobis misereri, sed insuper per hoc quod homo est quoniam eiusdem potestatis est homo assumptus à verbo cuius erat, & eidem verbum.

Mat. 12. v.  
29.

### C A P V T III.

Longe excellentior est Christus, ut pote filius quam Moyses, qui famulus fidelis erat in domo Dei, curandum igitur, ut huic in omnibus obtemperemus, ne in modum incredulorum ludorum ab eius requie repellamus.

1.  
A.  
2.  
Num. 22.  
b.7.

3.

4.

5.

B.



Nde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostra Jesum: † qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. † Amplioris enim gloria iste p̄ Moysē dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. † Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui aut omnia creauit, Deus est. † Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: † Chri-

† Christus vero tanquam filius in domo sua: quia domus sumus  
nos, si fiduciam, & gloriam speci usque ad finem, firmam  
retineamus. † Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus: Hodie  
si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in  
exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, + ubi  
tentauerunt me partes vestri; probauerunt, & viderunt opera  
mea + quadraginta annis: Propter quod infensus fui generatio-  
ni huic & dixi: Semper errant corde. Ipsi autem non cognos-  
serunt vias meas, + sicut iuravi in ira mea: Si introibunt in re-  
quiem meam. + Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum  
cor malum incredulitatis, discedendi a Deo viuo: + sed adhor-  
tamini vosmetipso per singulos dies, donec Hodie cognominatur,  
ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. + Partici-  
pes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantia eius  
usque ad finem firmum retineamus. + Dum dicitur. Hodie  
si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quem-  
admodum in illa exacerbatione. + Quidam enim audientes ex-  
acerbauerunt, sed non uniuersi qui profecti sunt ex Aegypto per  
Moysen. + Quibus autem infensus est quadraginta annis?  
Nonne illis, qui peccauerunt, + quorum cadavera prostrata  
sunt in deserto? + Quibus autem iurauit non introire in re-  
quiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? + Et videmus,  
quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

**V**NDE fratres Sancti vocationis coelestis participes considerate. Apostolum & Ponti-  
ficiem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum sicut & Moyses in o-  
mni domo eius. Fratres eos vocat tam carne quam spiritu, quia ex eodem  
genere erant eandemque fidem habebant: sanctos, quia sanctificati fuerant fide  
passionis Christi & aqua baptismatis. Qui participes erant coelestis vocationis hoc  
est patriæ coelestis ad quam Dominus omnes vocavit dicens. Venite ad me omnes qui  
laborati & onerati estis & ego reficiam vos. Considerate, inquit, Apostolum & Ponti-  
ficiem fidei nostræ Iesum. Apostolus Græce, Latine dicitur missus & Dominus Iesus Mat. ii. v.  
Apostolus noster, quia gratis a Deo Patre nobis missus est, sicut ipse testatur dicens  
non sum missus nisi ad ones perditas domus Israel & sicut misit me Pater & ego mitto vos. Mat. v. 24.  
Vnde & idem egregius Predicator alio in loco dicit misit Deus filium suum factum  
ex muliere Pontifex autem confessionis nostræ est, quia confessionem fidei nostræ  
prætendit ante Deum Patrem. Qui fidelis est ei, id est, Deo Patri qui fecit illum iux-  
ta, quod alibi dicitur. Qui factus est ex semine David secundum carnem. Notandum Rom. i. v. 3  
autem de humanitatis essentia hoc dictu in qua ipse fidelis fuit Deo Patri obediens  
usque ad mortem nonne fidelis erat Deo Patri quando omnia quægebat non suæ  
gloriarum reputabat, sed Patri dicens. Pater in me manens ipse facit opera. Sicut & Moy-  
ses, inquit, fidelis erat, vel fuit in omni domo eius: domus Dei hic populum Dei de-  
bermus intelligere plebem, scilicet, Israelicam cui Moyses præpositus est a Deo de  
qua domo dicit Esaias Vincat Domini exercitum. Sabaoth domus Israel, & iterum hor- Is. 2. v. 5.  
B.

- tando domus Iacob *renite & ambulemus in lumine Domini*, in qua domo Moyse fr<sup>at</sup> delis, id est, deuotus & bonæ voluntatis defendens ea quæ Dei erant sibique non v<sup>er</sup> surpans gloriari Dei; *amplioris enim gloria iste pre Moyse dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet dominus Dominus qui fabricavit illum*, hoc in loco aut erit Hy-  
 vi. pallage in sensu, vt fatus nec essetia sub auditio supponatur, hoc modo tanto maioris gloria Christus pre Moyse dignus inuentus est, quanto maiorem honorem haberet subaudi Dominus domotum, qui fabricauit eandem domum, siue tanto maioris gloria Christus pre Moyse inuentus est, quanto maiorem honorem habet fabricator a domo, quam ipse fabricauit redditque; causam, quare maioris gloria sit fabrica-  
 vii. tor domus, quam dotti, ab eo fabricata omnis namque domus fabricatur ab aliquo, quis antem omnia creauit, subaudi Deus est, hic factorem a factura discernit & triusque do-  
 viii. morum auctorem Deum esse intelligi volehs & populi, videlicet. Et Moyse quidem fidelis erat, hoc est deuotus & bonæ voluntatis in domo eius tanquam famulus in testimoniis eorum, subaudi verborum, que dicenda erant Christus autem tanquam filius in domo sua, habitat ordinans & disponeans illam quanta differentia est inter famu-  
 vii. lum, quem Pater familias preponit domui suæ & filium, quem d<sup>r</sup>elinquit hære-  
 viii. dem tanta distantia est inter Moysem & Christum Moyse enim fidelis & deuotus famulus fuit in domo Dei omnipotentis, hoc est, in plebe Israelitica in testimonium corum verborum, quæ per illum dicenda erant ad populum, iterumque populi ad Deum Christus vero libere ordinat domum suam, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam speci veris, ad finem firmam retinemus. Hortatur icterum Apostolus Hebreos fortiter stare in fide & perseverare in bono opere, iungens se more solito illis domus, inquit, Dei sumus, fiduciam, id est, fidem rectam & gloriam speci nostræ firmam retinuerimus vsque ad finem mortis nostræ, vel vsque ad diem iudicij gloria speci no-  
 vii. stræ est, qui gloriatur nos in spe iam esse filios Dei & quæ modo tenemus in spe credimus nos posse uros in re bona esti qui nobis promissa sunt, in hac pœnali vita habere nequaquam possumus quamobrem habentes fidem rectam spem cer-  
 viii. tam exspectemus patienter paternia nobis a Domino promissa. Sequitur. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: *Hodie si vocem eum audieritis nolite obdurare corda vestra, & cætera vsque si intrabunt in requiem meam.* De spe Paulus superius locutus fuerat B. Apostolus, quod oporteat sperare ea quæ futura sunt & dat in testimonium propheticum sub comparatione quanto modo illi perierunt, qui desperauerunt de potentia omnipotentis Dei & quid promeruerunt pauci, qui sub spe certa missis Dei crediderunt. Quia ergo obscure locutus est Apostolus, necesse est replicari historiam veteris testamenti, ut manifestior fiat ratio educitus populus Israelitae de Aegyptiacâ seruitute in signis & mirabilibus Domini curi multantem viam deferti perambulassent pasti a Domino manna à qua de petra potati eiusque protectione tutati consilium minierunt omnes mittere de singulis tribubus principes speculatores, qui deberent speculari, atque considerare terram a Domino sibi promissam. Qui per gentes lustrauerunt terram reuersi, sunt post spatium quadraginta dierum ad multitudinem nuntiantes terram fertilissimam magnitudinē fructuum procreaticem, sed habere urbes munitas virosque inexpugnabiles esse in ea; utpote de stirpe Enachim, hoc est, gigantum Israëlitæ vero ingrati, & insensati quos oportebat recordari tantorum Dei beneficiorum; quomodo eos clausos in medim tanta exercitus multitudinem Aegyptiorum eripuerit de periculis etiam fluviorum fonte de petra fine defectu donaret marina tribuerit altaque innumerabilia beneficia eis contulerit, nec Deo erediderunt desperantes de eius potentia, nec horum aliquid rememorati sunt, sed timore desperabili perterriti murmurando dixerunt. Utinam nos introducat nos Dominus in terram illam reuertamur in Aegyptum Deus igitur iratus, quod tantorum oblitifuerint beneficiorum ac mirabilium eius iurauit, quod non esset intratura generatio illa in requiem & patriam olim patribus promissam, sicque illa sexcenta millia, quæ egressa sunt, de Aegypto perierunt, præter alios tantummodo Caleph, videlicet, filium Iephone & Iosue, filium Nunqui seditionem populi compescere, nisi sunt creduli promissionibus Domini. Nonandum autem  
 C.  
 VII.  
 D.

tres requies ab Apostolo in hac Epistola commemorari vñā Sabbati, qua requieuit Deus ab operibus suis secundā in Palēstina, in quam ingressi Israelite requierati erāt à miseria & laboribus multis tertīā quoq; quæ vera est requies regnum, videlicet cœlōrū ad quā quos peruenire cōtigerit plenissime requiescent à laboribus & ærumnis huius s̄eculi, de qua hic Apostolus cum prophetando spiritualiter loquitur dicens. Quapropter subaudi, quia domus Dei sumus si fidē rectam & gloriam spei firmam retinuerim⁹ nolite obdurare corda vestra, ne similia patiamini, qualia progenitores vestri passi sunt priuati requie promissa, hortatur Apostolus Hebreos, his verbis ut non essent infideles & increduli, vt perderent requié eternam sibi à Domino promissam, sicut perdidérunt Patres eorum requié temporalem, nolite, inquit, obdurare corda vestra, sicut subaudi obdurauerunt Patres nostri in exacerbatione, id est, amaricatione, qñ me ad amaritudinem prouocauerunt secundum diem temptationis eorū in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri multis modis dicentes nunq; d poterit Deus parare mensam in deserto? Et nunquid poterit nos in terrā Patribus promissam introducere? Quod aut̄ dicit hodie non loquitur iam Psalmista ad illos, qui mortui sunt in deserto murmurādo contra Dominū & increduli existendo, sed potius ad illos, qui dominicæ prædicationis tempore fuerūt Apostolorum, quæ & usq; ad finem s̄eculi futuri sunt hodie, inquit, id est, in die noui testamenti, vel omni tempore, quamdiu dicetur hodie nolite obdurare corda vestra hodie namq; pro semper terno ponitur, donec mundus & vita prælens manet. Sequitur, *probauerunt & vide-runt opera mea*, quadraginta annis, q; dicit probauerūt opera & mirabilia mea nō est ita intelligendū, vt dicatur probauerunt. i.elegerunt causa gratiarum actionum, sed potius probatio hic ad curiositatē est referenda & temptationem probauerūt, inquit, opera mea hoc est curiositatis causa exquisierūt tentantes vtrū non omnipotēs essem, sed quid factum est, viderunt illā per quadraginta annos & permanserūt ingratiti potest q; dicit quadraginta annis & ad sequentia coniungi quadragesimus aut̄ numerus mysticus in diuina scriptura habetur quadraginta diebus Dñs in deserto ie-iunauit vt triumpharet de illo per quē illi quadraginta annis murmurauerūt in Eremo contra Dñm consumataq; tota gloria victoriæ in passione & resurrectione quadraginta diebus fuit cū Discipulis antequam cœlorum altitudinem penetraret primis ergo quadraginta diebus temptationē huius peregrinationis ostendit posterioribus quadraginta diebus consolationem qua consolatūr sunt in Patria corpus enim eius. i. Ecclesia necesse est, vt temptationes patiatur in præsenti s̄eculo, vt postmodum peruenire possit ad gaudia patriæ tñ & in præsenti non deest ille cōsolator, qui dixit ecce ego vobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē s̄eculi. Sequitur, pp quod subaudi, q; tentauerunt me, causaq; curiositatis quadraginta annis opera mea probauerunt offensus fui generationi huic plus est dici offensum, siue infensum, q; iratum. Quoniā, qui irascitur facile potest ab ira remoueri, qui vero infensus, siue offendens fuerit, aut vix, aut nullo modo potest placari ita omnipotens Deus offensus, id est, valde & implacabiliter iratus fuit illis sexcentis millibus quæ perierunt in deserto & dixit ad Moysen & Aaron, vel etiam ad Iosue, semper errant corde. Multis modis castigauit eos omnipotens Deus, sed illi semper corde errauerunt à via veritatis & rectitudine deuiantes. Quicunque enī Dei voluntatem non secundat errat à rectitudine iustitiae, ipsi vero non cognoverunt vias meas, non cognoverūt dic̄it, hoc est non approbauerunt, nec elegerunt actiones meas, & præcepta mea, vel non cognoverūt, quia noluerunt ad hoc cognoscere, vt tenerent & obseruarent illa sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiam meam, si aliquā ponitur pro affirmatione, aliquā pro dubitatione, aliquā pro negatione, vt in præsenti loco, p nō, & in psalmo dicente Propheta, *si redditiretribuentibus mīhi mala*. i. non reddidi ordo verborum est non introibunt in requié meā, sicut iuraui in ira mea hoc est in vindicta mea ira. n. Dei vindicta illius est loqui Deū magnū est iurare vero nimis metuendū cum enim oī sermo pro iuramento accipi debeat, qm̄ semper verus est, dicitur aliquā iurare ad exagerandam vim rei & vt terrorem incutiat auditoribus, sic dicitur & irasci more humano cū semper ipse idem maneat, quatenus dum audiuimus illū iratum

E.

F.

G.

Psal. 7. v. 5.

- H. metuamus peccare, quod autem dicit non intrabunt in requiem meam, hic sicut supradictum est geminam requiem debemus intelligere unam, scilicet, terræ reprobationis promissam Abrahæ quam illi perdiderunt propter infidelitatem suam altera vero vitam æternam, de qua Apostolus spiritualiter loquitur in quam non intrabunt Iudæi in infidelitate manentes. *Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo.* Hortatur iterum eos Apostolus blandiendo vocans eos fratres & dans consilium, quomodo intrare possint in requiem verâ fratres mei carne, fratres etiam fide, videte, id est, cauete, summaq; diligentia attende, ne forte sit in aliquo vestrum voluntas, non bona & cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo, sicut fuit in illis, qui errauerunt in deserto adorando, idola & pereatis; sicut illi perierunt, sed adhortamini vosmetipso per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur, quis ex vobis fallacia peccati. Quia illis Iudæis scribebat, qui iam crediderant & inter quos tales erant, qui alias in fide, spe, bonisq; operibus exhortari poterat, ideo talia loquitur exhortamini inquiens, vos inuicem & corrigite vosmetipso per singulos dies donec hodie cognominatur, id est, omni tempore præsentis vitæ, in quo est spatum poenitendi, si quisquam peccauerit non desperet de venia, quamdiu viuit, nec obduretur aliquis vestrum fallacia peccati, id est, desperationem decipiente peccato infidelitatis, quasi per poenitentiam nō posse promereri indulgentiam. Ille enim, qui satis perfecte non credit, solet plerumq; in desperationem ruere redditq; causam quare nemo debeat desperare de venia dicens: *Participes enim Christi effecti sumus.* Quid est participes Christi effecti sumus? Christo participamur & coniungimur, ut pote unum cum illo existentes, siquidem in hoc participamur illi, quia ipse caput nostrum & nos membra illius cohæredes & corporales illi secundum spiritualem hominem, qui creatus est in ipso in eo etiâ participamur illi, quia corpus & sanguinem eius sumimus ad redemptionem nostri. Quapropter non est desperandum, si tamen initium substantiae eius, usq; ad finem firmum retineamus dum dicitur, hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare, corda vestra contra Deum per infidelitatem, quemadmodum in illa exacerbatione, subaudi obdurauerunt Patres vestri corda sua initium substantiae, dicit fidem Christi per quam subsistimus & renatis sumus, quia ipse est fundamentum omnium virtutum & bene substantiam eam vocat, quia sicut corpus anima subsistit & vivificatur ita anima si de subsistit in Deo & viuit, ac sine fide, quasi nihil est, unde dicit per Prophetam, *in suis autem meis ex fide viuit, & idem egregius prædictor, sine fide impossibile est placere Deo,* substantia autem Christi appellatur fides, vel quia ab eo datur, vel certe, quia ipse per eam habitat in cordibus fidelium, iuxta quod idem Apostolus, alias dicit optando in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Tunc ergo veraciter Christi participes sumus si fidem eius, usque ad finem mortis nostræ, vel usq; ad diem iudicij firmam retinuerimus omni, videlicet, tempore, quamdiu dicitur nobis per Prophetam hodie si vocem meam audieritis nolite obdurare corda vestra. *Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non universi omnes, qui profecti sunt ex Aegypto per Moysen.* Illius historiæ tacite mentionem facit quando reuefis exploratoribus dixerunt murmurando, utinam non introducat nos Dominus, in terram illam. Iosue autem & Caleph glorificauerunt Deum dicentes ad omnem multitudinem potens est Dominus introducere nos in terram illam. Quidam ergo audientes verbum Dei de promissione & sermonem exploratorum ad amaritudinem prouocauerunt eum ob incredulitatis & desperationis malum sexcenta, videlicet, millia quorum corpora prostrata sunt in deserto, sed tamē non exacerbauerunt eum omnes qui profecti sunt, ex Aegypto, quoniam Iosue & Caleph ex tanta multitudine glorificauerunt illū, unde & meruerunt terrâ reprobationis non solum intrare, vel possidere, sed etiam alijs per sortem diuidere. Quare autem Apostolus prosequatur sensus est audierunt illi omnes verbum Dei de promissione terræ reprobationis, sicut & nos audiuiimus de Patria cœlesti, sed quid profuit illis sermo auditus, nolite ergo putare, quod ex auditu tantum prædicationis introitus sit in requie Dei, nisi adhibita fuerit fides de corde puro. *Quibus autem infensus est quadraginta annis?*

*xponere illis qui peccaverunt, quorum cadasera prostrata sunt in deserto. Quibus autem iu-* xviii.  
*vavit non introire in requiem suam, nisi illis qui increduli fuerunt? id est, illis qui dubita-*  
*uerunt, quod non potuisset eos Dominus ducere in terra recompensationis. Et videmus,*  
*id est, intelligimus, quoniam non posuerunt introire, in requiem ipsius illa sexcenta*  
*millia, propter incredulitatem.*

## C A P V T IV.

Quandoquidem Iudei ob incredulitatem non introierunt in promissam requiem,  
& reliquum est, ut alij ingrediantur, curandum est ne eum frustremur, sed  
credentes, in ipsam admittamus. De viuo & efficaci Dei verbo quod omnia  
conspicit, deque eius infirmitate, ut nostris compateretur infirmitatibus.

**I**meamus ergo, ne forte relicta pollicitatione intro-  
eundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis  
deesse. + Etenim & nobis nunciatum est, quem-  
admodum & illis: sed non profuit illis sermo audi-  
tus, non admisstas fidei ex iis que audierunt. + Ingre-  
diemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit:  
- Sicut iuraui in ira mea. Si introibunt in requiem meam: &  
quidem operibus ab institutione mundi perfectis. + Dixit enim  
in quodam loco de die septima sic: - Et requieuit Deus die septima  
ab omnibus operibus suis. + Et in isto rursum: Si introibunt in  
requiem meam. + Quoniam ergo superest introire quosdam in  
illam, & iij, quibus prioribus annunciatum est, non introierunt  
propter incredulitatem: + iterum terminat diem quendam,  
Hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra  
dictum est: - Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdu-  
rare corda vestra. + Nam si eis Jesus requiem prestisset, nun-  
quam de alia loqueretur, posthac, die. + Itaque relinquitur  
sabbatismus populo Dei. + Qui enim ingressus est in requiem  
eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut a suis Deus.  
+ Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum  
quis incidat incredulitatis exemplum. + Viuus est enim sermo  
Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi: &  
pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum  
quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentio-  
num cordis. + Et non estulla creatura inuisibilis in conspectu  
eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem  
nobis sermo. + Habentes ergo pontificem magnum, qui pene-  
travit caelos, Jesum filium Dei: teneamus confessionem. + Non  
*Pf. 94. b.*  
*Gen. 2. 2. 2.*  
*Sup. 3. b. 7.*  
*Eccl. 1. 5. d.*

Nn 4 enim

enim habemus pontificem, qui non posset compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. + Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur, et gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

- A.** **T**imeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requie eius ipsius existimatetur aliquis ex vobis deesse. Timeamus, inquit, perditionem illorum iustumque Dei iudicium, qui reddit unicumque; secundum opera sua, ne forte relicta pollicitatione fidei, quam Deo dedimus in baptismate introeundi in requie patrum celestis reuertamur iterum ad opera infidelitatis, quæ abdicauimus coram multis testibus potest & de illa pollicitatione intelligi quod Dominus promisit nobis dicens. *Discite a me, quia misericordia sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris, & ipsis nobis illam requiem promisit & nos spopondimus nos intraturos in eam tempore baptismatis.* Quamobrem laborate ne existimetur aliquis ex vobis decisus ab illo regno, hoc est, ne aliquis vestrum minus dignus inueniatur introeundi in requie Dei. Loquitur adhuc hic Apostolus more viatorum proficiscentium de una regione ad aliam quibus solet dicere his, qui omnibus praesertim videte, ne quis vestrum in itinere maneat, ut simul omnes peruenire possimus quo tendimus, sed & si cuius iumentum præ lassitudine defecerit subleuare in unicem eius sarcinas, ne forte ab hoc in via remaneat electi enim in praesenti saeculo, quasi in via sunt tendentes ad patriam sed ne quis remaneat, qui non possit peruenire ad patriam celestem simplices qui-
- B.** **G**al. 6. v. 2. que & infirmi subleuandi sunt ope & auxilio fortiorum iuxta illud. *Alter alterius operam portate, etenim nobis nuntiatum est quemadmodum et illis.* More solito iungit se Iudei, qui tunc temporis erant & dicit etenim omnibus nobis Iudei nuntiatum est, ut intremus in patrum requiem celestem quemadmodum & illis, qui egressi sunt ex Aegypto annuntiatum est, ut intraret in requiem terrae repromotionis. Nobis tamen per filium illis autem per famulum. *Sed non profuit illus sermo auditus non admisus fidei ex ipsis, quae audierunt,* illa sexcenta millia per Moysen de requie terrae repromotionis Palæstinæ non profuit: illis quia non fuit admixtus & coniunctus fidei, siue contemporatus fidei ex his promotionibus, quæ audierunt, tunc enim prodesset eius sermo auditus, si credidissent, quoniam tunc esset contemporatus fidei. *Quia vero non crediderunt, non fuit coniunctus fide ideoque nihil eis profuit, quod audierunt, quoniam in eam intrare non meruerunt.* Post haec verba exhortationis subiungit Apostolus dicens: *Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus quemadmodum dixit, sicut in rauis in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Isto in loco ad contemplationem sensus necesse est adiucere aliquid ingrediamur, inquit, in requiem patrum celestis à Deo nobis promissam, subaudi ne forte dicatur nobis si increduli fuerimus, quemadmodum dixit illis, qui non introierunt, *si introibunt,* id est, non introibunt in requiem meam, quibus verbis hortatur omnis intrare in requiem Domini ne forte dicatur ob infidelitatem, quod illis dictum est: nam sicut certum est, quod increduli non introibunt, sic certum fixumque habetur, quod creduli introibunt.
- C.** **I**dixit quodam loco de die septima, sic et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. In Genesi dixit Deus per Moyensem istud his verbis festinat Apostolus ostendere aliâ esse requiem ad quam vocati sumus, quam fuerit illa in Palæstina, ad quam Iudei vocati sunt, nec dicit nos intraturos in illam, quæ fuit in Palæstina, sed ostendit illos intrasse propter duritiam cordis sui, nec in Palæstinam, nec in requiem celestem, dicit ergo de prima requie sic. Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis requieuit quidem à conditione nouarum creaturarum, sed non requieuit à gubernatione eorum, quæ fecerat & vt quotidie ex ipsis etiam non producat. Vnde veritas in Euangeliō Iudei dicit, *Pater meus usque modo operatur et ego operor.* Non enim plus fuit Deo mundum ex nihilo creare, quam factum gubernare præmissa ergo prima
- Io. 5. v. 17.**

prima requie septimi diei, in qua requieuit Deus subiunxit secundam, quæ promis-  
ta est populo Dei dicens de illa quidam, quodam loco ita dixit Deus per Moysen  
& in isto, subaudi loco, rursum dicit, si introibunt in requiem meam, si vero coniunctio,  
sicut iam supradictum est, pro affirmatione, pro dubitatione, & pro abnegatione acci-  
pi potest superius namque pro negotiatione duobus in locis posita est, ubi ait, iurasse  
Deum propter incredulitatem illorum, si introibunt in requiem meam, id est, non in-  
troibut; hic vero pro affirmatione potest accipi, sub alio sensu, secundum, quod Io-  
annes Chrysost. alijs Doctores expouit. Quasi diceret, si introibunt in requiem  
meam, subaudi bene habebut; & hac de requie, quæ fuit in Palæstina accipe, unde pro-  
tinus addit quoniam, ergo superest quosdam introire in eam, & hi quibus prioribus  
annuntiatum est non introierunt propter incredulitatem, quia patui intrauerunt in  
eam requiem, quæ fuit in Palæstina, id est, dum tantum Caleph & Iosue ex omnibus illis  
qui de Ægypto exierunt, ideo dicit, quoniam superest, vel restat, quosdam introire, in  
requiem terrena et promissionis & hi, id est, sexcenta millia. Quibus prioribus annun-  
tium est non introierunt, in ea, sed cadavera eorum prostrata sunt in deserto. Iterum termi-  
nat diem quendam, hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supradictum est,  
hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corde vestra. Utro verborum est post tantum  
temporis, quod illi murmurauerunt, & mortui sunt in deserto, terminat, hoc statuit  
& definit Spiritus sanctus. Iterum quendam diem, sicut iam supradictum est, ubi Apo-  
stolus ex persona Prophetæ loquitur hodie, si vocem eius audieritis; & cetera. Quasi  
diceret, alijs verbis, o Iudei concives mei, nolite putare, quod istud, quod David di-  
xit, hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra, ad illud tempus per-  
tineat, quo illi murmurauerunt in deserto, vel quod causa salutis illorum dixerit,  
quia iam mortui erant, quoniam ad aliud tempus pertinet, videlicet, ad tempus no-  
ui testamenti, à die enim mutationis eorum, in deserto multum tempus est, us-  
que ad David, & usque ad nos quibus David, ista loquitur. Simulque considerandum,  
diem pro tempore dominici adventus nouissimum testamenti accipendum, & quod di-  
cit in David, tale est, quasi per David mutauit præpositionem more solito, potest &  
ita intelligi, quod dicit terminat quendam diem hoc est terminum & finem impo-  
nit Spiritus Sanctus præteriti temporis, quod fuit à die mutationis eorum, & dat  
initium alteri temporis, dicendo per David hodie, sequitur. Nam si enī Iesus filius  
Naue ductor populi fratitici, præstiterit requiem, subaudi veram, nunquam de alia re-  
quie loqueretur David post hodie, id est, deinceps postquam illa adepti essent, hic ostendit  
tertiam quendam requiem, de qua David dixit, hodie & cetera. Non illam signi-  
ficans ad quam Iesus filius Naue populum introduxit, sed aliam quandam multo  
excellenterem, ad quam non typicus Iesus, sed Verus introducit quotidie eos, qui  
sunt eius, si enim Iesus filius Naue veram præstisset requiem populo cuius duxit  
exitit nequaquam de alia requie loqueretur David postea. Certum est ergo, quia  
futurum est quosdam accipere requiem, quæ per illam significata est, quæ fuit in Pa-  
lestina itaque subaudi, quia Iesus filius Naue non præstit veram requie populo, cui  
præterat relinquitur, id est, reseruat in futurum Sabbatismus populo Dei vera requie  
patriæ coelestis, sabbati enim dicebat, requies ergo coelestis Sabbati populo Dei cre-  
denti veraciter referatur in futurum vita, scilicet æternia, quæ præcellit Sabbatum legis,  
quoniam in illo requiescebant tantum corpora, in ista autem animæ populi Dei. Un-  
de & sequitur, Qui enim ingressus est in requiem eius, tempus, videlicet, noui testamenti  
dicendo per David hodie, hoc est, in requie Dei omnipotentis, qui est in vita æterna,  
etiam ipse requieuit ab operibus suis terrenis, omnibusque laboribus, sicut à suis Deus, re-  
quieuit die septima. Requies Dei perfectio operum illius intelligenda est, videlicet,  
duo sexto die finita primordiali terreni creatione in septimo cessavit à creatione noua-  
rum naturarum, per illam vero requiem Dei, quæ non est æterna, studiouse prouocat nos  
ad requiem æternæ beatitudinis illam, quam sabbatismum appellat, totis nisibus  
anhelemus. Quisquis ergo istud Dei Sabbathum intfrauuerit, requiescit perpetuo ab  
omni labore & opere, sicut Deus requiescit à creatione nouarum rerum.

Festinemus ergo ingredi in illa requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitas ex-  
emplum;

- Heb. n. v. 6** *exemplum.* Magna quidem res, & salutaris est fides, quoniam sine hac non est saluati possibile alicui, sicut scriptum est, sine fide impossibile est placere Deo. Quisquis Deo non placet, non saluatur, sed ad salutem non sufficit sola fides, necessarium est enim operari per dilectionem fidei, & conuersari digne Deo, quia fides sine operibus mortua est, considerat proinde Apostolus fidelitatem perpetuæ virtutæ, hortatur dicēs, festinemus fidem rectam, operatione sancta introire in illam requiem patriæ cœlestis nobis promissam, ne aliquis vestrum incidat in id ipsum exemplum incredulitas, & desperationis, in quod illi ceciderunt. Festinemus, inquit, quoniam non sufficit sola fides, sed debet addi & vita fide condigna, sufficienter enim exemplum parentum vestrorum docemur, ne in id ipsum incidentes, in quod illi ceciderunt, talia patiamur, qualia illi passi sunt. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio anticipi,* Apostolo dicente, & hortante, festinemus ingredi in patriam cœlestē fide & operatione, ne aliquis vestrum incidat in id ipsum infidelitatis exemplum, in quod illi ceciderunt, & eueniant vobis talia, qualia illis euenerunt, qui prostrati sunt in deserto. Poterant illi Iudei respondere, nequaquam nobis talia euenient, quia non habemus Prophetas, & iudices per quorum ora nobis loquatur Dominus, sicut illi habuerunt, ideoq; quicquid egerimus excusabiles erimus, ad huc Apostolus, volens ostendere eundem nos habere Iudicem, quem illi habuerunt, qui illos propter incredulitatem damnauit, dixit non est ita, vivus est enim sermo Dei, & efficax sermo Dei Patris, & verbum filius est, qui potentialiter interfecit illa sexcenta millia in deserto ob suam infidelitatem, & quia ei noluerunt credere, hic est sermo qui nunquam moritur, sed semper idem manet iuxta quod Psalmista, dicit. *Tu autem idem ipse es & anni tui non deficit,* hic est sermo qui de se ipso dicit. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum,* si enim illi istum sermonem Dei seruasent recte viuendo, & bene viuendo, viuerent & temporali & æterna vita, terramque & promissionis intrarent. Similiter & nos si seruauerimus sermonem eius, viuemus, requiemq; cœlestem intrabimus, iste sermo Dei Patris, qui semper viuit, cum Patre & per quem omnia Pater iudicat, efficax est, hoc est ad operandum facilis, quia sine labore operatur. *Ipsé enim dixit & facta sunt, ipse mandauit & creatas sunt,* penetrabilior quoq; est omni gladio anticipi hoc est ex vtracq; parte acuto, quia gladius materialis vtraque parte acutus, membra potest diuidere à corpore & penetrare secreta carnis adeo ut animam corporis faciat exire, if sumq; corpus in mortem redigat. Sed tamen ipsam non potest diuidere minutatum, neq; **H.** **Pl. 32. v. 9.** **M. 10. v. 28.** secreta eius penetrare, vnde Dominus dixit. *Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere.* Sequitur pertingens idem sermo Dei, *vñq; ad divisionem animæ; ac Spiritus compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis,* anima viuimus, spiritu rationabiliter intelligimus, vita nobis carnalis cum bestijs communis est, ratio spiritualis cum Angelis, & sunt quædam peccata quæ pertinent specialius ad corpus, quam ad Spiritum, ad corpus ut est odium, dolositas, inuidia, cæteraque huiusmodi, quæ sine aëtu corporis non constant & quia corpus anima viuiscatur, non incongrue per animam possumus intelligere peccata corporalia, per Spiritum vero peccata spiritualia, quæ in secreto mentis versantur, iterum per compages debemus intelligere cogitationes, quæ sibi inuicem compaginantur, & coniunguntur dum una alteram subsequitur, per medullas vero subtilem intentiones. Et hoc est, quod subiungit discretor cogitationum, & intentionum, cordis cogitationes referens ad compages, intentiones ad medullas, ita autem iungendus est iste versiculus, vivus sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio anticipi, & pertingens usque ad divisionem compagum, divisionemq; medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Sermo ergo Dei Patris in tantum est efficax, ut penetrabilior omni gladio anticipi, ut discernat in ea opera carnis, & opera Spiritus, inter carnalia peccata, & spiritualia, & inter cogitationes bonas malasue, potest enim cogitatio, vt cumq; bona esse, & intentione mala, verbi gratia, vt sub comparatione loquamur. Est quædam vidua, cuius possessio hæreditaria à fortiori inuaditur, accedens autem ad Iudicem, legisque Doctorem depre-

deprecatur, quatenus suscipiat eius causam, sitque ei in auxilium, qualiter obtinere possit hereditatem sibi abstractam, promittens ei aut centum solidos, aut etiam non modicam partem eiusdem hereditatis, qui videns ingrediens Ecclesiam Dei prosternit se in faciem, orans & dicens, Deus aeterni, qui omnia iuste iudicas, & qui dixisti, iudicate pupillo, defendite viduam, praebi mihi auxilium hodie, quatenus causam huius viduae obtinere possim, haec dicens cogitatio quidem & verba bona sunt, sed intentio nequaquam, quoniam nisi vidua aliquid promisisset, quod ille speraret se accepturum, nequaquam causam illius suscepisset. Hanc subtilitatem cogitationum, & intentionum cordis discernit, & iudicat sermo Dei, considerans quo animo, vel quo desiderio quisquis seruiat in corde. Tamque penetrabilis est eius intuitus, vt omnia nostra, quae agimus, vel cogitamus, certius ab illo, quam a nobis ipsis cognoscuntur. Illum ergo habemus in testimonium actuum nostrorum, cogitationumque, vel intentionum nostrarum, quem iudicem habituri sumus. Timeamus eius presentiam, cuius scientiam nullatenus effugere valemus. Vnde sequitur, *non estulla creatura inuisibilis in conspectu eius*, neque Angelica creatura, neque humana inuisibilis est in conspectu eius, *omnia autem nuda*, id est, manifesta, & aperta sunt oculis eius, hoc est praesentiæ illius. Quomodo ergo potest illi aliqua res incognita esse, à quo omnia facta sunt? Nec mirum si totus, ubique totam suam agnoscat creaturam. Hic maxime terruit Apostolus Iudeos dicens, omnia nuda, & aperta esse oculis eius, ad quem nobis sermo est. Quid est, ad quem nobis sermo est, ad quem filium, nisi quia ipsis reddituri sumus rationem actuum nostrorum, simulque cogitationum, & intentionum. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus confessionem*, id est, fidem nominis eius. Paulus in superioribus de divinitate filij Dei differens dixit omnia nuda, & aperta oculis eius, nunc autem quia de carne loquitur, de Pontificatu disputat illius, qui semetipsum obtulit in ara cuius causa nostræ salutis, ipse enim Pontifex, siue Sacerdos, ipse & sacrificium. Pontifex namque dicitur eo, quod pontem & viam præbeat populo, & ipse Dominus viam rectitudinis nobis exhibuit, per quam ambulare debeamus, dicens. *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*, & pontem ad patriam coelestem perueniendi praestitit sanguine passionis suæ cum aqua baptismatis, vel quia ipse primus cœlos penetrauit: ergo Moyses ductor populi, cui promissa est requies transitoria, non intravit in quietem, populo sibi credito promissam. Vnde & magnū Pontificem eum appellat, qui habet aeternum sacerdotium, semper viuens ad interpellandum pro nobis, sic enim dicit de illo Angelus ad Mariam, *hic erit magnus & filius altissimi vocabitur*. Ostendens etiam illum esse filium Dei, dixit Iesum filium Dei, quoniam de Moyse dicere voluit, sed potius eum famulum eius dixit. Sequitur, *non habemus Pontificem, qui non possit compati*, siue condolere, *infirmitatibus nostris*, hoc est dicere, non ignorat, quae nostra sunt, venit enim per viam humanæ conditionis per omnia, sine peccato. Quapropter non solum per hoc, quod Deus est, & omnia nouit, cognoscit infirmitatem fragilitatis nostræ, & potest misereri, verum etiam per hoc, quod homo est, nostri particeps factus in fragilitate carnis absque peccato, & cognoscit & indulgere valet. Multi Pontifices ignorant eos, qui in tribulatione sunt constituti, neque quae sit tribulatio in quolibet sciunt, impossibile quippe est afflictiones afflitorum, ei qui experimentum non habuit afflictionis, & sensibiliter omnia non sustinuit. Pontifex autem noster competenter omnia sustinuit, quae fuerunt illatae humanæ misericordiae post peccatum hominis, & tunc in interiora velaminis primi ad thronum paternæ maiestatis ascendit. Vnde & sequitur: *Tentatum autem, subaudi habemus Pontificem per omnia tentamenta*. *Pro similitudine*, subaudi carnis, peccati absque peccato, tentatus quidem est Christus multis modis per omnia tentamenta, sed non est superatus in temptationibus, quin potius probatus victor glriosus existit, tentamenta autem quibus tentatus est, haec fuerunt, esuries, siti, tentatio diaboli, persecutio plurimorum, spuma, accusationes, calumnias, repulsio a propria gente, ad ultimum crucifixio. Tentatus est siquidem his modis pro similitudine carnis absque peccato, sed cum in veritate Christus veram carnem habuisset, quare dicit pro similitudine carnis illum esse tentatum, in hoc enim, quia homo factus est, vera carnem habuit, in hoc vero, quia carnem peccati non habuit, sed absque peccato similitudine nostræ carnis habuit,

K.

XIII.

XIV.  
L.

XV.

M.

N.  
xvi.

habuit, quæ est caro peccati, nam peccatum non habuit, nec dolus inuentus est in ore eius. Quod si peccatum habere potuisset, haberet utique iam non similitudinem carnis peccati, sed in veritate carnem peccati, caro enim nostra, caro peccati est. Quia cum peccato concipiuntur, cum peccato nascimur, illius autem caro non fuit, caro peccati, sed munditiae, & castitatis, atque innocentiae, quia sine peccato conceptus est, sine peccato natus est, sine peccato ab hoc mundo transiuit. Quapropter non est tentatus in carne peccati, ut peccatum ficeret, sed in similitudine carnis peccati, ut absque peccato maneret ad eam, ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno, qui Pontificem habemus, qui scit compati infirmitatibus nostris, per hoc, quod similia sustinuit, & potest adiuuare, per hoc quod Deus est, qui iam penetrauit propria virtute coelorum altitudinem. Hortatur Apostolus accedere nos ad thronum eius, cum fiducia & dicit: *Adeamus* mente & contemplatione per fidem quoque bonis operibus exornatam, *ad thronum gratiae*, hoc est, ad fidem filij Dei, qui nobis datus est a Deo Patre, & qui sedens in plenitudine paternae maiestatis gratis potest nobis dimittere peccata nostra, gratia namque Dei filius illius appellatur nobis gratis datus, iuxta quod idem Apostolus in hac ipsa Epistola manifestat, dicens, gratia Dei pro omnibus gustauit mortem, & quare debeamus accedere ad thronum eius, fide & deuotione subsequitur, inquietus, & misericordiam consequamur, id est, transmissionem peccatorum, & gratiam, donorum Spiritus Sancti, siue indulgentiam, inueniamus in auxilio opportuno, id est, in praesenti saeculo, nunc enim opportunum est tempus auxilii, & misericordiae illius, de quo Apostolus alias dicit, *ecce nunc tempus acceptabile,*

*2. Cor. 6. v. ecce nunc dies salutis, & de quo Propheta tempore, inquit, accepto exaudiuit te, cui enim in praesenti saeculo misericordiam suam praestitit, dimittendo ci peccata, & gratia donorum spiritualium replet, illum utique in futuro regno secum regnare permittit, & quia Pontifex noster est, sedens in throno gloriae paternae, omnia tribuet, quæ nobis ad salutem venire certissimum est, unde & sequitur.*

## C A P V T V.

Christus debito ordine factus noster Pontifex, precesque patri offerens, exauditus est: & discens ex iis quæ passus est obedientiam, factus est obtemperantibus causa salutis æternæ: sed reconditorum de ipso mysteriorum capaces non erant iij ad quos hic scribebat Apostolus.

1. *Mnis namque Pontifex ex hominibus assumptus,*  
 A.  *pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum,*  
 2. *ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: + qui*  
*condolere possit iis, qui ignorant, & errant: quo-*  
 3. *niam & ipse circumdatus est infirmitate: + &*  
 4. *propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro*  
 B. *semetipso offerre pro peccatis. + Nec quisquam sumit sibi*  
Exo. 28. a. 1. *honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. + Sic &*  
 2. Par. 26. c. 18. *Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: = Filius meus es tu, ego hodie genui te.*  
¶ 2. b. 7. 6. *+ Quemadmodum & in alio loco dicit. = Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. + Qui in diebus carnis*  
¶ 109. b. 7. *siue,*

sua, preces supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. + Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeterna, + appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. + De quo nobis grandis sermo, & in interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. + Etenim cum debetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis, ut vos deceamini, quae sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solidi cibo. + Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiae: parvulus enim est. + Perfectorum autem est solidus cibus; eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

**O**mnis namque, Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ijs qua ad Deum pertinent, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis qui posset condole re his qui ignorant, & errant: Quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum & pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. In his verbis quædam ponit Apostolus communia Christo, & sacerdotibus legis, quædam vero ad altiora pertinentia, proprie ad Christum, & iterum quædam humiliora pertinentia solummodo ad sacerdotes legis veteris, nam quod ait omnis Pontifex ex hominibus assumptus sicut Aaron, & Christus pro hominibus constituitur in his officijs, quæ ad Deum pertinent, orando pro illorū salute, hoc commune est Christo & illis sacerdotibus, Pontificis enim officiū est inter Deum stare, & Populū, Deumque; deprecari pro populi delictis, hoc est Christus per hoc, quod homo & Deus est, fecit scipsum offerens pro peccatis nostris semper viuens ad interpellandū Deum Patrē pro nobis, semel quidem ex hominibus assumptus, semper pro omnibus interpellat. Iterum, quod dicit, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis ex parte commune est, & ex parte minime atque dissimile, nam in hoc quia Christus sacrificium obtulit pro populi delictis, quod & illi agebant, quædam communio est, sed in hoc quod nō obtulit, sicut illi pro suis delictis offerebant, iam non est communio, in hoc quoque dissimilitudo extitit, quia illi irrationalia offerebant sacrificia, boues, scilicet, arietes hircos & cætera talia. Christus vero rationale animal pro totius mundi salute hoc est scipsum, qui est agnus immaculatus. Iuxta quod Ioannes dicit. *Ecce Agnus Dei* *Io. i. v. 29.* ecce qui tollit peccata mundi, reliqua quæ sequuntur, iam non sunt communia, etenim quod dicit, qui possit condolere, his qui ignorant, & errant hoc est, qui ignoranter peccant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate carnis, in qua tentari potuit per omnia pro similitudine carnis peccati, absque peccato hic iam excellētia est pertinens ad Christum de qua paulo superius plenius disseruimus: per hoc enim quod similia passus est, potest compati, & per hoc quod Deus est in utraque substantia potens est misericordi, quod vero adiunxit & propterea debet quemadmodum & pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis, hoc ad Sacerdotes legales, siue nostri temporis magis pertinet, quam ad Christum, qui peccatum non fecit, potest & illud quod dixit, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, referre ad Sacerdotes legis, siue nostros, ita ut infirmitas accipiatur pro peccato, & quasi ipsi circumdati sunt infirmitate carnis, hoc est peccato, indigent, ut pro populo, ita & pro se offerre.

Oo

His

- His verbis ostendere voluit Apostolus, quid sit ille Pontifex, & demonstrare quæ pertineant ad Pontificem, & quod sit eius ministerium, & quæ sint signa pontificatus, videlicet, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, sciens condolere his, qui ignoranter errant, ac deinde disputare aggressus est, quomodo quis ad Sacerdotium accedere debeat, dicens; *Nec quisquam sumit sibi honorem sacerdotij, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, subaudi vocatus est signo florentis virginæ, siue signo in dijs illorum, qui eius Pontifikatu inuidentes dignitatem sacerdotij affectando inuadere moliebantur. His enim duobus signis ostensis demonstratus est Sacerdos à Deo electus. Confundit autem, hac percutit B. Apostolus Sacerdotes cui idos honoris, & sacerdotij auditos, qui sponte se immittunt, & ingerunt ad ministerium sacerdotale non vocatione Dei, vel voluntate, sed potius interuentu munerum, quia non pro salute populi, sed pro ambitione sæculi hoc agunt. *Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut Pontifex fieret, sed ille qui locutus est ad eum filius meus es tu, ego hodie genui te.* Glorifico, honorifico, clarifico: tria quidem sunt verba, sed unum sensum habentia, quod Græce uno verbo concluditur, dicendo doxachim, unde interpretatum varietate, aliter atq; aliter in Latino positum habetur. Nam quod in Euangeliō Euangelista dicit Dominum dixisse, *si ego glorifico myself gloria mea nihil est*, hic Apostolus clarificationem nominavit. Christus ergo semetipsum non clarificauit, siue non glorificauit, ut à semetipso Pontifex fieret, pontificatusq; honorē haberet, quia non erat à semetipso, & hoc est quod ipse Dominus ait, in Euangeliō non veni à me ipso, sed ille me misit, & iterum ego gloriam meam non quero, est Pater meus, qui glorificat me. Sicut ergo à semetipso non venit, qui à seipso non erat, suamq; gloriam non quærebat, ita semetipsum non glorificauit, ut Pontificatus honorem à seipso haberet, sed à Patre clarificatus est, qui locutus est ad eū die baptismatis, dicens. *Hic est filius meus dilectus.* Quæ clarificatio multo ante per Prophetam spiritu sancto inspirante prædicta est, loquente in persona filij Dei, & dicente, Dominus dixit ad me, *filius meus es tu ego hodie genui te*, & quia omnipotenti Deo omnia futura, quasi iam præterita, aut præsentia sunt, quod eis post baptismum dicturus erat, quasi iam dictum habebat. Quapropter præterito tempore vsus est, inquiens, Dominus dixit ad me: nomine autem Domini Deum Patrem intelligite, & ut in Christo unam personam esse credamus, adiecit. Ego hodie genui te, hoc est dicere, ego semper & æternaliter manens semper te habeo filium coæternum mihi, hodie namque aduerbiū est præsentis temporis, quod proprio Deo competit. Sequitur.**
- VI.** *Quemadmodum & in alio loco dicit, tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech,* ex superiori versiculo ista pendent, ubi dicit Apostolus, quia Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed Deus Pater, qui locutus est ei, filius meus es tu, ipse clarificauit eum, quemadmodum & in alio loco Psalmi dicit, ipse ad filium, tu es Sacerdos in æternum & cætera. Considerandum autem, Christum non esse sacerdotem secundum id, quod genitus est à Deo Patre ante omnia sæcula coæternus gignenti, & consubstantialis, verus Deus manens apud Patrem, sed secundum hoc, quod natus est ex utero virginali in fine temporū, homo factus non propter victimam, quam pro nobis obtulit, à nobis acceptam carnem, videlicet & sanguinem suum, sed quare secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron dicatur existere Sacerdos, diuersæ causæ existunt. Et prima quidem est, quia Melchisedech secundum legalia mandata non fuit Sacerdos, sed secundum cuiusdam singulare sacerdotij dignitatem, panem offerens Deo & vinum, non brutorum animalium sanguinem, in cuius ordine Sacerdotij Christus factus est Sacerdos, non temporalis, sed æternus, nec offerens victimas legales, sed instar illius panem & vinum, carnem videbilem, ac sanguinem suum, de quibus ipse dixit, *caro, inquiens, mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus*, ista quoque, duo munera, panem videlicet & vinum cōmisit Ecclesia suæ in memoriam sui offerenda, vñ patet sacrificiū pecudum perisse, q; fuit ordinis Aaron & illud manere potius, q; fuit ordinis Melchisedech, q; & Christus illud corroborauit & Ecclesiæ tenere docuit. Secunda causa est, quia Melchisedech, Rex, & Sacerdos fuit unctusq; fuit non oleo visibili, sicut Sacerdotes legis, sed oleo Spir. sancti. Et Christus hac
- Io. 6. v. 56.**

hac gemina dignitate insignitus manet. Nam quod regiam dignitatem possideat,  
 ipse manifestat, dum dicit. *Ego autem constitutus sum, rex ab eo, id est, à Deo Patre, &*  
Ps. 8. v. 6.  
Mat. 22. v. 18.  
 post resurrectionem suam, quod dicit: *data est, inquiens, mihi omnis potestas, in cœlo & in terra,* psalmista quoque dicit ad Deum Patrem, *Deus iudicium tuum regi da,*  
Pl. 72. v. 2.  
 quod vero Sacerdos existat satis pater, quoniam se ipsum obtulit in ara crucis pro  
 nobis, & nunc interpellat Deum Patrem pro nostra salute, quod etiam vñctus sit  
 non oleo visibili, sed plenitudine Spiritus sancti, psalmista nobis innuit, dicens, ad  
 ipsum ô Deus, *vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitia præ confortibus tuis,* hoc est plenitu-  
 dine spiritus sancti. Tertia quoque causa est, quare secundum ordinem Melchise-  
 dech, & non secundum ordinem Aaron, Christus dicatur sacerdos, videlicet, quia  
 sicut de Melchisedech semel legitur in diuina scriptura, & de eius sacerdotio, ita  
 Christus semel semetipsum obtulit immolandum pro nobis. Sequitur. *Qui in die-  
 bus carnis sua preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum  
 clamore valido, & lachrymis offerens, ad eum, id est, ad Deum Patrem, dies carnis Do-  
 mini nostri dies sunt, in quibus carnem assumpsit, in quibus tentatus est, & passus,  
 & in quibus mortale corpus inhabitauit. Omnia autem, quæ ipse egit in carne, pre-  
 ces, supplicationesque fuerunt pro peccatis humani generis. Sacra vero sanguinis  
 eius filio clamor fuit validus, in quo exauditus est à Deo Patre pro sua reuerentia,  
 hoc est voluntaria obedientia, & perfectissima charitate. Non ne cum lachrymis  
 preces fundebat, dicens. *Tristis est anima mea, usque ad mortem. Et pater transfer cali-  
 cem istum à me,*, & qui voluntarie fuit obediens Patri usque ad mortem, exaudiuit  
 illum Deus Pater, tertia die eum suscitando. Iuxta quod psalmista dicit, *non dabitis  
 sanctum tuum videre corruptionem*, dicitur autem fuisse preces, supplicationesque  
 non timore mortis, quam sponte suscipiebat, sed potius causa nostræ salutis. Vo-  
 luntatem Paternæ dispensationis præposuit voluntati carnis suæ, ut veram ostende-  
 ret in seipso naturam humanitatis nostræ. Notandum autem, quia reuerentia se-  
 cundum sententiam Cassiodori, dupli modo accipitur, aliquando pro amore,  
 aliquando pro timore, hic vero pro summa ponitur charitate, qua filius Dei nos di-  
 lexit, & pro summa obedientia, qua fuit obediens Patri usque ad mortem, & qui-  
 dem cum esset filius, didicit ex eis, quæ passus est, obedientiam & consummatus fa-  
 ctus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pon-  
 tifex iuxta ordinem Melchisedech. *Cum esset, inquit, filius Dei, in veritate, didicit obe-  
 dientiam ex his, opproprijs, & tormentis, quæ passus est,* hoc est voluntariam exhibuit  
 Patri obedientiam, expertus illam ex parte humanitatis, hanc obedientiam, quam  
 hic didicisse filium Dei dicit Apostolus, hoc est voluntarie suscepisse, alio in loco  
 ostendit, ubi ait, *cum in forma Dei esset semetipsum exinanuit formam serui accipiens fa-  
 ctus usque est obediens Patri, usque ad mortem:* in eo vero quod ait, & consummatus, id  
 est, perfectus in sacerdotio, omniq; obedientia factus est omnibus obtemperanti-  
 bus sibi causa salutis æternæ, quantum lucrum sit ostendit eius passio, eiusque obe-  
 dientia, qui omnibus credentibus sufficit ad vitam æternam. Sequitur. *De quo item  
 non de Melchisedech, sed de Christo grandis nobis sermo, & interpretabilis addicen-  
 dum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.* Illa difficultas interpretandi sermo-  
 nes, quem de filio Dei incarnato constituit, non fuit in eius ignorantia, cui reuelata  
 sunt mysteria à sæculis abscondita, sed potius in illorum tarditate, qui imbecilles, id  
 est, infirmi fide & fragiles sensu ad intelligenda profunda mysteria, qui etiam pro  
 tempore magistri debuerant esse. Vnde & ipse reddit causam dicens, quoniam im-  
 becilles facti estis ad audiendum, ac deinde subiungit, *etenim cum deberetis magistri  
 esse propter tempus, subaudi, quo pœnæ ab initio leges habuistis & Prophetas, rursum  
 indigetis, ut vos doceamini, à me, alijsque Apostolis, quæ fint elementa exordij, sermo-  
 num Dei, & facti estis, quibus lacte opus fit, non solido cibo, ad eos loquitur, qui diu mo-  
 rantes in lege, exercitatum sénsum debuerant habere aduentus Christi, per dicta  
 legis, & Prophetarum, per gratiam quoque, quæ per eū credentibus allata est. Qui  
 certe cum debuissent magistri esse gentilium propter tempus esse præteritū, in quo  
 omnia superius memorata habuerunt, rursum indigebant, ut docerentur ab illo, ce-  
 teris.**

F.

VII.

G.  
VIII.

xi.

xii.

H.

terisq; Apostolis, quę sunt elementa exordij sermonū Dei. Elementa dicuntur, quasi elementa, eo quod ex ipsis cætera originem sumant initia, videlicet, & fundamenta creaturarum. A quibusdam etiam dicuntur elementa per i. quasi fabricamenta ab eo, quod est elimo climas, quasi ex eis fabricata sunt omnia, hic autem elementa, siue elementa duobus modis possumus intelligere, scilicet, vel ipsos characteres, & pronuntiationes literarum, à quibus exordium sumunt sermones, vel certe ipsa initia, & fundamenta fidei, quasi diceret hoc indigetis, vt doceamini, quæ sint elementaliterarum, vel initia fidei, cum deberetis profunditatem mysteriorum intelligendo scrutari, & perfecti esse in fide, facti estis, inquit, quasi infantes, quibus lacte os us sit, id est, simplici & rudi doctrina, non solidi cibo, id est, perfecta doctrina, profundisq; mysterijs. Beatus enim Apostolus hanc habet consuetudinē, vt simplicem doctrinam lactis nomine designet, perfectam autem solidum cibum appellat. Vnde dicit Corinthijs minus perfectis, *lac vobis potum dedi nō escam*, quia nec dum potestis capere, lac ergo simplicis doctrinæ est incarnatio filij Dei, passio, mors resurrectionis illius, ascensio in cœlos, solidus vero cibus perfecti sermonis est mysterium Trinitatis, quomodo filius coæternus sit Patri, spiritus sanctus procedat ab utroque, & quomodo tres sint in personis, & unus in substantia Deitatis, sed qui non potest intelligere, quod Euangelista ait. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, quomodo poterit ad altitudinem eius peruenire, ubi ait. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum*. Sequitur. *Omnis enim, qui lactis est particeps, id est, simplicis tantum doctrinæ, expers est sermonis iustitiae*, quia nondum potest penetrare arcaña mysteriorum, nescit ita vt expedit discretionem facere inter bonum & malū, redditq; causam. Quare, *parvulus*, inquit est, subaudi sensu & intellectu. *Perfectorum autem hominum est solidus cibus*, id est, qui perfectos habent sensus illis est alta & obscura mysteria de diuinitate omnipotentis Dei. Vnde & sequitur *eorum*, dico esse solidum cibum, qui pro consuetudine lectionis, exercitatos habent sensus, hoc est studijs literarum extensos ad discretionem, subaudi mali & boni, nec non ad discretionem veritatis, & hæreticæ prauitatis, sicut parvulus inter cibum & cibum discernere nescit, & saep in noxijs sumendis cibis periclitatur, si non prohibetur à seniore, ita indoctus quisque, qui discretionem doctrinarum nescit, facile decipitur, atque in via erroris periclitatur. Quapropter dicit, quia omnis qui particeps est lactis, expers est sermonis iustitiae, quod enim in lacte & solidi cibo, hoc in indocto & sapiente differt, sicut lac parvulis congruit, & solidus cibus ætate perfectis, ita indoctis humilis sermo, & sapientibus arcanum mysterium nosse conuenit. Qui exercitatos habent sensus studio lectionis, ex usu siquidem lectionis frequenti diuinatione diuinarum scripturarum efficiuntur sensus nostri exercitati, & extensi ad maiora intelligenda. Vnde Psalmista Beatum dicit virum esse, qui in lege meditabitur die ac nocte.

## CAPVT VI.

Non intendit de primis fidei initiis tractare, quandoquidem rebaptizari nequeunt, qui post suscepsum baptismum rursum in peccata relabuntur, imo timenda illis est æterna maledictio: consolando autem Hebraeos hortatur vt Abraham longanimitatem imitantes, reddant se participes eorum, quæ iurecurando promisit illi Deus.

1.  
A.  
2.



*Vapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum iacentes fundamentū pœnitentia ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, + baptismatū doctrinæ, impositionis quoꝝ manuum,*

manum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij aeterni.  
 + Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. + Impossi-  
 bile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt et-  
 iam donum cœlestis, & participes facti sunt Spiritus sancti,  
 + gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque  
 seculi venturi, + & prolapsi sunt; rursus renouari ad paeniten-  
 tiā, rursus crucifigentes sibi met ipsius filium Dei, & ostend-  
 tui habentes. + Terra enim sape venientem super se bibens im-  
 brem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur  
 accipit benedictionem à Deo. + Proferens autem spinas ac tri-  
 bulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius consum-  
 matio in combustionem. + Confidimus autem de vobis dilec-  
 tiissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur.  
 + Non enim iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri, &  
 dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrasti  
 sanctis, & ministratis. + Cupimus autem unumquemque  
 vestrum eandem ostentare solitudinem ad expletionem spei us-  
 que in finem: + ut non segne efficiamini, verum imitatores  
 eorum, qui fide & patientia hereditabunt promissiones. + Abra-  
 ha namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per  
 quem iuraret, maiorem, iuravit per semetipsum, + dicens:  
 - Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplica-  
 bo te. + Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissio-  
 nem. + Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis con-  
 trouersia eorum finis ad confirmationem, est iuramentum.  
 + In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis ha-  
 redibus immobilitatem consilij sui interposuit iurandum: + ut  
 per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum,  
 fortissimum solarium habeamus, qui confugimus ad tenendam  
 propositam spem: + quam sicut anchoram habemus animatu-  
 ram ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis:  
 + ubi precursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Mel-  
 chisedech pontifex factus in aeternum.

**Q**uapropter intermittentes inchoationis Christi, sermonem ad perfectiora fer-  
 mur. Quapropter, quia exercitatos sensus decet nos habere in lege Domini,  
 intermittentes sermonem inchoationis Christi, ad profunda & alta my-  
 steria diuinitatis eius ducamus. Sermonem inchoationis Christi vocat initium fi-  
 dei, instructionem videlicet, de Natiuitate Christi humana, de passione, de resurrec-  
 tione, atque ascensione eius, & gratia baptismatis. Sicut enim eum, qui literis in-

Oo 3 buen-

3.  
4.  
Mat. 1.2.  
d. 45.  
2. Pet. 2. d.  
20.  
Inf. 10. c. 20

5.  
6.  
B.  
7.

8.  
9.

10.

11.  
C.  
12.

13.

14.

Gen. 22.  
c. 10.

15.

16.

D.

17.

18.

19.

20.

I.  
A.

buendus est, elementa literarum oportet primum audire, sic & Christianus primo omnium de his debet instrui, & postmodum ad mysteria diuinitatis venire, non rursum iacentes fundamentum pœnitentia ab operibus vel erroribus mortuis, & fidei; subaudi fundamentum non rursum iacentes ad Deum. Fundamentū pœnitentia vocat, unde primū instrui debet, qui baptizandus est, si tamen ad ætatem intelligibilem peruenit, hoc est, ut credat Dominum Iesum Christū genitum ex Deo Patri ante omnem saecula, natū de virgine in fine temporū, pro salute generis humani sine semine viri, passum, mortuū resurrexisse tertia die a ascendisse ad cœlos, venturum ad iudicium, ut reddat vnicuique secundum opera sua, resurrectionem corporū, incommunicabilitatem animarū, bonos in gloria malos in poena manere, omnipotē Deum Trinitatem habere in personis, unitatem in substantia, postquam omnia ista confessus fuerit, se credere, debet confiteri peccata sua, sicut iniungenda est ei pœnitentia autem, aut quadraginta, aut viginti aut iam septē dierum, sicut in passionibus Sanctorū legitimus ac debet deinde baptizari, ab renuntians diabolo, & omnibus pompis eius, omnibusq; operibus eius, baptizat<sup>9</sup> vero debet plenius instrui de diuinitate, ut credat Patrem ingenitum, filium vni genitum, Spiritum sanctum, nec genitum, nec ingenitum, sed ab utroque procedētem, regulam quoque viuendi secundū doctrinam Euangelicā, atque Apostolicā, quæ debet agere bona, & quæ vitare mala. Quia ergo Iudei quibus Apostolus ista scribēbat, iam baptizati erant, iamque fundamentum superius descriptum præceperant, hortatur illos ad ista maiora tendere, & opus non esse, ut iterū illud fundamentū pœnitentia requirerent, fundamentum pœnitentia id vocat, quia sicut dictum est, baptizando prius pœnitentia iniungebatur. Vnde in actibus

**B.** Act. 2. v. 38. Apostolorū B. Petrus dicit Iudeis ad fidem concurrentibus, pœnitentiam, inquit, agite & baptizetur unusquisque vestrum. Fundamentum quoque fidei ad Deum dicitur, quia fides per quam accedimus ad Deum, fundamentum est omnium virtutū, non debet inquit esse necesse, ut iterū iaciamus fundamentum, pœnitentia ab operibus mortuis & fundamentū fidei, per quam acceditur ad Deum, quod in vobis factum est, antequam ad baptismi gratiā venissetis, pœnitentiam ab operibus agere, est ipsa opera mala per pœnitentiam delere, quę animam mortificabat. Opera namque mortis sunt peccata, nam sicut anima vivificatur fide alijsque virtutibus ita infidelitate moritur & peccatis. Sequitur non rursum iacentes fundamentum baptismatum doctrina fundamentum baptismatum doctrinæ est institutio, & doctrina baptismatis, videlicet, q; contineat in se baptismus, & quod conferat ad fidem accendentibus, sed quod dicit plurali numero baptismatum fundamentum pro varietate accidentium posuit, non quod plura baptismata debeant intelligi, sed unum, quia sicut unus est Deus, & una fides, ita & unum baptismus, impositiones quoque manuum. Fundamentum non debemus rursum iacere, impositionem manuum appellat confirmationē, per quam plenissime creditur accipi donum Spiritus sancti, quod post baptismū ad confirmationē unitatis in Ecclesia à Pontificibus fieri solet. His igitur in Ecclesia perceptis, fides resurrectionis & iudicij habenda est. Vnde subiungit Apostolus, ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni, fundamentum non debemus rursus iacere, ut iterū instruamini fide generalis resurrectionis, & iudicij æterni, quod dabitur iustis, pariterque iniustis, quasi iam non sitis de ipsis instructis. Notandumque ad omnia semper subaudiendum esse non rursum. Et hoc faciemus siquidem permiserit Deus, hoc est & ad maiora vos docemus, & de his omnibus quę numeruinaus plenissime decebimus, ut non sit iterum necesse ex toto & à capite ponere fundamentum. Ne vero vllatenus, quis secundum, vel tertium estimaret post peccata fieri baptismus, mox subintulit dices, impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, subaudi spiritus sancti in baptismate fidei, gustauerunt etiam donum celeste, hoc est remissionem peccatorum perceperunt in baptismate, siue communi cauerunt corpori, & sanguini Domini post baptismum, & participi facti sunt spiritus sancti, in distributione, scilicet, donorum, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, id est, doctrinam, Euangelicam intellexerunt, virtutesque secundum venturi, hoc est glorificationem resurrectionis, vitamque futuram & prelapsos sunt, à fide Christi negando illum, aut etiam ad criminalia peccata renouari iterum ad per-

**II.** C. nitas

**C.** III. IV. Et hoc faciemus siquidem permiserit Deus, hoc est & ad maiora vos docemus, & de his omnibus quę numeruinaus plenissime decebimus, ut non sit iterum necesse ex toto & à capite ponere fundamentum. Ne vero vllatenus, quis secundum, vel tertium estimaret post peccata fieri baptismus, mox subintulit dices, impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt, subaudi spiritus sancti in baptismate fidei, gustauerunt etiam donum celeste, hoc est remissionem peccatorum perceperunt in baptismate, siue communi cauerunt corpori, & sanguini Domini post baptismum, & participi facti sunt spiritus sancti, in distributione, scilicet, donorum, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, id est, doctrinam, Euangelicam intellexerunt, virtutesque secundum venturi, hoc est glorificationem resurrectionis, vitamque futuram & prelapsos sunt, à fide Christi negando illum, aut etiam ad criminalia peccata renouari iterum ad per-

**IV.** nitas

*nitentiam, hoc est nouos fieri per poenitentiam, subaudi à superioribus. Impossibile est, inquit, iterum renouari posse eos per poenitentiam, & per baptismum, quia omnia postquam superius memorata perceperunt, prolapsi sunt ad immunditiam criminalium peccatorum, aut etiam ad infidelitatem, non dixit difficile est, sed impossibile, quod enim difficile est, ut cumque potest agi, impossibile vero est quod nullo modo fieri potest. Quid ergo? exclusa est poenitentia post baptismum & veniam delictorum? absit. Duo siquidem sunt genera poenitentiae, vnum quidem ante baptismum, quod & præparatio baptismi potest appellari, de quo superius diximus, quia iniungitur illis, qui instruuntur, antequam ad baptismum perueniant, quam Beatus Apostolus excludit dicens, non posse iterum renouari per poenitentiam, quatenus poenitentia facta iterum baptizetur. Alterum autem genus poenitentiae est, per quod baptismum delentur peccata, quod Beatus Apostolus minime excludit, terret ergo omnes, ut timeant post baptismi gratiam gravioribus peccatis se implicare, quia non potest fieri, secunda vice renouatio per lauacrum baptismatis. Nam sicut Christus semel mortuus est, & semel resurgens, ita non moritur, ita semel gratia baptismatis agenda est, nec potest iterari nisi dubium fuerit, utrum nam quis captus ab hostibus sit baptizatus, renouari autem dixit nouum fieri, nouum autem facere hominem sacri baptismatis est, de quo Propheta dicit.*

*Renouabitur & sicut aquila iunentus sua, impossibile est inquam iterum renoua-*

*ri posse aliquem per poenitentiam expleta, qui ea, quæ supra memorata sunt, per-  
ceperunt, virtutes facili venturi gustauerunt, quod dicit gustauerunt virtutes sa-  
culi venturi, tale est ac si diceret, si cognoverunt quod in resurrectione venturi sunt  
electi, sicut Angeli Dei in cœlo, & quod iusti fulgebunt, sicut Sol in regno Patris sui;  
nullo modo possunt iterum ita renouari per poenitentiam & baptismum iteratum;  
si peccauerint criminale peccatum, sicut in primo baptisme noui effecti sunt. Er-  
rant enim, qui volebant baptismum iterare, dicentes, quicquid peccauero non est.  
mihi curæ, quoniam præcipiam me baptizare rursus, & renouabor totus sicut prius;  
quod Apostolus ex toto denegat, nullo modo posse fieri, & quia virtus baptis-  
matis in cruce & sepultura Christi maxime constat, proinde subiunxit, rursum cra-  
cifigentes sibi meti ipsi filium Dei, & ostentni habentes, tamen ideo denegatur poenite-  
tiæ, quia licet non renouentur in baptisme iterum indulgentiam tamen valebunt  
accipere per confessionem peccatorum, per humilitatem, per patientiam, per ele-  
mocynam si habetur facultas, & si dimiserint fratribus in se peccantibus, hoc est, qui  
iterum baptizari volunt, quantum in se est, Christum quoque iterum crucifiger-  
et volunt, & derisioni habere, hoc est enim illum ostentii habere. Sed non potest fieri,  
quoniam si Christus semel mortuus est carne in cruce, ita & nos semel mori possu-  
mus in baptisme pro peccato.*

*Terra enim sepe supernientem bibens imbræ & generans herbam opportunam il-  
lis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Hoc paradigmate Iudeos arguit,  
qui sepe biberunt imbræ cœlestis doctrinæ, sed nunquam germina fidei bo-  
norumque operum protulerunt. Ponit autem primum comparationem de bo-  
na terra, ac deinde & mala. Terra, inquit, bibens imbræ, id est, sancta  
& bona voluntatis anima accipiens gratiam Spiritus Sancti, imbræque diui-  
norum eloquiorum, & generans herbam opportunam, hoc est virtutes bonas;  
fidemque perfectam proferens suis prædicatoribus à quibus excolitur, siue sibi-  
meti ipsi accipit benedictionem vitæ æternæ, vel abundantiam virtutum, ut ferat fru-  
ctus trigesimos sexagesimos parique centesimos, nihil enim opportunius fide per-  
fecta in filium Dei, cum vita optima. Proferens ergo Apostolus de anima floren-  
ti in virtutibus, hoc est exemplum Deique benedictione digna. mox subiungit  
aliud paradigmam de illa, quæ suam negligit salutem, dum frequenter imbræ cœle-  
stis doctrinæ posset suscipere, proferens autem spinas, & tribulos reproba est & maledi-  
ctioni proxima, per spinas & tribulos punctiones peccatorum possumus intelligere;  
quibus pungitur anima. De quibus Dominus Ade dixit., terra tua spinas ac tri-  
bulos*

bulos germinabit tibi, id est, caro tua punctiones peccatorum, & aculeos vitiorum proferet tibi, siue spinas ac tribulos, curas superfluas, sollicitudinesq; istius saeculi debemus accipere, de quibus Dominus dicit in Euangelio, curæ istius saeculi & sollicitudines diuinarum suffocant verbum, ita ut in fructuoso reddatur. Anima igitur proferens punctionem peccatorum, iurisque saeculi & sollicitudinibus diuinarum occupata reproba est, hoc est laude indigna & maledictioni proxima. Notandumque, quia non dixit maledicta est, sed maledictioni proxima. Quamdiu enim referuatur ad poenitentiam, quasi non est maledicta, sin vero poenitentiam noluerit agere, iam maledicta erit. Vnde sequitur, *cuius consummatione*, id est, finis illius animæ in prauo opere, & perseuerantia in malo usque ad exitum vitæ in combustionem, subaudi ignis æterni erit. Quasi diceret, non diu, quandiu spatiū poenitendi habet, maledictioni est proxima, sed si permanserit in iniuitate sua combustioni æterni supplicij subiacebit. Hæc enim combustio non erit nisi his, qui usque in finem permanserint in peccatis suis. Quia in quacunque die fuerit conuersus peccator, vita viuet, & non morietur. Postquam sufficienter increpauit eos, terruit ac percussit, blandiendo iterum alloquitur eos, ne desperatos redderet, sed tamen neque in omnibus adulatur, neque in omnibus percutit. Dicit ergo. *Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora & viciniora saluti tametsi ita loquimur.* Quia non habuit, vnde eos ad præsens laudaret, laudat eos de spe futurorum, quam habebat de illis. Quasi diceret non dicimus, hoc veluti putantes vos spinis plenos, sed timentes ne tales efficiamini, melius est enim vos verbis terreri, quam ut rebus doleatis, optimaq; opera de vobis confidimus, vestraq; salutis proficia, quamuis & ita loquamur, nam quod superius diximus de reproba terra, & combustioni proxima non de vobis hoc diximus, quia meliora de vobis credimus, reduxit quoq; eis præterita bona opera illorum in memoriam, quatenus ex præterito possit adducere ad bona quæque: Ideoq; subiunxit, *Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis Sanctis, & ministratis.* Ecce quomodo recreauit animos eorum, & confortauit, præterita bona opera ad mentem reuocans. Quia in omnipotentem Deum obliuio non cadit, ideo non obliuiscitur operum, & laborum fidelium suorum. Et in hoc est iustus, quia remunerat eleemosuos pro se laborantes, si enim obliuisceretur operum illorum, nec eos remuneraret, vt cumque iniustus putaretur, quod omnino nefas est dicere. Vnde Apostolus dicit, non inquit, iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis, laborisque vestri, & dilectionis, quam ostendistis pro amore nominis eius in inuicem, & in omnes qui ministrastis sanctis, & ad huc secundum vestrum posse ministratis. De illis sanctis dicit, qui venientes ad fidem Christi expoliati sunt ab alijs Iudæis, quos laudat in

<sup>Heb. 10. v.</sup> <sup>¶ 4.</sup> <sup>¶ 5. v. 15.</sup> hac Epistola, dicens, *rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepisti, & de quibus Esaias longe ante prædixerat, & qui recepsit, inquiens, à malo, Iudæorum præpatuit, istis talibus expoliatis, hi qui non fuerunt expoliati, prout poterant ministrabant.* Quale vero, quantumue desiderium habet, de salute eorum sequentibus verbis ex parte exprimit, dicens. *Cupimus autem vnumquemq; vestrum eandem ostendere sollicitudinem, subaudi, quam retro habuisti ad expletionem spei usq; ad finem vitæ nostræ, siue de die iudicij, ut non segnes efficiamini, hoc est desides, & pigri in bono opere, & in mandatis Dei perficiendis, desideramus, inquit, vos non tantum circa verba, sed etiam in virtutibus conuersari.* Non quasi vestra propria culpantes, sed & defuturis solliciti sitis, admonentes. *Hoc est tales, fuistis primum tales, cupimus & modo esse, & in futurum, & non dixi volo, quod est auctoritatis doctrinæ, sed quod erat paternæ dilectionis,* hoc est cupimus vnumquemque vestrum eandem erga fratres semper ostendere maximam curam, quam olim habuit ad completionem spei in æternam resurrectionem, expletio enim spei est adeptio rerum, quas nos consecuturos speramus. Verum imitatores, subaudi cupimus esse, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Hortatur iterum eos, ut fide non ficta, & patientia perfecta expectent promissiones Dei, & hæreditatem quam sancti suis promisit, quod dupliciter accipi potest, scilicet, ut referatur ad Patriarchas, & sanctos

Etos veteris testamenti, qui multas promissiones acceperunt de Christo, & de hæreditate terræ repromotionis. Qui fidem habētes perfectam qua crediderunt Deum implere posse, quæ promisit, & patientiam solidissimam, quia non in se, sed in filiis suis promissiones expectauerunt implendas, meruerunt amici Dei esse, & in filiis suis easdem promissiones hæreditare, potest & ad Apostolos referri, aliosq; sanctos, qui per fidem & patientiam meruerunt consequi & hæreditare promissiones æternæ benedictionis à Domino sibi & omnibus fidelibus promissas. *Abrahæ namq; promittens Deus quoniam neminem habuit maiorem, per quem iuraret, iuravit per semetipsum, dicens, nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te,* vt firmius corroboraret ea quæ superius dixerat, de sanctis quod hæreditauerunt promissiones Dci fide & patientia, idcirco vtitur exemplis, sed mira sapientia eius: aliquando laudibus extollendo blanditur eis, aliquando terroribus terret, nam in superioribus terret eos ne infideles essent, & minus creduli promotionibus Dei. Nunc autem exemplis hortatur ad pœnitentiam, & fidem vt indubitanter credant non solum Deo dicente, verum etiam iurante per semetipsum. Si promittente Deo iniquum est non credere, quam impium est Deo iurante fidem non accommodare, iuravit autem Deus Pater Abrahæ per semetipsum, quia neminem habuit maiorem, per quem iuraret, dicens nisi benedicens benedicam te & cætera, repetitio verbi cōfirmatio est rei, nisi, in hoc loco affirmatiue ponitur pro certe, siue pro qua, & est sensus, certe semper benedicam te in filiis tuis, semperque multiplicabo te. *Et sic longanimitus ferens adeptus est repromotiones,* hoc est diu per patientiam credendo sustinens consecutus est promissiones in filiis suis de terra repromotionis, quam eis promisit dicens terram hanc tibi dabo & filiis tuis, & insuper promotionem de Christo, de quo ait in semine tuo benedicentur omnes gentes. Sequitur. *Homines enim per maiorem sui iurant, & omnes controversia eorum finis ad confirmationem iuramentum.* Quasi diceret si hominibus in futurum creditur, de quibus per Prophetam dicitur. *O rani homo mendax,* quanto magis Dei iuramento credi debet, qui est veritas, & nec falli, nec mentiri potest; & cui insuper sine iuramento credi oportet, homines, inquit, per maiorem sui iurant, hoc est per Deum, qui eorum est creator. Iuramentū quoq; est finis omnis contentionis eorū ad confirmationem, quia per iuramentum credendus est, nec debet postmodū querela fieri iuramento cōpleto, sed finis contentionis debet esse iuramentum sub confirmatione, *in quo subaudi iuramento, vel præterea,* quia confirmatio rei iuramentū est, *volens Deus ostendere abundantius immobilitatem consilij sui hæreditibus pollicitationis,* id est, patribus siue promotionis hæreditibus interposuit iurandum, ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri, Deū fortissimum solatum habeamus, id est, firmiter illis credamus, *qui configimus,* credendo, ad tenendam propositam spem, hoc est, ad accipiendam promotionem remunerationem, duas res immobiles hic debemus accipere promotionem Dei de Christo, quia dixit in semine tuo benedicentur omnes gentes, & iuriandum illius, quod dixit per semetipsum iuraui tibi promissio enim illius immobilis est, quia non potuit mutari & iuramentum illius veridicū Quidam etiam vnam rem immobilē intelligi volunt promissiones, & iuramentū illius, alterum aut completionem illius rei. Propositam vero spē dicit veritatē rerum gestarum, promotionem, videlicet patriæ cœlestis, ad quā percipiendam configimus per fidem. *Quam spem sicut anchoram habemus anima turam ac firmam,* sicut anchora iactata à naui non permittit eam circumferri, neque periclitari, licet venti commoueant eam, sed iactata firmiter tenet nauim inter procellas, & fluctus, ita fides spe futurorum bonorum roborata firmat mentem nostram inter prospera huius saeculi, & aduersa, & introducit nos in speciem rerum quam modo fide & spe tenemus. Ideoque addidit Apostolus dicens *& incedentem usq; ad interiora velaminis,* interiora velaminis vocat secreta regni cœlorū. Spes autem interiora velaminis penetrat, dum per mentis contemplationem futura bona conspicit, dum cœlestia præmia absque ulla dubitatione credit, sibi prouenire, sperat, unat, operib; q; ostendit, quod credidit, & quod sperat, si hanc spē non habuerimus utique submergemur non tantum in spiritualibus, verum etiam in carnalibus sicut

xiii.

K.

xiv.

xv.

xvi.

L.

xvii.

xviii.

xix.

M.

*Pſ. 54. v. 23.* sicut submergitur nauis non habens iactatam anchoram, sed si Prophetæ voci ob-  
audierimus dicenti, *iacta super Dominum curam tuam & ipſe te enutriet*, tunc nostra  
**xx.** spes fixa in interiora velaminis nulla infidelitate mergi poterit Sequitur. *Vbi præcur-  
jor pro nobis introiuit Iesuſ.* Pontifex factus & constitutus à Deo Patre in æternum,  
*secundum ordinem Melchisedech*, vt firmiore spem nobis adderet, ideo hoc de Christo subiunxit. Præcursor autem dicitur à præeundo & præcurrendo, & est alicuius  
præcursor Ioannes Christi. Considerandum autem & non dixit simpliciter introiit, Ie-  
sus in interiora velaminis, sed cum additamento dicēs: *vbi præcursor pro nobis in-  
troiit*, veluti absq; dubio nos oporteat, prosequi præcursem nostrum, præcurso-  
rem vero & consequentem in eadem via esse conuenit Christus. itaq; resurgens à  
mortuis præcurrit, nos ad altitudinem cœlorum, factusq; est nobis præcursor ap-  
riendo nobis cœlum, & gaudia Patriæ cœlestis, reddendo, si ergo volumus subsequi  
præcursem nostrum, debemus sicut ambulauit, nos ambulare. Hoc autem ad na-  
turam humanitatis filij Dei refertur, in qua semetipsum obtulit Deo Patri in ara  
crucis sacrificium salutis nostræ. Quare Christus secundum ordinem Melchise-  
dech dicitur existere, sacerdos satis aperte, vt reor paulo superius ostensum est, sed  
quod dicit introisse illum in interiora velaminis more Pontificum Iudeorum, lo-  
quitur, qui semel in anno ingrediebantur intra velum in sancta sanctorum oraturi  
pro populo, & Christus secreta regni cœlorum penetrans orat assidue, pro salute fi-  
delium suorum.

## CAPVT VII.

Quum Melchisedech sacerdotium, ex decimarum acceptione & benedictione  
Leuiticum excelleret, Christi sacerdotium necessitate quadam secundum  
ordinem Melchisedech in perpetuum institutum, ac iuramento firmatum,  
præcellit Leuiticum, & ipsum una cum lege euacuat.

**I.** *Ic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei*  
**A.** *summi, qui obuiavit Abrahæ regreſſo à cæde re-*  
*Gen. 14. d.* *gum, & benedixit ei: + cui & decimas omnium*  
*18.* *diuīſit Abraham: primum quidem qui interpre-*  
*2.* *tatur rex iustitia: deinde autem & rex Salem,*  
*3.* *quod est, rex pacis, + sine patre, sine matre, sine genealo-*  
*4.* *gia, neque initium dierum, neque finem vita habens, affimi-*  
*5.* *latus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. + In-*  
*Deut. 18.* *tuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de precipuis*  
*a. 3.* *Abraham patriarcha. + Et quidem de filiis Levi sacerdotium,*  
*Ioſ. 14. a. 4.* *accipientes, = mandatum habent decimas sumere à populo se-*  
*6.* *cundum legem, id est, à fratribus suis quanquam & ipſi exie-*  
*B.* *rint de lumbis Abrahæ. + Cuius autem generatio non annume-*  
*7.* *ratur in eis decimas sumpſit ab Abraham, & hunc, qui ha-*  
*8.* *bebat reprobationes, benedixit. + Sine ulla autem contradic-*  
*9.* *tione, quod minus est, à meliore benedicitur. + Et hic*  
*quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem conte-*  
*ſtatur, quia viuit. + Et (ut ita dictum sit) per Abraham,*  
*& Le-*

Et Levi, qui decimas accepit, decimatus est: + adhuc enim in  
 lumbis patris erat quando obuiavit ei Melchisedech. + Si ergo  
 consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub  
 ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordi-  
 nem Melchisedech alium surgere sacerdotem, Et non secundum  
 ordinem Aaron dici? + Translato enim sacerdotio, necesse est, ut  
 Et legis translatio fiat. + In quo enim hac dicuntur, de alia tri-  
 bu est, de qua nullus altari presto fuit. + Manifestum est enim  
 quod ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacer-  
 dotibus Moyses locutus est. + Et amplius adhuc manifestum est;  
 si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos,  
 + qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secun-  
 dum virtutem vita insolubilis. + Contestatur enim: = Quoniam  
 tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. +  
 + Reprobatio quidem sit precedentis mandati propter infirmita-  
 tem eius, Et inutilitatem: + nihil enim ad perfectum adduxit lex:  
 introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum.  
 + Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando  
 sacerdotes facti sunt; + hic autem cum iureiurando, per  
 eum qui dixit ad illum: = Furauit Dominus, Et non paenitebit eū:  
 tu es sacerdos in eternum) + in tantum melioris testamenti sponsor  
 factus est Jesus. + Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, id-  
 circa quod morte prohiberentur permanere: + hic autem eo quod  
 maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotium. + Vnde Et  
 saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum  
 semper viuens ad interpellandum pro nobis. + Talis enim decebat  
 ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a  
 peccatoribus, Et excelsior cœlis factus: + qui non habet necessita-  
 tem quotidie, quemadmodum sacerdotes, = prius pro suis delictis  
 hostias offerre, deinde pro populis: hoc enim fecit semel, seipsum offe-  
 rendo. + Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem ha-  
 bentes: sermo autem iuris iurandi: qui post legem est, Filium in ater-  
 num perfectum.

10.

11.

12.

13.

14.

C.

15.

16.

17.

Pf. 109. b.

18.

19.

20.

21.

D.

Pf. 109. b.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

Leu. 16. a.

28.

I.

A.

II.

**H**ic enim Melchisedech rex salem Sacerdos Dei summi, subaudi fuit, quia obuiavit Abraham a regesso a cæde Regum, & benedixit ei: cui decimas omnium dñi sicut Abraham.

Tradunt Hebræi Melchisedech ipsum esse primogenitū Noe filium, qui eo tempore quo natus est Abraham, habuerit annos duecentos nonaginta duos, eo tempore quo mortuus est Abraham, habuerit quingentos sexaginta quinque, & ita super vivit Abraham 595. quibus expletis facti sunt omnes dies vitæ illius 593. anni. Nec esse mirum si Abraham obuiam processit eique panem & vinum obtulerit, quod abne-  
poti suo iure Paternitatis debebat, & benedixit ei, decimasque prædictæ atq; victoriae  
ab eo

- ab eo acceperit, sicut sacerdos excelsi & summi Dei, non falsorum deorum & idolorum. Qui fuit et Rex Salem. Salem autem sicut B. Hieronymus dicit, non est putanda Hierusalem, ut Iosephus historiographus, nostrorumque plurimi arbitrantur, sed iuxta oppidum est Scythopolis, quod usque hodie appellatur Salem, siue Salim, de quo teste Beato Hieronymo in Euangeliō legitur, erat inquit, *Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salem*, quia aquæ multæ erant ibi. Idcirco autem sit ista diuersitas nominum, quia Hebrei multis in locis per consonantes solum modo scribunt subtractis vocalibus, atque ita secundum arbitrium legentis pronuntiatur, non uno semper eodemque modo, ostenditur autem in eodem oppido palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum, ostendens veteris operis excellentiam. Ad quam Cœnitatem, siue oppidum legitur etiam Iacob descendisse, quæ fuit in terra Chanaan regionis Sichem. Considerandum quoque est, quod Abraham de cœde hostium reuertens, quos persecutus est usque Dan, non in via reuersionis habuit Hierusalem, sed potius Salem oppidum supra minoratum. *Primum quidem interpretatur Rex iustitia, deinde autem Rex Salem, quod est Rex pacis, sine Patre, sine Matre, sine Genealogia, neque initium dierum, neque finem vita habens, sive B. Apostolus Melchisedech in typo Domini Salvatoris introducit; Quamuis enim omnes poenæ Sancti & Patriarchæ, atque Prophetæ prioris temporis in aliqua re figuram Christi expresserint, hictamen Melchisedech specialius, qui non fuit de genere Iudeorum, in typum præcessit Sacerdotij filij Dei, de quo dicit Deus Pater in Psalmo 109. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ordinem autem eius multi modis interpretari possumus, sicut iam supradictum est, scilicet, quod solus Rex fuerit, & Sacerdos & ante circumcisioñem functus Sacerdotio. Ut non gentes à Iudeis, sed Iudei à gentilibus Sacerdotium acceperint. Neque uictas oleo visibili, ut Mosaica præcepta instituunt, sed oleo exultationis, fideique puritate, neque carnis, & sanguinis victimas immolauerit, sed pane, & vino simplici, puroque sacrificium Christi dedicauerit Sacerdotium; Sed primum ut Apostolus dicit in hoc assimilatur filio Dei, quia interpretatur Rex iustitiae Melchon enim, siue Melchi Regem sonat, Sedechi vero iustitia siue iustus, & quis est verus Rex iustitiae, nisi Christus, qui dicit in Psalmo. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo, ipse enim iuste & recte regit, & gubernat electos suos iustitiae amatores effectos*, deinde autem assimilatur filio Dei, per hoc quod dicitur Rex pacis, quod pertinet ad Christum Salem quippe interpretatur pax, Christus igitur nos iustificat, qui est Rex iustitiae, & ipse pacificat omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, qui nascendo & moriendo resurgendo, atque ascendendo pacem intulit mundo, qui secundum diuinitatem, & sine fine, & sine initio Rex est, ex æterno Patre æternus, quamvis ex temporali matre temporalis esset, sicut enim istius Melchisedech, non legimus initium, vel finem in scriptura sacra, sic non nouimus filij Dei initium vel finem, qui non habet aliquid horum in natura Deitatis, & in hoc est similitudo, quod nec illius, nec istius initium legitur, vel finis illius quidem, quia non est scriptum, istius autem, quia omnino non est. Neque enim sub quo natus est Melchisedech legitur, neque quando mortuus est narratur, sed subito introducitur, sicut & Helias, neque omnino credendum est, quod Melchisedech, sine Patre, aut sine Matre esset, cum Christus quoque secundum utramque naturam & Patrem habuerit, & Matrem, sed propterea, hoc dicitur de illo, quia subito introducitur in diuina scriptura, sicut diximus, & Genealogia illius non commemoratur, de quo & dicitur, quod & assimilatur filio Dei in his omnibus, superius dictis manet Sacerdos in æternum non in se, sed in Christo. Nam Melchisedech mortuus est, sed figura eius æternaliter in Christo manet, similitudo autem hic non pro æqualitate ponitur, sed pro figura: *Intuemini autem quantus sit hic cui decimas dedit de principiis Abraham Patriarcha*. Conuertit sermonem suum adeos, qui gloriantur se filios esse Abrahæ, & nobilitatem generis ab illo ducere se iactant. Vnde in Euangeliō Domino cum præponere conabantur, dum dicerent, *nunquid tu maior es Patre nostro Abraham?* Ut ergo illorum superbiam confunderet Apostolus, dixit intuemini, & attendite diligenter quantus fuerit Melchisedech Sacerdos Dci*

Dei summi, cui decimas dedit Abrahā Patriarcha de præcipuis, id est, de melioribus spolijs. Quibus verbis vult ostendere maioris dignitatis, & honoris fuisse Melchisedech, quam Abraham; ac per hoc maius & sanctius fore Sacerdotium Christi, quam Iudeorum, quasi diceret, quem vos ex excellentiorem omnibus hominibus estimatis hic decimas obtulit Melchisedech, qui in figura Christi præcessit, & quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à patribus suis, quamquam & ipsi de lumbis exierint Abraha: tanta inquit, est excellentia sacerdotii, ut etiam ipsi, qui eundem habuerant progenitorē, ac ab uno Patre descenderant, propter excellentiæ meritum quo meliores erant fratribus suis, ut pote Aaron qui inter viuos ac mortuos stans iram Dei placauit, sacerdotii dignitatem merentur adipisci, ac præterea nisi maioris dignitatis esset Melchisedech quam Abraham, alienigenæ decimas dedisset, sicut Aaron maior fuit quam fratres illius aliquarum tribuum: dicit ergo & quidem de filiis Leui accipientes sacerdotium sicut accepit Aaron, filii eius mandatum & præceptum habent secundum legem sumere decimas à populo quasi meliores illis, & hoc à patribus suis cum unum eundemque habuissent progenitorem, iuxta quod Apostolus manifestat dicens, quamquam & ipsi fratres Leui de lumbis exierint Abrahā, *Cuius autem generatio, id est Melchisedech, non annumeratur in eis, id est in filiis Leui, decimas sumpsit Abraham, & hunc, hoc est Abraham, qui habebat re promissiones, de filio Dei, benedixit illi Melchisedech.* Hic ostendit incircumcisum sacerdotem sacerdote circu-  
ciso multo esse sublimorem. Quomodo ergo hoc ostendit utique quia ipse Leui ex quo sacerdotale genus ortum est, decimatus est à Melchisedech in lumbis pro-  
genitoris sui, iamque erat Abraham circumcisus, iamque promissiones de Christo per-  
ceperat, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, quādo benedictus est  
à Melchisedech sacerdote incircumciso, dans ei decimas totius prædæ: benedicēs  
autem eum Melchisedech, dixit: *Benedictus Abraham Deo, quo protegente hostes in ma-  
nu tua sunt.* Et alia quæ sequuntur in eodem loco, sineulla autem contradictione, quod  
minus est à meliore benedicitur. Quasi diceret omnibus luce clarius videtur, quod mi-  
nor à maiore benedicitur. Vnde Abraham quasi minor à Melchisedech tanquam  
à meliore benedicitur, vel benedictionem percipit. Proinde maior est ac melior ty-  
pus Christi, quam illius qui promissiones de Christo habebat: *Et hic quidem morien-  
tes homines decimas accipiunt, ibi autem contestatur, quia viuit.* Hic, inquit, hoc est in  
in præsenti sèculo vel in templo quod adhuc stabat morientes homines filii Leui,  
qui mortales ac moribundi sunt, decimas accipiunt, ibi autem, id est, in alia vita idem  
in loco, ubi dicitur de Christo, tu es sacerdos in æternum. contestatur Deus cum iu-  
ramento quia viuit Christus. Vnde dicit Psalmista: *Iuravit Dominus, & non paenitebit  
eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et (ut ita dictum sit) per  
Abraham & Leui qui decimas accepit, adhuc in filiis suis vel accipit hactenus à patribus  
suis decimatus est à Melchisedech, adhuc enim in lumbis, hoc est, in propagatione  
seminis Patris erat Leui quando obuiavit ei Melchisedech. Quomodo dicit Leui  
decimatum esse à Melchisedech, cum necculum natus esset? præsertim cum & filius  
fuerit naturalis Jacob? utique non in se est decimatus sed in Abraham, de cuius pro-  
genie descendit quando Abraham decimas obtulit Melchisedech, in illo omnes  
filii eius dederunt. Quapropter dicit Apostolus quia Leui qui decimas in filiis suis  
à patribus suis decimatus est per Abraham siue in Abraham, quibus verbis declara-  
tur, quia nisi sacerdotium Melchisedech, qui in figura Christi sacerdotii præcessit,  
maioris dignitatis non esset nequaquam Abraham, omnesque filii eius ab illo de-  
cimati essent, dum enim sacerdotium à sacerdotio decimabatur, maioris dignita-  
tis unum altero ostenditur. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat,  
populus enim sub ipso legem accepit. Quid adhuc necessarium fuit secundum or-  
dinem Melchisedech aliud exurgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aa-  
ron? translato enim sacerdotio necesse est ut & legis translatio fiat. Hic incipit iam  
pleniū differentias noui testamenti ostendere, dicens: *Si consummatio, id est, per-  
fectio vitæ atque iustificationis, per sacerdotium Leuiticum erat, quod necesse fuit aliud*

Pp exur-

E.

VII.

VIII.

F.

IX.

G.

*exurgere sacerdotem secundum ordinem Melchisedech?* nam quia Aaron primum post legem datam sacerdotem fuisse de tribu Lcui nullum dubium est, ideo sacerdotiū quo functus est, Leuiticum nominauit sacerdotium, vel certe quia ipse : cui in filiis functus illo sacerdotio est. Nam nepotes illius suscepérunt illud. Moyses scilicet & Aaron cum reliquis patribus suis ex eadem tribu, Nam Leui genuit Laaz, Laaz vero Amram Amram autem Moysen & Aaron, ideo dicit populum sub illo sacerdotio legem accepisse, quia Moyses & Aaron principes erant illis temporibus in populo, quia ipsam legem administraverunt de tribu sacerdotali existentes. Ergo sacerdotio Leuitico multo melior est ordo sacerdotii Melchisedech, quia typum gerabant sacerdotis nostri, nequaquam enim dixisset secundum ordinem Melchisedech, si illud sacerdotium Aaron melius esset, sub quo populus Iudeorum legem accepit, si autem sacerdotium legis translatum est ad Christum secundum ordinem Melchisedech, necesse est ut & legis translatio fiat, hoc est à lege Moysi necesse est transire ad legem Euangeli. Neque enim potest sine lege sacerdos & sine testamento esse & sine præceptis, suumnis viribus laborabat Apostolus ut alege Euangelij, à carnalibus ad spiritualia. *In quo enim haec dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præsto fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.* In quo enim ait haec dicuntur, id est, de quo haec dicunt, quod esset sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Dominum significans saluatorem de alia tribu est quam de sacerdotali, de illa videlicet de qua nullus altari præsto fuit, hoc est de tribu Iuda. Non autem ordine tantummodo neque testamento vel præceptis mutatum est sacerdotium, sed etiam tribu & quomodo translatum est sacerdotium de tribu in tribum, de sacerdotali videlicet ad regale ut eadem ipsa sit & sacerdotalis & regalis in Christo qui est Rex & sacerdos intuere mysterium Primum fuit regale sacerdotium in Melchisedech secundum consequentiam huius sermonis, secundum autem fuit sacerdotium solummodo sacerdotale in Aaron, tertium iterum fuit regale sacerdotium in Christo, sicut & primo. Vnde & Ecclesia modo regale sacerdotium habet dicente *Nos genus sanctum regale sacerdotium, tribus ergo Iuda ex quo Dominus ortus est per Mariam virginem cum semper regia esset & nunquam sacerdotalis, in Christo fuit utrumque & regalis & sacerdotalis, translatu ex toto sacerdotio à tribu Leui, quæ ante a sacerdotalis erat. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum ordinem Melchisedech exurgere alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Constatuerit enim Deus pater loquens ad filium quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Defectus isto in loco habetur, satis necessarius. Quapropter dicatur ita & amplius adhuc manifestum est, sub audi destructum esse sacerdotium legis per hoc quod Christus non secundum ordinem Aaron dicitur sacerdos in æternum, sed secundum ordinem Melchisedech, quare per hoc quia de tribu Leui non fuit, quod enim dicit si secundum ordinem Melchisedech exurgeret alius sacerdos, non dubitari loquitur sed affirmari, quasi diceret amplius adhuc per hoc demonstratur distinctum esse sacerdotium legis, quia secundum ordinem Melchisedech surrexit Christus alius sacerdos, qui non secundum carnis mandati legem factus est sacerdos sicut Aaron: Legem carnis mandati vocat, quia ex maxima parte carnis erat, carnalia præcipiens in circumcisione, in mundatione corporis, in hostiis, oblationibus carnalibus, in distinctione ciborum, dierum ac temporum dicens mane extra castra, laua corpus tuum, aufer hoc vel illud, abstine ab his cibis, obserua ista tempora cæteraque his similia quæ omnia morte finienda erant, Christi autem sacerdotium spirituale & secundum virtutem vitæ insolubilis, id est, secundum potentiam vitæ insufficientis, quæ nullo mortis interuentu solui poterat, habet enim Christus in se vitam insolubilem quia quamuis ad tempus mortuus esset carne, tamen æternum diuinitate viuit, & insuper humanitate postquam viator à mortuis resurrexisset. Vnde Deus pater contestatur iurando quia viuit, dicens per Psalmi-*

**P**alministam. *Tu es Sacerdos in eternum reprobatio quidem si p̄ precedētēis mandati, hoc xviii.*  
*est legis Moysi, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Infirmitatem in hochab-*  
*bat lex, quia operantes non valebat iuuare inutilitatem vero, quia nemini regnum*  
*cōlorum valebat aperire, vnde sequitur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Quid*  
*enim: nihil enim profuit lex, profuit quidem aliquid corpora mundando, peccata*  
*lēuiā relaxando, sed nihil adhōc profuit, vt perfectos facere potuissent seruientes in*  
*ea quoniam gratiora p̄ecata non tollebat, nec ianuam Patriæ cœlestis alicui ape-*  
*riebat. Quapropter reprobata est, vt gratia daretur locus, in qua perfectio constat*  
*ut ilis quidem fuit fidem habentibus in Christum, non illis qui totam spēm suam in*  
*eius carnalibus obseruationibus ponebāt. Introductio vero melioris spei, subaudi mo-*  
*do est in gratia, in qua spē proximamus ad Deum, habuit quidem lex spēm, sed non ta-*  
*lēm, qualēm gratia p̄st̄tit sperabant enim bene placentes, legemq; custodientes*  
*possidere terram, iuxta illud si volueritis bona terræ comedetis, nihilq; ærū no-*  
*sūm pati prospere viuere. Sieut dictum est, qui fecerit ea viuet. Hic autē speramus,*  
*quia plangentes & Euangelica p̄cepta custodientes non terrā possidebitus, sed*  
*cōlēum. Insuper etiam, quod cōlō multo melius est speramus proximum Deo con-*  
*sistere ad ipsum Paternum solium peruenire, & ministrare ei cū Angelis, iuxta quod*  
*Saluator in Euangelio ait, fulgebunt iusti, sicut Sol in regno Patris sui, eruntq; sicut An-*  
*geli Dei in cōlō. Hoc vero Sacerdotium p̄f quod hanc gloriam possessuri sumus,* Mat. 13, v.  
43.  
*non est sine iureiurando, vt firmam Dei promissionem credamus, vnde Apostolus*  
*subdit, & quantum est, subaudi firmum istud Sacerdotium Christi, de quo loquimur,*  
*vtiq; multum, quia non sine iureiurando, firmatum est. Alij quidem sine iureiurando Sa-*  
*cerdotes facti sunt, vt Aaron filijq; eius, quibus Deus non iurauit, quod essent Sacer-*  
*dotes in æternum secundum ordinem legis. Hic autem, id est, Christus, cum iureiu-*  
*rando, Sacerdos factus est, hoc est, p̄ eum Patrem, qui dixit ad illum iuravit Dominus:*  
*& non penitebit eum, id est, non mutabit iuramentum suum, quoniam tu es Sacerdos*  
*in æternum, secundum ordinem Melchisedech, in tantum melioris testamenti sponor,*  
*sive promissor factus est Iesus, subaudi in quantum cum iureiurando Dei Patris suum*  
*Sacerdotium tenet. In quantum sacerdotium Christi, quod iuramento Dei est san-*  
*tum sua dignitate p̄cellit Sacerdotium veteris legis, in tantum p̄cellit etiam*  
*gratia Euangelij legem Moysi & alijs quidem.* xx.

*Plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem,* xxiv.  
*id est, Iesus cui Pater dixit, cum iureiurando, tu es Sacerdos in æternum, eo quod ma-*  
*neat in æternum sempiternum habet Sacerdotium. Duas ponit hic differentias B. Apo-*  
*stolus, quia Sacerdos noster non habet finem, sicut Sacerdotes legis, & quia cum*  
*iureiurando suum Sacerdotium possessurus est. Quia enim Sacerdotes legis mor-*  
*miales erant, plures facti sunt Sacerdotes in ipsa lege, sicut Aaron & filii eius, idcirco*  
*quod morte p̄senti prohiberentur permanere in Sacerdotio, mortuis enim Pa-*  
*tribus succedebant filii in locum ipsorum. Iesus autem solus, quia non mortalis est*  
*sempiternum habet sacerdotium; nec ullum habere poterit subsequentē, eo quod*  
*ipse maneat in æternum. Sequitur. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedentes pen-* xxv.  
*semetipsum ad Deum semper viēs ad interpellandum pro nobis. Vnde, inquit, quia Chri-*  
*stus in æternum manet & sempiternum habet Sacerdotium, semper interpellat*  
*pro nobis, semperq; potest saluare. Quod vero quidam Codices habent, accedens*  
*per semetipsum ad Deum, quidam vero plurali numero accedentes vtrumq; reci-*  
*pi potest: Christus ergo Pontifex noster non per alium Pontificem maiorem ipse*  
*accedit ad Deum Patrem, sed per semetipsum, ideoq; potest saluare in se credentes,*  
*poteſt & ita intelligi, quod dicit saluare in perpetuum potest accedentes per semeti-*  
*psum, nos qui puri homines sumus per illum acceditus ad Deum Patrem, qui me-*  
*diator assistens vultui Dei pro nobis dirigentes per illum preces nostras ad Patrem.*  
*Vnde Sacerdotes Ecclesiæ altari assistentes dicunt, suscipe Deus preces populi tui*  
*per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, & quia semper viuit, semper*  
*interpellat pro nobis. Alij vero Pontifices, quia semper non erant, semper non in-*  
*terpellabant, interpellat autem pro nobis per hoc, quod humanā naturā assumpit*

- quā assidere ostendit vultui Dei pro nobis, & miseratur, secundū vīrāmō; substantiam. *Talius enim decebat ut nobis esset Pontifex, Sanctus, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælus factus.* Non eramus digni, nec promerebamur talē habere Pontificē, sed necesse erat nobis, vt talē haberemus Pontificē, qui esset Sanctus in interiori homine, innocens manibus impolluto corpore, segregatus à peccatoribus, id est, ab omni pētō immunis, & cōuerlatione peccatorū separatus: in hoc enim fuit separatus à peccatoribus, quia alij homines cum pētō concipiuntur, & nascuntur, atq; ab hoc sēculo cum pētō transiunt. Hic autē sine peccato cōceptus, sine peccato est natus, & sine peccato ab hōc mūdo trāsiuit. Quoniam pētū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, factus est autē excelsior cælis, qñ quadragesimo die admirādæ suæ resurrectionis super oēs cælos, & super oēs ordinis cœlestium spirituum eleuatus est ad cōfessum paternæ maiestatis, vbi sedet nunc in plenitudine honoris & gloriae. Potest & ita intelligi, quod dicit talis nobis decebat, vt esset Pontifex, quasi diceret, Iudæi velut servi timoris legis Deo seruientes, legales Pontifices habuerunt sibi conseruos, mortaleſq; ac peccatores, pro semetipsis similiter indigebāt offerre, nos autem quibus dictum est, iam non dicā, vos seruos, sed amicos meos, quia filij Dei sumus, seruiendo illi amore filiatoris, decet vt habeamus Pontificē immortalē, segregatum à peccatoribus. Sequitur. *Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodū Sacerdotes legis prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel se offerendo.* Dñs noster Iesus Christus. Quid fecit? vtiq; obtulit sacrificium nō pro suis delictis, sed pro nostris, & semel hoc fecit nō amplius, quia Iemel mortuus est p̄ peccatis nostris, iā non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Magnitudinē Christi sacrificij hic ostendit, quod semel oblatū tantum præualuit, quātum oīa sacrificia legalia nō valuerunt. Vnum enim fuit, & semel oblatum & sufficit in sempiternum ad tollenda oīa pētā credētum. Pontifices autē Iudæorum peccatores erāt, & ideo necesse habebant p̄ suis delictis hostias offerre, & idcirco sacrificia illa hominē iustificare non poterant, quia inconueniētia erant, vt pro homine rationali, irrationalē animal offerretur. Quarebatur Pōtifex sine pētō, & hostia rationabilis, nec inueniebatur, inuētus est vnu sine pētō, Deus & homo, & obtulit seipsum rationabile faciū ficiū pro salute hominis rationalis. *Lex enim homines constituit Sacerdotes, infirmatē habentes, dicit enim Dñs ad Moysen in lege, vnges Aaron & filios eius mihi in Sacerdotes, sed quia illi infirmitatē, hoc est, peccata habebant, quibus infirmabatur eorū anima, necesse habebāt, vt pro populi, ita ēt pro suis delictis hostias offerre.* Iste autē tam potens est, vt non indigeret pro se offerre, sed insuper semel oblatō suæ carnis sacrificio omnium saluti sufficeret. *Sermo autē iuris iurandi, qui post legē est, filiu in eternū perfectū, subaudi ostendit, siue perfectum constituit Sacerdotē.* Non infirmitate grauatum, sicut lex constituit suos post legem. Factus est sermo Dei Patris ad David de Christo cum iure iurando, vbi dicitur, *suaruit Dominus & nō paenitebit eū tu es Sacerdos in eternū secundū ordinem Melchisedech.* Ponit hic Apostol⁹ filij nomē ad distinctionē seruorum, qui fuerunt in lege, quia serui infirmi fuerant, siue qā mortales erant, filium vero perfectum ostendit, quia semper viuit, & semper sine peccato est.
- Psa. 109. V. 6.

## C A P V T VIII.

Excellentius est Christi sacerdotium Leuitico, cum ipse in dextera Patris sedeat in cælis, & maiorum sacramentorum minister fuerit, quam sacerdotes veteris legis: ostendit etiam noui Testamenti necessitatem ex imperfectione veteris, & ex promissione Dei per Ieremiam.

I.  
A.  
2.



*Apitulum autē super ea, qua dicuntur: Tale habemus Pōtificē, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis & sanctorum minister, & tabernaculi veri, q̄ fixit Dominus*

nus & non homo. + Omnis enim pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur: unde necesse est, & hunc habere aliquid, quod offerat: + si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent, qui offerent secundum legem munera, + qui exemplari & umbra deseruiunt cœlestium. Sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum: = Vide (inquit) o-  
mnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte.  
+ Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & me-  
lioris testamenti mediator est, quod in melioribus re promissionibus  
sanctum est. + Nam si illud prius culpa vacasset: non utique  
secundi locus inquireretur. + Vituperans enim eos, dicit: = Ec-  
ce dies venient, dicit Dominus: & consummabo super domum  
Izrael, & super domum Iuda, Testamentum nouum, + non  
secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die  
qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Æ-  
gypti: quoniam ipsi non permanerunt in testamento meo, &  
ego neglexi eos, dicit Dominus. + Quia hoc est testamentum,  
quod disponam domui Izrael, post dies illos, dicit Dominus:  
Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum super-  
scribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mibi in popu-  
lum: + & non docebit unusquisque proximum suum, &  
unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum:  
quotiam omnes scient me à minore usque ad maiorem eorum:  
quia propitius iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum  
iam non memorabor. + Dicendo autem nouum, veterauit  
prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

**C**apitulum autem super ea, quæ dicuntur, hoc est repetitio super ea, quæ dicun-  
tur de Christo. Quo dicto significat aliquid summum & magnum, & quasi  
recapitulatione præcedentis disputationis ad rem ipsam deducit auditorem.  
Talem habemus Pontificem, subaudi qualem superius diximus, Sanctum videlicet, in-  
nocentem, impollutum, segregatum à peccatoribus, & qualem adhuc dicturi sum-  
mus in consequentibus. Qui consedit in dextera, sedis magnitudinis in cœlis San-  
ctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus & non homo, sedem  
magnitudinis in cœlis debemus accipite plenitudinem Paternæ maiestatis, in qua  
filius Dei sedet, qui etiam designatur per dexteram. Nec est pueriliter accipien-  
dum, quod Deus Pater dexteram aut sinistram habeat, qui spiritus est omnia im-  
plens, ut ita sedeat filius in dextera illius, sicut solet sedere filius iuxta Patrem suum  
Regem, sed sicut diximus plenitudinem maiestatis, summamque gloriam bea-  
titudinis, & prosperitatis per dexteram debemus intelligere, in qua filius sedet,  
scdere autem filij pro habitare ponitur. Pontifex ergo noster, qui consedit in sum-  
ma gloria paternæ maiestatis in cœlis, sanctorum minister est, quod duobus modis  
accipi potest, veniens quippe Dominus in mundum per incarnationis exhibitio-

- nem ministravit Sanctis Apostolis alijsq; fidelibus etiam qui adhuc futuri sunt, pa-
- Io. 7. v. 37.* nem refectionis verbi spiritualis, & potum doctrinæ Euangelicæ dicens. *Si quis sit in*  

*Mat. 11. v.* *venias ad me & bibat, & venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam*

*28.* *vos.* Ministrat etiam illis documentum fidei, & gratiam baptismatis, & in super quod maius fuit, sacramentum redemptionis per passionem suam, & cognitionem ministeriorum in lege, & Prophetis, ac postea sua ascensione ministravit nobis aditum patriæ cœlestis. Ecce quomodo & quid ministravit electis suis, apparens in mundo, dicatur & aliter Sanctorum minister erit in futurum, quando semetipsum ministravit illis, & cognoscant eum cum Patre & Spiritu sancto, sicut est, scilicet, cum dederit regnum suum Deo & Patri. Vnde in Euangeliō de se sub persona Patis familiæ loquens dicit. Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discubere, & transiens ministravit illis. Transire enim dicitur, quia electos suos de iudicio ad regnum transire faciet, vel à contemplatione humanitatis ad cognitionem diuinitatis suæ, ministrabit illis cum se & Patrem, cum spiritu sancto eis manifestauit. Nam cibus &

*Io. 17. v. 3.* vita illorum visio sanctæ Trinitatis erit, sicut ipse dicit ad Patrem. *Hac est vita eterna*  
*ut cognoscant te,* cum Spiritu sancto, & Iesum Christum, per quem misisti, unum & verum Deum, Tabernaculi quoque veri minister est, quod constituit, siue composuit Deus & non homo, id est, cœli, quod nobis ipse administrat, ut claritate syderū illius illustremur, tabernaculū etenim quod Belehel composuit in deserto, siue quod Salomon fecit in terra re promissionis, non fuit verum, quia carie & vetustate consumptum est, nec semper durare potuit. Ideoq; tabernaculum verū cœlum vocat, quoniam in æternum stabit, nullaq; vetustate consumetur, potest & altiori sensu intelligi, ut tabernaculum verum accipientur animæ sanctorum, quibus ipse filius Dei gaudia patriæ cœlestis administrat, & in quibus ipse habitare dignatur, iuxta quod Propheta dicit, inhabitabo in illis, & in ambulabo, & Apostolus in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus nostris, & templum Sancti Dei, quod estis vos. *Omnis enim Pontifex ad officienda munera constituitur.* Vnde necesse est & hunc

*III.* *C.* habere aliquid quod offerat, non potest esse Sacerdos, nisi habeat quod offerat. Pontifices enim veteris Sacerdotij, secundum præceptum legis munera & hostias pro suis vel populi offerebant delictis, Christus vero cum in sempiterna diuinitatis suæ natura nō haberet quod offerret, sumpsit ex nobis, quod pro nobis offerret, id est, carnem humanam, scipsum videlicet, quem obtulit in atra crucis. Quid ergo tam aptū immolationi quam caro rationalis pro rationali & quid tam mundum pro mundādis, quia in carnē sine villa contagione offerre, & quoniam quatuor in omni sacrificio consideranda sunt, videlicet, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur. Hæc etiam possumus hic reperire satis eleganter, quia enim nulli sacrificium debetur nisi soli Deo vero, Pontifex noster mundam hostiam pro nobis Deo Patri obtulit, id est existens sacerdos & sacrificium, offert etiam sacrificium Deo Patri acceptum per Ecclesiam suam, dum enim nos offerimus Sacra menta corporis eius, ipse offert, si ergo esset super terram, subaudi Sacerdotes terreni secundum ordinem Aaron, necesse esset Sacerdos subaudi secundum ordinem Melchisedech, cum essent, sacerdotes Leuitici generis, qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari & umbras deseruiunt cœlestium, sicut responsum est Moysi, cum consummaret, ac perfecisset, tabernaculum, oraculi si esset terrenus Pontifex super terram sicut Aaron, vel aliquis secundum eius ordinem immortalis, & sine peccato, qui suis sacrificijs potuisse mundare genus humanum, perfectumq; reddere, non esset utriq; Sacerdos secundum ordinem Melchisedech in æternum, quia satis essent, qui offerrent legalia munera, sed quia Aaron & filii eius mortales erant, & peccatores. Quapropter non poterat genus humanum perfectum reddere, ideo venit Christus sine peccato, qui in æternum suum sacerdotium teneret, suoq; sacrificio genus humanū perfectissime mundaret. Non talis qualis illi fuerunt qui exemplari & umbras deseruiunt cœlestium, exemplar est figura & similitudo, per quod alia res ostenditur, sicut imago expressa in pariete, exemplar & figura est veri hominis, Sacerdotes igitur Iudeorū exemplari, id est, figuræ & umbræ cœlestium ministeriorū deseruibant, quia omnia illa similitudines

*IV.*

*v.*

*D.*

tudines & figure erant istoru, quæ in Ecclesia modo in veritate aguntur, cœlestia autem mysteria dicit spiritualia, quæ obseruatores suos in veritate ad cœlestia ducunt. Non ne cœleste altare fides nostra, in quo offerimus quotidie orationes nostras Deo, vide inquit, omnia facta secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Quoniam auditus noster minus aptus esse videtur ad disciplinam percipiendam, quam visus, non enim ita animo commendamus, quæ audimus, quomodo illa quæ ipso visu percepimus. Ideo non solù auditu verum et visu demonstratū est Moysi à Dño in monte tabernaculum, quod erat facturus cooperante Beslehel. Vnde dicit ei, vide ut omnia facias secundū illam similitudinē, quæ tibi in monte ostensa est, qd aut dicit intelligendum est tam de tabernaculi constructione, vasorumq; eius, quam de sacrificijs, & hostijs, quæ illi oblaturi erant. *Nunc autem melius est sortitus ministeriū sacerdotij, videlicet dignitatem, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus reprobationibus sanctū est, hoc est, firmatū, statutum, & corroboratum.* Vides, inquit, quantū melior ista celebratio, illa quæ tunc temporis agebatur, siquidē illa ad exemplar, & figuram est, ista veritas sicut in Euāgelio dicitur, lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Nunc, hoc est in hac nouissima mundi ætate tanto melius ministeriū sortitus est sacerdotij Christus, qd fuisse illud legale, quanto & melioris testamenti dator & mediator est Christus, & tanto melioribus promissionib⁹ confirmatus est istud, testamentum, etenim vetus terrena, ac temporalia promittebat dicēs, si volueritis, & audieritis bona terræ comedetis, & obserua quæ præcipio tibi, vt sis longeius super terrā, ceteraq; his similia promittens temporalia, atq; terrena, nouū vero qd per Christū datū est, promittit ac tribuit cœlestia & æterna, vitamq; perfectā per gratiam baptismatis, & fidē Dominicæ passionis, remissionem, videlicet omnium peccatorum, & qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, & quia erunt electi, sicut Angeli Dei in cœlo, & insuper quod maius est, quod dicitur in Euāgelio Ioannis, *quotquot, inquit, receperunt eū dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ecce quo melioris testamenti mediator & dator est Christus, & quomodo melioribus promissionib⁹ confirmatum est. In hoc quoq; melius sacerdotiū sortitus est, quia illud fuit temporale, istud æternū. Illud non poterat hominē iustificare, nec regnū cœlorum suis auditribus reserare, istud vero & perfectè iustificat hominem, statimq; ei regnum cœlorū aperit, mediator autē testamenti appellatur Dominus, quia sicut Moyses medius fuit inter Deum & populum, verba Dei Patris ad populum referens, iterumq; populi ad Deum, ita & Christus verba Dei Patris nobis retulit, iterumq; nostra refert ad illum, transiensq; Apostolus à sacerdote & sacrificio tunc demum & testamenti differentiam facit, dicens. *Nam si illud prius, subaudi testamentū, culpa vacasset, non itaq; secundū, testamenti, locus inquireretur,* hoc est, si illud testamentū legis peccata potest offerre, vt obseruatores sui inculpabiles essent, non secundi testamenti locus relinquetur, sed quia illud non fuit perfectū, illo sublatō inuētus est locus aptus secundi testamenti, sicut *vituperans eos.* i. non approbans dignos laude, dicit per Prophetā, ecce dies venient, dicit Dominus & consummabo super domū Israel, & super domū Iuda testamentū nouū non secundū testamentum, qd feci cum Patribus eorū in die qua apprehendi manū eorū ut educerē illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanerunt in testamento meo & ego neglexi eos dicit Dominus Deus, ecce dies noui testamenti, & vltime saeculi ætatis veniet dicit Dñs, & consummabo. i. perficiam super domū Israel, & super domum Iuda testamentū nouū. Quantum ad literā pertinet, per domū Israel decem trib⁹ intelligitur quæ separauerū sē à domo Dauid tēporibus Hieroboā, per domum autē Iuda de tribu Iuda Beniamin cū tribu sacerdotali, quæ adhæserunt domui Dauid, altiori autem intellectu per vtramq; domum debem⁹ intelligere oēs tam ex Iudæis, quā ex gentibus credentes, qui Deum recte confitendo, qd interpretatur Iudas, veri Israelite sunt hoc est Deum mente videntes, quibus Dominus perfecit, atq; cōpleuit testamentū nouum, gratiam sc. Euāgeliū, testamentum autē nouum dicitur ad differentiā veteris, vt vero alti⁹ dicamus, vetus testamentū, vetus ob hoc dicitur, eo quod hominē in vetustate peccati impositum nouum reddere non valebat, at vero nouum testamentum dictum est, eo quod veterē hominem, id est, peccato veteris hominis Adæ.

v.

E.

VI.

F.

VII.

VIII.

IX.

G.

commaculatum nouum efficiat in baptisme per fidem dominicæ passionis, quod non est simile testamento veteri, quod fecit cum Patribus eorum, quia illud terrena promittebat, ac temporalia, & præcipiebat carnalia, istud vero æterna, cœlestia promittit præcipiens spiritualia. Quod vero dicit in die qua apprehendi manum illorum, ut educerem eos de terra Ægypti magnam familiaritatem suam omnipotens Deus ostendit, quam exhibuit illi populo more enim mulierum loquitur sermo diuinus, quæ solet parvulorum manus apprehendere, & plerumque ad se cōducere plerumque etiam huc illucque sustentando illos ne labantur, vt pote firmos gressus adhuc non habentes, sic omnipotens Deus cum ille populus puerilis ac parvulus esset, quia neque gressus bona operationis habebat, neq; fortitudinem, qua se posset exsoluere de iugo opprimentium, tetendit manum suam; magnum videlicet, auxilium pietatis suæ & extraxit eum de fornace ferrea, trahens eum ad cognitionem suam, & amplexus gratissimos, simulq; deducens per deserti vastitatem introduxit in terram omnibus meliorem. Sed quia non permanerunt in testamento eius, id est, non obseruauerunt, quod præcepit in testamento suo, neglexit eos, hoc est dimisit eos ire secundum desideria cordis sui, iuxta quod Psalmista dicit. Notandum autem, quia cum dixisset sermo diuinus, perficiam testamentum nouum non secundum illud quod pepigit cum Patribus eorum, ne forte Iudei possent oblatrando dicere illud testamentum destruendum esse, de quo dixit Deus Abraham, in semine tuo benedicentur omnes gentes, discrete manifestauit, de quo loqueretur, cum subintulit dicens in die qua apprehendi manum illorum, ut educerem eos de terra Ægypti, de lege enim hoc dixit, quam quinquagesima die egressionis illorum de terra Ægypti datum esse constat in monte Synai in qua non permanerunt Patres eorum, sed fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt illum.

- H. Nam illud quod pepigit cum Abraham, in Christo completum est, in quo benedicentur omnes gentes, *quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israël, omnibus scilicet, creditibus, post dies illos dicit Dominus, dando leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum super scribam eas & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit unusquisque fratrem suum, dicens cognosce Dominum, quoniam omnes scient me à maiore usque ad minorem, eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccata eorum non memorabor.* Amplius magna distantia inter legem & legem, inter scripturam, & scripturam, inter doctores legis, doctoresque Euangelij, inter literā & gratiam spiritualis intelligentiæ. Nam litera legis scripta est in tabulis lapideis, gratia autem spiritualis intelligentiæ data est fidelibus per Spiritum sanctum in corde, per quem Spiritum charitas Dei diffusa est in cordibus fidelium, hoc est autem, quod dicit, dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas, specialiter ad Sanctos Apostolos pertinet, qui gratiam novi testamenti non habuerunt scriptam in tabulis lapideis, neque in membranis, sed in mente, & cordibus suis diuinitus habuerunt exaratam, primum quidem ante dominicam passionem, quando sicut Matthæus narrat ascendit in montem, ibique cum eis illum prolixum sermonem habuit, vbi institutio totius perfectæ virtutæ continetur, secundum vero post resurrectionem suam, quando sicut Lucas testatur aperuit eis sensum, ut intellicherent omnia, quæ de eo scripta erant in lege Moysi & Prophetis, & Psalmis de ipso, deinde vero decimo die ascensionis suæ discunt, quicquid mortalibus de Deo sciendum erat. Quomodo possent Euangelistæ tanta miracula & verba cœlestia post eius ascensionem scribere, nisi ea in cordium tabulis diuinitus exornata haberent, præcipue Beatus Ioannes, qui sexagesimo quinto anno post dominicam ascensionem Euangelium scripsit, quomodo posset tantam diuinitatem illius proferre, quæ ipse Dominus eis protulit maxime ea nocte, qua comprehensus est. Nos autem partem in cordibus, plenius autem in membranis scriptum habemus ab illis nobis relictum, ut in his meditando exerceamur, quod autem subiungit non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens cognosce Dominum, non est ad præsens tempus referendum, vbi in vicem docemur. Sed sicut dicit B. Augustinus, dum loqueretur Propheta Hieremias, de primo Domini aduen-

aduentu, subito conuertit oculum mentis ad secundum, post quem nemo docebit proximum suum, ut cognoscat Dominum, quoniam omnes electi positi in eius cōtentione videbunt, & cognoscent illum, sicuti est. Nam in præsenti, sicut diximus docemur inuicem, poste peccatorum illorum non erit memor, quoniam omnes expoliati ab omni fece mortalitatis, & corruptionis corporis, & mutabilitate atque peccato, resurrectionis gloria donati fulgebunt, sicut Angeli Dei in cœlo, *dicendo autem nonum veteravit prius*. Sumens Apostolus fiduciam & auctoritatem ex dictis Propheticis, vbi dicitur consummabo testamentum nouum super domum Israel, ostendit illum iam liquidius esse finiendum, dicendo, inquit, Deus per Prophetam, consummabo testamentum nouum, veteravit prius, hoc est in vetustatem redigit, siue vetustum ostendit illud, quod erat prius. Vnde & subiungit, *quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est*. Quasi dicaret, quia sermo diuinus per hoc, quod dixit testamentum nouum futurum, ostendit vetustum esse, prius datur intelligi, Quasi antiquatur, & vetustum est, prius testamentum, in proximo est, ut intereat, siue que accipiat. Hoc verbum intelligendum est, non de præceptis vitæ, ac morum, in quibus lex manens concordans cum Euangeliō, sed de mandatis sacrificiorum carnalium, in quibus adueniente Christo, quem præfigurabant, siue acceptura, erat lex.

XIII.

## C A P V T . IX.

**E**x his quæ in veteri erant testamento & imperfectione illarum hostiarum, ostendit noui perfectionem, in quo Christus Pontifex & hostia, semel oblata emundat conscientiam à peccatis: quem ad testamenti sui confirmationem mortuus fuit necesse.

**A**buit quidem & prius, iustificationes cultura, & Sanctum secularē. + = Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candela bra, & mensa, & propositio panum; que dicuntur Sancta. + Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habens = thuribulum, & arcam testimenti circumiectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, qua fronduerat, & tabula testamenti, + superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. + His vero ita compositis: in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: + in secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia: + hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum, + qua parabola est temporis instantis: iuxta quam munera, & hostie offeruntur, qua non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo

1.

A.

2.

Exo. 26. 2.

&amp; 26. 22.

3.

4.

5.

Num. 10.

Leu. 16.

3. Reg. 8.

b. 9.

z. Par. 5. b.

10.

5. 6.

6.

B.

7.

Exo. 30.

b. 10.

Leu. 16. 2. 2.

8.

C.

9.

10.

10. modo in cibis, & in potibus, + & variis baptismatibus, &  
 11. institiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. + Christus  
 autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius &  
 perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huic  
 creationis: + neque per sanguinem hircorum aut vitulorum,  
 sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta, aeterna  
 13. D. redemptione inuenta. + Si enim sanguis hircorum & tauro-  
 rum, & cinis vitula aspersus, inquinatos sanctificat ad mun-  
 14. dationem carnis: + quanto magis sanguis Christi, qui per Spi-  
 .Pet. i. d. 19 ritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emun-  
 .Io. i. c. 7. Apo. i. b. 5. dabat conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum  
 15. .Gal. i. b. Deo viuenti? + Et ideo noui Testamenti mediator est; ut  
 morte intercedente, in redemptionem earum preuaricationum,  
 que erant sub priori testamento, reprobationem accipient, qui  
 16. vocati sunt aeterna hereditatis. + Vbi enim testamentum est,  
 mors necesse est intercedat testatoris. + Testamentum enim in  
 17. E. mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit,  
 qui testatus est. + Unde nec primum quidem sine sanguine dedi-  
 18. catum est. + Lecto enim omni mandato legis a Moysi uniuerso  
 populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua  
 & lana coccinea, & hyssopo; ipsum quoque librum, & omnem  
 20. populum aspergit, + dicens, hic sanguis testamenti, quod man-  
 dauit ad vos Deus. + Etiam tabernaculum & omnia vasa mi-  
 nisterij sanguine similiter aspergit. + Et omnia pene in sanguine  
 22. F. secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non sit  
 remissio. + Neque est ergo exemplaria quidem cœlestium his  
 mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis.  
 24. + Non enim in manufacta Sancta Jesus introiuit, exemplaria  
 verorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei  
 25. pronobis: + Neque ut sepe offerat semetipsum, quemadmo-  
 dum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alie-  
 26. no: + alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi:  
 G. nunc autem semel in consummatione saclorum, ad destitutio-  
 nem peccati, per hostiam suam apparuit. + Et quemadmodum  
 27. statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium:  
 28. .Rom. i. b. + sic & Christus feniè oblatus est ad multorum exhaurienda  
 .Pet. i. c. peccata: secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in  
 salutem.

Habui

**H**abuit quidē & prius iustificationes culture, & Sanctū sacerdotalē, prius inquit testamentum habuit iustificationes culturā, quia per diuinum cultum iustificabantur homines à leuioribus peccatis, habuit & Sanctū sacerdotalē, in quo sacerduli homines, id est, gentiles ad Iudaismum transeuntes recipiebat, patebat enim non solum iudeis, sed etiam talibus gentilibus. Sanctū ergo sacerdotalē locum vocat atriorum, vbi gentiles stabant ad orandum post Iudeos.

I.  
A.

Tabernaculum enim factū est primum in quo erant candelabra & mensa. Quæ, subaudi mensa vel præpositio panum dicitur, quæ sancta dicitur, non de illo tabernaculo disputaturus est hic Apostolus, quod Moysē fecit in eremo, vbi tantummodo vnum candelabrum fuit, sed de templo, quod postea Salomon ædificauit in Hierusalem, vbi fuerunt plura alia candelabra, vnde quod dicit primum non est referendum ad tempus, sed potius ad locum: diuidit enim illud templum Salomonis beatus Apostolus in duo tabernacula, & primum quidem tabernaculum appellat illam partem templi, vbi erant candelabra, & mensa supra quam ponebantur duodecim panes calidi, sex hinc & sex inde, & super panes duæ patenæ aureæ, plenæ thure, una hinc & altera inde, erantque ibi sabbato vsq; ad sabbatum, erat etiam ibi altare aureum, vbi offerebatur incensum tymiamatis mane & vespero, cum qua parte templi comprehendit altare holocaustorum, quod erat sub dio ante fores templi Domini, in quod tabernaculum licite ingrediebantur sacerdotes, & reliqui ministri quotidie: secundum autem tabernaculum vult intelligi Sancta sanctorum, illam videlicet partem templi, quæ diuidebatur pariete viginti cubitorum, & velo, quod pendebat ante parietem, vbi intrinsecus erat arca Moysi, continens in se tabulas legis, urnā auream, in qua erat manna, virgam quoque Aaron, quæ fronduerat, ipsa autem arca plano schemate erat facta, ideoque super illum erat tabula aurea, quæ appellabatur propitiatorium, eo quod inde loquetur Dominus Moysi, & sacerdotibus, & super ipsam aream erant duo Cherubim, obumbrabant tabulas propitiatorii, verisque vultibus respiciebant in propitiatorium, in istud secundum tabernaculum, hoc est, in Sancta Sanctorum nemino ingredi audebat, nisi solus Pontifex semel in anno, accepto sanguine in vasculo ingrediebatur intus oratus pro populo, septima decima videlicet die septimi mensis à festiuitate Paschali, quæ dies quidem appellabatur propitiationis, in crastinum autem sequebatur festiuitas tabernaculorum. Spiritualiter autem illud primum tabernaculum, vbi sacerdotes licite ingrediebantur statum præsentis Ecclesiæ significat, vbi sunt plura candelabra, sancti videlicet prædicatores, quæ sibi & aliis lucent verbo exemplis, vel etiam vbi dona sunt Spiritus sancti, quibus fidelium corda illuminantur, qui per fidem in Ecclesia consistunt, est & mensa diuinia, videlicet Scriptura, de qua Psalmista (Psalm. 22. v. 5.) dicit, *Parasti in conspectu meo mensam*, est & propositio panum in mensa, intellectus videlicet sacra Scripturæ, quo cibo reficiuntur animæ fidelium, possumus & panem intelligere corpus & sanguinem Domini, quod in Ecclesia consecratur, post velamentum autem secundum tabernaculum, subaudi est, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcum testamenti circumtextam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna & virga Aaron, quæ fronduerat & tabula testamenti. De his singulis quomodo & qualiter essent ordinata secundum literam paulo superius elucidatum est. Quapropter spiritualia mysteria videamus. Velum, post quod erat tabernaculum, quod appellabatur Sancta sanctorum, causa suæ dignitatis, sicut & Canticum Canticorum significat cœlos, post quod Deus in interiora patriæ cœlestis eleuato velo ingrediebatur Pontifex cum sanguine in Sancta sanctorum oratus pro populo, vt Dominus Pontifex noster cum sanguine passionis suæ eandem passionem peractam reserato cœlo Sancta sanctorum penetrauit, vbi assidue Deum Patrem exorat pro nobis, in Sanctis sanctorum erat thuribulum, quia Christus in secretis patriæ cœlestis constituit, per quem orationes nostras ad Deum Patrem dirigimus. Arca testamenti circumtexta ex omni parte auro, caro est Domini Salvatoris, qui auctor est utriusque testamenti, & qui interius plenus diuinitate, & exterius,

II.

B.

III.  
IV.

C.

- Ioan. 6. v.  
41.** exterius refulgebat virtute miraculorū, verborumq; cœlestium, in auro enim solet claritas sermonis designari, sicut Sapientia dicit, concupisce sapientiam sicut aurū. Vrna aurca habens manna Christus est, in quo manna diuinitatis est, qui dixit, *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit.* Virga Aaron quæ fronduerat, sacerdotii dignitas, quæ semper floret in Christo, siue potentia imperialis est. Duæ tabulæ testamēti in arca, duo sunt testamenta consistentia in Christo. Sequitur: *superque eam erant,* id est, super arcā duo *Cherubin*, tegentia arcā, quæ interpretantur plenitudo scientiæ, duo sunt testamenta, in quibus plenitudo est scientiæ quæ tegunt Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris, quia in diuina scriptura latet, *de quibus, subaudi omnibus quid mysterii in se habeant, non est modo dicendum per singula*, fortassis ideo reticuit, quia multis sermonibus opus habebant, siue quia necdum erant capaces ad omnia capere: *His vero ita compositis*, & ordinatis quæ diximus esse tam in primo tabernaculo, quam in secundo, hoc est, in Sanctis Sanctorū, in priori quidem tabernaculo, hoc est in illa parte templi, ubi altare incensi erat, & ante cuius iam fores erat altare holocaustorum, *semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consumantes*. Non est ita intelligendum, quod in templo supra altare incensi hostias offerrent, aut ibi perficerent sacrificia victimarum, sed potius sacrificiorum officia possumus accipere incensum, quod ad offerendum semper ingrediebantur sacerdotes mane & vespere, siue consummato & perfecto ante templum & in altari holocaustorum semper ingrediebantur in templum cum incenso. Potest & tertio modo intelligi, vt sicut superius diximus cum templo etiam altare holocaustorum comprehendenter, ac per hoc à parte totum voluerit comprehendere, vtrumq; tamen pro vero accipi potest. *In secundo autem semel in anno solus Pontifex non sine sanguine ingrediebatur*, significat interiora patriæ cœlestis, ille vero Pôtifex significat Christum, qui semel ingressus est sancta sanctorum intra velum completa passione sua, ut assit nunc vultui Dei, pro nobis orans, non pro suis sed pro nostris delictis, nisi forte dicatur orare pro suis, propter communionem quam habet cum corpore suo quod est Ecclesia. Vnde dicit in passione: *Deus Deus meus quare me dereliquisti?* longe à salute mea verba delictorum m̄corum; Quæ sunt enim verba delictorum, nisi corporis eius, quod nos sumus, ipse enim peccatum non fecit, nec dolus inuentus in ore eius, *hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse*, Sancta Sanctorum via, **viii.** **E.** id est, hoc significante Spiritu sancto ad Moysen nondum venisse Christum, qui semel cum sanguine passionis suæ ingredieretur coelorum secreta, quasi diceret aliis verbis, ideo solus Pontifex cum sanguine intrabat semel in Sancta Sanctorum, ut discamus quia cœlestis regnum inaccessible erat adhuc mortalibus, quoadusq; veniret Christus qui expleta passione aperiret nobis ianuam patriæ cœlestis reserata velo, id est, cœlo; nondū n. erat manifesta Sanctorum via ingrediendi in patriam cœlestem, siue non manifestata via intelligentiæ, quia ignorabant homines, quid significarent illa mysteria, nec putemus illuc nos non posse ingredi, quo Pontifex non stet prior ingressus est, ipse namque dicit ad Patrem, *Pater volo ut ubi ego sum & isti sint mecum*, & alibi, vt *ubi ego sum illic & minister meus erit*, & quia adhuc templum stabat, quando Apostolus ista loquebatur, & munera legalia quamvis sine caula ibi offerebantur, ideo subiungit dicens: *adhuc priore tabernaculo habete statum, quæ subaudi res, parabola est*, hoc est, figura & similitudo temporis instantis, siue praesentis quod enim agebatur in templo tunc temporis, figura erat & similitudo istius temporis, quæ etiam in Ecclesia comprobatur. Sequitur, *juxta quam*, subauditur parabolam vel similitudinem, *munera & hostiae offeruntur*, adhuc ibi à sacerdotibus, *quæ munera vel hostiae non possunt perfectum facere seruientem iuxta conscientiam*, dicitur, conscientia dicitur cordis scientia, per quam intelligitur mens hominis, illa inquit munera legalia non poterant perfectum reddere seruientem in lege perfectione mentis, quia non valebant mentem iustificare, dum non tollebant grauiora peccata. Neminem enim ad perfectum adduxit lex, sed in quibus ex maxima parte mundatio legis constabat, subsequenter ostendit inquiens: *solummodo in cibis & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis*, subaudi videbatur perfectum facere seruientem

tem atque ad tempus correctionis, id est, immeliorationis & emendationis impo-  
sitis iustitiis carnis. Hæ iustitiae carnales in differentia ciborum & potuum ac vari-  
orum baptismatum siue lauationum usque ad tempus dominici aduentus imposi-  
ta fuerūt sicut & reliqua, quæ in figura agebantur, Domino autem adueniente cor-  
rectæ sunt, hoc est emendatae ac in melius mutatae. Nam per munda animalia quæ  
lex percepit ut edantur, significantur munda opera, per immunda vero animalia  
immunda opera intelliguntur à quibus abstinentium est, per potus vero mundos  
doctrinam Ecclesiasticorum virorum per immundos vero doctrinam hæreticorū,  
nihilominus debemus accipere, de baptismatibus vero Iudæorum plenius in Euan-  
gelio Marci legitur, vbi vituperabant Pharisæi Dominum & discipulos eius non  
lotis manibus manducare, omnes enim lauationes eorum nomine baptismi desi-  
gnat. Aliquando autem manus solummodo lauant, aliquando pedes, aliquando to-  
tam corpus, quando aut aliquid immundum contingunt, aut etiam si ad mortuum  
accedunt, sed frustra manus totumq; corpus, dum non contemnunt fonte Salua-  
toris ablui. Nam cum Propheta dicit, *Iauamini, mundi estote. Et: mundamini qui fertis*  
*vasa Domini*, illi solummodo carnaliter intelligebant cū potius de lauatione baptis-  
matis Christi, & munditia operum dictum sit. *Ista omnia imposita erant usque ad*  
*tempus correctionis, hoc est, usque ad tempus dominici aduentus, postea vero im-*  
*mutati sunt à Christo in melius, quia dum carnaliter obseruabatur munditia cor-*  
*poris adimplebantur, dum vero spiritualiter, cœperunt obseruari, munditiam ani-*  
*mæ pariter cœperunt operari.*

Isai. i. v. 16.  
Isai. 6. v. 12.

Fratres Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius  
tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis. Pontifex Iudæorum qui se-  
mel in anno cum sanguine introibat intra velum in Sancta sanctorum oratus  
pro populo, Christum significabat, sicut iam multis in locis declaratum est,  
qui cum sanguine passionis suæ reserato cœlo ingressus est secreta patriæ cœlestis,  
vbi nunc assit vultui Dei patris, orans pro nobis. Pontifex autem futurorum bo-  
norum duobus modis appellatur, futura enim bona quæ ipse nobis administravit,  
fuerunt verba cœlestia, passio illius, resurrectio, baptismus, remissio peccatorū, per-  
fectaq; iustificatio, quæ idcirco futura bona appellatur, vel quia mysteriis p̄figurata  
sunt, vel etiā quia prædicta sunt in diuinis oraculis, altiori autē intellectu futura bo-  
na possumus accipere gaudia patriæ cœlestis quæ nobis per Christum ministrata sunt,  
vnde & Pontifex appellatur eo quod pōtem, id est, viā iustitiae, viamque ad patriam  
cœlestem ostendendi nobis exhibuerit, alia translatio habet, Christus adueniens  
Pontifex futurorum bonorum nisi enim aduenisset nequaquam hæc futura bona  
nobis administraret, neq; assisteret vultui Dei patris pro nobis. Notandumq; quia nō  
dixit simpliciter Apostolus illum assistere, sed per tabernaculum, usus etiam cōpa-  
ratiuo gradu, dicens amplius & perfectius, tabernaculum autē pro quo assistit Deo  
Patri humanitas illius est, quo niām nisi homo fieret, nequaquam Deo patri assis-  
tere posset, tabernaculum ergo corporis domini amplius est tabernaculo Moysi, ta-  
bernaculo quoq; Salomonis, quia illa manibus carnalium hominum sunt facta, hoc  
vero intra uterum virginis sine semine viri totius Trinitatis opere effigiatum est siue  
in hac amplius & maius illis tabernaculis quia diuinitatis verbis, quæ tota nō potest  
cōprehēdi in tabernaculo manufacto in illo homine plenissime requiescit perfecti⁹  
siue sanctius in hoc est illis tabernaculis, quia cum neutrum illorum sibi ministrat̄tes  
sanctificare, perfectosq; facere posset istud unum tabernaculum ad se accedentes &  
à peccatis mundare & perfectos facere potest, quod dixit nō manufactum exposuit  
ipse dicens, id est, non huius creationis cuius nos sumus, quia non fuit virili semine  
concreatus iste lapis, quem vidit Daniel abscissum de monte sine manibus, hoc est,  
de populo Iudæorum natum sine semine viri, & coitu masculi. *Neque per sanguinem*  
*hincorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit sancta eterna re-*  
*demptione inuenta. Non cum sanguine legalium animalium, à quo perfecta iustifica-*  
*tio non poterit dari, sed cum sanguine passionis suæ introiuit in patriam cœlestem,*  
*quo sanguine omnes sunt redempti, perfecteque iustificati, non temporali sed æterna*

G.  
xi.

H.

xii.

Q q redem-

- Luc. i. v. 68** redēmptione, de hac redēmptione dicitur per Zachar. patrē Ioannis, *visitauit nos & fecit redēmptionem plebis sūe*, redēmptio autē ad captiuos pertinet, & nos captiuū eramus captiuati à diabolo in primo parente nostro si enim *sanguis hircorū & taurorum & ciniis vituli aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum S. semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti?* si sanguis animalium irrationabilium poterat carnem, & sicut tunc temporis videbatur, sanctificabatur si quis immundus aspersus fuisset illo sanguine, multo magis sanguis Christi poterit mundare animā, & plenissime iustificare. Sed ne quis putaret plenam iustificationē & emundationem prouenire a persone illius fanguinis legalis, subintulit Apostolus carnis emundationem secundum legē per illum dare, quasi diceret, sanctificatur quidem caro & emundatur propter legis præceptum, sed tamen nō expiatur anima, addidit quoq; differentiæ causam per quam demonstrauit illum sanguinem animalium non esse immaculatum, dicens de Christo: *Qui per Spiritum S. obtulit immaculatum Deo. Spiritus S. qui repleuit illum hominem in vtero virginali, custodiuit eum ut absque peccato ab hoc mundo transiret, essetq; immaculatum sacrificium in odorem suavitatis Deo Patri, emundabit conscientiam nostram ab operib⁹ mortuis, opera nostra sunt peccata, quæ animā occidunt, sicut enim anima viuit virtutib⁹ q; opera vitæ appellatur, ita moritur vitiis, & peccatis simulq; trahitur ad mortē æternæ perditionis & benedixit ab operibus mortuis, si quis enim in lege tangebat mortuum, polluebatur, tamen al persone sanguinis postea mundabatur. Similiter qui imitatus tuerit opus mortuæ animæ inquinatur, tamen per fidē dominicæ passionis mundatur. Qui enim tetigerit picem inquinabitur ab ea, hoc est, si per poenitentiam & gratiam baptismatis qui fuerit ablutus ab operibus mortuis si eadem iterum attigerit contaminabitur.* Sequitur: *ad seruendum Deo viuenti, hic aptissime ostendit quia opera mortua habentes non possunt seruire vero & viuo Deo, quia illa mortua sunt & falsa, si enim qui mortuum aut aliquid immundum tangebat, nō oportebat eum intrare in templum, quanto magis qui mortua opera habens non poterit intrare in coelum, & ideo noui testamenti mediator est ut morte intercedente, siue interueniente in redēmptione earundem prævaricationum, quæ erant sub priori testamēto, re promissionem accipiāt, qui vocati sunt æterna hereditatis, ubi enim testamentū, mors necesse est intercedat seu interueniat, testatoris testamentum enim in mortuis confirmatū est alioquin, id est, aliter nondum valet firmum esse testamentum, dum viuit ille, qui testator est leges humanas hic videtur Apostolus tangere, quæ solent testamentum, q; alter alteri facit de hereditate sua firmum facere, quo usque testator ipsius testamenti morte interueniente discesserit, mortuo vero illo testatore, qui testamentum fecit, omnino iam firmum manet, in hunc modum testamentum vitæ æternæ quod à Christo accepimus non aliter nobis firmum manere poterat, nisi ipse morte sua illud roborasset, tantum enim erat peccatum nostrum, ut aliter non potuissimus redimi & saluari nisi vnigenitus Dei filius pro nobis moreretur, & quia ad illud consequendum quod ipse promiserat indigni eramus, ipse nobis morte sua mediator factus est, vt per suam mortem indebitam illā quæ nobis debebatur, auferret, & quia fortassis poterant multi minus perfecti dubitare de præmissionibus Domini, maxime ex eo quod mortuus est, quasi infirmus. B. Apostolus ponit exempla ex communī consuetudine legum humanarum, ostendens quia non viuentibus testatoribus sed morientibus firmatur testamentum, fortitudinemq; accipiunt, quamdiu enim viuit testator potest mutare sententiam suam, & alios atq; alios heredes adducere in hereditatem suam. Quapropter volēs Apostolus firmum esse testamentū, quod Christus nobis dimisit, dicit ideo in quic̄ Christus noui testamenti mediator est, ut morte sua interueniente in redēmptionem illarum prævaricationum quæ non poterat auferri & deleri, in priori testamento: deletæ sunt autem per eius passionem, vt re promissionē æterna hereditatis accipiant illi qui vocati sunt æterna vocatione, nā non loquitur hic de generali vocatione, de qua Dñs ait, *multi vocati sunt, sed pauci electi, sed de illa de qua idem egregius Prædicator ait, loquens de electis, Quos præscivit, hos & præde-**
- Mat. 20. v. 16.** *redēmptionem illarum prævaricationum quæ non poterat auferri & deleri, in priori testamento: deletæ sunt autem per eius passionem, vt re promissionē æterna hereditatis accipiant illi qui vocati sunt æterna vocatione, nā non loquitur hic de generali vocatione, de qua Dñs ait, multi vocati sunt, sed pauci electi, sed de illa de qua idem egregius Prædicator ait, loquens de electis, Quos præscivit, hos & præde-*
- Rom. 8. v. 29. & 10.** *redēmptionem illarum prævaricationum quæ non poterat auferri & deleri, in priori testamento: deletæ sunt autem per eius passionem, vt re promissionē æterna hereditatis accipiant illi qui vocati sunt æterna vocatione, nā non loquitur hic de generali vocatione, de qua Dñs ait, multi vocati sunt, sed pauci electi, sed de illa de qua idem egregius Prædicator ait, loquens de electis, Quos præscivit, hos & præde-*

*Sinuit, &c.* Titulum autem aeternae hereditatis ex parte in praesenti saeculo iam pos-  
fidemus nobis a Domino datum, Euangelium videlicet illius quod obseruatores  
suos aeternaliter cum Deo facit vitiere gratiam spiritus sancti, remissionem pecca-  
torum, cognitionem suam, & pacem quam nobis reliquit pergens ad passionem,  
pacem inquit relinquimus vobis. Istum quod hereditatis titulum quasi arrham in praes-  
fenti habemus, sed perfectius nobis supplebitur, cum erit Deus omnia in omnibus,  
cum tradiderit Christus regnum Deo & Patri cum fuerimus producti ad gaudia  
Patriæ celestis in qua futuri sunt electi sicut Angeli Dei in celo videntes Deum sic-  
uti est, & haec erit perfecta hereditas electorum quam Christus in morte sua confir-  
mavit. *Vnde* hoc est quia *testamentum sine sanguine dedicatum est*, id est confirmatum M.  
& consecratum, *Lecto enim omni mandato, legis a Moysi uniuerso populo accipiens,*  
*sanguinem vitulorum & hircorum cum qua & lana coccinea, & hyssopo ipsum quoq; librū* XVIII.  
*& omnem populū aspergit dicens omnia ista in figura agebantur nam titulus ille qui ple-*  
*rumq; hostias sacerdotis Christum significat qui verus sacerdos existens, vitulū hoc*  
*est semetipsum obtulit Deo Patri in ara crucis, iste est vitulus quā Deus Pater ma-*  
*ndauit pro reuersione filii prodigi, hircus quoq; qui pro peccato offerebatur, eun-*  
*dēm Christum significat, qui pro peccatoribus oblatus est iuxta quod idem Aposto-*  
*lus alias ait *eum qui non nouerat peccatum, Deus Pater pro nobis peccatum fecit** hoc est  
hostiam pro peccato. Quod enim vetus testamentum sanguine respersum est ad  
confirmationem similiter, & populus typice significabatur sanguine amoris Chri-  
sti nouum testamentum confirmandum, aqua autem qua populus aspergebatur, a-  
qua est baptismatis, qua fideles perfunduntur lana coccinea caritatem Christi qua  
pro nobis passus est, de qua alibi dicitur, *sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum suū* 16. Ioan. 3. v.  
*daret, pro mundo. Hyssopus herba humilis est & in petris nascens, per quam humi-*  
*litas designatur, & fortitudo qua interiora nostra purgantur: nam huius herbæ ge-*  
*nere pulmonum vitia purgari solent: potest & per hyssopum penitentia accipi, quæ*  
*fortiter peracta interiora vitia mentis purgat. Hic sanguis testamenti quod mandauit* xx.  
*ad vos Deus, quasi diceret haec est confirmatio huius testamenti quod mandauit ad*  
*vos Deus, iste sanguis præfigurabat illum sanguinem, qui de latere Christi in cruce*  
*manauit, hoc sanguine Christus & nos aspergit & testamentum suum confirmauit,*  
*sicut ipse dixit, *hic est sanguis novi testamenti, &c. etiam tabernaculum & omnia vasā my-** Matt. 26. v.  
*sterii sanguine similiter aspergit tabernaculū. Illi intelligendi sunt de quibus per Pro-*  
*phetam Deus loquitur, inhabitabo in illis & in ambulabo, & de quibus Apostolus*  
1. Cor. 3. v. 17. dicit. Vota vero diuersa fidelis sunt in Ecclesia diuersa officia haben-  
tes. Quidam enim sunt vata prædicationis, sicut Paulus de quo Dominus ad Ana-  
niam ait, *vas electionis mihi est iste.* Quidam vero diuersos gradus ac varia officia ha-  
bent, quæ idem egregius prædicator cōmemorat dicens *alii datur per spiritū sermo* Ag. 9. v. 15. Cor. 3. v. 17.  
*sapientia, alii scientia, alii Prophetia, alii gratia curationum, & alii atque alii diuer-*  
*sa bona habet, quæ singulis illorum dividit spiritus sanctus, pro ut vult, tabernaculū*  
*vero & omnia vasa illius sanguine asperguntur, quia uniuersalis Ecclesia cum om-*  
*nibus sibi ministrantibus sanguine passionis Christi mundatur. Sequitur & omnia*  
*pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio.* XXI.  
Quare dixit pene in sanguine mundare omnia secundum legem? Quoniam in il-  
lis non erat perfecta mundatio, neque perfecta remissio: corpora enim quantum  
ad legem pertinet, mundabantur aspersione siue effusione sanguinis animalium,  
letiaque peccata relaxabantur, sed in hoc quia maiora crimina non tollebat, non  
erat perfecta mundatio, perfecta autem mundatio & remissio sanguine Christi con-  
sistit, qui pro nobis effusus est in remissionem peccatorum, sine eius sanguinis ef-  
fusione nemo redimitur, *necessitatem ergo exemplaria quidem cœlestium his sacrificiis &*  
*aspersiōibus mundari ipsa autem cœlestia melioribus hostiis mundantur, quam istis, sa-*  
*cificia legalia exemplaria id est figuram & similitudinem vocat. Ista autem quæ*  
*modo in Ecclesia in veritate celebrantur, cœlestia appellat, id est spiritualia, quo-*  
*niam spiritualia sunt & spiritualia agenda siue cœlestia, eo quod illos qui in verita-*  
*te ea celebrat, ad cœlestia perducat, exemplaria inquit cœlestium mysteriorum, ac*  
xxiii. O.  
Q q 2 rerum

terumq; in lege agebantur in figuram istorum quæ modo in Ecclesia coïplentur, necesse erat mundari talibus sacrificiis typicis, & aspersoribus figuratiuis, quæ admonebant vera, ipsa autem cœlestia vel spiritualia quæ in veritate modo in Ecclesia celebrantur melioribus hostiis mundantur, quam istis legalibus sanguine videlicet passionis Christi. Nam quia quærebantur vera sacrificia quibus perfecte potuissent homines mundari, nec inueniebantur necesse fuit tam diu manere illa quoq; vera aduenirent.

**xxiv.** *Non enim in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei, pro nobis, non introiit inquit Iesus in manu facta sancta, sub audi quæ sunt exemplaria verorum, manufacta sancta appellat sancta sanctorum, quæ primum manibus Beselehel facta sunt in eremo ac postea similiter manibus operatorum in templo Salomonis, in qua non introiit Iesus sed in ipsum cœlum quod non est manibus hominum factum, sed iussione & voluntate Dei verbi extensem, igitur illa fuerunt exemplaria, & figuræ verorum, quia ista sancta vera sanctorum prefigurabantur, quæ Christus semel intravit, introire autem dicimus Iesum secundum id quod homo est. Nam secundum id quod Deus est ubique est, & omnia implet nec in manufacta hominum introiit sed in ipsum cœlum iussione Dei creatum, nec hanc solam differentiam ostendit, sed etiam Pontificem proximum factorē, ut appareat vultui Dei pro nobis hoc est se ipsum exhibeat praesentia paternæ, nobisq; illum propitium reddat. Recte Ioannes dicit, *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, &c. neq; ut sape offerat semetipsum quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.* Non est Christus ad hoc ingressus in sancta sanctorum ut sape semetipsum offerat, quem admodum Pontifex Iudeorum ingrediebatur in sancta per singulos annos, neq; cum sanguine alieno, sed cum suo, quoniam ipse qui est sacerdos, & sacrificiū semel seipsum obtulit in ara crucis. At vero resurgens iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur, nec est necesse ut amplius moriat quoniam ad salutem omnium credentiū satis sufficit una passio eius. Alioquin hoc est si aliter esset, ut semel passus non prodeisset omnibus, sepius oportebat eum crucifi ab origine mundi, hoc est quot fuerunt electi, & quot futuri sunt pro singulis morti illum oporteret, si eos redimere vellet, sed noluit nisi tātum semel mori quia una morte illius redemptio facta est. *Nunc autem semel in consumatione, hoc est in fine sæculorū in nouissima ætate ad destructionē peccati p̄ hostiā suā apparuit,* hoc est p̄ corpus suūq; fecit hostiā p̄ peccato semel inquit in fine sæculorū ad hoc apparuit, ut p̄ hostiā suā destrueret peccatum, merito tunc apparuit, quando multa erāt peccata, ut ostenderet deutias gratiæ suæ, si n. in principio fieret, fortassis nullus crederet & hoc semel in consumatione peccatorū per p̄ priū sanguinē, nō palienū. *Et quē ad modū statutū est hominibus semel mori post hoc iudiciū, sic & Christus semel oblatus ad mortū exhaurienda peccata secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutē,* sicut hominibus statutum ac decretū est, ut nō possint mori nisi semel, postea autē accipiunt iudicium, hoc est p̄ vt vniquisq; gessit in corpore, seu bonū seu malum, sic & Christ⁹ semel oblat⁹ est à semetipso ad multorū tollēda peccata, nec potest ampli⁹ mori, sed nec indigemus. Notandum aut ad tollenda multorū peccata illum esse oblatum & nō omnium quia nō omnes credituri sunt tale quid & ipse Dñs Apostolus*

**Mart. 14. v.** *Iis hic est sanguis me⁹ &c. Quod autē sequitur, secundo sine peccato apparebit exspectantib⁹ se in salutē, tale est ac si diceret, primum quidē apparuit ille per hostiā suam hoc est corp⁹ mortale, q; fuit hostia p̄ peccato, secundo autē apparebit sine hostia p̄ peccato quia nō erit iā hostia p̄ peccato, sicut pri⁹ fuit, nō enim poterit deinceps mori, sicut .n. vniquisq; nostrum post mortem recipit iuxta opera sua, ita Christus deuicta morte & adepto regno secundo apparebit exspectantib⁹ se in salutem, vt iuste vindicet suos qui iniuste passus est ab alienis, melior est hæc apparitio exspectantibus se in salutem, quam communis visio, de qua dicitur, videbit eum omnis ocul⁹ & qui eum pupugerunt hoc est ergo secundo apparere, sine peccato, iam nō videri in similitudine carnis peccati, sed nec aliorum peccata portatēm in corpore suo super lignum, sicut in corpore suo super lignū sicut in primo aduentu fecit. Nec interuepire amplius pro peccatis, sed vindictam exercere in peccantes.*

Cap.

## C A P V T X.

Propter imperfectionem hostiarum veteris testamenti necessarium tuit nouum introduci, cuius vnica hostia auferrentur vniuersa peccata: cui nisi fide, spe, charitate ac bonis operibus adhæserimus, acerbius puniemur, quam veteris testamenti transgressores laudat interim Hebræos, quod & multa passi sint, & patientibus astiterint.

**M**bram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: + alioquin cessassent offerri: id eo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, culores semel mundati: + sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. + impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum offerri peccata. + Ideo ingrediens mundum dicit: = Hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi: + holocausta pro peccato non tibi placuerunt. + Tunc dixi: Ecce venio: in capite libertatis scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam. + Sapientius dicens: Quia hostias, & oblationes, & holocausta pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur + tunc dixi: Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam: aufer primum ut sequens statuat. + In qua voluntate sanctificasti sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. + Et omnis quidem sacerdos presto est quotidie ministrans, & easdem saepe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata: + hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextra Dei, + de cetero expectans = donec ponantur inimici eius scabellū pedū eius. + Vna enim oblatione, consummavit in sempiternū sanctificatos. + Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit: + Hoc autem testamentū, quod testabor ad illos, post dies illos dicit Dominus. Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: + & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. + Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. + Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, + quā iniitiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est, carnē suam, + & sacerdotem magnum super dominum Dei: + accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, + teneamus spei nostra confessio-

Q q 3 nem

I.  
A.

II.

III.

IV.

Psal. 39. b.  
7. Ibidem.

V.

B.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

C.

XI.

XII.

XIII.  
Psal. 109.  
a. z.  
1. Cor. 15.XIV.  
d. 25.XV.  
1. Cor. 15. f. 32XVI.  
Ier. 31. f. 32  
Sup. 8. c. 8.XVII.  
D.XVIII.  
xix.XX.  
xx.XXI.  
xxii.XXII.  
xxiii.

- E. nem indeclinabilem, (fidelis enim est qui repromisit) + Et consideremus in uicem in prouocationem charitatis, Et bonorum operum:
24. + non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, Et tanto magis quanto videritis appro-
25. + non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, Et tanto magis quanto videritis appro-
26. + non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, Et tanto magis quanto videritis appro-
- <sup>Sup. 6.a.4.</sup> 27. + Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.
28. + terribilis autem quadam expectatio iudicij, Et ignis emulatio,
- <sup>Deut. 17.</sup> 29. + Deut. 17. qua consumptura est aduersarios. + Irritam quis faciens legem Moy-
- b. 6. si, sine uilla miseratione = duobus vel trib. testibus morietur: + quā-
- F. 30. + F. to magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculca-
- <sup>Matt. 18.</sup> 31. + Matt. 18. uerit, Et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctifica-
- b. 16. 32. + Ioa. 8.c. 57. tatus est, Et spiritui gratia contumeliam fecerit? + Scimus enim qui
- z. Cor. 13. 33. + z. Cor. 13. dixit: - Mihi vindicta, Et ego retribuam. Et iterum: Quia iudica-
- a. 1. 34. + a. 1. bit Dominus populum suum. + Horrendum est incidere in manus
35. + Deut. 32. Dei viuentis. + Rememoramini autem pristinos dies, in quibus il-
36. + c. 35. luminati, magnum certamen sustinuitis passionum: + Et in altero
- R. o. 12.d. 37. + R. o. 12.d. quidem, opprobrijs Et tribulationibus spectaculum facti: in altero
38. + Gal. 3. b. 12. autem, socij taliter conuersantiū effecti. + Nam Et vincit compas-
39. + Gal. 3. b. 12. si estis, Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, co-
- gnoscentes vos habere meliorem Et manentem substantiam. + No-
- G. 40. + G. lite itaq; amittere confidentiam vestram, que magnam habet re-
36. + Rom. 1. b. munerationem. + Patientia enim vobis necessaria est: ut vo-
- luntatem Dei facientes reportetis promissionem. + Adhuc e-
37. + Heb. 2.a.3. nim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, Et non
38. + tardabit. + Justus autem meus ex fide viuit: quod si subtra-
39. + Gal. 3. b. 12. xerit se, non placebit anima mea. + Nos autem non sumus sub-  
tractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem ani-  
mae.

I. A. **V**mbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Ordo verborum est habens lex vmbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, nunquam potest accedentes ad se perfectos facere eisdem ipsis hostiis, quas offert indefinenter per singulos annos. Futura bona duobus modis intelligenda sunt videlicet vel sacramenta, quae in veritate in Christo & in Ecclesia completa sunt, quae futura erant, vt euenirent, vel etiam gaudia patris celestis. Vmbram autem vocet figuram & similitudinem, imaginē autem pro veritate ponit. Multifariam autem Sacramēta Christi & Ecclesiaz per figurā ostendebat, donec veniret ipsa veritas Christus, qui interiorem eiusdem figuræ sensum data gratia Spiritus S. Ecclesiaz suaz patefaceret, simulq; moriendo in cruce omnia illa sacramenta reuelauit, nunquam autem potuit accedentes ad se perfecte mundare eisdem ipsis hostiis, quas semper offerebant ipsi sacerdotes per singulos annos easdem ipsis hostias irrationabiles offerebant omnibus annis arietes videlicet, boves,

ues, hircos, turtures, & colubas. Sequitur: *alioquin cessasset offerre, ideo quod nullā haberent ultra conscientiam peccati, cultores illius semel mundati: sed in ipsis commemoratione peccatorum per singulos annos sit.* Alioquin hoc est si ab omnib. essent liberati peccatis, cessasset offerri illae hostiae, eo quod nullam haberent ultra conscientiam, id est, memoriam, & recordationem peccatorum illorum, à quibus cultores illius semel mundati essent. Sed quia hoc non potuit fieri, & nunquam potuerunt maiora & criminalia peccata illis sacrificiis mundari, sit per singulos annos commemoratione peccatorum in ipsis hostiis. Verbi gratia, si obtulisset quis praesenti anno hostia pro peccato, aut adulterii, aut sacrilegii, aut parricidii, neesse erat ut omnibus annis id ageret, quoniam non poterat perfecte expiari ab illo piaculo, proinde accusatio peccatorum fuit, quod fiebat non solutio, accusatio infirmitatis, non virtutis ostensio, in eo enim quod offerebantur, redargutio peccatorum erat in eo, quod offerebantur, redargutio infirmitatis eiusdem sacrificii, propter infirmitatem quia non poterant perfecte mundare, ut & memoria & redargutio peccatorum fieret. *Quid ergo dicendum est? nunquid & sacerdotes nostri quotidie idem non agunt, dum offerunt assidue sacrificium, offerunt quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius, & quia nos quotidie peccamus, & quotidie indigemus mundari, quia ille non potest iam mori, dedit nobis hoc Sacramentum corporis & sanguinis sui, ut sicut passio illius redemptio, & ablutio fuit mundi ita etiam ista ablutio, redemptio, & mundatio fit omnibus in vera fide offerentibus, bonamq; intentionem habentibus, in hoc enim differt ab illo veteri sacrificio saepius repetito istud nostrum, quod similiter repetitur, quia istud est veritas, illud figura, istud perfectum reddit hominem, illud minime. Et istud non causa infirmitatis suæ repetitur, quod non possit perfectam salutem conferre, sed incommemorationem passionis Christi, sicut ipse dixit, *hoc facite, inquiens, in meam commemorationem,* & una est haec hostia, non multæ sicut illæ erant. Quomodo vna est, & non multæ, cum & à multis diuersis in locis diuersisq; temporibus offeratur? Attentissime ergo animaduertendum est, quia Diuinitas verbi Dei, quæ vna est & omnia replet, & tota vbiique est, ipsa facit ut non sint plura sacrificia, sed vnum sacrificium, licet à multis offeratur, & sit vnum corpus Christi cum illo, quod suscepit in utero virginali, non multa corpora, nec dum quid est aliud magnum, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offeremus, sed semper ad ipsum æquam magnitudinem habens, proinde vnum est sacrificium Christi non diuersa, sicut illorum erat. Nam si aliter esset quoniam multis in locis offertur, multi essent Christi. Vnus ergo Christus vbiique est & hic plenus existens & illic plenus, vnum corpus vbiique habens, & sicut qui vbiique offertur, vnum corpus est, nō multa corpora, ita etiam vnum sacrificium: sequitur, *impossibile enim est janguine taurorum & hircorum auferri propter peccata.* Quæ ratio esse poterit, ut rationabilis homo sanguine irrationabilis animalis mundaretur. Quapropter ea si leuiora peccata per illa sacrificia purgabantur, corpusq; mundabatur, quantum ad legem pertinet, tamen impossibile erat criminalia, & grauiora peccata illis sacrificiis mundari: vnde neminem ad perfectum duxit lex. *Ideo ingrediens in mundum dicit, hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustata pro peccato non tibi placuerunt.* Tunc dixi, ecce venio: *in capite libri scriptū esse de me, ut facta Deus voluntatem tuam.* Anterioris hostiæ ostendunt inutiles esse ad integrum perfectamq; mundationem, & formam magis fuisse, nec esse acceptabiles Deo, quoniam ab initio non placuerunt ei. Non est enim putandum quod omnipotens Deus nidore carnium, & concrematione animalium vñquam delectatus fuerit, licet legatur odoratus esse odorem suavitatis, sed fide & desiderio offerentis. Vnde per Hieremiam dicit, *holocaustata vestra non sunt mihi accepta, & vñctima vestra non placuerunt mihi.* Et per Esaiam, *ne offeratis, inquit, ultra sacrificium frustra mihi incensum, abominatione est mihi, qui maciat bouem, quasi qui excerebres carnem.* Sed quæstio hinc quoq; potest oriiri nō modica, quare imperauit ut offerri debuissent, si illi nō placuerunt, nec voluntatis illius fuit: quæ gemina solutione potest solui, consideras omnipotens Deus auimus Iudeorū pronos ad idola colēda, & ritū gentium*

II.  
III.

B.

C:

I. IV.

V.

VI.

VII.

D.

Ier. 6. v. 22.

Esai. I. v. 13

gentium imitandum, imperauit eis multa & grauiora sacrificia offerre; ne otiosi si-  
ne sacrificiis sedentes in cultum Iudæorum alienorum dum vidissent alios offerre,  
incidenter, maluitque sibi offerri à se creata quam Idolis, dæmonisque potentis,  
imposuitque illis in seruitutem non iustificationem, quia non est eius voluntas ta-  
lia offerri, tali modo & egregius prædicator vt pote creaturam creatorem sequens  
suis in dictis peregit dicens, *volo omnes homines esse sicut meipsum*, id est, castos, con-  
tinentesque. Et iterum, *volo, inquit, iuuenes nubere, filios procreare, propter fornicatio-*  
*nem, & adulterium.* Ecce duas voluntates constituit, sed tamen non sunt eius ambae,  
primum dicens, *volo omnes homines esse in continentia, sicut meipsum*, volunta-  
tem suam expressit, secundo vero *volo iuuenes nubere*, indulgentiæ causa taliter  
locutus propter fragilitatem carnis, similiter non erat voluntas omnipotentis Dei

E.

talia sacrificia offerri, sed propter infirmitatem illorum præcepit. Vnde superius di-  
xit, quia non solum non voluit, sed nec desiderauit, potest & ita resolui, vt quia futu-  
rum et verum sacrificium per Christum in Ecclesia, præcepit typica & figurativa  
sacrificia præcedere, & reuera ita necesse erat, vt sicut verbis prænuntiabatur, ita et-  
iam & mysteriis præsignaretur, quatenus à figura citius transiret ad veritatem, sed  
quia illi non placuerunt illa sacrificia, aduenit iterum, de qua Apostolus ait, ideo,  
quia impossibile erat sanguine hircorum auferri peccata, & quia non placebant  
Deo talia sacrificia, ingrediens mundum non dubium, qui in Christo dicit, ingressio autem ista nihil est aliud nisi remissio eius, apparitio videlicet humanitatis, quā-  
do enim qui vbique præsens erat, sed tamen inuisibilis, factus postea homo visibilis,  
mundo apparuit, quodammodo ubi erat illuc ingressus, est, & quid dicit Deo Patri? ho-  
stiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti, siue perfecisti mihi, vt illud tibi  
offeram sacrificium acceptum, holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt,  
tunc dixi, ecce venio per incarnationis mysterium, vt meo sacrificio redimam ge-  
nus humanum, holocaustum dicebatur sacrificium, quod totum crematur in alta-  
ri, quali totum incensum, nam holo dicitur totum, caustum vero incensum, sicut  
holouitreum totum vitreum, sed si holocaustomata pro peccatis ei non placebat,  
quæri potest quomodo mundabantur, ad quod respondendum est, quia fide & pœ-  
nitentia digna mundabantur, sicut mundatus est David à peccato adulterii, atque  
homicidii. Perfecta autem mundatio in Christi aduentu data est, *in capite libri scri-  
ptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam*, de huius libri capite diuerse à docto-  
ribus disputatur. Quidam enim intelligunt hic initium Genesis, ubi scriptum est,  
*in principio, id est, in filio fecerit Deus cœlum & terram.* Quidam primum Psalmū  
quem quidam referunt ad Christum, quidam ad quemlibet electum, in quo dici-  
tur, *in lege Domini voluntas eius*, sed quia in his nihil de morte Christi præfiguratur,

F.

de qua Apostolus sermonem per totum hunc locum habet, melius videtur intelli-  
gi de initio libri Leuitici dictum, qui liber cum totus de sacrificiis & hostiis conti-  
neatur, primum sacrificium de vitulo, præcepit offerri dicens, *si quis ex vobis hostias*  
*offert Domino de pecoribus, masculum immaculatum offerat*, hoc est, vitulum de bubis,  
siue armento. Vitulus iste de bubis astumptus atque in sacrificium oblatus Christus  
est de genere Patriarcharum ortus, ac pro salute generis humani immolatus. Sicut  
ergo Christus ad Patrem, quia sacrificia irrationalium animalium tibi non placet,  
eo quod perfecte hominem mundare non possunt, ecce venio in mundum per in-  
carnationis mysterium, *in capite etenim libri Leuitici scriptum est de me, ut faciam*  
*voluntatem tuam, id est, moriar pro salute generis humani, voluntas enim Dei Pa-*  
*tris fuit, vt filius sua passione genus humanum redimeret, vnde ipse filius appropin-*  
*quans passioni dicit: sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mādatum de-*  
*dit mihi Pater, sic facio, surgite eamus ad passionē, superius dices, quia hostias & oblationes,*  
*& holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundū legē offeruntur, tunc*  
*dixi, ecce venio, ut faciam voluntatem tuam, auferet primum, subaudi testamentum, dū*  
*eius oblationes respuit, ut sequens testamentum statuat, id est, stare & permanere fa-*  
*ciat, in qua voluntate Dei patris quam filius adimpleuit, sanctificati sumus in baptis-  
mate per oblationem corporis Iesu Christi, in semel, quod dicit in semel, tale est, ac si di-*  
*ceret,*

VIII.

IX.

X.

ceret, sanctificati sumus in baptisme p passione, q Christus celebrauit semel & omnis quidē sacerdos legis praeſto eſt altari quotidie, ministras, & eas deſape offerēs hostias que numq possūt auferre peccata sua audi criminalia, atq; capitalia. His aut̄ haud dubiū, quia Christ⁹ vnā p peccato offerēs hostiā, in ſempiternū ſedet ad dexterā Dei, de cetero exspectas, donec ponātur inimici ei⁹ ſcabellū pedū ei⁹, ministrare ſiue offerre, signū eſt ministracionis, p q intelligitur humilitas Christi, at vero ſedere signū eſt iudicatis, & dominatis, & vt ei minifretur, p q oſtēditur exaltatio, & gloria filii Dei, q humilis qui dē apparuit, nunc aut̄ exaltatus ſup omnē creaturā, habitat in plenitudine paternæ maiestatis, exspectas & cōſideras tēp de reliquo quando iudicet orbē terræ, & cuius rei cauſa fiat iſta dilatio, exponit dicens. Vt ponātur inimici ei⁹ ſcabellū pedū ei⁹, inimici ei⁹ ſunt iudæi hæretici, & falsi Christiani, omnesq; infideles qui ſubiiciēdi ſunt potestati illi⁹, hic & necessaria ſubiectio potest intelligi qptineat ad re pbos in nequita pmanentes, & volūtaria quæ ptineat ad electos, q deferētes viā neq; ſpōte ſubdūt ſe Christo p fidē illi, ſacerdotes Iudæorū multas quotidie offerēdo hostias nō potuerunt auferre peccata, Christ⁹ aut̄ ſemel ſemetipſum offerēs abſtulit peccata mudi, & ſedet nunc in gloria Dei Patris, vna. n. oblatione cōſumauit in ſempiternū ſanctificatoſ, i. ſemel ſe offerēs pfectos fecit ſanctificatoſ in ſempiternū. Confeſtatur aut̄ & nos Spir. S. Poſtq n. dixit. Hoc aut̄ teſtamētū, q teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Domin⁹, dādo leges meas in cordib⁹ eorū, & in mētibus eorū ſup ſcribā eas & peccatorū & iniqtatū eorū nō recordabor amplius. Cōtestatur, inquit, nos & Sp. S. id eſt teſtimonio ſuo verba noſtra cōfirmat, nō ſolū p psalmistā, ſed etiā p Prophetā quia illæ hostiæ iā non ſunt offerēdae, in ſequētib⁹ verbis defect⁹ eſt ſentētia ſatis neceſſari⁹. Quapropter dicitur ita: poſtq uā. n. dicit omnipotens Deus p Prophetā Hieremiā, hoc aut̄ eſt teſtamētū q teſtabor ad illos poſt dies dicit Dñs, dando leges meas in cordib⁹ eorum, & in mentib⁹ eorū, ſup ſcribā eas ſub audi ſtatim ſubintulit & peccatorum eorū nō memorabor ampli⁹, oſtēdens iam nō fore deinceps neceſſarias hostias figuratiuas, q etiā Apostle manifestauit, dum ſubdit, ubi aut̄ horū peccatorum remiſſio, iā non eſt neceſſaria oblatio p peccato. Nā poſtq hoc teſtamētū adimpletū eſt, q De⁹ p Prophetā pmittebat, ſtatim illę hoſtie finē acceperūt, q a veniētē veritate umbra diſcefſit, notādū ergo q a ibi recordatio peccatorū vera eſt, q in baptisme p fidē domini cæ passionis dimittūtūr, iā nō eſt neceſſaria oblatio, legis p peccato habētes, itaq; fratreſ fiduciā in introitu ſanctorū, in ſanguine Christi, q initiauit nobis fidē nouā, & viā per velamē, i. carnē ſuā, & ſacerdotē magnū ſup domū Dei. Haec tenus oſtēdit Pōtifices & hoſtiarū, tabernaculi quoq; & teſtamēti, atq; re pmissionis diſtatiā multāq; differentiā, nūc imitādo hortatur accedēs ad ea, q p Christū in nobis veritatē aduenerūt, dās au托ritatē de magno Pontifice: propterea ait plus habemus fiduciā p ſanguinē Christi mūdarī, q illi qui carnaliter hoſtias offerebāt, q a hoſtia noſtra vera eſt & rationabilis, in tantū. n. maiorē fiduciā habem⁹, in ingrediū celorū p ſanguinē Christi, in qua tū magis coheredes pfecti ſum⁹. Null⁹ aut̄ ad dona Sp. S. puenire voluit, niſi p fidē, ſiue fiduciā, i p viā nouā, & viuētē, q initiauit nobis Christus. i. initium vtēdi dedit, viā vero nouā dicit fidem nouā, q per Christum data eſt ſiue exemplum humanitatis, per quod ipſe perrexit humiliants ſemetipſum vſq; ad mortem, poſſumus & nouam viam accipere adiutum patriæ cœleſtis nobis p Christum reſeratum qui idcirco noua via appellatur, quoniam nulli ante a gressibilis fuit, dicendo autem nouam conatur oſtendere cuncta maiora nos habere, ſiquidem nunc aperta eſt nobis via fidei per quam plenissimam iuſtificationem accipimus, & apertæ ſunt nobis Portæ cœli, quod nemini ante a concedebatur, viuentem quoq; eam appellauit, hoc eſt, ſemper manentem, ſeu ſemp patentem, quoniam & fides recta aternaliter manebit, & porta celi ſemp patebit, initiauit autē hāc viā nobis Christ⁹ i. dedicauit, & cōſimauit ſeu initium vtēdi dedit p velamen, i. p carnem ſuā, quæ primo ſecauit illam viam ascendendi ad patriam cœleſtem, & ipsa primo initiu nobis dedit vtēdi. Caro aut̄ dominica non incōgrue nomine velaminis designatur q a ſicut velū celabat arcā & ea q vltra illud erant ita intra illa diuinitas verbi Dei latebat, & ſicut p velamen perueniebatur ad interiora, ita per humanitatem peruenit ad diuinitatis cognitionē facerdos autem magnus ſuper domum Dei Christus intelligitur, qui eſt à Deo Pa-

xi.

xii.

G.

xiii.

xiv.

xv.

xvi.

xvii.

H.

xviii.

xix.

xx.

xxi.

I.

- P. s. v. 6.** tre constitutus super Ecclesiam, iuxta quod ipse dicit, *ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, sequitur accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.* Ex superioribus ista pendent, ubi dicit Apostolus, habentes itaque fratres fiduciam ingressu eorum sanctorum per sanguinem Christi, accedamus ad eum cum vero corde, quid esset in vero corde accedere ad Christum, ex posuit subiungens in plenitudine fidei, ut credamus resurrectionem generalem futuram, quasi diceret iam quia fiduciam habemus ingredi in patriam cœlestem, nō debemus hæsitare, quod quorundam sit resurrectio, quorundam vero non, sed vera fide debemus credere omnes homines resurrectos quosdam ad gloriam, quosdam autem ad poenam. Nam si quis de hac hæsit, non habet veram plenamq; fidem potest & aliter intelligi, plena fides est, quæ excipitur corde, confitetur ore operib; bonis exornatur, hac fide accedendum est ad Deum, quicumque volunt introitū Patriæ cœlestis referare, necesse est etiam, ut sint aspersi corde à conscientia mala, id est mundati per corda siue munda corda habentes à peccatis, & voluntate mala, simulque ostendit quia non fide sola, sed etiam vita cum virtutibus queritur, quoniam fides sine operibus mortua est, Iudæi corpora mundabant, non conscientiam & abluti, inquit, per corpus siue ablutum corpus habentes aqua munda, hoc est aqua baptismi, idcirco autem dicit corpus aqua baptismi abluendum, quia dum corpus abluitur aqua, Spiritui sancto sacrificatur anima, teneamus spei nostræ confessio neri indeclinabilem fidelis enim est, quia re promisit, confessionem spei indeclinabiliter tenemus, si non desperamus de Patria cœlesti, & de omnibus quæ nobis promisit Dominus, vel si firmiter ea obseruamus, quæ professi sumus in baptismate, sicut enim fidelis & verus temunerat est Christus in promissionibus suis, ita fideles vult nos esse in promissis nostris, quo viuimus tempore baptismatis, diabolo videlicet contradicere, Christoque seruire, *consideremus inuicem prouocationem caritatis, & bonditatem operum,* hoc est consideremus diligenter inter nos, & quæcunq; visiderimus maiorem caritatem habere, operibusque melioribus intentum prouocemur, illius exemplo quaenam cum summo opere imitemur ut in eum intendamus vt diligamus, & diligamus ex dilectione quippe bona opera procedunt, quapropter magnum est dilectio. Nihilque est bonum quod non per caritatem fiat quia plenitudo legis caritas nō deserentes collectionē nostrā, i. congregationē fidelium, *sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes sub audi vos inuicē, in hoc n. loco nō solum adfionuit, sed etiā culpauit, & terruit unitatē caritatis scindētes, erat n. multi, q; cōturbabat cōgregationē fidelium quasi nō posset inter illos habitare causa suæ sanctitatis & deserēbat collectiones corū, habitantes soli, vt Deo liberi videretur vacare, vt talis typo supbiæ disticti despicebāt reliquos & dirumpebāt caritatē, quos Apostolus vtrūq; & admonet & terret, hortās nō deserere societatē fidelium, vt vbi duo, vel tres eōgregati sunt, in nomine saluatoris, ipse est in medio eorū, quāto magis vbi plures fuerint, maior erit gratia ei<sup>9</sup> in illis sequtur & tāto magis sub audi sectamini caritatē, vosq; inuicē cōsolamini, quāto videritis app̄pinquare diē iudicii, in quo singulorum merita examinabuntur, sed etiā extrellum diē vitæ nostræ dicit n. alio loco. *Nō habilitatisti sitis, Dominus n. ppe est, voluntarie n. peccatis nobis post acceptā notitiā veritatis, id est, post notitiā veræ fidei gratiæq; baptismatis, iam nō relinquitur p̄ peccatis hostia spōte peccantib; nobis, & de libertate postquam accepimus agnitionē veræ fidei, & postquam mundati sumus in baptismate, nō reseruatur ultra nobis hostia p̄ peccato, quæ nobis offeratur, sicut in veteri lege donatum est hostias s̄pī offerre, p̄ peccato, neq; Christ<sup>9</sup>, qui est hostia nostra, iterum immolād<sup>9</sup> est p̄ peccatis nostris, hoc n semel factum est, & secundo op<sup>9</sup> nō est, sed magis op<sup>9</sup> post acceptam gratiā permanere in fide recta, & mundatio bonorum opum mundat<sup>9</sup> est in baptismate liber & à criminalib. omniibusq; peccatis, fact<sup>9</sup> es fili<sup>9</sup> Dei, si ad primum vomitū reuers<sup>9</sup> fueris grauissimū te expēctat iudicium, sicut sequētia manifestat, nisi p̄ dignā poenitentiā re nouat<sup>9</sup> fuēris, his autē verbis nō poenitentiā excludit neq; pp̄nitiationē quæ fit p̄ peccatiā neq; tēpellit & delicit p̄ desp̄petationē delinquētē, sed secundū excludit lauacrum baptismi. Nō. n. ita est iniunctio salutis nostræ ut dicere nō est ultra penitentia, neq;**

peccatorum remissio, sed hostia, inquit, ultra non est, hoc est, crux ultra non est secunda, ut iterum Christus crucifigatur, iterumque nos baptizemur. Nam sicut Christus semel mortuus est & iam non moritur, ita nos semel baptizati instar mortis eius & sepulturæ, sicut Apostolus alias dicit, consepulti cum illo per baptismum in morte iam non possumus rebaptizari. *Terribilis autem quadam est expectatio iudicij, & ignis emulatio, qua consumptura est aduersarios, emulatio autem aliquando pro imitatione ponitur, aliquando pro inuidetia, hic autem pro consumptione, & vindicta ponitur, & accipitur, terret ergo Apostolus oes ut metuant post baptismi lauacrum ad vitia relabi, quia non possunt rebaptizari, terret etiam, ut si peccauerint, poenitentiam studeant agere dignam, quoniā quicunque poenitentiæ medicamentum neglexerit, vindicta & consummatio ignis æterni deuorabit eum.* Quapropter unusquisque ad poenitentiæ dum tempus est, medicamentum configiat, ne igni tradatur æterno. *Irritam quis faciens legem Moysi sine villa miseratione duobus vel tribus testibus subaudi conuictus, moritur, quanto magis putatis deteriora mereri, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testameti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratia contumeliam fecerit,* Lex Moysi dicitur vel quia per Moysen populo data est, vel quia Moysi data est a Domino, sicut & nos soliti sumus dicere in oratione dominica ad Deum, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non que nos te antea fuerit, sed cum ab illo datur, nos te efficitur, inducit autem terrorem Christianis, sumens comparationem à lege Moysi, quod si quis transgressus fuisset, irritam eam & inanem faciens, duobus vel tribus testibus conuictus est, sine villa miseratione & venia a iudicibus diiudicatur, confessim occidebatur, dicit ergo si ille inquiens qui legem, quae per seruum data est, transgressus fuerat, sine villa miseratione occidebatur, quanto magis maiora supplicia sustinebit, qui filium Dei conculcaverit?* Vtique quanto maior est Moysus, & gratia Evangelii per filium data, quod lex per seruum administrata, tanta maiora & deteriora merebitur supplicia, qui Christum conculcaverit, sed quoniam possumus illum conculcare, qui in dextera Dei patris sedet, eleuatus super oes caelos, dum enim peccata illius pro nihilo ducimus, dedita est ea implere, tunc vtique eum conculcamus, sicut enim ea quod conculcamus pro nihilo ducimus, & nullius honoris, sic & qui libere peccatum absque timore, & absque poenitentia Christum conculcant siue contemnunt atque despiciunt eum quem iudicem futurum minime formidant. Vel certe Christum cõculcat quicunque corpus illius indigne perciperit, siue ut tertio modo dicamus, Christum conculcat, qui male viuedo de tabernaculo cordis sui eum expellit, qui dixit inhababo in illis, & in ambulabo, sanguinem quoque testamentum pollutum ducit, siue in Graeco habetur commune siue immunandum, qui sanguinem passionis Christi pro nihilo dicit, quo testamentum nouum confirmatum est, & quo etiam ipse sanctificatus est tempore baptismatis alio nihilominimo modo sanguinem testamenti pollutum ducere, est ministerium sanguinis Christi indigne percipere, nullamque differentiam inter illum ac reliquos potus facere, cum illo sanctificatus sit tempore baptismatis, & possit etiam quotidie sanctificari, si digne perciperent eum, de talibus dicit Apostolus qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit non diiudicans corpus & sanguinem Domini a reliquis cibis & potibus, spiritui quoque gratiae, id est, Spiritui sancti contumeliam facit, qui de tabernaculo cordis sui male viuendo illum eiicit vel qui non credit, quod per illum in Ecclesia sit remissio peccatorum, vel certe qui blasphematur illius opera eius denegando, & diabolo tribuedo. Vnde Dominus dicit: *Qui blasphemauerit in Spiritu sancto non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.* Qui idcirco spiritus gratiae vocatur, vel quod per illum gratis nobis dimittuntur peccata, vel certe quod illo distribuente dividuntur gratiae donorum spiritualium fidelium, quare Apostolus commemorat dicens, *& ali quidem per spiritum datur sermo sapientiae, &c.* usque dum concludit dicens, *hac omnia operatur unus auctor, idem spiritus, dividens singulis prout vult.* Scimus enim qui dixit, *mihi vindictam, & ego reddam,* loquitur omnipotens Deus per Prophetam, *mihi iniuriam & contumeliam facienti vindictam reddam, & retribuam eis iuxta quod merentur.* Et iterum: *quia iudicauit Dominus populum suum,* de inimicis hoc dictum est ego retribuam eis qui male faciunt, non de his, qui male patiuntur, de his videlicet qui negligenter viuunt, & per poenitentiam se pur-

N.

xxviii.

xxix.

Matt. 6. v.  
11.

O.

1. Cor. 11.  
v. 29.

xxx.

P.

se purgare nolunt, sed cum malefacent, secure ad mensam Dominicam accedunt, populum autem quem Dominus iudicare dicitur, dupliciter possumus intelligere, & ad electū ſicil. populum referre, & ad reprobū, iudicabit enim Dominus populū ſuum, hoc eſt, separabit plebem ſuam, & diſcernet bonos à malis, fideles ab infidelibus, quod ſi ad reprobos relatum fuerit, iudicare pro damnare accipiendo eſt, poſulus autem appellatur non per gratiam, ſed per procreationem, *horrendum eſt*

**xxxii.** *incidere in manus Dei viuentis*, incidunt in manus Domini, qui iudicium hominis contremiscet, iudicium Dei pauci pendens, incidunt quoque in manus, id eſt, in potestatem, & iudicium omnipotentis Dei, quisquis poſt peccatum contemnit pœnitentiam agere. Quicunque ergo peccator eſt, ſi non pœnituerit de peccatis ſuis, incidet in horrendum, & valde extimendum iudicium omnipotentis Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

**xxii.** *Rememoramini autem priſinos dies, quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiftis paſſionum*, optimi medicorum cum vulnus ſeauerint, & per incisionem augmentum doloris fecerint, ſolatium & remedium illi loco adhibent, vbi dolor eſt, & perturbatam refouent animam, poſtquam autem recreauerint illum, alterā iam non adiiciunt ſectionem, quin etiam illa quæ facta ſunt medicaminibus mitioribus, & valentibus amplitudinem mitigare dolorem confouent, ſic & Apostleſtlo in loco more illorum egit, poſtquam enim concuſſit animas eorum, & conpunnerit mentiones gehennæ, affirmanſt omnimodis perituros, qui gratiæ iniuriam faciunt, aliquo modo & hoc ex lege Moysi, aliisq; testimoniiſt edocens ac dicens: Me-

**Q.** tuendum eſſe incidere in manus Dei viuentis, protinus ne multo timore in desperationem ruerent, conſolatur eos per laudum blandimenta, & hortationes reducēt eis ad memotiam præterita illorum bona opera, rememoramini, inquit, dies priſinos in quibus illuminati per fidem, & confortati per gratiam diuinā, magnum certamen ſuſtinuiftis, ac ſi diceret Quando introducti eſtis in fidem, quando in initio fidei eratis tantam fortitudinem demonſtratiſt, ut magnum certamen paſſionum ſuſtineretis pro Christi nomine à contribulibus vestrīs, Iudæi enim credentes quidam expoliati ſunt à non credentibus, quidam vero non: illi vero qui non fuerant expoliati, ſubministrabant aliis de facultatibus ſuis. Quapropter cum appropinquarent infideles, multa mala intulere vtrisque, vnde non dicit Apostleſt ſimpliciter certamen ſuſtinuiffe eos, ſed addidit magnum, nec dixit tentationes ſed paſſiones & in altero quidem factō vel opere opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facientis in altero autem ſocij taliter conuersantium effecti, ex parte, inquit, opprobriis, id eſt, contumeliis & irriſionibus seu tribulationibus ſpectaculum facti eſtis, hoc eſt, publice & in conſpectu multorum irriſi, ex parte autem altera effecti eſtis ſocii in paſſione, taliter conuersantium Apostleſt videlicet & eorum, qui ſunt expoliati propriis facultatibus, & verberibus afflitti, atque in carcerem truſi, duobus modis ostendit eos bene laboraſſe, ſcilicet vel quia & publice contumeliis & tribulationibus ſunt diuersis afflitti, quod genus humanum grauius ſuſtinet in conſpectu plurimorum aliquid in honestum, aut verbis aut factis pati, ſeu etiam qui poſitis in carceribus compatiebantur, victumque & vſtimentum prout poterant ministrabāt.

**R.** Matt. 10. v. 41. *vnde facti erant eorum ſocii, quoniam mercedem & retributionem, quam percipiet prædicator veritatis pro Christi nomine poſitus in carcere, aliisque tormentis afflitus, eandem receprurus eſt ille, qui ei ſubſidium præbet, ne deficiat in tribulationibus, ſicut ipla veritas promittit dicens, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ recipiet.* Notandumque quia non dixit ſimpliciter tribulationibus afflitos, ſed etiam augmentum fecit dicens, ſpectaculum facti eſtis. Cum enim qui ſecure exprobatur, contristatur quidem ſed multo amplius publice & in conſpectu multorum, genus enim humanum ſicut valde delectatur laude publica, ita ſcilicet captiuetur opprobriis, ſiue aperte illatis quod illi eam exhibuerint, quæ numerantur apertius iam ostendit, dum ſequitur: Nam & viuetis compati eſtis, & rapi-nam bonorum vestrorum cum gaudio ſuſcepitiſt, mirabiliter laudat eos in fide, quoniam ſi fidem non haberent, meliora ſe recepturos pro hac ſuſtantia subtracta, non cum

**xxxiv.** *gau-*

gaudio suscepissent rapinam eius, quamdiu enim permissum est eis, compassi sunt  
aliis expoliatis, atque in carcere positis expoliati vero cum gaudio suscepunt ra-  
pinam & damnant credentes se meliora recepturos vnde & subdit *cognoscentes vos  
babere meliorem & manentem substantiam*, quasi diceret videntes diuitias spirituales  
vobis pro ipsis temporalibus futuras sustinuistis cum gaudio rapinam bonorum tē-  
poralium. Hoc autem totum fuit Apostolicum opus, & dignum fortibus animab<sup>o</sup>,  
ut flagellis gauderet, sicut in actibus dicitur, *euntes autem à conspectu concilii, ibunt  
gaudentes, quoniam digni habitis sunt pro nomine Iesu consumelias pati*, & ut demonstra-  
ret istam temporalem substantiam non esse permansuram semper, ideo dixit illos  
meliorem habere substantiam & manentem pro ut diceret formam, & substantialē S.  
AA. 5. v. 41.  
atq; perpetuam, quæ perire non possit, sicut ista terrena perit. *Nolite itaq; amittere cō-  
fidentiam vestram, quam magnam habet remunerationem*, id est nolite deficere in tri-  
bulationibus, quia magna est remuneratio, appareat autem quia in magna confidē-  
tia erant ad Deum, quam ne amitterent, instantissime eos, hortatur, facilius enim  
integra conseruantur, quam amissa recuperantur, quapropter quod terretur, & for-  
midinem habet, necesse est ut fortitudinem habeat. Nihil inquit vobis necessariū  
est, nisi ut stetis firmiter in fide vestra, & permaneatis in fortitudine vestra, quæ ma-  
gnam habet remunerationem apud Deum, *patientia enim vobis necessaria est, ut vo-  
luntatem Dei facientes reportetis promissionem* xxxvi. ò quanta magnitudo hortationis & cō-  
solutionis, veluti si quis athletæ & certatori hoc diceret qui cunctos superasset,  
nullumq; reliquum haberet qui sibi decertare posset, verbi gratia dum diceret ille iā  
quia omnes superauit, nullusq; est qui mecum decertet, da mihi coronam, poterat  
illi quilibet dicere, sustine parum perusq; dum veniat arbiter, dum etiam Rex qui ti-  
bi brabiū referat, p victoria. *Quod si ille athleta impatiēter ferret, nō tollerans sitim*  
atq; astuationes, aut date quod meror, aut recedam diceret illi patienter sustine  
hanc morulam, in proximo est, ut veniat Imperator, qui tibi reddet præmium, isto  
modo & Apostolus hortatur eos ne deficerent in laboribus, sed patienter expecta-  
rent Domini aduentum, patientia inquit vobis necessaria est, hoc est vno opus ha-  
betis, videlicet ut perseueretis in agone, donec recipiatis coronam condignam la-  
bori vestro, non enim qui cepit coronabitur, sed qui perseuerauerit in certamine  
vsq; in finem, hic saluus erit, *in patientia inquit Dominus possidebis animas vestras, re* Luc. 21. v.  
portetis dixit promissio nes, id est, accipiatis gloriā sempiternæ beatitudinis, *adhuc 19.*  
*enim modicum aliquantulum qui venturus est venies & non tardabis*, haud dubiū quin xxxvii.  
Christum significet consolatur eos tamquam parum sit temporis vsq; dum veniat,  
non modica enim consolatio est laboris cito sperare iudicem, & remuneratorem,  
conscientiam certaminis, remuneraturum. *Iustus autē meus ex fide viuit, quod si sub-  
traxerit, sē non placebit anima mee*, hoc propheticum testimonium intulit Apostolus xxxviii.  
ad exhortationem fidei in acquisitionem animæ, sicut vita corporis anima ita vi-  
ta animæ fides est, quæ videlicet concipitur corde, confitetur ore, exornantur ope-  
re, quoniam *fides sine operibus mortua est*, à qua fide si quis se substraxerit non placebit T.  
voluntati Dei, non enim putandum quod Deus Pater, aut sp̄ritus sanctus, aut Jacob. 2. v.  
26.  
filius etiam in natura diuinitatis habet animam, sed more humano loquens scriptu-  
ra diuina nobis consulendo, voluntatem illius animæ vocabulo exprimit. Conside-  
randum autem quia sicut displicebit qui hæsitauerit ita placebit Deo qui credide-  
rit viuens in fide sua recta, laborasti, inquit, in certamine expectantes beatam spē  
nolite hic querere quæ speratis, quia virtus ex fide viuit. *Nos autem non sumus sub-  
tractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem anima*. Non sumus, inquit, ego xxxix.  
& vos filii illorum paganorum, atque gentilium qui se subtrahunt à vita fide & luce  
sempiterna ad perditionem animarum suarum, sed sumus filii Patriarcha-  
rum qui deprobati sunt & in fide perfecti fuerunt ut acquirerent  
suas animas ad salutem & insuper aliorum,  
suo exemplo.

## C A P V T X I.

Fidem magnifice commendat ex actis patrum, à mundi exordio usque ad David ac Prophetas: & in vniuersum quanta patrarint ac passi sint per fidem: nec tamen plenam adhuc acceperunt retributionem.

1. St autem fides sperandarum substantiarum, argu-  
**A.** mentum non apparentium. + In hac enim testimonio-  
 2. nium consecuti sunt senes. + Fide intelligimus apta-  
Gen. 1. 2;  
Genet. 4. ta esse scula verbo Dei; ut ex inuisibilibus visibilia  
2. 4.  
Mat. 23.  
d. 24. fierent. + Fidei plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit  
Gen. 5. c.  
24. Deo, = per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimo-  
Eccl. 44. c.  
16. nium perhibente muneribus eius Deo; + per illam defunctus ad-  
 3. huc loquitur. + Fide Henoch translatus est ne videret mortem,  
 4. + non inueniebatur, quia transtulit illum Deus: ante transla-  
 5. tionem enim testimonium habuit placuisse Deo. + Sine fide au-  
 6. tem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accendentem  
 7. ad Deum quia est, + inquirentibus sermone remuneratur. + Fide  
 8. Noe, responso arcepto de iis, qua adhunc non videbantur, metues  
 9. aptauit arcam in salutem domus sua, per quam damnauit mun-  
Gen. 15. a.  
 10. dum: + iustitia, qua per fidem est, haeres est institutus. + Fide  
 11. quis vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem acceptu-  
 12. rus erat in hereditatem: + exiit, nesciens quo iret. + Fide de-  
 13. moratus est in Terra reprobationis, tamquam in aliena, in ca-  
 14. sulis habitando, cum Isaac, + Jacob coheredibus reprobationis  
 15. eiusdem. + Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem:  
 16. cuius artifex + conditor Deus. + Fide + ipsa Sara sterili  
 17. virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam preter tempus  
 18. etatis: quoniam fidelem credidit esse eum, qui reprobiserat: +  
 19. Propter quod + ab uno orti sunt (+ hoc emortuo) tanquam  
 20. sidera cœli in multitudinem, + sicut arena, que est ad oram  
 21. maris, innumerabilis. + Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti,  
 22. non acceptis reprobationibus, sed a longe eas aspicientes, + sa-  
 23. lutantes, + confitentes quia peregrini + hospites sunt super ter-  
 24. ram. + Qui enim hac dicunt, significant se patriam inquirere.  
 25. + Et siquidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant u-  
 26. tique tempus reuertendi: + nunc autem meliorem appetunt, id  
Gen. 22.  
a. r.  
Eccl. 44. d.  
22. est cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum:  
 27. parauit enim illis ciuitatem. + Fide obtulit Abraham Isaac,  
 28. cum

cum tentaretur,  $\mathfrak{E}$  unigenitum offerebat, qui susceperebat re promis-  
 siones;  $\dagger$  ad quem dictum est: = Quia in Isaac vocabitur tibi semen:  
 $\dagger$  arbitrans quia  $\mathfrak{E}$  à mortuis suscitare potes est Deus: unde cum  $\mathfrak{E}$   
 in parabolam accepit.  $\dagger$  = Fide  $\mathfrak{E}$  de futuris benedixit Isaac, Jacob  
 $\mathfrak{E}$  Esau.  $\dagger$  = Fide Jacob, moriens singulos filiorum Joseph benedi-  
 xit: =  $\mathfrak{E}$  adorauit fastigium virga eius.  $\dagger$  Fide Joseph, moriens,  
 de profectione filiorum Israel memoratus est,  $\mathfrak{E}$  de obibus suis mā-  
 dauit.  $\dagger$  = Fide Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus à pa-  
 rentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, =  $\mathfrak{E}$  non ti-  
 muerunt regis edictum.  $\dagger$  = Fide Moyses grandis factus negavit se  
 esse filium filia Pharaonis,  $\dagger$  magis eligens affligi cum populo Dei,  
 quam temporalis peccati habere iucunditatem,  $\dagger$  maiores dinitias  
 estimans thesauro  $\mathfrak{E}$  gyptiorum, im properium Christi: aspicebat  
 enim in remunerationem.  $\dagger$  Fide reliquit  $\mathfrak{E}$  gyptum, non veritus  
 animositatem regis: inuisibilem enim tamquam videntis sustinuit.  
 $\dagger$  = Fide celebrauit Pascha,  $\mathfrak{E}$  sanguinis effusionem: ne qui va-  
 stabat primitua, tangeret eos.  $\dagger$  = Fide transferunt Mare rubrum  
 tamquam per aridam terram: quod experti  $\mathfrak{E}$  gyptij, deuora-  
 ti sunt.  $\dagger$  = Fide muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem.  
 $\dagger$  Fide Rahab meretrix non perii cum incredulis, = excipiens ex-  
 ploratores cum pace.  $\dagger$  Et quid adhuc dicam? Deficiet enim  
 me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephre, Da-  
 uid, Samuel,  $\mathfrak{E}$  Prophetis:  $\dagger$  qui per fidem vicerunt regna, ope-  
 rati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, obturauerunt ora  
 leonum,  $\dagger$  extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii,  
 conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra ver-  
 terunt exterorum:  $\dagger$  acceperunt mulieres de resurrectione mor-  
 tuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redem-  
 ptionem, ut meliorem enuenirent resurrectionem.  $\dagger$  Alii vero  
 ludibria  $\mathfrak{E}$  verba experti, insuper  $\mathfrak{E}$  vincula  $\mathfrak{E}$  carceres:  $\dagger$  la-  
 pidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui  
 sunt: circuierunt in melotis, in petibus caprinis, egentes, an-  
 gustati, afflitti:  $\dagger$  quibus dignus non erat mundus: in solitu-  
 dinibus errantes, in montibus,  $\mathfrak{E}$  speluncis,  $\mathfrak{E}$  in cavernis terra.  
 $\dagger$  Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt re promis-  
 sionem,  $\dagger$  Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine  
 nobis consummarentur.

- A. *Et autem fides sperandarum substantia rerum argumentum, videlicet rerum, non est apparentium fides est ea credere quæ non videntur, & dum ea credimus in veritate aut fuisse aut esse, aut futura esse quæ non videmus ipsa fides facit ea subsistere in corde nostro, quasi oculis corporeis, in rebus autem quæ videntur neque credulitas dici potest neque incredulitas, sed potius agnitus dicenda est. At vero fides est ita animum firmum esse de his quæ non videntur, sicut de his quæ iam videtur, & dum hoc sit fides facit eam subsistere in nobis credendo. Verbi gratia ut ex multis saltem paucis vitam exemplis, resurrectio generalis nec dum facta est, & cù nec dum sit in substantia spes facit eam subsistere in anima nostra, quasi præ oculis illam habeamus hoc est quod dixit substantiam esse fidem illarum rerum, quæ sperantur nec dumq; videntur, & si argumentum est eadem fides rerum quæ nec dum apparent, quid est quod eam iam nolunt videre arguere, dicebant antiqui ostendere à quo venit argumentum quasi ostensio & præmonstratio futurarum rerum, & illarum quæ non videntur, est autem proprie argumentum ratio, quæ rei dubiæ fidem facit, profecto ergo liquet, quia fides illarum rerum argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ enim apparent iam non fidem habent, sicut superius diximus, sed agnitionem, dum ergo vidit Thomas dum palpauit cur ei dicitur quia vidisti me credidisti, sed aliud vidit aliud credidit à mortali enim homine diuinitas videri non potuit, hominem quippe vidit & Deum confessus est, dicens Dominus meus est & Deus meus, videndo ergo credidit, quia considerando verū hominē Deū, quem videre non poterat, exclamauit, in hac enim fide testimonium iustitia & consecutio sunt senes, senes hic debemus intelligere Patres veteris testamenti, Patriarchas &*
- B. *Prophetas aliosque iustos, qui in fide crediderunt, Deumque eius promissionibus testimonium laudis atque iustitiae promeruerunt. Vnde Abraham quia credidit Deo reputatum est ei ad iustitiam & amicus Dei appellatus est, hæc autem fides ita est accipienda, ut credatur in corde confiteatur ore, exornetur operibus, ille enim vere credit, qui exercet operando quod credit, quo contra de his qui fidem nomine tenus retinent. Paulus dicit, confitentur /e nos/ Deum, factis autem negant fide intellegimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent, quidam enim hebræorum debiles adhuc erant & à fide quidem initium sumpferant, ex passionibus tribulationum pusillanimes efficiebantur, minusq; patientur mala sibi irrogata ferabant, hortatus est Apostolus primo ex se ipsis dicens, rememoramini pristinos dies, deinde scriptura diuina dicente quia iustus ex fide viuit deinde vero ex rationibus ostendens fidem esse substantiam rerum non apparentium, nunc autem ex primo genitoribus incipit loqui mirabiliter eos ponens in exemplum, quia sicut illi omnes per fidem saluati sunt ita & omnes per fidem saluamur. Cum enim inuenit anima in eisdem passionibus socium, requieuit, ac respirat hac in fide, hac & in tribulatione qualicumque solet accidere, valde enim est fragile genus humanum, nimiumq; hæsitans in cogitatione, quapropter necessaria est consolatio ex præcedenti fide, & potentia. Apostolus ergo ex Patribus quidam eos hortatur, sed primo ex communione initio dicens, manifestum est, inquit, quia non extantibus quæ sunt, Deus efficit, sed ex inuisibilibus visibilia non existentibus existentia ratiocinando ergo hoc inuenire non possumus quomodo fecerit ex nihilo omnia, vel ex inuisibilibus visibilia, quia non eramus quando facta sunt. Vnde ergo certum habetur utiq; manifestum est, quod fidei res est ista credere, fide quippe credim' aptata, id est, perfecta seu facta sæcula, quia non ex visibilibus, sed inuisibilibus facta sunt, quæ videntur, inuisibilia autem hic possumus intelligere informem materiam, de qua dicitur in exordio Genesis, in principio inquit fecit Deus cœlum & terram, in cœli aut nomine non det intelligendum istud cœlum corporale quod appellatur firmamentum, sed Angelica natura, cœliq; spiritualis, per terram vero intelligitur informis materia, de qua post modum facta sunt omnia corporalia quæ tunc quodammodo inuisibilia erant, quando tenebræ erant super faciem abissi ex inuisibili autem materia facta sunt visibilia, quando per species & formas diuisa & discreta sunt omnia, potest alio modo intelligi quod dicit ex inuisibilibus visibilia sunt inuisibiliter mundus atque*
- Gen. I. v. 1.*

tequam formaretur, in Dei sapientia erat, qui tamen per expletionem operis visibilis factus est humanis obtutibus, quod autem dicit secula perfecta esse verbo Dei per secula debemus intelligere omnia quæ facta sunt in tempore, siue seculo verbo Dei Patris, iuxta quod Ioannes dicit, *omnia per ipsum facta sunt*. Secula vero ut Ouidius Naso dicit dicuntur à sequendo eo quod sequantur, atque revoluuntur teste Varrone, secula autem ex eo dici possunt, ex quo varietas cepit esse temporis. *Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit per quam testimonium consecutus est, esse iustus testimonium perhibente munericibus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.* Primum ponit eum qui mala passus est, & hoc à fratre proprium illorum ponens exemplum, etenim eadem passi fuerant illi à contribulibus suis. Quapropter horretatur eos ut sicut ille iniuste occisus est à fratre, & non recusauit persecutionem, ita ut illi non recusarent si iniuste paterentur à contribulibus fratribusque suis, plurimam quippe, id est, maiorem hostiam Abel obtulit Deo, quam Cain, non quod illa hostia in rebus carnalibus, maior extisset, sed quicquid melius habuit Abel per fidem Deo benevolo animo protulit & exinde & sua multiplicata fuerunt & intellegimus ipsum per hoc placuisse Deo, fide namque hoc fecit, quia credidit hæc quæ bona voluntate offerebat, Deo placere, seque remunerandum ab eo, testimonium quoque Deo perhibente munericibus eius, siue quod ignis descendit de cœlo, ut in Theodotio legitur, qui inflammauit super Abel, & super munera eius, seu per illam sententiam, qua à Deo in Euangeliō laudatus est, comprobatus est esse iustus sic enim dicit Dominus in Euangeliō, *Amen dico vobis, requiretur omnis sanguis iustorum, qui effusus est super terram, à sanguine Abeli iusti usque ad sanguinem Zacharie filii Barochie*, per illam etiam hostiam ad hoc loquitur iam defunctus, ut dicitur sanguis Abel clamat ad me de terra, siue adhuc loquitur, hoc est interemit quidem eū corpore, sed eius gloriam non potuit interimere, cum eo dum enim gloria illius in toto mundo prædicatur dum eius laus in ore hominum versatur, dum eum omnes admirantur quotidie, adhuc licet defunctus loquitur, qui enim alios suo exemplo admonet, ut iusti sint, quomodo non loquitur, *fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia translatus illum Deus, Enoch per fidem, placuit Deo quæ fuit bonis operib⁹ exornata, credens per se omnino per illā placere Deo.* Quapropter translatus in paradisum terrenum, vnde quondam Adam electus fuerat, videlicet ne experiretur mortem temporalem, donec tempus à Deo constitutum percurrat, quo habitu vero vel quo statu consistat modo in paradyso, non est nostrum inquirere, hoc tamen credendum est, quia sine aliqua molestia ita nisi homo primus peccasset, completo omnī numero electorum, à paradyso terreno, transferretur ad paradysum cœlestē, ut autem transferretur causa fuerit, per quod placuerat Deo, sed ut placeret Deo causa fuit eius fides, nisi enim crederet quod redditurus esset ei Deus mercedem, quipmodo placeret ei? *ante translationem enim Genes. v. testimonium habuit placuisse Deo, dicente scriptura, quia ambulauit Enoch cum Deo obtemperans voluntati ei⁹ sine fide enim impossibile est placere Deo, credebat enim Enoch quia si quis crediderit esse Deum, & ad eum accesserit, retributionem haberet, quia ergo fides fundamentum est omnium virtutum, ideo sine fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit quicumque ad Deum accedit credēdo, credere oportet illum, quia Deus est, hoc est semper habet esse iuxta quod ipse dixit ad Moysem *Ego sum qui sum & qui est misit me ad vos*, credere etiam debet quia in creditibus scilicet per bona opera, psal. 104. raiuxta quod psalmista dicit querite Dominum & confirmamini, æternus ut verus remunerator sit, *Noe responso accepto de his, que ad hunc nō videbatur, hoc est, de imbris metuens aptavit arcam in salutem domus sua per quam sub audi fidem damnantis mundum comparatione scilicet melioris fidei, & facti, & iustitia quæ per fidem est, bares est institutus*. Fide creditit Deo quod inducturus esset aquas super terram, dicente sibi illo, *finis venit unius eternis coram me, & induc aquas super eos fac tibi Arcā de lignis levigatis, & cetera quæ sequuntur, ideoque saluatus est eum omni domo sua, hoc est familia sua, perfectum autem operis aut rationis experimento nihil in cau-**

Rr 3 sapcr.

- sa perfecit, nubebant inquit alii, vt Dominus ait in Euangelio, & aer serenus erat, signa quoque nulla apparebat diluuij, verumtamen ille timuit, atque per fidem de his quæ adhuc non videbantur, metuens construxit Arcam in salutem familie suæ, per quam fidem damnauit mundum comparatione fidei suæ, quam mundus habere noluit, ostendit enim eos dignos hoc supplicio, qui neque per centum annorum spatiū illius Arcæ constructione corrigi noluerunt: per fidem quoque non per legem hæres iustitiae est institutus, dum ipse solus fidem patrum tenuit, & ab illo ceteri discedebant, hæres autem regni celorum vel hæres mundi dicitur, quia de suo semine fuit reparatio mundi, & ex hoc apparuit iustus, quia credidit Deo. *Fide, qui vocatur Abraham, obediunt in locum exire quem accepturus erat in hereditatem, & exiit nesciens quo iret,* quasi diceret & ipse Abraham placuit Deo per fidem, statim enim ei vt dixit Dominus, exi de terra tua, & vade in terram, quam monstrauero tibi, daboque illam tibi, & semini tuo, credit Deo & exiuit in locum in quem præceperat ei nesciens, quo abiret, ignotus enim ei erat locus, & habitatio illius terræ, & in quārum ambulauit, per fidem ambulauit, siue nesciens quo iret quoniam quem imitaretur non habebat, *fide demoratus est in terra re promissionis, tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus re promissionis eiusdem, casula diminutuum est à casa, id est domo, hic autem pro tentoriis tabulisque positum est, in quibus Abraham cum Isaac & Iacob habitauit more viatorum & peregrinatorum docens eos fidem Dei vt pote coheredibus promissionis suæ, etenim promissio quæ facta est ad Abraham, facta ad Isaac & Iacob, omnesque simul coheredes sunt in promissionibus Abrahæ, Abrahæ namque dictum est, in te benedicentur omnes gentes terre, & in Isaac vocabitur tibi semen: ad Isaac autem compleas inquit Deus iuramentum quod disponit Abrahæ Patri tuo, multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, daboque posteris tuis vniuersas regiones has, ad Iacob quoque dixit ego Deus omnipotens crescere, & multiplicare gentes faciam ex te, daboque tibi terram quam dedi Abraham & Isaac, ecce quic modo omnes coheredes sunt in promissionibus Abrahæ. Notandum autem quia fides Abrahæ duplicatur pro magnitudine fidei, vnde & caput fidei dicitur. Nam sicut fide exiuit de terra sua, nesciens quo iret, sic fide mansit, & demonstratus est in terra sua, quasi in aliena, vidit filium ibi peregrinum habitantem, vidit nepotem, vidit seipsum in aliena terra peregrinantem, & nihil turbabatur. Quamquā enim ad ipsum dictum esset, quam tibi dabo & semini tuo, non per semen tibi, sed tibi & semini tuo, tamen neque ipse neque Isaac neque Iacob potiti sunt hac promissione, sed successio illorum, & quia quando obediuit exiens de terra sua, nō vocabatur Abraham, sed Abram, ideoque considerate dixit Apostolus fide qui vocatur nunc Abraham, tunc autem vocabatur Abram, moratus est in terra re promissionis, quasi in aliena, primum quidem vocatus est Ram deinde Abram, deinde vero Abraham. *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus ciuitas superna fundamenta habere dicitur propter stabilitatem firmitatemq; sui in qua qui semel locum inuenierit, numquam poterit exhæreditari, neque euelli, ideo, inquit, illi fide morati sunt in terra re promissionis, quasi in aliena, quia re promissiones in terra factæ sunt, non attendebant, sed futuram quietem quærebant, ostenderunt enim seipso maioribus esse dignos, idcirco non permisit eos accipere ista, quia maiora dare volebat. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit etiam preter tempus etatis, quoniam fidem credidit eum esse, qui re promiserat.* Quæstio hic oritur, quare dicat fide accepisse Sara virtutem concipiendi, cum ab Angelo reprehensa sit cum riserit caula infidelitatis. Risus enim ille etiamsi gaudij fuit plenæ fidei non fuit, risus autē Abrahæ & gaudii & plenæ fidei fuit, quæ ita solvit quæ et si primum dubitauit, post modum tamen verbis Angeli solidata est in fide, & euacuata dubitationis causa introducta est fides, virtutem in concepcionem seminis accepit, quia iam mortificata erat ætate & sterilis. Duplex enim erat præclusio una temporis, senuerat quippe iam alia vero ex natura sterilis enim erat, sed ad suscipiendum & retinendum semen accepit virtutem, mulieres namque ex duabus*
- præ-

principue rebus steriles esse solent, siue quia in vulua virtutem caloris non habent, qua excoquunt semen, quod & in senectute euenit, cum deficiunt muliebria, siue quando vulua concluditur etiam in iuuentute, vt non perueniat semen ad loca conceptionis, contradidit Deus virtutem, hoc est contra sterilitatem & senectutem, ad locum etenim conceptionis satis peruenit semen, & postquam peruenit, dedit partus soliditatem mulieri, factumque est, vt fidei soliditate uterius in solidia confortarentur, & omnia possibilia fierent credenti. Prout dicitur, *quod & ab uno or-  
zi sunt, (& hoc emortuo tamquam sidera cœli in multitudinem, & scut arenam, qua est  
ad oram maris innumerabilis,* propter hoc inquit, qui autem quæ veram fidem ha-  
buit, Abraham videlicet & Sara, ab uno corpore Abrahæ & Saræ orti sunt innume-  
rables populi, his verbis voluit ostendere, quia non solum genuit Sara verum et-  
iam & plures quam aliqua fæcundarum mulierum. Num autem corpus dicit ha-  
bere illos duos, propter hoc quod in Genesi dicitur, *quia erunt duo in carne una,* Ger. 2. v.  
addidit quoque ad huc & hæc inquiens corpore emortuo nati sunt non vita mor-  
tua, sed semine. Senex enim homo semen quidem tantum fundere potest, sed  
tamen soliditate semen caret, vt filios procreare possit, nisi forte de adolescentia  
vt alii ferunt, sicut sidera inquit cœli, vel arena maris hyperbolicos dictum est per  
sidera autem cœli boni intelligendi sunt ex utroque populo filii Abrahæ per fidem  
at vero p arena maris reprobi accipiuntur, ex Iudaico populo filii Abrahæ p car-  
nem qui terrena semper quærentes pondere peccatorum grauantur. Et si homi-  
nibus stellæ cœli siue arena maris, vel etiam illi, qui designati sunt per hoc innume-  
rables sunt, Deo autem cui nomina patent, innumerabiles existunt, *juxta fidem,*  
id est cum fide defuneti sunt omnes isti, non acceptis recompensationibus, sed à longe eas aspi-  
cientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram, qui enim  
hac dicunt, sub audi quia peregrini & hospites sunt, super terram significant se patriæ  
inquirere & si quidem ipsius sub audi terræ meminissent, de qua exierunt adhuc vt vel-  
lent, reuerti habebant, utique tempus reuertendi. Hunc autem dum volunt reuert-  
ti ad eam, de qua exierunt, sed morantur in aliena quasi peregrini *meliorem appe-  
tunt, id est, cœlestem.* Duo quædam hic dignum est quærere, cum enim supra di-  
xisset translatum esse Enoch & non inueniebatur ne videret mortem hic dicit  
quia secundum fidem mortui sunt omnes illi, & cum dixisset, non accepisse eos  
recompensationem, sed à longe aspexisse. Superius dixit de Abel, quia testimonium  
consequutus est, quod esset iustus, & de Enoch, qui translatus est. De Noe quoque  
saluatus est de condemnatione mundi, de Abrahæ etiam Isaac, & Jacob, nulli du-  
bium, quia promissiones plurimas tam de Christo, quam de terra recompensationis ac-  
ciperent quæ duo huiusmodi solutione egent, quod primum dixit, omnes isti mor-  
tui sunt cum fide, ita est intelligendum, quod omnes illi mortui sunt præter solum  
Enoch, quem nouimus esse translatum. Quod vero subintulit nō accepisse eos re-  
compensiones, manifestum est, quia in quibusdam rebus acceperūt, in quibusdā mi-  
nimē, neq; plenitudinem accepit, si quidem Enoch ne videret mortē, accepit Noe  
vt saluaretur, acceperunt & alii plurimi, sed hæc quædam erant illis libamina, quæ-  
dam erant & primæ degustationes futurorum non plenitudo promissionum.  
Deus enim non solum quæ futura sunt, nobis lagitur, sed etiam quæ huius vitæ sunt  
necessaria, præstat, sicut discipulis suis dicebat. *Primum querite regnum Dei,* & Mat. 6. v. 33  
*iustitiam eius.* & *hac omnia temporalia in quantum vobis expediunt adiicientur  
vobis,* in hoc enim quia in præsenti sæculo ex parte laudem iustitiae promerue-  
runt, nec cum impiis perierunt, locupletesque fuerunt bonis temporalibus, licet  
peregrini essent, utpote legitur de Abraham, quod erat diues in argento, & auro,  
aliquas degustationes promissionū perceperūt. In hoc vero, q; plenam promissionem  
patriæ cœlestis nō sunt cōsecuti, quasi nō perceperūt promissiones, de lôge tamē aspi-  
ciebāt promissiones, quæ veniens Christus predicauit dices. Quoniā si q; dimiserit do-  
mū, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē propter me, centuplū accipiet & vitam a-  
ternam possidebit, istam promissionem non sunt consecuti illi ante Domini aduen-  
tum, licet omnia sua reliquissent, sicut & Apostoli siue etiam promissiones de-  
Domini

xii.

K.

xiii.

xiv.

xv.

xvi.

xvii.

L.

Matt. 19. v.  
29.

Luc. 10. v.  
24.

Domini aduentia non sunt consecuti, quoniam licet ei promissus esset tamen non viderunt eum præsentem in mundo, salutabant quoque easdem promissiones, id est, opeabant & desiderabant sicut Dominus ait in Evangelio *Muli Reges & Prophetæ voluerunt videre qua vos videris, & non viderunt, & audire qua auditis & non audierunt*, ex metaphora nauigantium dixit, salutantes, qui à longe prospicientes desideratas ciuitates, antequam ingrediantur, eas salutationes præueniunt, easque sibi militares efficiunt, atque ibant autem in fide istas promissiones, salutabant desiderio & confitebantur sermone, quod peregrini essent. Iuxta puod psalmista dicit,

Psal. 38. v.  
13.

*Quoniam peregrinus sum apud te, sicut omnes Patres mei, peregrinus à peregre, id est, longe proficisciendo dictus est, peragrade enim perambulare dicimus. Nam qui in tabernaculis habitabant, qui sepulcra pecuniis emebant certum est quoniam peregrini erant in tantum, ut etiam ubi suos sepelirent non habebant, quapropter prima virtus est, peregrinum esse mundi huius, & hospitem, nihilque commune habere cum Regibus huius saeculi, sed remoueti ab eis, sicut peregrinus. Ideo non confunditur, id est, non erubescit Deus vocari Deus illorum paravit enim illis ciuitatem, ideo inquit, quia illi Deo crediderunt nihilque de tertenis sibi præsumperunt ad hoc & in illis spem suam ponerent, idcirco non erubescit omnipotens Deus vocari Deus illorum sic enim ipse dicit. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, per fidem videlicet, virtusque meritum, sicut enim glorificatur quando benignorum & optimorum hominum Deus vocatur, & colentium virtutem, sic è contrario confunditur, & erubescit in actis nefandorum, si inuocatur ab illis, vnde per Prophetam dicit, per vos nomen meum blasphematur inter gentes, illi autem ita erant claris virtutibus, ita confidentia pleni, ut non confunderentur, sed potius glorificarentur cum illorum vocaretur Deus, Deus autem generaliter Deus cœli & Deus terræ, si quidem & Deus gentium, & non solum gentium, sed etiam totius mundi, eo quod ipse condidit omnia, sanctorum vero illorum non sic dicitur Deus solummodo per creationem, sed sicut amicus dicitur & nunc Dominus Deus Christianorum paravit, inquit, illis ciuitatem Hierusalem scilicet cœlestem, ideoque non dedit illis in præsenti saeculo hereditatem, vel etiam ideo non erubescit vocari Deus illorum, & secum prædestinavit illos regnare in cœlesti ciuitate, fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum offerebat, qui suscepit repromotiones ad quem dictum est quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & mortuos suscitare potens est Deus. Quid est quod beatus Jacobus in Epistola sua mentionem Abraham facit? laudat eum summopere ex operibus suis, beatus vero Apostolus non opera illius sed fidem attentissime commendat recte ergo beatus Jacobus ex operibus eius laudat, quem sciebat etiam fide perfectum, quoniam in illis scribebat qui fidem quidem videbantur habere, sed eandem fidem bonis operibus exornabant, at vere beatus Paulus qui illis scribebat qui opera bona legis videbantur habere, sed fidem perfectam non habebant, iure fidem Abraham attentius commemorat, quatenus studerent eum imitari, vel certe ut ostenderent filii Abraham, volunt esse necesse est, ut fidem & opera habeant, merito unus ex fide alter nihilominus laudauit eum ex operibus, fide inquit, obtulit Abraham Isaac cum tentaretur licet non habet filii liberū nisi illū, & in illo perceperit promotiones, q̄ multarum ḡtium esset futurus, tamē non fuit ideo inobediens Deo, & quamquā cōtraria iterum audiret, dicente sibi Deo, offer Isaac filium tuū mihi, à quo iam audierat, quia in Isaac vocabitur tibi semen, non hæsitauit de promotionibus credens quod à mortuis posset illum suscitare Deus, & ex eo multitudinem populorum multiplicare. Quapropter ideo filium mox offerre voluit, quia à Deo hunc continuo resuscitandum esse credebat. Sed ne posset quisquam dicere, qui habebat alterum filium, ex quo sperabat repromotionem implendam, propterea confidens obtulit istum. Dicit Apostolus etiam unigenitum offerat ipse Abraham, qui repromotiones de illo perceperat. Quare ergo tetrauit illum Deus, numquid non ignorabat fortē esse illū virū in fide, & probabile sciebat utique, tentauit autē eum non ipse cognosceret, sed vt aliis demonstraret, & manifestā eius fortitudinē faceret sicut ipse ostēdit dices. Nāc cognoni quod*

N.

quod timeas Dominum, id est, aliis cognoscere feci quod timeas Dominū. *Vnde & in parabolam eum accepit*, parabola Græco vocabulo latine dicitur similitudo siue figura accepit eum in parabola de morte à Deo qui dicit ei ne extendas manum tuam super puerum quia ariete occiso iste saluatus est occisus est Isaac quantum ad voluntatem pertinet Patris deinde redonauit illum Deus Patriarchę in parabola, id est, in figura & similitudine passionis Christi in similitudinem enim erant omnia quæ agebantur, tunc in Abraham quæ pro nobis verus Abraham Deus videlicet Pater creator omnium gentium in filios Dei agere disposuerat Abraham si quidem figuram Dei Patris gestabat Isaac vero figuram Christi Abraham portabat, ut scriptura dicit ignem & gladium quia Deus Pater gladium passionis portauit quod ammodo quando eum occidi permittit vnde dicit filius in Psalmo ad eum *quoniam quem tu percussisti*, hoc est percuti permisisti *persecuti sunt & Deus Pater per Zachariam percutiampastorem*, id est, percuti permittam ignis quoque quem ferebat calor & fero summe dilectionis illius est qua nos diligit de qua dicitur, *sicut Deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret pro mundo*. Nam sicut Abraham vnicum & dilectum filium Deo victimam obtulit ita Deus Pater vnicum filium pro nobis omnibus tradit Isaac autem ipse sibi ligna gestabat quibus erat impoñendus, quia & Christus portabat in humeris lignum crucis in quo erat crucifigendus Aries significat carnem Christi Isaac oblatus est non est interfectus, sed Aries tantum quia Christus in passione oblatus est, sed diuinitas illius impassibilis mansit *fide & defuturis benedixit Isaac Jacob & Esau fide futuris benedixit eis* quia iuxta quod eis imprecatus est ira postea omnia illius credidit euenire & quæ futura illis erant ea benedicendo optauit potest & aliter intelligi de futuris mysteriis benedixit eis quia Jacob figuram Christi siue populi Christiani gestabat. Esau vero iudaici *fide Jacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit & adorauit fastigium virge eius* legimus in Genesi quod audiens Ioseph ægrotare Patrem suum venit ad eum & obtulit duos filios suos Ephraim & Manassen ad benedicendum qui fidem habens omnia illis venire iuxta quod eis exorabat benedixit eos idcirco autem dicitur singulos eorum benedixisse quia super vtrumque propriam benedictionem fudit posuitque minorem ante maiorem quoniam præuidebat postea futuris, quod sequitur & adorauit *fastigium virga eius*, id est, virgæ Ioseph dupliciter intelligi potest spiritu si quidem Prophetico afflatus Jacob cognovit designari per illam virgam Ioseph regnum Christi per fastigium vero, id est, summitatē virgæ potentiam & honorē regni Christi de qua Ialmista dicit *virga recta est virga regni tui*, ergo non virgam adorauit pro Deo secundum ritum gentilium qui Idolæ colebant, sed in virga Christum cuius regnum & potentiam præuidebat figurari in illa quantum vero ad litteram pertinet fortassis secundum consuetudinem illius temporis adorauit virgam Joseph quem videbat Dominum esse totius terræ *Ægypti* ea scilicet ratione qua Ester legitur adorasse virgam Aſſueri. *Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est & de ossibus suis mandauit*. De profectione filiorum Israel locutus est credens omnia vera esse quæ promiserat Patribus eorum præcipue quod dixerat ad Abraham *sicut prænoscens quia peregrinum erit semet tuum in terra aliena malis, tractabunt illis annis quadrigentis*. Verum tamen genti cui seruierint iudicabo eos dicit Dominus & post hac reuertentur in terram Patrum suorum. Nequequam ergo de suis ossibus mandaret Ioseph nisi plena fide speraret redditum eorum in terram recompensationis dicit enim eis *visitans visitabit vos Dominus post dies multos efferte ossa mea hinc vobiscum & non solum tribus Ioseph ossa Patris sui deportauerunt secum per desertum in terram recompensationis sed etiam reliquæ tribus omnium Patriarcharum ossa secum detulerunt sepelientque eam in Syché quæ euenit in possessionibus tribui Ioseph. Nam Abraham & Isaac & Jacob in spelunca duplice arbe quā Abrahā emerat à filiis Seth sepulti sunt cum Sara & Rebecca & Lia vbi & Adam cum Eua sepultus quiescebat fortassis vero querit aliquis quæ causa extiterit ut omnes illi sancti Patres in terra recompensationis maluerint sepeliri quam alio loco cui respondendum est non curam agendo sepulcrorum hoc aiebant sed*

Psal.  
Zachar.

xx.

xxx.  
O.

xxii.

- sed potius quia per spiritum sanctum preuidebant Dominum in ea terra genus huma-  
num redempturum ubi resurrectum summoque desiderio ibique consepteli o-  
ptabant quatenus eo resurgentे pariterq; cum eo resurerent. Nos autem non de-  
**xxiii.** bermus pusillanimes fieri vbi cunque sepeliamur cum plurimorum martyrum ne-  
sciamus ubi corpora eorum gloria iacent humata, fide Moyses natus occultatus est  
mensibus tribus a parentibus suis eo quod vidissent elegantem & non timuerant Regis edi-  
ctum. Non sua fide occultatus est Moyses quia adhuc fari non poterat, sed fide pa-  
**P.** rentum suorum Patris scilicet & Matris qui fidem habentes quod omnipotens Deus  
posset eum liberare & custodire custodierunt eum tribus mensibus. Deinde vero  
cum non potuerint eum celare propter vagitus ipsius posuerunt eum in fiscellam  
scirpeam posueruntq; in carcetum fluminis editum huiusmodi Regis erat ut omnes  
pueri in flumen iactarentur, sed quid est quod dicit non timuisse eos Regis editum  
si non timuerunt quare custodierunt in hoc ergo timuerunt quia non sunt ausi re-  
tinere eum, in hoc vero quasi non timuerunt quia non proiecerunt illum in aper-  
tum fluum, sed in fiscella posuerunt eum sicq; eum miserunt carceto fluminis ha-  
bentes spem atq; fiduciam quod omnipotens Deus custodiret illū quapropter ac-  
si non timuerint ita reputatur illis, unde ergo isti sperauerunt saluare puerum ni-  
si per fidem viderunt inquit elegantem infantem si quidem ab ortu natuitatis  
magna fuit illi in fusca gratia venustatis. Non natura hoc operante quod natus est  
honestus infantulus, sed gratiae diuino dono, qui etiam barbaram illam mulie-  
**xxiv.** rem Aegyptiam videlicet filiam Pharaonis ad hoc excitauit, ut amaret eum ut  
**xxv.** sumeret ut nutritret fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filie Pharaonis: magis  
**xxvi.** eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iucunditatem maiores diui-  
tias estimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi aspiciebat enim in remar-  
nerationem tamquam si diceret ad eos quibus haec scribebat nullus vestrum  
dimisit aulam regiam amplam & claram neque tales thesauros neque cum  
posset filius regis contemplit esse sicut Moyses fecit qui non solum contempnit,  
sed etiam abnegauit celo quippe praeposito noluit admirari Aegyptiam regni pul-  
critudinem magis eligens cum populo Dei affligi quam peccati habere iucundi-  
tatem peccatum namque deputauit si maneret in aula Regis iactitia temporali  
fruēs suosque fratres in tribulatione relinquere non affligi inquam cum aliis pec-  
catum esse peccauit si igitur ille non affligi acriter cum aliquo peccatum esse pu-  
tauit quantum cumulum peccati habituri sunt qui congregations fidelium de-  
ferunt, vos inquit, pro vobis ipsis patimini. Ille autem non solum pro se solum  
modo suspiciens in remunerationem, sed etiam pro aliis hoc elegit ut maiorem  
mercedem reciperet ultraque se proiecit in tanta pericula cum ei liceret & pie vi-  
uere & secularibus bonis perfaci maiores inquit, diuitias estimans thesauro Aegy-  
ptiorum improprium Christi, improprium Christi dicit, quia pro Christo susti-  
nuit Moyses improprium qui unius essentię secundum diuinitatem cum Patre est  
sicut improprium Christi dicit hoc est, quale Christus sustinuit a suis propinquis sic  
enim Christus improprium sustinuit a suis quos venerat redimeret quando ei di-  
xerunt demonium habes & cetera mala ei intulerunt usq; ad passionem ita & Moy-  
**Q.** ses improprium sustinuit a fratribus suis quos volebant liberare, dicebant enim ek-  
quis te constituit, Principem aut Indicem super nos nunquid interficere me vis sicut inter-  
fecisti heri Aegyptium. Similiter quando quilibet a domesticis vel ab eis quibus be-  
neficium præstiterit improprium sustinet improprium Christi patitur, aspiciebat,  
**xxvii.** inquit in remunerationem suam & totius populi ita quando quisq; aduersa patitur  
debet ducere ad memoriam quam remunerationem a Domino exinde sit receptu-  
rus fide reliquit Aegyptum non veritus animositatem regis inuisibilem enim tamquam pre-  
sente sustinuit legitimus in exodo quiccum Moysi dictum esset a quodam hebreo qui  
faciebat iniuriam fratri quem Moyses voluit increpare numquid interficere me  
vis sicut interfecisti Aegyptum fugit Moyses in verbo isto eo quod Pharao audito  
hoc quereret eum interficere, sed cum manifestum sit fugisse illū in Madian quid  
est quod beatus Apostolus dicit non veritus animositatem regis: Si enim nō timuit  
quare

quare fugit? Quod ergo fugit fidei fuit credens à Deo liberari & prætendit exterius timorem cum interius nullum haberet metum ideoque ne ei reputatur quia si nō timuisset idcirco enim voluit ibi manere ne causa iactantiae videretur se in aper- tum periculum præcipitare ac tentare Dominum Deum suum quod omnino diabolicum est sanctierenim quamdiu habent quid faciant Deum tentare non debent, sed debent imitari Dominum suum qui frequenter locum dedit Iudeis audientes quod ipse præcepit dicens cum vos persecuti fuerint in vna Ciuitate fu- gite in aliam, fuga ergo Moysi tota exterior fuit quoniam maximam fidem de Dei auxilio habebat vnde Apostolus dicit inuisibilem inquiens Deum tamquam pre- sentem sustinuit quod est dicere ita erit filius de Dei adiutorio & ita semper de e- ius protectione securus tanquam omnipotentem Deum qui natura inuisibilis est semper præsentiam aspiceret, *fide celebrans pascha & sanguinis effusionem ne qui va- xxviii.*  
*flabat primitua tangeret eos*, fide qua Moyses credidit per illum sanguinem saluan- dum esse populum celebrauit pascha & sanguinis effusionem quo liniuit postes, ne Angelus qui vastabat primitua Aegyptiorum affligeret Israhelitas ac si illis diceret si sanguis typici agni in medio Aegyptiorū & in tanta vocatione illæsos seruauit Iu- dæos quorum postes respersi illo sanguine multo amplius saluauit nos san- guine veri Agni, hoc est Christi quorum ostia, id est, frontes munitæ sunt signo pal- sionis Christi timuit enim illum sanguinem Angelus intelligens ibi dominicā mor- tem ac propterea non tetigit postes licet quod non siebat magnum erat sanguine agni illuminantur Israhelitarum postes ne vastator Angelus audeat inferre mortē signantur dominicæ passionis signo fidelis populi in frontibus ad tutelam salutis ut ab interitu liberentur *fide transferunt mare rubrum tamquam per aridam terram quod xxix.*  
*experti Aegyptii deuorati sunt ac si diceret illis quibus ista scribebat in tantum firmi- R.*  
*ter fidem sperare debemus, vt quando in desperationem aliquam animus noster fluat tunc quoque fidi simus vt liberenmur ac si usque ad mortem veniamus ac &*  
*si de omnibus nobis desperetur. Quænam spes poterat esse illis? ex vna enim parte erat mare, ex altera cingebantur altissimis montibus à tertia erant hostes si vellent fugere aut in mari erant perituri, aut in manus Aegyptiorum inciderent, habentes autem fidem cuncta vicerunt, fide enim qua credidit Moyses Deo ad verbum illius percussit mare & diuisit illos in duodecim diuisionibus iuxta quod in Psalmo dici- tur credentesque omnes illegibus sioco vestigio posse transire mare ingressæ sunt, sed primatis Iuda iuxta quod in Moysi legitur Iuda inquit, Princeps cum Deo in mari quapropter illud mare hebræis fuit à dextris & sinistris pro muro præbens ei siccum iter Aegyptios autem submersit, vnde dicit Apostolus quia experti illud Aegyptii deuorati sunt cognouerunt enim quod mare essent ex hoc enim apparuit aquam esse quia illi venientes absorpti sunt & ex hoc apparuit non esse fantasiam, sed rerum veritatem quia experti Aegyptii deuorati sunt allegorice autem mare rubrum baptismus & rubore sanguinis Christi consecratus Hebrei qui exierunt de Aegypto & transierunt per mare rubrum fideles sunt qui derelinquentes tene- bras infidelitatis transierunt per fontem baptismatis Pharaon & Aegyptii mortui sunt in mari quia in fonte baptismatis mortuus est diabolus amittendo potestatem quā habebat mortua sunt etiam peccata originalia & actualia si qua antea erant *fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum septem*, non enim tubarum sonitus muro rum saxa deiecit ac si per decem millia annos quis tubis insonaret fide qua illi cre- diderunt de Deo docuerunt illos legimus quod Domino præcipiente Iosue præ- ceperit Arcam deportare per septem dies in circuitu Hiericho ac personare tubis septimo autem die cum increpuissent tubis corruerunt mari Hiericho quod à ma- gno mysterio non vacat Hiericho quoque interpretatur luna speciem huius mun- di tenet quia sicut luna mensuris complexionibus deficit ita mundus quotidianis defectibus cadit, in arca vero Ecclesia figuratur in tubis autem æreis prædicatores fortes accipiuntur Iosue qui circumducit Arcam Christus est qui Ecclesiam suam vniuersum mundum gubernat. Hanc ergo urbem Hiericho diebus septem Isra- helitæ ferentes arcam acneis tubis clangentibus circumcunt & muri eius, per arcæ præsen-*

- præsentiam atque ærearum tubarum sonitu cadunt quia in hoc tempore quod septem dierum vicissitudine voluitur dum fertur Arca, id est, dum orbem terrarum circumiens mouetur Ecclesia ad prædicantium voces quasi ad tubarum sonitum muri Hiericho, id est, elati huius mundi & princeps ac superba infidelitatis obstacula corrunt donec in fine temporum mors nouissima inimica destruatur *fide Rahab meretrix non periret cum incredulis excipiens exploratores cum pace magnam consolationem & exhortationem beatus Apostolus isto in loco omnibus præbet ut si me retrix & infidelis & Idololatra sola fide saluata est multo magis illi saluabuntur qui ad grauiora crimina non sunt prolapsi ac si diceret patenter in honestum est si meretrice infideliores estis illa tantum homines nuntiantes audiuimus confessimque credidit vos autem non solum hominem auditis verum etiam vestros Prophetas qui per omne Sabbathum leguntur & insuper ipsum filium Dei ad vos missum cognoscitis. Nam & in Rahab effectus fidei consecutus omnibus quippe percutentibus sola saluata est. Rahab autem quæ interpretatur dilatata figuram tenet Ecclesia quæ dilatata est ab oriente in occidentem ab aquilone in meridiem & latitudinem caritatis habet in tantum ut etiam pro ipsis inimicis orationem fundat & bene de extraneis atque alienis gentibus erat viuens in desideriis carnis & fornicationi deseruit postquam verus Iesus misit ad eam duos exploratores hoc est, Petrum & Paulum siue duo testamenta fidelis effecta reliquit fornicationem idololatriæ sive saluata est, & saluatur quotidie ne pereat cum infidelibus. Huc usque narravit de legislatore & de Patribus antiquis: nunc dicturus est de iudicibus qui fuerunt post Iosue nomina eorum tantummodo commemorans propter breuitatem sermonis qui per fidem pugnauerunt & gentes plurimas vicerunt, & quid adhuc dicam deficiet me tempus enarrantem. Hoc est deficiet me tempus destinatum adscribendam epistolam si cuncta illorum facta prosequi voluero quos haec tenus cōmemorauit siue quæ narrare possum de his qui successores illorum fuerunt *de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, Samuel & Propheta sicut qui per fidem vicerunt regna* quod omnes in commune commemorat illud est quod singulorum opera eadem fide acta sunt quia omnes illi semel per fidem vicerunt regna Gedeon si quidem accipiens signum à Dominino in trecentis viris qui manibus aquam hauserunt, de quibus dixit in his super apibus Madian in vellere quoque humido & sicco fide repletus prostrauit Iebæ & Salmana accepitq; victoriæ ex hostibus. Allegorice vero Gedeon qui interpretatur in utero circumiens significat Dominum Iesum Christum qui per incarnationis mysterium in utero virginis collocatus plenitudinem diuinitatis qua omnia replet totum mundum circumbat quia omnia implendo circumdat omnia, trecenti autem viri qui aquam manibus hauserunt & accepto igne in lagenis contra Madian profecti sunt confractis que lagenis ignis resplenduit tubisque increpauerunt simul que hostes in fugam versi sunt typum tenens sanctorum Prædicatorum qui fidem sanctæ Trinitatis habentes signo Dominicæ passionis insigniti sunt quod designatur tau littera quæ suo nomine trecentos exprimit & quæ apud veteres Iudeos similitudinem crucis habebat lagenæ autem quæ sunt vascula fictilia significat corpora corundem prædicatorum infirma de quibus idem egregius Prædictor dicit *babemus thesaurum istum in vasis fictilibus* sonus tubarum vocem Prædicatorum exprimit factis ergo lagenis resplenduit ignis hostesque in fugam versi sunt Madianitæ qui typum tenent principium istius seculi quia postquam sancti Martyres ab hoc seculo deficiunt crescunt miracula neque virtutem miraculorum concussi in fugam vertuntur scilicet aut fidei subdendo aut etiam à tormentis cessando vieti more signorum illud quoq; non vacat à mysterio quod de Gedeone orante vellus primo madidum fuit & tota terra sicca vellus enim figuram tenet populi Iudaici terra autem omnium gentium iure ergo vellus primo madidum fuit terra manente sicca quia quando Iudaicus populus rore supernæ sapientiæ fuit humefactus ante Domini aduentum omnes gentes rore sapientiæ fuerunt madidæ effectæ Iudeæ ariditate periret Barac ipse est Lapidoth maritus Deborre qui fide qua credidit Prophetissæ superauit siseram omnesque currus eius, Samson fide qua credidit impetrare*
- s. Corin.  
4. v. 7.*
- Q.*

trare à Deo quod orabat plus interfecit moriens quam viuens dicit enim Dominus Deus memento mei & redde nunc mihi pristinam fortitudinem Deus meus ut vlcis carme de inimicis meis & pro amissione duorum luminum vnam vltionem repetam lephite quia fidem habuit pugnando contra filios Ammon & in filia sua offerendo licet in hoc stulte egisset quod omnipotenti Deo sanguinem humanum fundens putauit placere voulit siquidem ut si ei Dominus victoriam daret de filiis Ammon immolaret ei quicumque primus occurreret de domo sua, quod ita & fecit nam occurrit ei filia sua quam post deploratam virginitatem occidit, sed potest queri qua de causa inoleuerit, ut omni anno virgines hebræorum plorent filiam lephite quæ ista cognoscitur ratio esse ut dum cernunt deplorari illam à filiabus suis nemo abstantiam tantumque piaculum audeat prosilire ut Deo sanguinem humanum fundat David plenus fide processit contra Philistæum & interfecit eum & quoniam Deo credidit multas promissiones de Christo promeruit Samuhel Propheta & Sacerdos fidem habuit perfectam, quia vnxit David Regem ad verbum Domini & occidendo Achaz Regem Amalech operatis sunt iustitia, quia quod crediderunt opere compleuerunt exornantes eandem fidem adepti sunt promissiones de Christo, vel de Patria cœlesti, Abraham autem de Christo promissionē accepit, dicente sibi à Domino in semine tuo, id est, in Christo, benedicentur omnes gentes. David quoque plurimas, cui Dominus dixit, *cum dormieris cum Patribus suis suscitabo semen tuum, quod egredietur de lumbis eius, & firmabo tronum eius super tronum tuum, & alibi, de fructu lumbis tuis ponam super sedem meam, & cum iurando semel inquit, iuravi in sancto meo, si David mentior semen eius in eternum manebit obiurauerunt, id est clauerunt, ora leonum, vt Samson, David, & Daniel missus in locum extinxerunt impetum ignis, sicut tres pueri Danielis socii iussu Nabucho-* xxxiv.

Reg. 7. v.  
11.

donos & Chaldaica vrgente vslania missi sunt in fornacem ignis ardantis, quibus nihil molestiæ intulit effugarunt aciem gladii, id est, repellerunt fortitudinem hostium validam à se pugnando sicut Iosue, Gedeon, David, aliquique reges & principes Iudæorum, conualuerunt de infirmitate, vt Iob & Ezechias, qui cum egrotasset usque ad mortem Domino sibi proprio redditurus est pristinæ sanitati per spatum quindecim annorum: possumus & infirmitatis nomine malum captiuitatis intelligere, de qua liberati sunt Domino volente erro iubente Esdra & Numia procurante, fortes facti sunt in bello, vt Iesus nauem successor Moysi Samson, qui mandibula asini multos Philistinorum interfecit David quoque rex Iudas Machabæus, & fratres eius quorundam temporibus etiam sex millia Iudæorum interfecerunt sexaginta millia hostium & tria millia missi Antiochiam in auxilium Demetrii peremebant centum viginti millia. *Castræ verterunt exterorum, in fugam frequenter hoc egerunt. Castra dicuntur autem à castrâdo eo quod ibi castretur libidio. Non est enim mos militaris, vt pergentes in prælium vxores aut fœminas alias ducant. Duo quondam Principes tertæ cum comitatu uxorum perreverunt in bellum Darius, videlicet, atq; Antonius, sed vterq; inibi corruerunt, Darius superatus est ab Alexandro, Antonius vero ab Octauiano Augusto,* xxxv.

*acceperunt mulieres de resurrectione mortuorum suos eas mulieres dicit quarum filii ab Helia & Heliseo suscitati sunt quos illi acceperunt post resurrectionem, vel resurrectionem non ut eos haberent in maritos, sed quod amiserant in morte acceperunt viuos, alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem ut meliorem inuenirent resurrectionem. Plurimi sanctorum distenti sunt, hoc est, in cruce extensi funibusque colligati, sicut beatus Andreas seu distenti, hoc est, ad capita duarum arborum colligati ac dirupti, vel etiam ad brachia equorum indomitorum extensi sicque ab eis dirupti vel certe distenti sunt, hoc est, decollati quæ omnia in suis martyribus videntur esse completa non susceperunt redemptionem, hoc est, liberationem in praesenti ad huc ut soluerentur à tormentis, ut meliorem atq; gloriosiorem inuenirent resurrectionem in futurum quoniam quo ampliora quis tormenta pro Deo in praesenti sustinet eo gloriosior in resurrectione apparebit. Alii vero ludibria & verbera experti insuper &* xxxvi.

- xxxvi.** *vincula & carcères, ludibria dicuntur à ludo, hoc est, irrisione primo enīia martyres ludibriis atque irrisionebus deludebantur sique vinculis astricti ponebantur in carcere ad postremum vero interficiebantur diuersis & exquisitis tormentis lapidati sunt, vt Naboth & Hieremias in Ægypto à reliquiis transmigratorum Ezechel*
- xxxvii.** *in Babilone alii quam plures in nouo testamento, lecti sunt, hic pluralis numerus pro singulari positus est neminem enim sanctorum legimus in veteri testamento nisi Esaiam Prophetam quem fecit secari serra lignea Manasses rex qui filiam eius habebat in vxorem tentati sunt vt Abraham aliique multi non ad deceptionem, sed potius ad probationem illam scilicet tentationē de qua dicitur tentat vos Deus vester, id est, probat vos. Nam Deus tentator malorum est, in occasione gladii mortui sunt, vt Vsias & Iosias, & alii multi circuerunt in melioris in pellibus caprinis egentes angustati afficti Heliam in hoc loco debemus intelligere & alios qui taliter egerunt & qui afficti vnde penuriis & tribulationibus angustati fide sustinuerunt omnia ut ad desideria supernorū possent peruenire omnis autem indigentia & egestas angustia vocatur qua angustiatur homo, id est, affligitur seu fame, seu alia inopia. Melotam dicunt quidam genus esse vestimenti ex pellibus caprinis ex uno latere dependens quo genere vestimenti propter asperitatem in Ægypto Monachi dicuntur vti. Helias quoque legitur vsus illo fuisse at vero quidam dicunt ex pellibus taxigenus vestimenti esse compositum est, enim animal quod taxus vocatur & melus solitus in cauernis terræ habitare cuius pellis hispita esse fertur à quo nomine derivatur vocabulum huius vestis, id est à melo melota quibus dignus non erat Mundus, mundi nomine hic sub vna significatione possumus intelligere amatores mundi qui terrena solummodo appetentes ab amore creatoris sui longe remoti erant ac propterea non erant digni tales socios habere quales fuerunt illi quorum magnalia Apostolus supra descripsit: siue mundi nomine possumus accipere omnia quæ continentur inter cœlum & terrā aurum videlicet argentum gemmæ atque omnia pretiosæ in superiore & reprobis ipsi amore mundanorum rerum decepti istis ergo sanctis non erat dignus mundus, hoc est si totus redigeretur sub pretioso non poterat vni illorum recte comparari. Neque etiam si omnia illa in pretium dari potuissent talem aliquem virum emere possent, vt ergo ex pluribus paucorum memoriam agamus quomodo poterat talis ac tantus vir comparari, vt Mōyses fuit qui quando voluit mare diuisit quando voluit aquas eius reduxit quando voluit manna de cœlo descendere fecit aquam de petra produxit & cetera innumerabilia fecit vel quomodo poterat comparari talis ac tantus vir, vt fuit Iosue successor eius qui quandam voluit solem ac lanam illa duo maxima luminaria uno loco stare fecit dicens, *sol contra Gabaon ne mouearis & luna contra vallem Elom* fortassis tam dicit aliquis ideo non poterant emi quia non poterant inueniri vtiq; verum est, quia non poterant in toto mundo similes illorum inueniri & si potuissent nequam vlo pretio possent comparari quoniam quod totus mundus nequibat perficerē hoc vnu illorum verbo agebat. Nā cum totus mundus temporibus Heliæ laborasset per tres annos & sex menses siccitate nec potuisset pluuiam impetrare reverbo Heliæ aperte sunt cataraæ cœli & venit pluuiia sup faciem terræ in solitudinibus errates & montibus & speluncis & in cauerris terræ, Heliam eximiū Prophetarū vulnus intelligi & filios Prophetarū qui temporibus Achab & Israelis fugati sunt eo q; voluisset eos Israbel interficere tunc temporis potuit eos quinquagenos Abdias in speluncis & in cauernis terræ unde & meruit donum Prophetæ iuxta quod Dominus in Euangeliō dicit qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ mercede Prophetæ accipiet. Et hi omnes testimonium fidei probati nō acceperunt recompensationem pro nobis Deo aliquid prouidentem ne sine nobis consummarentur qui omnes testimonio fidei sunt probati, nisi omnes superius memoriati quorum tam clara & laudabilis fides commemorata est stellæ, videlicet firmamenti terreni homines & cœlestis Angeli ciuis lapides & splendidæ margaritæ quorum opera quæ egerunt fidem eorum confirmant. Quoniam absque fide impossibile est placere Deo, testimonio*

testimonio itaque fidei fuerunt probati, hoc est operatione sancta quæ per fidem operabatur laude digni inuenti sunt, fides enim illorum operibus mundis declarabatur, sed cum ita essent perfecti promissionem non acceperunt dicit ergo aliquis quid eis proficit Deo seruisse si haec tenus sine præmio permanent? absit hoc à fideliū cordibus ut credamus sine præmio manere adhuc enim quippe mortali carne circumdati magnum præmium percepserunt videndi scilicet Deumq; cognoscendi multumque mirabilia patrandi, huc vero quiescunt in anima in beatitudine regni coelestis ineffabili lætitia perfuentes, sed videamus quid Ioannes de illis in Apocalypsi sua dicit sicque nobis manifestabitur quam promissionem non perceperat vidit, inquit, Ioannes sub altari Dei animas interfectorum propter verbum quod habebat & clamabant voce magna dicentes usquequo sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui habitat in terra & date sunt illis singulis stolæ albæ & dictum est ut requiesceret tempus adhuc modicum donec impleatur numerus conseruorum & fratrum illorum. Singulas stolas modo habent animæ sanctorum de sua immortalitate gaudentes & de felicitate qua fruuntur exultantes binas vero stolas habebunt cum generaliter percepint immortalitatem & incorruptionem in corpore quam modo habent solummodo in anima hanc repromotionem nec dum percepserunt de qua Esaias dicit inter terram sua duplicitia possidebunt post generationem resurrectionem & reuera ita dignum est, ut qui in corpore & anima Deo servierunt in corpore pariter & anima remunerationem percipient quodque sequitur *Deo pro nobis melius aliquid prouidente ut non sine nobis consumarentur*, hoc est perfectionem consequerentur illi more humano agitur verbi gratia sicut reuertentes filii quidem de agro dicunt Patri, Pater laborauimus hodie æstum solis perpassi sumus tempus est ut tribuas nobis refectionem & ille eis rependet sustinete parum per quo usque veniant omnes fratres vestri qui similiter laborant & cum eis plenisime epulabimini sic omnipotens Deus quodammodo egit dum non dedit electis immortalitatem in corpore ut maior gloria maiusque desiderium esset cum omnes generaliter in die iudicii binas stolas acceperint & hoc est quod dicit ne sine nobis quia adhuc hic peregrinamur perfectionem consequerentur in resurrectione corporum.

## C A P V T XII.

Priscorum imo Christi exemplo inducit ad tolerandas viriliter afflictiones, reuocans à peccatis: & ex noui Testamenti s: i: per vetus excellentia deterret ab inobedientia, ne maiora quam Iudæi pati cogamur supplicia.

**D**eoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, - deponentes omne pondus, & circumstant nos peccatum, per patientiam curramus ad proposi- tum nobis certamen: + aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit cruce, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. + Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes, + Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: + & obliiti estis consolationis, qua vobis tamquam filii loquitur, dicens: = Fili mi, noli negli-

Ss 2 gere

A.

R. 6. 2. 4.  
Col. 3. b. 5.  
Eph. 4. c. 23

1.

2.

3.

B.

4.

5.

Prov. 3. b. 478

- II. gere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris.  
 Apoc. 2. ad. + Quem enim diligit Dominus, castigat flagellat autem omnem,  
 19. 6. filium, quem recipit. + In disciplina perseverate, Tamquam fi-  
 7. liis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater?  
 8. C. + Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt om-  
 9. nes: ego adulteri, ε̄ non filii estis. + Deinde patres quidem car-  
 10. nis nostra eruditores habuimus, ε̄ reuerebamur eos: non multo  
 II. 11. magis obtemperabimus Patri spirituum, ε̄ viuemus? + Et illi  
 D. quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suā  
 erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo san-  
 ctificationem eius. + Omnis autem disciplina, in praesenti qui-  
 dem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum,  
 12. pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. + Propter quod  
 13. remissas manus, ε̄ soluta genua, erigite, + ε̄ gressus rectos facite  
 14. pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sa-  
 netur. + Pacem sequimini cum omnibus, ε̄ sanctimoniam, si-  
 15. ne qua nemo videbit Deum: + contemplantes ne quis deficit gratia  
 16. Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impedit, ε̄  
 E. Gen. 25. d. per illam inquinentur multi. + Ne quis fornicator, aut profanus  
 17. ε̄ ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitua sua: + scito-  
 Gen. 27. te enim quoniam = ε̄ postea cupiens hereditate benedictionem,  
 £. 38. reprobatus est: non enim inueniet pœnitentia locum, quamquam  
 18. cum lacrymis inquisisset eam. + Non enim accessistis ad traetor-  
 Exod. 19. b. 21. & 20. c. 21. ablem montem ε̄ accensibilem ignem, ε̄ turbinem, ε̄ caliginem,  
 19. ε̄ procellam, ε̄ tuba sonum, ε̄ vocem verborum, quam qui  
 20. audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. + Non enim  
 Exod. 19. a. 21. portabant quod dicebatur: = Et si bestia tetigerit montem, lapida-  
 21. bitur. + Et ita terribile erat quod videbatur Moyses dixit: Ex-  
 F. territus sum, ε̄ tremebundus. + Sed accessistis ad Sion montem,  
 22. ε̄ ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem, ε̄ multorum mil-  
 23. lium Angelorum frequentiam, + ε̄ Ecclesiam primitiorum, qui  
 conscripti sunt in cœlis, ε̄ iudicem omnium Deum, ε̄ spiritus  
 24. iutorum perfectorum, + ε̄ testamenti noui mediatorem Iesum,  
 25. ε̄ sanguinis aspersiōnē melius loquentem quam Abel. + Videte  
 G. ne recuseritis loquentem. Si enim illi non efferunt, recusantes eum,  
 26. qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cœlis loquē-  
 Agg. 2. b. 7. tem nobis auertimus. + cuius vox mouit terram nunc: nunc  
 autem repromittit, dicens: = Adhuc semel, ε̄ ego mouebo non so-  
 lum terram, sed ε̄ cœlum. + Quod autem, Adhuc semel dicit: de-  
 clara-

clarat mobilium translationem tamquam factorum, ut ma-  
neant ea que sunt immobilia. † Itaque regnum immobile susci-  
pientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo,  
cum metu & reuerentia. † Etenim Deus noster ignis consu-  
mens est.

<sup>29.</sup>  
<sup>Deut. 4. d.</sup>  
<sup>24.</sup>

i.  
A.

**I** Deoque & nos tantam habentes impositam nubem testium deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum per pœnitentiam patientiam curramus ad propositum nobis certamen nubem testium appellat multitudinem Patriarcharum ac Prophetarum reliquorumq; fidelium qui testes fuerunt perfecte fidei testes etiam filii Dei quem prædixerunt in mundum venturum qui bene nubes vocatur pro altitudine ac multitudine meritorum, sic enim nubes à sole illuminatur eiusq; calore perfundit sicq; postmodum terra calefacit & plerumq; imbrificat illam plerumq; autem corruscationes emitit, ita illi sancti Patres à vero sole calefacti atque illuminati suo exemplo corda hominum calefaciunt atque illuminant suoq; tempore pluuiam emiserunt verbis & coruscauerūt miraculis imposta est ergo nobis in exemplum tā magna nubes testium vt fidem illorum & opera imitari satagamus. Quapropter si inus deponentes omne pondus vitorum per pœnitentiam somnum quoque pigritiae & cogitationes infimas, per hoc autem quod subdidit & circumstans nos peccatum, simus deponentes ostendit Iudeos ex omni parte à diabolo tentari desiderisque carnalibus deseruire multisq; peccatis abundate, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, vt sicut illi sustinerunt patienter aduersa huius seculi ita & nos sustineamus non dixit addamus cursui nostro aliquid, in præsenti enim sæculo in certamine positi sumus, contra vitia carnis, contra dæmones, contra falsos fratres & necesse est, vt patienter curramus siue expleamus, certamen istud quatenus per uenire possimus ad promissum certaminis præmium aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum qui præposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Sicut filii parentes & discipuli magistrum in studio operis atq; in certaminibus attendunt informantes mente ex parte doctorum sumentes quasdam regulas ab eis per visum ita & nos si volumus currere & discere, vt bene curramus ad auctorem seu consummatorem Christum attendamus quid dixit nobis discite ame quia misericordum & humilis corde. Et alibi sime, inquit, persecuti sunt & vos persequentur, & si Patrem familias beclzebub vocauerunt quanto magis domesticos eius attendamus ergo in Christum & accipiamus in illo exemplum patientiæ, qui dixit, qui perseveraverit usq; in finem hic filius erit, ipse nam est auctor fidei, & consummator auctor fidei nobis est quia ipse nobis fidem infundit. Non enim possumus credere nisi ab illo præueniemur, vnde ipse fidelibus dicit, non vos me elegistis, sed ego elegi vos ipse consummator fidei, siue perfector est, quia consumptionem siue perfectionem nobis præstat in hoc, vt in fide perseveram, siue in hoc est perfector fidei, quia dat voluntatem atq; possibilitatem perficiendi bonum, quo ipsa fides exornetur. Nam fides sine operibus non est perfecta, mortua enim est, in illo enim omnes perfectionem habemus, qui præposito sibi gaudio sustinuit crucem, ipse filius Dei proponens sibi, hoc est, in præsentia sua statuens gaudium resurrectionis atq; ascensionis in cœlum totius gloriae quam præcepit post resurrectionem sustinuit crucem propter hoc quod in postremo videbat sibi profuturum confusione contempta, hoc est, pro nihilo deputata verecundia, quoniam sine erubescencia & verecundia illud sustinuit opprobrium gaudium namq; maximum fuit illi quod pro nobis passus est, vt voluntatem Dei patris impleret pro qua postea poteritiam super omnem creaturam accepit. Vnde ipse dicit, desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, si igitur ille qui nullam habuit necessitatem vt crucifigeretur crucifixus est propter nos, quanto magis nobis iustum est omnia fortiter tolerare ad hoc itaque Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam ad nonendo excitaret exempla præbendo accenderet moriendo

ii.

B.

Mat. 11. vi.

24.

Ioan. 15. v.

20.

Mat. 10. vi.

22.

C.

Luc. 22. 1.

51.

redimeret, resurgendo repararet propterea enim moriebatur ut doceret nos nihil existimare gloriam quæ ab hominibus defertur, *atque in dextera Dei sedet*, hoc est, in prosperitate æternæ vitæ & plenitudine majestatis si nulla esset alia promissio & exhortatio istud solum exemplum debuerat sufficere quod in hoc loco de Christo ostendit Apostolus ad persuadendum omnia aduersa patienter tolerare ut in Christo mereamur confidere in gloria recognita eum qualem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficienes omnia aduersa quæ Christus sustinuit à Iudeis plagas scilicet irrisiones, spuma, colaphos, alapas, blasphemias ipsamq; mortem. Apostolus solo nomine traditionis ostendere voluit rememoramini inquit, Apostolum qui tanta ac talia contraria sustinuit pro peccatoribus qui peccatum non fecerat, ut vos transgressores & peccatores esse dignoscamini non fatigemini *deficientes in animis vestris*, sed imitando illū sustinetem similia patienter aduersus semetipsum sustinuit Christus contradictionē id est, dimisit illos secundum quod voluerunt facere contra se nihil eis contradicēs hortatur autem eos ne deficiant in tribulationibus dum vsq; ad martyrium & sanguinis effusionem adhuc non peruerterant. Vnde & subdit. *Nondum enim usq; ad sanguinem refitisti aduersus peccatum repugnantes*, ac si diceret & si amissisti facultates terrenas expoliati à contribulibus vestris tamē mortem nō sustinuisti adhuc enim viui manetis vsq; ad sanguinem resistit pugnans aduersus peccatum qui pro veritate fidei aduersus infideles pugnat vsq; ad mortem sicut sancti eorumq; successores fuerunt nam infidelitas peccatum maximum est dum autē qui vult decipere aut blanditiis aut erroribus pugnans pro fide contra infidelem atq; aduersus peccatum repugnat potest & de omni peccato intelligi de mala, videlicet suggestione & praua voluntate immundo quoq; desiderio quibus resistit non contentiendo eis, aduersus peccatum pugnat, *& oblitus estis consolationis, qua vobis tamquam filiis loquitur dicens, filii minoli negligere disciplinam Domini, nego, fatigeris dum ab eo argueris*. Sapientia Dei Patris quæ per Salomonem loquebatur, inter cetera etiam hoc protulit per os illius, quod beatus Apostolus modo in exemplū assumpsit, hortans Iudeos ne deficiant in tribulatione, quia à Domino arguuntur causa probationis, dicit ergo filii mi noli negligere siue negligenterducere disciplinam Domini, disciplina dicta est à discendo quæ alio nomine correptione morum potest appellari, dum enim quis angustis, tribulationibusque afficitur non debet fatigari, vel deficere, sed potius patientur portare, recogitans quia à Domino corripitur, *quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit*. Ideo hoc testimonium proponit Apostolus, ut sicut filii à Patribus suis flagellantur, ut digni sint ad hæreditatem patriæ accedere, vnde plerumq; stare tota nocte in frigore iubentur, variisq; modis excoquuntur, ita & isti similiter correptiones à Deo alacri animo sustinuerunt, ut ad veram hæreditatem perpetuæ patriæ peruenire, sint idonei. Sunt enim multi qui in prosperis Domino seruiunt, sed tamen in aduersis excedunt, hi tales non sunt adhuc perfecte spoliati ad hæreditatem captandam, vnde Apostolus, quem in prosperis bene viuere docuit, ne in correptione deficiat, hortatur, quoniam filium, quem diligit Dominus ad hoc, ut hæredem illum regni cœlorum constituat, castigat illum variis, diuersisq; modis, & flagellat aut infirmitate, aut paupertate, aut persecuzione, aut tormentis, omnem filium quem recipit secum in gloriam, notandum autem quia nō omnis, qui flagellatur filius est, sed omnis filius flagellatur, quorum ergo sanctorum nullum ab hoc sæculo ad hæreditatem supernam legimus peruenisse sine flagellatione diuina? Quapropter tantominus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectionis affectum sentimus. Vnde ipse dicit, ego quos amo, arguo, & castigo, at vero multi flagellātur ut Antiochus & Herodes, non ut ad hæreditatem assumantur, sed ut hic demonstretur, quæ mala passuri sunt post mortem, in disciplina perseverate, tamquam filii carissimi vobis offert se Deus sub audi hæreditatem patriæ cœlestis, ac si diceret, melius est vobis per disciplinam, & correptionem, quæ affectu paterno, agitur transire ad hæreditatem cœlestem, quam extra disciplinam esse, sive ad poenas descendere inferni

Infernī putatis enim quod odio vos habeat, ac dereliquerit Deus per hæc, quæ paf-  
fi estis, si hæc non pateremini, tunc magis vos hoc cogitare competebat. Nam si fla-  
gellat omnem filium, quem dili git, qui non flagellatur sine dubio non est in nume-  
ro filiorum, his verbis ostendit eis, quia vnde putabant se derelictos esse, inde magis  
credere poterant diligi ab illo. Quis enim filius quem non corripit pater, solet ali-  
quotiens Pater familias filios alienos negligere, suos vero castigare, & corripere, ne  
eos opprimat mala negligentia. Nullus est Pater sapiens, qui non corripiat filios de-  
linquentes, & aliquando bona agentes. ncrepat, vt ad meliora accendantur. Vnde  
& Heli, qui filios suos non corripuit non meruit eos hæredes sacerdotii post se re-  
linquere, quod si extra disciplinā estis cuius participes facti sunt omnes bene filii vel san-  
cti Patres superius memorati ergo adulteri, & non filii estis, quisquis extra disciplinā  
Domini manet, cuius disciplinæ participes facti sunt omnes boni filii, pertinentes  
ad hæreditatem cœlestem, adulterin⁹ filius est, nec pertinet ad hæreditatem pater-  
nam, quia non est filius liberæ, cauete ne sitis adulteri filii omnes enim infideles, &  
negligentes, disciplinamq; Domini contemnentes vt non filii reputantur. Deinde  
Patres quidam habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabi-  
mus Patri spirituum, & viuemus? Deinde sub audi considerare debemus quia Patres  
habuimus eruditores, & timebamus eos, nonne multo magis obtemperabimus  
Deo Patri spirituum, & viuemus in gloria æternæ? Pater spirituum, id est, creator  
animarum Deus omnipotens est, quia omnia creauit primum ex nihilo, deinde ve-  
ro ex elementis corpora hominum, aliorumq; animalium, anima vero hominis ex  
nihilo creauit, & creat adhuc, non est enim putandum, quod anima pars deitatis sit,  
quoniam deitas non est creata, anima autem creature est, idcirco autem omnipot-  
tentem Deum creatorem animarum appellat non corporū, cum omnium creator  
sit, quia corpus nostrū ex semine paterno, simulq; materno conficitur, anima vero  
semper à Deo ex nihilo erat, si inquit, Patres carnales timebamus, à quibus tem-  
poraliter erudiebamur, vt hæredes illorū mereremur fieri, quāto magis creatoria  
animatorū obedire atq; obtemperare debemus, vt cum illo in gloria æternæ beatitu-  
dinis viuamus? Nec solummodo differentia est inter eos propter discretionē perso-  
narū, quia isti terreni, ille, est cœlestis, sed etiā ipsa cœla disciplinæ atq; eruditio-  
nis. Nō enim ad eandem causam, vel ad res ipsas spirituales erudiunt, sed ad id, q; eis vi-  
detur, sicut Apostolus manifestat dicens. Et illi quidem Patres carnales, ex quorū se-  
mine corpora sumptim in tempore paucorum dierū secundum suam voluntatem eru-  
diebant nos, hic autem Pater videlicet spirituum, ad id, quod utile est, erudit nos hoc est  
ad salutē & utilitatē animæ nostræ in recipiendo sanctificationē eius, illi quidē Patres car-  
nales ad hoc erudiunt nos vt ipsi simus utiles secundum suā voluntatē quæ in omni-  
bus non est utilis Deus vero omnipotentes ad omnia utilia nos instituit vt salutē ani-  
mæ nostræ consequamur & recipiamus sanctificationē eius videlicet vt simus san-  
cti sicut & ipse secundū quendā modū iuxta q; ipse dicit sancti estote quia & ego sanctus  
sum, ad hoc inquam nos erudit & castigat vt nos dignos efficiat suis muneribus una-  
quæque etenim gens secundum suam voluntatem filios suos erudit sicut consuetu-  
do fuit Romanorum filios suos erudire in re militari græcorū litteris instituere eos  
omnis autem disciplina in præsenti quidē videtur non esse gaudii, sed mœroris postea autem  
fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiae omnis, inquit, disciplina  
tam humana quam diuina tunc quando discitur non videtur disciplina gaudii,  
sed mœroris. Ideo autem hanc omnem & diuinam & humanam disciplinam  
vocat, quia quicquid discitur disciplina vocatur idcirco autem in præsenti non  
videtur disciplina gaudii, sed mœroris quoniam flagellatur sepissime constringitur  
de quo id agitur sultinet famē, patitur frigus, omnemq; laborem: at vero cum per-  
uenerit ad perfectionem gaudet & lætatur gratissimamq; mercedem recipit sicut  
Apostolus dicit: postea inquiens cum peruerterit ad culmen perfectionis reddet ei  
eadem disciplina pacatissimum fructum iustitiae per ea exercitatus, id est, per ean-  
dem disciplinam probatis atq; perfectis fructum autem pacatissimum vocat gratif-  
fissimam atq; acceptissimam remunerationem quā percipiūt hi, qui per eandem dis-  
ciplinam

- ciplinam excentur atque probantur. Verbi gratia Romani tyrones, qui in disciplina rei militaris sunt exercitati multa contraria, primū sustinentes postea gauſi sunt Monarchiam totius orbis possidentes, ſimiliter intelligendum, de his qui in disciplina diuina affliduntur, qui præmia æterna recepturi ſunt, ſicut Apostoli Martires & Doctores Eccleſiæ, propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite & egressus rectos facite pedibus vestris ut non claudicans quis erret magis aut sanetur, propter quod quia disciplina mercedis præmium redditur gaudiumque ſubſequitur, vel propterea, vt poſſitis hæreditatem supernam cum bonis filii percipere remiſſas manus à bono opere & torpentes otio pigritiæ & ſoluta genua erigite ad bona opera agenda per pedes autem & genua debemus accipere opera ſicut & per manus per gressus autem intellectum intentio nempe mentis. Et eſt ſenſus talia opera agite quæ perfectum intellectum habeant quod bona intentione ſunt, recte inquit, ambulate Isa. 35 v. 4 nec laudatio plus accreſcat, ſed potius ad ſatum reſtitutiniſ erigat remiſſas manus & genua ſoluta mandat etigere, ſicut & Eliaſias precepit dicens, confortare manus diſſolutas & genua debilia roborate ut non claudicans quis erret, id eſt, vt non hæſitans, qui in fide bonisq; operibus erret à via reſtitutiniſ, magis autem sanetur, à peccatis credendo recte in Deum ac ſi diceret, qui non credit recte melius eſt, vt firmius & tenacius credat quatenus omnibus modis inueniat medicina animæ meæ hiſ au- xiv. tem verbis hæſitationes eorum tangit ad hoc, vt ſine aliqua dubitatione crede- K. rent in eum, pacem ſequimini cum omnibus, ſub audi bonis, & ſanctimoniam ſine qua nemo videbit Deum. Plurimæ quidem ſunt quæ formam discretionemque christiani- tatis oſtendunt, ſed plus omnibus ac melius caritatis mutuæ affectus & pax quæ hominum corda confociat, quapropter dicit ipſa veritas, pacem rclinquo vobis, & Ioan. 14 v. 27. Ioan. 13. v. iterum, in hoc cognofcent omnes quia mei eſtiſ diſcipuli ſi deſectionem habueritis ad inui- 34. cem, propterea etiā & Apoſtolum dicit, pacem ſequimini cum omnibus bonis, pacis autem nomine intelligenda eſt dilectio & concordia, ſanctimonia autem dicitur Mor. 5. v. 8. caſtitas, ſiue munditia mentis & corporis quoniam ſine pace & ſanctimonia ne- 39. mo videbit Deum, beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, beati mundo cor- de, quoniam ipſi Deum videbunt, contemplantes nequus deſit gratia Dei, qui dicit con- templantes, id eſt, diligenter attendentes atque conſiderantes, ne quis veſtrum deſit gratiæ Dei, ſic loquitur cum eis tamquam cum viatoribus, qui cum nume- ro & comitatu longa numero comitatu longa munera permaneant, quibus ſoleat dicere hiſ qui præſit videte ne aliquis remaneat qui non pergaſ nobis ſum veluti ſi diceret. Non hoc tantum requiro, vt vos ſoli gratia coequamini patriamq; coeleſte intretis, ſed etiam vt inspiciatis & ceteros gratia manu dicit Deo fidē ſpeim & carita- tem per quas meretur homo inuenire gratiam Dei, qui cum iſtis habet & reliquas ſiue gratiam Dei dicit remiſſionem peccatorū quæ nobis gratis datur à Deo in ba- ptismo videte inquit, ne quis veſtrum alienus ſit à gratia Dei quæ datur in haptiſma- te vel fide perfecta ceterisq; virtutibus neq; radix amaritudinis ſurſum germinans im- pediat & per illam inquinetur multi radicem amaritudinis vocat malam voluntatem prauamque intentionem, vnde procedit peccatum amaritudinis. Nam ſicut ra- dix amara fructus dulces non poſteſt proferre, ſed ſui ſimiles, hoc eſt, amaros ful- phureos qui que fons aquæ habiliſ adbibendum ita mala voluntas & intentione praua mala operationem & peccatum amaritudinis à ſe emittunt quibus impedi- tur iter ad patriam coelestem ascendiſ atque per illam malam voluntatem de qua procedunt ſemina nequitię inquinantur multi quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit & vno peccato infidelitatis omnia opera quæ poterat eſſe bona L. deprauantur & vno peccatore multi coinquinantur. Radix enim amaritudinis ſpe- cialiter peccatum infidelitatis poſteſt intelligi malam voluntatem atq; imitationē nequam vt diximus referamus & congrue peccatum amarum dixit eſte quia nihil eſt amarius illo poſtquam fuerit perpetratum quod experimēto agnoscūt qui poſt amarum delictum conſcientiæ merore macerantur diraꝝ, ſatis amaritudine conſu- mitur in tantum vt amaritudo ipſius delicti ipſum intellectū ipſamq; rationē aliquo- tiens.

tiens subuertat sicut de Cain legimus qui in desperationem ruit *Ne quis profanus aut fornicator ut Esau qui propter escam vendidit primogenita sua.* Fornicator appellatur Esau qui contra voluntatem Patris & Matris vxores alienigenas duxit Profanus autem proprius dicitur irreligiosus quasi porro, id est, longe à phano & templo Dei. Hic autem pro castri margo siue pro illo qui vtile pro inutile vendit ponitur quod bene congruit Esau qui fuit castri marginus atque gulosus vendens primogenita sua pro vili cibo pro lenticula scilicet rufa, primogenita autem appellantur isto in loco honor & dignitas sacerdotii ante sacerdotium enim Aaron quod à Deo constitutum est in lege omnes primogeniti sacerdotes erant sicut fuit Sem qui Melchisedech primogenitus filius Noe magna etenim dignitas erat habere primogenita quoniam & de substantia atque hereditate paterna maiorem portionem sumebant vestimentorumque ornatu locupletior splendebat unde legitur in Genesim quod Rebecca accipiens vestimenta Esau valde bona quæ apud se domi habebat induit eam Iacob sicque adduxit eum ad Patrem qui ut sensit odorem vestimentorum eius fragrantium dixit ecce odor filii mei quasi odor agri quia ergo inter iudeos erant quidam sectatores Esau in fornicatione atque castri marginia reducit ei Apostolus ad memoriam factum Esau hortans cauendum ab omnibus illis ne quis similis foret qui pro dilectione temporalium rerum usque ad vendenda sua primogenita peruenit. Propria si quidem negligentia & cupiditate vendidit honorem quem a Deo accepit & pro parua re magnam gloriam perdidit postrem enim effectus est qui erat primus & qui erat secundus mansit primus scitote enim quoniam & postea cupiens hereditatem benedictione priuatus est sub audi à Deo narrat historia Genesim quod Esau reuertens de agro ut comperit præuentum se à fratre ad benedictionem Patris dixit cum lacrymis ut clamore magno numquam benedictionem habes, Pater benedic etiā & mihi cui Isaac dominum tuum illum constitui & ultra filii tibi quid faciam? tandem vicitus Isaac clamoribus illius dedit ei Gen. 27. v.

39.

benedictionem diuitiis huius saeculi & his quæ terra protert abundare dicēs in pī-

xvii.

quædine terra & in rore cæli desuper erit benedictio tua apparebat ergo quia cū voluisse hereditate benedictionē paternā dignitatē videlicet sacerdotii recipere quam iam amiserat nec nō & sanctitatē Patris cum spiritu Prophetiæ peccatis impedientib⁹ ad hoc perduer⁹ est ut reprobaretur à Deo & fraudaretur à fratre benedictione paternā unde & sequitur non enim inuenit pœnitentia locum quamquam cum lacrymis inquisisset eam, quare non inuenit pœnitentię locum, id est, veniam per pœnitentiam quā cum lacrymis quæsiuit quia non ita quæsiuit ut debuit lacrymæ enim ille indignationis potius amissi honoris & rancoris contra fratrem quam humilitatis veræque pœnitentiæ unde & dixit venient dies luctus Patris mei, ut occidam Iacob fratrem meum. Quapropter quamquam cum lacrymis inquisisset eam iam ad illum benedictionis locum non potuit peruenire ut frater suus. Iste enim debuerat pœnitere sicut de Petro legimus quod cum Dominum negasset egressus foras fleuit Mat. 26. v.

v.75.

amarissime idcirco illi remissum est tam grande peccatum quoniam sicut debuit pœnitentiam egit non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem & turbinem & caliginem & procellam: & tuba sonum & vocem verborum Moses est illorum qui comparationes faciunt ut alteram partem deprimit atque extenuent ut res alterius partis emineat sic & Apostolus ex comparatione illorum quæ fuerunt in veteri testamento nostra maiora declarat & clariora, mansuetiora quoque & meliora atque admiratione digna facit enim nunc differentiam inter Christum & Moysen inter Euangelium & legem inter cœlum & montem Synā, inter aspersiōnem sanguinis legalis & emundationem sanguinis Christi multa enim sunt meliora ista quam fecissent illa ibi enim umbra quiescebat hic veritas tenetur & panditur Syon accessistis, inquit, ad tractabilem & accessibilem ignem, id est, non accessistis ad visibile & placabile lumen ignis quod usu corporeo tractari possit sicut de veteri Iudaico populo legimus, sed adinuisibilem & incomprehensibilem D E V M hæc in Syna monte facta referentur quando data est lex ignis, videlicet turbo, caligo, procella, tubæ, sonorum,

xix.

& vox

& vox verborum visus est, inquit Dominus Deus in monte Syna. Turbo est ventus validus auferens stipulas & levia quæque puluerem terræ inuoluens plerumque etiam ea tollit quæ ponderosa sunt. Caligo est tenebrositas fumi & ignis. Procella tempestas & pluuiæ, facta sunt autem ista quando lex dabatur ut corda Iudeorum primum ad peccandum concuterentur ne ipsam legem auderent transgredi. Vnde & terræmotus extitit ibi ut ipsi ex toto terrore perculti ad Deum cœlorum confugium facerent, tenebræ autem siue caligo obscuritatem ipsius legis designat turbo siue commotio ventorum comminationem ipsius legis quod dicit, si quis hoc vel illud fecerit occidatur procella ipsam vindictam, tubæ sonitus præsentiam & aduentum Dei omnipotentis, vnde idem Apostolus alias dicit in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo, per tubam autem intelligitur ipsa vox Angelorum. Nō enim est putandum quod ænea aut cornea tuba Angeli increpuerint vox quoque verborum non ipsius omnipotentis Dei intelligitur, sed Angelorum per subiectam enim creaturā, hoc est, per Angelum loquebatur Deus ad Moy-sen nam quod non esset vox Dei Dominus demonstrat in Euangeliō loquens Iudeis neque vocem eius audistis neque speciem eius vidistis & quod Moyses cum An-gelo non cum Domino fuerit locutus, ostendit beatus Stephanus in conuentione sua quam habuit cum Iudeis, hic est, inquiens, *Moyses qui fuit cum Angelo qui loquebatur cum eo in monte Syna.* Euangeliū autem non fuit datum in tremore neque cum comminatione sed affectu paterno locutus est Dominus fidelibus tamquam filii. Nam ascendens in montem quando inter cetera pœnitentia vita esto beatitu-

**P**miss. Nam accendens in montem quando inter cetera praecpta vita & oboe beatitudines eis protulit non apparuerunt neque visa sunt signa quibus terrentur, sicut quādo lex data est. Sequitur, quam vocem tubarum & Angelorum qui audierunt excusauerunt ne eis fieret verbum, id est, ne eis loqueretur: non enim portabant quod diceba-

**Exod. 20. tur adeos, hoc est, non poterant ferre vocem Angeli prætinore, vnde & dixerunt  
v.19. Moysi loquere tu n obis non loquatur n obis Dominus ne forte moriamur nimio enim ti-**

more fuerant perculsi videntes totum montem Syna fumare procellas quoque & tonitrua & voces tubarum & si bestia tetigerit montem, lapidabitur sub audi lapidis grandinis cœlitus missis sic enim præceperat Dominus longe fiant filij Israel à mente quoniam si homo aut aliqua bestia accelerit ad montem lapidis grandini-

**xxi.** mente quoniam si homo aut aliqua bestia accesserit ad montem lapidibus grandinis interficietur, & ita terrible erat quod videbatur sub audi ut neque auderent audi re neque accedere ad montem. *Moyses enim dixit exterritus sum & tremebundus si Moyses exterritus est quid dicendum de aliis? sed accessisti ad Syon montem & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem caelestem.* Ex superioribus illa pendent ubi dictum est non accessisti ad tractabilem & accessibilem ignem montis Synai, *sed accessisti ad Syon montem* cetera per partes indicta sunt, per Syon qui interpretatur visio pacis vult.

intelligi celestem patriam Ecclesiam videlicet supernam quæ constat ex Angelis & hominibus iustis ad quam acceditur fide & desiderio & accessistis ad frequentiam sive multitudinem multorum Angelorum consociati illis in fide consociandi iterum in gloria iuxta quod Dominus dicit erunt electi sicut Angeli Dei in cœlo & accessistis ad Ecclesiam primitiorum qui conscripti sunt in cœlis Ecclesia primitiorum debemus accipere in Apostolis qui primi crediderunt querum fidei illi adiungit.

**Luc. 10. v.** debentis accipere in Episcopis qui primi crediderunt quorum nomen in adiunctu sunt credendo & quorum nomina scripta sunt in memoria omnipotentis Dei iuxta quod ipsa veritas eis dixit *gaudete quod nomina vestra scripta sunt in caelis & accese-*

**Q.** sistis ad eum, *Iudicem omnium*, id est, ad Dominum Iesum qui dicit. *Pater non indicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio* per illum enim iudicabit Deus Pater non solum modo ludibris, sed omnes homines & accessistis ad *spiritum iustorum perfectorum* spiritum iustorum vocat, spiritum sanctum per quem iustificantur omnes in baptisme accipientes ab illo remissionem omnium peccatorum & bene iusti vocantur, quia tunc iusti perfecte existunt dum ab omnibus contagis mundantur siue per spiritum iustorum perfectorum dicit animas sanctorum qui apud Deum probabiles extiterunt quibus non coniuncti fuerunt illi & fide & desiderio, accessistis quoque ad *Iesum mediatorem noui testamenti* Dominus Iesus post hoc quod homo

**xxiv.** quoque ad Iesum mediatorem noui testamenti Dominus Iesus post hoc quod homo pariter & Deus est mediator noster est, quoniam sicut Moyses mediator fuit inter

Deum

Deum & populum verba Dei referens ad populum, rursumque populi ad Deum secundum quod ipse dicit *egosque estis vester medium inter Deum & vos*, ita & Dominus Iesus verba Dei Patris retulit nobis & modo nostra refert ad illum interpellat assidue pro nobis simulque sua passione confirmauit nobis testamentum nouū ad passionem quoque sanguinis accessistis melius loquente cum Abel more legis ad aspersoris nomine emundationem Christi sanguinis intimauit quoniam mun  
datio quoque quæ per sanguinem fiebat aspersio vocabatur accesserunt ergo illi ad sanguinem Christi siue ad emundationem, hoc est, ad passionem eius quoniam fide passionis eius mundati sunt, sanguis autem Christi melius loquitur quam sanguis Abel, quia sanguis Abel vindictam exposcebat homicidæ fratri, sanguis vero Christi vitam & indulgentiam implorat suis persecutoribus dicente illo ad Patrem Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt vel certe melius loquitur dum nos loquentes facit & quod Iesus ipse est filius Dei cuius passione sumus redempti & baptizate abluti & quia per sanguinem eius sumus effecti filii Dei *videte ne recusetis loquenterum* quod est dicere cauete ne condemnetis Iesum loquentem Euangelium suum. Quoniam in dextera sedet considerans quid vniusquisque vestrum agat *sic enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur multo magis nos qui de celis loquentem nobis auertimus* sub audi non effugiemus, & si diceret si patres vestri vindictam omnipotentis Dei non effugerunt qui præcepta illius prævaricati sunt fabricando Idolum, quæ per Moysen vel per Angelum data sunt illis quorum uterque in terra loquebatur multo magis nos non poterimus euadere vindictam illius si præcepta illius quæ per filium data sunt contempserimus illi, inquit, in terra loquentem audierunt nos de celo propter unitatem aut personæ quæ habet filius Dei in duabus naturis dicitur de celo vobis loqui in terra enim videbatur loqui per humanitatem, sed erat in terra & in celo per diuinitatem in vnde ipse dicit nemo ascendi in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo similiter dum Euangelium predicatur in terris ipse quoque de celo nobis loquitur. Quapropter audiendus est, multotiens quam Moyses sequitur *cuius vox mouit terram tunc sub audi quando lex data est nunc repromittit dicens adhuc semel & ego mouebo non solum terram, sed etiam celum* ipse qui tunc iussione mouit montem Syna & terram in circuitu eius ubi populus stabat quando Moysi dedit legem ipse nunc repromittit non partem terræ mouendam a se neque ipsam totam terram solummodo, sed etiam celum & ideo quanto maiora opera fieri promittit tanto magis timendus est licet enim terremotus saepius fuerit in diuersis locis diuersisque partibus mundi non fuit tantus per torum mundum & si mota est terra non tamen celum, vnde benedicit semel futurum esse hoc in die iudicii ostendens, quia numquam iterum mouebuntur vnde sequitur. *Quod autem adhuc semel dicit ostendit mobilium translationem tamquam factorum ut maneat ea que sunt immobilia, ista motio cœli & terræ & ad innouationem & immeliorationem illorum pertinet terræ quidem motu appropin quante dicim iudicii sustinebunt, sed pariter innouabuntur cœlum & terra & mouebuntur ab specie in meliorem iuxta quod idem Apostolus alibi dicit præterit figura huius mundi, mutata figura remanebit substantia eritque postea cœlum nouum 7. v. 13.*

*S.*

*Deo cum metu & reverentia: Regnum immobile Ecclesia est cœlestis quæ constat ex Angelis sanctis & hominibus iustis regnum autem Dei Ecclesia est ista & regnum Ecclesiae omnipotens Deus est, hoc regnum modo suscipimus in spe tunc vero percipiemos in re cum tradiderit Christus regnum Deo Patri. Idcirco autem immobile appellatur quoniam si cœlum & terra immobiliter permanebunt post immutationem multo magis electi post resurrectionem immobiliter immortalitatem in corpore & incommutabilitatem in anima percipient regnaturi æternaliter cum Deo eruntque ipsi regnum immobile omnipotentis Dei & regnum illorum contemplatio sanctæ Trinitatis. Et quia istud regnum immobile modo suscipimus in spe*

xxiv.

R.

xxvi.

xxvii.

S.

1. Corin.  
7. v. 13.

xxviii.

Spē hortatur Apóstolus ut habeamus gratiam per quam seruiamus Deo placentes illi, gratiam autem dicit fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, cum operatione sancta per quam debemus Deo seruire cum metu timentes illum ut Deum & Iudicem omnium & cum reuerentia diligentes illum ut Patrem, timere enim debemus ne & hic flagellemur & postmodum à requie separemur. *Etenim Deus noster ignis consumens est.* Deus omnipotens ignis appellatur non ut materialia quam fecit consumat, sed quod exterius homo attrahit rubiginem scilicet peccatorum non enim illud consumit quod ipse fecit, sed quod malitia hominum intulit; agit & aliud iste ignis dum corda videlicet hominum ad amorem Dei accedit de quo igne veritas dicit, *ignem veni mittere in terram & quid volo nisi ut ardeat?* Terra enim vocata sunt corda terrena quæ dum semper infirmis cogitationibus desideriisque terrenis versantur à malignis spiritibus quasi terrena conculcantur, sed ignem Dominus in terram mittit cum afflato sancti spiritus corda carnalium hominum ad amorem Dei & proximi accedit. Ecce quare appellatur omnipotens Deus ignis videlicet quia rubiginem peccatorum consumit & corda hominum ad caritatem accedit, sed potest queri adhuc quare assimiletur igni, at vero respondendum, quia sicut ignis latet in silicibus & petris ita omnipotens Deus in creatura sua manet, sed tamen non videtur.

## CAPVT XIII.

Ad varias hortatur virtutes, iubens cauere ab extranea doctrina, ac memoriam refricans altaris & hostiarum veteris nouique testamenti, & subinde monens ut præpositis obtemperent: orat ut pro se precentur, idem vicissim pro illis agens, additis mutuis salutationibus.

- I.  
Ro. 12. c.  
43.  
1.Pet. 4. c. 9
2.  
A.  
Gen. 18. a.  
3. & 19. a. 2.
3.  
4.  
5.  
Iof. 1. a. 5.
6.  
Pf. 11. a. 6
7.  
B.
8.  
9.  
10.  
11.  
Leu. 16. f.  
27.
12.  
C.
- 
- Haritas fraternitatis maneat in vobis.* † = Ethos  
*spitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim la-*  
*tuerunt quidam, Angelis hospitio receptis.* † Me-  
*mentote vincitorum, tamquam simul vincit;* & la-  
*borantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.* † Honora-  
*bile connubium in omnibus, & thorax immaculatus.* For-  
*nicatores enim, & adulteros iudicabit Deus.* † Sint mores  
*sine auaritia, contenti praesentibus: ipse enim dixit: - Non*  
*te deseram, neque derelinquam.* † Ita ut confidenter dicamus:  
*= Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.*  
*+ Memento præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt*  
*verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imi-*  
*tamini fidem.* † *Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in seculu-*  
*la.* † *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum*  
*est enim gratia stabilire cor, non escis: que non profuerunt am-*  
*bulantibus in eis.* † *Habemus altare, de quo edere non ha-*  
*bent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.* † = *Quorum enim*  
*animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem,*  
*horum corpora cremantur extra castra.* † *Propter quod & Iesus,*

ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. + Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. + Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. + Per ipsum ergo offeramus hostiam, saudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. + Beneficentiae autem, Et communionis nolite obliuisci: talibus enim hostius promeretur Deus. + Obedite prepositis vestris, Et subiacete eis. Ipsi enim per uigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, Et non gementes: hoc enim non expedit vobis. + Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habeamus in omnibus benevolentibus conuersari. + Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituam vobis. + Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti eterni, Dominum nostrum Iesum Christum, + aptet vos in omni bono, ut faciat eis voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Rogo autem vos fratres, ut sufferatis verbum solatii. + Etenim per paucis scripsi vobis. + Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (celerius venerit) videbo vos. + Salutare omnes prepositos vestros, Et omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. + Gratia cum omnibus vobis, Amen.

**C**haritas fraternitatis maneat in vobis, quod est dicere ita diligite omnes sicut vos metipso recogitantes vos habere unum Patrem Deum omnipotentem, & unam Matrem Ecclesiam siue ex uno Patre Adam & una Matre Eva progenitos & hospitalitatem nolite obliuisci non dixit hospitales estote, sed hospitalitatem nolite obliuisci fuerant enim illi satis hospitalitati dediti antequam expoliati essent propriis facultatibus, sed postquam nudati sunt ex maxima parte propria substantia erant iterum nimium tenaces, quapropter hortatur eos Apostolus, ut secundum possibilitatis modum hospitalitatis officium adimplerent dicens eis hospitalitatem pristinam nolite obliuioni tradere: hospitalitas autem hilari mente & animo late est agenda iuxta quod beatus Petrus dicit, hospitales in uitam sine murmuratione, & alibi: hilarem datorem diligit Deus. Sequitur, per hanc enim placuisse sunt quidem Deo Angelis hospitio receptis. Ut Abraham qui meruit promissionem de filio accipere & Lotus qui liberatus est de excidio Sodomorum: unde & ipse Iudeus omnium dicturus est in die examinis, quamdiu fecisti uni ex minimis meis mihi fecisti. Mementote vincitorum tamquam sumus vincti, hoc est sicut optaretis vobis subueniri vestri meminisse si essetis vincti in carcere ita mementote illorum qui profide Christi vinculati tenentur: videlicet tamquam & vos simul sitis vincti cum eis & laborantium sub audi mementote tamquam & ipse in corpore morantes, quod est dicere quia in corpore adhuc estis morantes per quod experimento cognoscitis quid necesse sit laborantibus mementote illorum qui laborant, in doctrina & operatione sancta subministrando viatum & vestimentum sicut velletis vestri meminisse si taliter laboretis per hoc enim quia in corpore mortali manetis sicut illi.

Tt expe.

- IV.** experimento probatis quia militia est vita hominis super terram & homo ad laborem nascitur sicut auis ad volatum honorabile connubium subaudi sit in vobis siue placet.
- B.** Deo & torus immaculatus connubium dicitur a connubendo. Erant quidam tunc temporis qui condemnabant nuptias dicentes immundum esse coniugale connubium nec posse esse mundum a lecto coniugis surgentem, vnde beatus Apostolus legitimum connubium quod causa filiorum sit non causa libidinis explenda non solum concedit, sed etiam dicit Deo placere illud, honorabile enim connubium est amore filiorum legitime vxorem ducere temporibusque certis ab ea abstinere nec plures uxores habere quam in initio scriptura dicit *creavit Deus masculum & feminam, dixitque eis crescere & multiplicamini, in sequentibus quoque dicitur quod futuri essent duo in carne una huiuscmodi connubii torus immaculatus est, hoc est, legitimus concubitus vel recubitus absque fornicationis causa & immaculatus lectus immaculati & illi inde surgentes, hoc est, maculam peccati inde non trahentes, vnde beatus Matthaeus Apostolus dicit quodam loco, quia coniugium legitimum & torus legitimus fortes habent quodammodo in commixtione seminis, sed peccati maculam non habent melius est enim uxorem legitimam ducere quam cum meretriculis fornicari aut etiam aliorum uxores violare: si vero legitimum non fuerit connubium neque amore filiorum, sed causa libidinis explenda pluresque fuerint uxores iam non est honorabile connubium neque totus immaculatus fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus, fornicari est quemque modo pollui libidinemque explorare: adulterare vero est alterius torum violare, vnde adulter quasi alterius torum violans, sed numquid omnipotens Deus solummodo fornicatores & adulteros iudicabit, hoc est, damnabit? prætermis homicidis, sacrilegii, furibus, aliisque diuersis criminibus inuolutis, minime, quare ergo Apostolus specialiter fornicatores & adulteros iudicandos fore dixit? nimurum quia de homicidis, sacrilegii, furibus, parricidis atque aliis peccatorum pondere grauatis nulla hesitatio est quin sint damnandi. De fornicatoribus vero & adulteris erant tunc temporis qui dubitant dicentes adhuc factos masculos & feminas a Deo ut simul coeant ideoque non esse peccatum cum qualibet muliere concubere quod omnino longe a veritate est, vnde Apostolus cum primo dixisset honorabile connubium & torum immaculatum placere Deo mox subintulit quia fornicatores & adulteros iudicabit Deus ostendens iuste iudicare fornicatores & adulteros si enim connubium concessum est iuste fornicatores suppliciis afficiuntur iuste puniuntur adulteri *sunt mores sine auaritia contentis presentibus.* Mores sunt honestas vitae & bene viuendi gratia non dixit nolite possidere, sed sunt mores, auarus dicitur auidus auri videlicet, qui tenax est in largiendo & cupidus in accipiendo & qui manum habet collectam ad dandum & extentam ad accipendum de quo omnino quidam sapiens admonuit dicens non sit porrecta manus tua ad accipendum & ad dandum collecta fortassis postquam expoliati fuerant propria facultate a non creditibus cupiebant sub retenu eleemosynæ iterum congregare diuitias ideoque admonuit Apostolus vt essent mores illorum sine auaritia contenti tantum praesentibus necessariis non praecogitantes de futuro iuxta quod ipse alibi dicit *habentes viculum & vestimentum his consensi simus.* Et non forte dicent quid facturi erimus si necessaria nobis contigerint de esse suffragia protinus consolationem addidit adhibens testimonium de libro hiesu naue, *Ipsa enim Deus omnipotens dicit non te deseram neque derelinquam, post mortem Moysi dixit Dominus Iosue sicut fui cum Moysi ita ero tecum confortare & esto robustus non te deseram neque derelinquam quod exemplum pertinet ad Iosue ita & omne electum qui spem suam in Deo positam habet nullæ enim ratione mentitur si in illo spem nostram ponimus sub audi ita est ille nobiscum ut confidenter dicamus Dominus mibi adiutor est non timebo quid facias mihi homo, hominis nomine intelligitur hic non solum carnalis quilibet aduersarius, sed etiam antiquus quia homo appellatur ab officio suo vocabulum sumens eo quod hominem decipiatur sive & Christus leo appellatur propter fortitudinem, vnde propheta dicit, *Eripe me Deus ab ho-***
- V.** *Psalmus 139. v. 1*

VII.

E.

VIII.

IX.

F.

X.

G.

*ab homine male, id est, à diabolo, oportet ergo nos in omnibus tribulationibus seu temptationibus huc versiculum psalmographi seu Apostoli exclamare dicentes: Dmrus nō mihi adiutor est non t̄ mebo quid faciat mihi homo, id est, quilibet hostis aut aduersarius mementare prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Omnes quidem Prælati & Doctores in quantum bona prædicant & bona operantur audiendi sunt & imitandi, in quantum vero aut non recte prædicat; aut male viuunt neque audiendi sunt neq; imitandi, verbi gratia, si recte prædicat bene viuit audiendus & imitandus est. Sin vero neutrum agit non est audiendus neque imitandus at vero si recte prædicat, licet male viuat, non est contemnendus, ut non audiat, vnde Dominus dicit: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, quia ergo isti bonos præpositos habuerant, id est, sanctos Apostolos eorumque successores hortatur eos ut memores sint illorū, eorumque conuersationis considerantes exitum, hoc est, perseverantiam usque in finem in fide recta bonisque operibus imitarentur, fide hoc est, firmitatem omnium bonorum, quia ergo finem bonum habuit eorum conuersatio idcirco imitamini fidem illorum, fidem autem firmitatem seu perseverantiam illorum dicit Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula. Ad superiora pertinent ubi testatus est dixisse Deū non te deseram neque derelinquam poterant illi respondere, hoc non pertinet ad nostrum auxilium, quod non est nobis promissum, sed potius Iesus promisit hoc Deus adhuc Apostolus nolite deficere quoniam sicut pertinet ad Iosue ista promissio ita pertinet ad vos quoniam Iesus Christus quia unius essentiae existens cum Patre tunc temporis ipse fuit, ipse est, & ipse erit in secula, nolite putare quasi qui tunc fuit non sit modo, idem enim qui fuit heri idem erit in secula, heri autem præteritum significat tempus, hodie præsens secula vero futurum sine termino, tamquam diceret ante secula in secula & post secula semper manebit, sicut de illo Propheta dicit, tu autem idem ipse es & anni tui non deficiens.*

*Doctrinæ variæ & peregrinæ nolite abduci, doctrinæ variæ & peregrinæ nouæ dogmata sunt hæreticorum quibus abducuntur & separantur simpliciores à veritate hædi superstitutiones quoque Iudeorum qui docent abstinentiam à quibusdam cibis quos lex prohibet quosdam vero concedunt, quia ergo inter illos erant quidam carnaliter lapientes qui escarum obseruatione differentia seducebant quosdam abstractentes eos à doctrina euangelica quæ dicit omnia esse munda mundis, aliquid quod illos Apostolus ne illorum peregrina doctrina abducerentur, quod apertius manifestat subiungens optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, que non fuerunt ambulantibus in eis: optimum inquit & perfectum est stabilire & consolidare intellectum animi in gratia noui testamenti, ut habentes fidem perfectam credentes omnia munda mundis, non stabilire in differentiis & obseruationibus escarum dicentes quosdam cibos mundos quosdam immundos, quæ nihil profuerunt ambulantibus in illis obseruationibus post aduentum enim Domini omnia illa quæ in figura contingebant cessauerunt & maxime postquam Dominus dixit non quod intrar in os coquinat hominem sed omnia munda mundis vidit siquidem Deus cuncta quæ fecit erantque valde bona; melius est enim fidem retinere cum perfecto opere quam de differentia ciborum disputare reiicio illa quæ Deus munda creauit unam quæ est perfecta obseruantia abstinenre à peccato nihil enim prodest abstinenre à cibis si non abstinetur à peccatis. Nam licet gererent illi studium circa huius modi obseruationes nihil eis profuit quia fidem non habuerunt, in hoc enim quod legem custodiebant profuit illis in hoc quod escis non vescebantur nihil utilitatis percepserunt. *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt, legis consuetudinem ad mysterium spiritualemque sensum refert Apostolus legis liquidem præceptum erat undecima die septimi mensis à festiuitate Paschalis, festiuitate videlicet propositionis acciperent vitulum & hircum & immolarent eum in castris, sanguinem autem illorum animalium ferret Pontifex in sancta sanctorum solus oratus pro populo, carnes vero illorum portaretur extra castra ibique tremarentur, nec esse licitum alicui tabernaculo deseruieti ex illis comedere.**

spiritualiter autem illa duo animalia videlicet vitulus & hircus figuram tenent Domini saluatoris ipse enim vitulus quem pius Pater in regressione filii prodigi immo lauit ipse & hircus quoniam pro peccatoribus oblatus est Pontifex quoque ille qui cum sanguine illorum animalium intrabat in sancta sanctorum oratus pro populo typum gerebat istius veri Pontificis qui cum sanguine passionis suae interiora patris coelestis penetrauit oratus pro fidelibus suis immolabantur illa animalia intra castra, sed carnes illorum extra castra comburebantur quia & redemptor noster in Hierusalem quasi intra castra immolatus est vocibus & iudicio filiorum Israel sed carnes illius extra Hierusalem in cruce combustae sunt igne passionis quando enim adiudicatus est morti clamantibus Iudeis reus est mortis crucifige crucifige cum quodammodo quantum ad illos pertinet immolatus est. Quod Marcus Evangelista volens nobis ostendere ita esse dicit erat autem hora tercia & crucifixerunt eum, cum linguis videlicet suis, nam hora sexta in crucem est leuatus extra Hierusalem ibique corpus eius combustum est igne passionis. Altare autem illud Iudeorum quod siebat extra castra vbi consumebantur carnes, altare Ecclesiae est vbi quotidie corpus Christi consecrat. Habemus ergo altare Ecclesiae vbi consecratur corpus Dominicum de quo non habuit potestatem edere qui tabernaculo corporis sui deseruiunt, fornicatores videlicet adulteri ebriosi immundi & hi qui fermentant inter fratres discordias omnesque qui voluptatibus & desideriis carnis suz deseruiunt, qui enim manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit, quoru etiam animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem horum corpora cremantur extra castra, hec quomodo ad dominum pertineant satis ut recte dictum habetur, sed quia ipse caput est omnium electorum, per carnes illorum animalium possunt intelligi omnes electi, qui extra castra, hoc est, extra conuersationem secularium carnaliumque hominem mortificando membra sua cum vitiis & concupiscentiis, siue martyrum pro Christi nomine sustinendo feruore sancti spiritus accessi consumunt in se quicquid fluidum atque libidinosum inuenitur ardentque pariter amore dilectionis Dei & proximi, dupliciter enim concremuntur, extra castra siue dum mortificant membra sua cum vitiis & concupiscentiis, ut diximus, siue dum ad exemplum dominicae passionis martyrii palmarum subeunt, iuxta quod

*1. Pet. 2. v.* Beatus Petrus hortatur dicens: Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Infertur sanguis illorum intra sancta per Pontificem dum

*21.* I. illorum vita laudabilis Deo Patri presentatur per verum sacerdotem Iesum, qui est aduocatus noster interpellans pro nobis, congrue per sanguinem vita accipitur, quia vita hominis in sanguine est, siue sanguis illorum infertur in sancta, dum illorum animae cum triumpho passionis ad coelestia deferuntur bene quoque in altari consumuntur, quia omnes sancti Martyres in fide adimplent, quam se credunt a Deo remunerari, de his quae in hoc altari consecrantur, non habent potestatem edere qui tabernaculo deseruiunt, quoniam ad ea quae sancti Martyres in fide perfecta sustinendo adimplent non audent accedere hi qui carnaliter vivunt & amore hu

*xii.* ii. ius seculi tenentur astricti, propter quod, subaudi mysterium adimplendum, & Iesum ut sanctificaret per sanguinem suum populum, in se credentes, extra portam passus est, sicut liber Euangeliorum testatur Dominus extra portam Hierusalem passus est in loco decollatorum, qui vocabatur caluarius. Ut ergo Dominus umbram & figuram in

*xiii.* iii. veritatem conuerteret quae de se suisque membris praefigurabatur suoque sanguine redimeret populum in se credentem foris Hierusalem passus est, Exeamus igitur ad cum extra castra improprium eius portantes, quia ergo Dominus pro nobis passus est hortatur Apostolus, ut imitemur illum dicens igitur quia ipse extra castra passus est, ut nos sanctificaret egrediamur ad eum extra conuersationem carnali hominum mortificantes membra nostra cum vitiis & concupiscentiis imitemur & eius passionem martyrum pro illo sustinendo, hoc est enim improprium illius portare eademque ille sustinuit pati, crux enim illius improprium eius videatur esse paganis, nobis autem est sanctificatio & redemptio. Exeamus igitur ad

cum

ēum extra castra despicientes præsentia, amantes futura, contemnentes visibilia  
vel desiderantes & amantes æterna. sequitur *Non enim habemus hic manentem* xiv.  
*civitatem, sed futuram inquirimus*, certum est quia in hoc mundo non possumus  
habere habitaculum æternum neque civitatem semper manentem, quoniam  
mundus transibit & concupiscentia eius quapropter debemus tendere summis  
nisibus ad civitatem cœlestem Hierusalem quæ habitatorem habet Deum æter-  
naliter permanfura.

xv.

*Per ipsum ergo offerimus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labio-  
ram confitentium nomini eius*, per ipsum, id est, Christum debemus offerre Deo  
Patri sacrificium laudis & gratiarum actiones pro omnibus bonis ab illo perceptis  
idcirco autem gratiarum actiones fructum labiorum vocat, quia eundem laudes Rō.10.v.10  
& gratiarum actiones fructum præmiorum merentur, vnde Apostolus dicit, quia  
*ore confessio fit ad salutem*, illi ergo pecudes offerebant nos autem nihil horum offre- Psal. 49. v.  
rimus, sed solum gratiarum actionem Deo offerre debemus. De hoc sacrificio 14.  
dicit Psalmista, *immola Deo sacrificium laudis Beneficentie aut & communionis nolite  
oblinisci talibus enim hostiis promeretur Deus*. beneficus dicitur homo largus & ele-  
mosynæ deditus inde beneficentia dicitur, largitas eleemosynarum beneficen-  
tia, inquit, & communionis nolite obliuisci, id est, largitatis eleemosynarum &  
communionis, quia communicare & participare debetis aliis ex facultatibus ve-  
stris nolite obliuisci si alii vestras rapuerunt substantias tamen ex eis quas habetis  
eleemosynas dare nolite obliuisci, sicut per Prophetam dicit: *Beatus qui intelligit* Mat. 9.v.13  
*super egenum & pauperem*, talibus enim hostiis & muneribus eleemosynarum pro- L.  
meretur Deus adipisci, vnde dicit per Prophetam *misericordiam volo & non sacrifi-  
cium*. Non est considerandus pauper qui videtur accipere, sed potius qui iussit  
dare, eleemosyna enim quæ pauperi largitur in terra à Deo recipitur in cœlo & no-  
hi attendere quod hoc sit tibi redditurus quod accepit tu enim terram dediti ille  
cœlum reddet, temporalia dedisti, æterna mercaberis, *Obedite præpositis vestris &  
subiacete eis*, obediendum est omnimodo Prælatis & Prædicatoribus in quantum  
doctrina & mores illorum sancti & pii existunt si autem à via rectitudinis deuiaue-  
rint sicut scribæ & Pharisei non faciamus qualia agunt nisi forte in fide contra-  
rii extiterint. Nam si in fide contrarii extiterint non solum vitandi sunt, sed et-  
iam fugiendi at si bene docuerint discrepauerint autem moribus, audi Chri-  
stum dicentem de talibus in persona Scribarum & Phariseorum, *super ca-  
rvedra Moysi sed erunt Scribe & Pharisei omnia ergo quacumque dixerint vobis  
seruante & faciente secundum vero opera eorum nolite facere*. Dicunt enim &  
non faciunt. *Ipsæ enim perficiebant quasi rationem pro animabus vestris reddituri,  
vt cum gaudio hoc faciant & non gementes*. Omnibus quidem Prælatis & Præ-  
positis obediendum est nisi forte à veritate fidei aberrauerint præcipue tamen  
illis qui peruigilant, hoc est, sine intermissione vigilant in prædicatione, in bo-  
no exemplo & cura exteriorum solliciti existentes qualiter pro eis rationem  
reddant. Ideo subditi debemus esse Prælatis nostris qui solliciti sunt de bonis, vt-  
pote pro nobis rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gemen-  
tes, id est, vt cum latitia & hilari mente curam nostri agant & non cum mur-  
mure & perturbatione animi fiant, quoniam plerumque mala conuersatio  
& inobedientia subiectorum ad amaritudinem prouocant animos Prælato-  
rum adeo, vt segniores atque tristiores circa profectum illorum existant: siue o-  
bedire debemus illis, vt in die iudicii cum gaudio pro nobis rationem reddant  
securi de præmio & non gementes anxi de nostra damnatione, hoc enim non  
expedit vobis subauditur, vt illi gemendo curam vestri agant vel pro vobis xviii.  
rationem cum tristitia reddant. *Orate pro nobis, amplius autem deprecor vos hoc* xix.  
*facere quo celerius restituam vobis*. Voluntatis quidem meæ est venire ideoque  
attente deprecor vos pro me orare & cito desiderium meum impleatur ve-  
niendi ad vos. Hic superbiam elationemque mentis quorundam Pontificum  
destruit

xvii.

Mat. 23.v.8

M.

destruir, qui typo superbiæ inflati dēdignantur de precari suos subiectos quæcūs pro eis orationes fundant, si ergo ille qui ad hoc à Domino vocatus est ut doctor & magister omnium gentium fieret, non est dēdignatus petere quatenus pro illo subiecti eius quos Domino acquisierat orarent, quanto magis indigent pleni in iudiciorum pinia aliisque virtutis respersi orationibus subiectorum subueniri? sequitur *confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volētes conuersari*, culpabatur Apóstolus à Iudeis quod nō diligenter gentem suam sicut gentiles ideoq; blande ac deprecatione alloquitur illos ostendens se bonam voluntatem habere in omnibus, hoc est & in Iudeis & in gentibus. Confidimus, inquit, ego ac socii mei bonam voluntatem nos habere in omnibus hominibus bene volentes conuersari tam Iudeos quam Gentiles. Nolite aliquas accusationes aut detractiones proferre quoniam conscientia nostra in nullo nos reprehendit neque damnat quod bonam voluntatem non habeamus erga vos, & notandum quia primum postulat ab eis orationis suffragium, ac deinde non simpliciter, sed tota intentione & omni profus studio, quam orationem pro eis ad Dominum fundit inquiens, *Deus autē pater quis eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni Dominum nostrum Iesum Christum*. Deus pater isto in loco intelligitur Deus Pater à quo vera pax procedit quia est amator pacis & qui nos pacificauit sibi per sanguinem filii sui ipse eduxit pastorem magnum ouium de mortuis, id est, de sepulcro qui locus proprio mortuorum est suscitans illum tertią die *Quod ipse filius appropinquas paſſionis orabat dicens Pater clarifica filium tuum*, id est suscita filium tuum & quod dicit ei id est Deus Pater in psalmo, *exurge gloria mea exurge psalterium*, id est, chorus omnium virtutum cui filius, *ex surgam diluculo*, Deus ergo Pater eduxit filium suum de mortuis, hoc est, de inferno vel de sepulcro iuxta quod psalmista prædixerat *non debitis sanctum tuum videre corruptionem*, & vt ita dicamus ipse filius suscitauit semet ipsum per potētiam verbi. Nam sicut Trinitas creauit illum hominem in utero virginali ita tota Trinitas eduxit illum à mortuis. Quoniam indiuisibiliter operantur illæ tres personæ, magnus autem pastor Dominus Iesus est quia ad Pascha vitæ & a-mœna pascha virentis Paradisi suas oves perducit ipse est pastor qui dicit in Euāge-  
lio. *Ego sum pastor bonus, oves eius sunt electi de quibus ipse dicit oves mea vocem meā*

- N.** *xx.* *audiant & sequuntur me, & ego vitam eternam do eis. Aptet vos, id est, præparet vos perfectosque reddat in omni bono ut faciat voluntatem eius faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum cui est gloria in secula seculorum, Amen.* Deus inquit pacis aptet vos in omni bono, hoc est faciat vos aptos in fide recta, in doctrina, in operatione perfecta, vt possitis eius voluntatem perficere faciens ipse in vobis quod placeat sibi, à vobis enim nihil boni habere potestis nisi illo præueniente & subsequente, iuxta quod psalmista exorat dicens, *misericordia eius præueniet me & misericordia eius subsequatur me*, Apostolus quoque alias dicit, *Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere*, hæc autem omnia per Iesum Christum orat perficere quoniam per illum facti atque redempti sumus per illum quicquid boni habemus nobis ministratur. Cuī gloria, id est, Deo Patri & Iesu Christo in omnia futura secula, Amen autem confirmatio est pro eo quod est velita est verum vt dixi. *Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatii etenim per pauca scripti vobis.* Nota quod totam Epistolam unum verbum appellavit nec dixit rogo vos vt sufferatis patienter verbum admonitionis quia putillanimes erant, sed verbum solatii, hoc est, verbum consolationis verbum adhortationis. Non enim scripsi vobis multa, sed pauca ad comparisonem illorum quæ vobis dicerem si præsens essem timens vobis oneri esse, *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum.* Timotheus coepiscopus erat beati Apostoli & adiutor in prædicatione quem dicit dimissum à se & ad prædicationem directum siue ab Ahenis ubi illū dimiserat fortassis Apostol⁹. Potest etiam intelligi quod in carcere tentus tunc fuerit dumilius. *Cum quo id est, cum Timotheo, scelerius venerit ad vos, video vos mansuetiores eos vult esse dicens separatum ad eos venire, Salutare omnes Prepositos vestros & omnes sanctos.* Sicut generaliter omnibus hebræis hanc Epistolam scripse-
- P.** *xxi. II.* *p. xxiv.* *Sicut generaliter omnibus hebræis hanc Epistolam scripse-*

scripsérat ita generaliter omnes salute vigere optabat non solum Prælatos, sed etiam omnes subiectos quos sanctos vocat, quia sancti fuerunt in baptisme simulque blanditur eis dum honorabiliter eos salutat quatenus omnia aduerterent se diligi ab illo non ad oculum, sed ex toto affectu mentis. *Salutare vos de Italia*, aperi-  
tissime his verbis innuit nobis quod Romæ hanç Epistolam scripsérat quæ in Regio-  
ne Italica sita est & sicut Doctoribus videtur in carcere erat tunc temporis, *gratia*  
*cum omnibus vobis Amen*. Gratia dicitur gratis data, gratiæ autem nomine de-  
bemus hic accipere fidem perfectam cum executione bonorum operum, remis-  
sionem quoque peccatorum quam percipiunt electi tempore baptismatis, do-  
num etiam Spiritus sancti, quod datur tam in baptisme quam per impositiones  
manus Episcoporum quæ omnia gratis à Deo dantur.

Orat ergo Apostolus ut ista omnia illi quibus scribebat possiderent.  
Oremus & nos Dominum pia supplicatione quatenus per suffragium sui Aposto-  
li horum munierum nos possessores in præsenti efficiat fidemque quam do-  
cuit integerime custodientes bonisque operibus exornantes ad con-  
templationem supernæ visionis Christo duce per-  
tingere mereamur.  
Amen.







# INDEX RERVM ET VERBORVM HOC IN OPERE D. REMIGII CONTENTORVM.

## A.



- Bortinus quis. 186  
*Abraham* dicitur pater omnium credentium. 27. Carne pater est Iudaorū non credentiu, fide autē omnium credentium Iudaorum & Gentilium. 27  
*Abraham* Deo credidit, reputatum est ei adiustiam. 24. 308. & 466. Fides eius quomodo accipienda. 466  
*Abraham* primo dictus est Ram, deinde Abram, denique Abraham, & cur. 468  
*Abraham* speluncam duplēcē Arbe inse-  
pulturam à filijs Seeg emit. 471  
*Achaia* Gracorum regio. 2  
*Inter Accipere & discere Euangelium* quid interest. 302  
*Accipitres* cur dicuntur raptore. 238  
*Adam* Eva, *Abraham* Sara, *Isaac*, *Iacob*, *Rebecca* & *Lia* unam sepulturam ha-  
buerunt, & cur. 471  
*Adam* est forma Christi. 34. hoc tripliciter intelligitur & quomodo. 34  
*Aduerbiū* Dones, ponitur pro *Vt.* 188. po-  
ponitur pro *Et.* 188. ponitur pro *Semper*, & continuatione temporis. 188  
*Adulterare* quid. 388. & 488  
*Adulter quis.* 488  
*Aemulare* quomodo sumitur. 237  
*Aemulatio* varie accipitur. 491  
*Aeterna tempora* qua dicuntur. 111  
*Aeternitas* ubi est, tempus esse nequit. 32  
*Ager* pertinet usque ad mare, & quinā. 20  
*Altare* Iudeorum quale & ubi. 490  
*Altari* deseruientes, de eo vincere dicuntur. 149

- Alter onera alterius portate, & sic Christi legem adimplebitis.* 323  
*Altitudo* quādo ponitur pro Astrologia. 89  
*Altitudo* significat sublimitatem & pro-  
funditatem. 80  
*Altum sapere noli, sed time.* 73  
*Ambire* quid. 274  
*B. Ambrosius* peccati nomine diabolum in-  
telligit. 46  
*B. Ambroſii* dictum: ô Episcope. nisi 100. ſo-  
lidos dediſſes, hodie Episcopus non eſſes.  
3  
*Ambulamus* per fidem non per ſpeciem. 213  
*Amictus* dicitur ab amiciendo vel circum-  
dando, & cur. 408  
*Amoris ſeu filiationis* seruitus qui. 4  
*Anathema* varie accipitur. 61. 301  
*Anathema* ſonat latine perditus, condem-  
natus. 195  
*Andromachus* Octiani ſeruus. 360  
*Andreas* in Achaia pradicauit. 4  
*Angeli* Dei omnes filium adorant. 402  
*Angeli* ſunt hominiſ miniſtri & ſerui. 405  
*Flamma ignis & spiritus.* 407  
*Angelus* dicitur nuntius. 407. Eſt nomen  
officij naturalis. 407. Dicuntur adora-  
tores Dei. 406  
*Angeli* à Deo ad Sanctos mittuntur. 410.  
*Hominum* ſunt custodes & comites ibi.  
*Angelus* græce, latine nuntius. 163. & quis per Angelum intelligitur. 163  
*Angeli* tanquam spiritus flectunt Deo ge-  
nua, quomodo intelligendum. 98  
*Anites* fabula qua. 281  
*Anima* à peccatis liberata, Christo adha-  
ret. 45  
*Anima* per ſpiritum intelligitur. 180  
*Anima* qualibet potestatibus ſit subdita. 89  
*Vv* Ani-

# I N D E X

<i>Animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus.</i>	123	<b>B.</b>
<i>Animi infirmitas que.</i>	56	<i>Balaam fuit ariolus, filius Beor.</i> 157 <i>Baptismatis genera quatuor sunt, &amp; qua.</i> 38
<i>Antichristus qui.</i>	267	<i>Baptizati in Christo, in eius morte baptizantur.</i> 37
<i>Antidotum Thiriacum.</i>	248	<i>Barbarus quis dicitur.</i> 389
<i>Apostolatus dicitur legatio prædicationis.</i> 6		<i>Beati, quorum remissa peccata, &amp; tecta.</i> 24
<i>Apostolatus Pauli signa que.</i>	244	<i>Belsal quomodo hic accipitur.</i> 223
<i>Apostoli vocatur infirma mundi.</i> 119. <i>quare Deus hac elegit, &amp; non fortia.</i> ibid.		<i>Benedicite persequentibus vos.</i> 82
<i>Apostoli sunt Christi ministri.</i> 129: <i>&amp; dispenses Dei mysteriorum.</i> ibid.		<i>Benedictionis temporalis que.</i> 329. <i>Terrena que.</i> 330. <i>Spiritualis que.</i> ibid.
<i>Apostoli sunt servi inutiles.</i>	4	<i>In Benedictione seminans, in ea quoque metet.</i> 239
<i>Apostoli facti sunt spectaculum mundo.</i> 129		<i>Benedictus Deus &amp; pater Christi si pater misericordiarum &amp; Deus totius consolationis.</i> 196
<i>Apostoli gaudium &amp; tristitia est Philip-</i> <i>pensum gaudium &amp; tristitia.</i>	367	<i>Beneficentia que.</i> 491
<i>Apostoli gratia salvi facti sunt.</i>	6	<i>Beneficus quis dicitur.</i> 491
<i>Apostolorum genera quatuor, &amp; que.</i>	300	<i>Benignitas que.</i> 321. <i>Vnde benignus dicitur.</i> 321
<i>Apostolus Grace, latine dicitur missus.</i> 3. <i>A-</i> <i>postolorum genera sunt quatuor.</i> ibid.		<i>Bestie dicuntur Philosophi &amp; Hæretici.</i> 108
<i>Apostolus cur hic creaturam vocat hominem.</i>	54	<i>Bona futura que dicuntur.</i> 451
<i>Aquila Iudeus &amp; Priscilla uxor eius, apud quos Paulus in Corinthe posseus manebat.</i> 109. <i>Ponticum genere.</i>	110	<i>Per bona opera que designantur.</i> 127
<i>Arbitror hominem per fidem iustificari si-</i> <i>ne legis operibus.</i>	18	<i>Bonitas que dicitur.</i> 78
<i>Arca Domini quid denotat.</i>	473	<i>Bonum est homini mulierem non tangere.</i> 142
<i>Per Archangelum quid intelligitur.</i>	259	<i>Bonum quod volo, hoc non agit homo.</i> 44
<i>Architectus quis dicitur.</i> 126. <i>Sapiens ar-</i> <i>chitectus quis.</i>	126	<i>Bonitatem antios non alligabis.</i> 146. 282
<i>Aries significat Christi carnem.</i>	471	<i>Bragium quid.</i> 155
<i>Ariæbarchus fuit Pauli discipulus &amp; comes in prædicatione.</i>	392	
<i>Ariæbolsus qualis.</i>	110	<b>C.</b>
<i>Arma lucis que.</i>	93	
<i>Armatura quid.</i> 355. <i>quotupliciter intelligitur.</i>	ibid.	<i>Cœlestis quis vocatur.</i> 191
<i>Arrha que.</i> 332. <i>Apignore quid differt.</i> 332		<i>Cœli nomine Ecclesia censetur.</i> 9
<i>Ascendens in altum captiuam duxit captiuatatem, dedit dona hominibus.</i> 342.		<i>Cœli sunt opera manuum tuarum.</i> 403
<i>Asia minor est pars prima Europa.</i>	8	<i>Cœlum &amp; terra transibunt, verbum Dei in omne eum manet.</i> 408
<i>Auaritia que est.</i>	11. 285	<i>Cœlam pro aere sumitur in Scriptura.</i> 356
<i>Auaritia dupliciter intelligitur.</i>	350	<i>Aues cœli.</i> 356
<i>Auaritia est idolorum seruitus.</i>	348	<i>Cœlum &amp; terram Deus in principio fecit.</i> 466
<i>Auarus non hereditatem habet in regno Dei.</i>	348	<i>Cena Dominicatur dicta.</i> 164. <i>dupliciter intelligitur.</i>
<i>Auaritia cur dicuntur seruitus simulacrorum.</i>	380	165
<i>Auditur inter vos Corinthios fornicatio. col. 2. lit. A.</i>		<i>Calciamenta que.</i> 357
<i>Auditus venit per verbum Christi.</i>	70	<i>Calciati pedes qui dicuntur.</i> ibid.
<i>Augustinus Pauli interpretatur humile.</i> 3		<i>Caligo quid.</i> 484
<i>B. Augustinus peccatum quomodo accipit.</i> 47		<i>Calix benedictionis est communicatio san-</i> <i>guinis Christi.</i> 154
<i>Autor peccati est diabolus.</i>	46	<i>Cancer morbus qualis.</i> 292
		<i>Canticum spiritualia que.</i> 252
		<i>Canticum &amp; Psalmi quid differunt.</i> 352
		<i>Canticum Canonicorum dicuntur cœli.</i> 449
		<i>Capere qui potest capiat.</i> 144
		<i>Capilli pro velamine mulieris dasi sunt.</i> 162
		<i>Capit-</i>

# I N D E X.

<i>Captiuitas est propter peccatum.</i>	390	<i>Christiani sunt ciues Sanctorum &amp; Dei domestici, non hospites &amp; aduenae.</i>	334
<i>Caput Ecclesia est Christus.</i> 171. <i>Ecclesia eius corpus.</i> ibid. <i>Oculi huius corporis qui sunt.</i> 171. <i>Huius narces, os, &amp; pedes qui.</i> 172. <i>Membra honesta que, &amp; qua in honesta.</i> 172		<i>Christiani habent fiduciam &amp; accessum in fiducia per fidem Christi.</i>	338
<i>Carbone signis quid hic denotant.</i>	88	<i>Christiani omnes sunt fratres in fide, &amp; sibi in uicem debitores.</i>	107
<i>Caro Dominica nomine velamine designatur.</i>	498	<i>Christus quo est summus lapis angularis.</i>	
<i>Caro aduersus spiritum concupiscit.</i>	319	337. <i>Eius diuitiae inuestigabiles que.</i>	339
<i>Caro qualibet Elementorum quatuor ad mixtione formatur.</i>	190	<i>Christus est primogenitus mortuorum, &amp; princeps Regum terra, &amp; primitia dominantium.</i>	5
<i>Caro omnis ex legis operibus non iustificatur.</i>	304	<i>Christi testimonium dicitur Euangeliū.</i> 115	
<i>Carnis prudentia est mors.</i>	49	<i>Christus venit ad oues saltem perditas domus Israel.</i> col. 3. A.	
<i>Carnis opera q. 113. 319. sunt manifesta.</i>	153	<i>Christi passio est noster baptismus.</i>	38
<i>Carnis desideria que.</i>	320	<i>Christo Iesu est gloria in omne aenum.</i>	487
<i>Carnem Christi quomodo Apostolus vocat peccatum.</i>	51	<i>Christus latine dicitur Vnctus, hebraice Messias.</i>	4
<i>Carnem &amp; sanguinem quid Paulus hic uocat.</i>	355	<i>Christus pro mundi peccatis mortuus.</i>	183
<i>Carnaliter qui vivit &amp; militat.</i>	234	<i>Christus est in gloria Patri.</i>	363
<i>Castigare corpus quid.</i>	153	<i>Christus eripuit homines de potestate tenerarum, &amp; in regnum transulit.</i>	377.
<i>Castigatio pro flagellatione sumitur.</i>	222	<i>In eo est redemptio per eius sanguinem.</i>	
<i>Castralia unde dicuntur.</i>	475	377. <i>Est imago Dei visibilis.</i> 377. <i>Primo genitus omnis creatura.</i> 377. <i>In eo omnia sunt condita.</i>	377
<i>Castus unde dicitur.</i>	322	<i>Christus Deo est aequalis, formam serui accipiens.</i>	
<i>Casula dicta a casafeu domo est.</i> 468. <i>ponitur etiam pro tentorijs &amp; tabulis.</i> 460		363 <i>Humilians se, usq; ad mortem crucis obediuit.</i>	363
<i>Catechameni qui dicuntur.</i>	329	<i>In Christo omnis plenitudo scientie ac virtutum habitat.</i>	380
<i>Causa scribendi hanc epistolam que.</i>	2	<i>Christus mihi vivere est, &amp; mori lucru.</i>	359
<i>Canterium quid.</i>	280	<i>Christus traditus propter delicta nostra &amp; surrexit propter iustificationem nostram.</i>	29
<i>Cautio deceptionis de philosophia inani</i>	282	<i>Christus pro totius mundi peccatis mortuus est.</i>	30
<i>Cenchrus est portus Corinthi.</i>	109	<i>Christi imperium quid.</i>	472
<i>Cenon grace, latine commune, unde communicantes.</i> 165. <i>Cæna vocatur à communione vescentium, quasi commune coniuicium.</i>	165	<i>Christus est caput electorū, virtutū.</i> 39. 268	
<i>Census quid.</i>	92	<i>Christus dicitur petra.</i>	154
<i>Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruavi.</i>	296	<i>Christus non venit ut faciat voluntatem suam, sed eius qui ipsum misit.</i>	102
<i>Charitatis differentia varia.</i>	184	<i>Christo est omnis plenitudo divinitatis.</i>	382
<i>Charitatis altitudo que.</i>	341	<i>Is est caput omnis principatus.</i> ibid. <i>Deluit chirographum contra genus humum.</i>	382
<i>Charitas est opus Dei.</i>	99	<i>Christus sedet ad Dei dexteram.</i>	386
<i>Charitas scita que.</i>	221	<i>Christus à Deo vocatur Pontifex secundum ordinem Melchisedech.</i>	427
<i>Charitas que.</i> 174. <i>per hanc intelligitur homo.</i> 174. <i>tripliciter intelligitur.</i> 174. 176		<i>Christus sic filius est in domo sua.</i>	417
<i>Charitas est legis plenitudo.</i>	499	<i>Christi caput est Deus.</i>	161
<i>Charitas est patiens &amp; benigna.</i> 173. <i>Eius proprietates que.</i>	173	<i>Christus est Ecclesia caput.</i> 348. 377. <i>&amp; Salvator corporis eius.</i>	348
<i>Charitas adificat, scientia inflat.</i>	146	<i>Christi gloria &amp; honor fuit crux eius.</i>	413
<i>Charissimi qui dicuntur.</i>	79		
<i>Charmel dicitur scientia vera circumcisio-</i>			
<i>-nis.</i>	16		
<i>Chloe's quid.</i>	116		

Vv 2. Christus

# I N D E X.

<i>Christus dicitur visitatio populi, &amp; redemptio plebis.</i>	6
<i>Christus est finis legis &amp; quando. eius officium &amp; finem quid distat.</i>	67. 68
<i>Christum quomodo &amp; quibus modis conculcamus.</i>	491
<i>Christus est ortus ex tribu Iudea.</i>	437
<i>Christus est Pontifex futurorum bonorum. Noui Testamenti mediator.</i>	ibid. 448.
<i>Christus est iudicaturus viuos &amp; mortuos.</i>	296
<i>Christus dicitur Rex Regum, &amp; Dominus Dominantii, habes immortalitatem.</i>	244
<i>Christi dictum: discite a me, quia misericordia mea est &amp; misericordia cordis. quos amo hos, &amp;c.</i>	479. 480
<i>Christus est splendor gloriae &amp; figura substantiae Dei.</i>	402
<i>Christus semel mortuus, &amp; semel baptizatus est &amp; cur. Et post viuit Deo viuit.</i>	40. 40
<i>Christus est arbor vite, in medio paradisi plantata.</i>	39
<i>Christus est rex iustitiae.</i>	436.
<i>eius typus maior ac melior quamam.</i>	439
<i>Christus in promissionibus suis est verus remunerator.</i>	499
<i>Christus quo factus est nouus homo.</i>	337
<i>Christus dicetur Dominus maiestatis &amp; gloriae.</i>	123
<i>Christus est propitiatio pro peccatis totius mundi.</i>	480.
<i>Ipse peccatum non facit, nec dolus in eius ore invenitur.</i>	450
<i>Christus tentatus est multis modis &amp; cur. Dicitur agnus immaculatus.</i>	425. 427.
<i>Ecce agnus Dei, qui totius mundi peccata tollit.</i>	427.
<i>cur dicatur sacerdos.</i>	439
<i>Circumcisio utilitas qua.</i>	17
<i>Circumcisio dupliciter intelligitur.</i>	103
<i>Circumcisio carnalis &amp; spiritus qua.</i>	16
<i>Circumcisus quis vocatur.</i>	144
<i>Cives unde dicuntur.</i>	337
<i>Clemens Apostolorum discipulus, post illos Episcopus Romane Ecclesie ordinatus. col. 1. lit. A.</i>	373
<i>Clemens fuit Petri &amp; Pauli discipulus &amp; Philosophus.</i>	373
<i>Cognitio peccati est per legem.</i>	21
<i>Colloquia prava bonos mores corrumpunt.</i>	184
<i>Columna qua.</i>	306
<i>Comes germanus quis.</i>	373
<i>Confessatio qua. 93. 321. unde dicitur. ibid.</i>	
<i>Commendatio propria nihil valet.</i>	233
<i>Commendatio pro laude hic sumitur.</i>	19
<i>Communicantes cur sic dicuntur.</i>	160
<i>Communicatio ratione dati &amp; acceptaque lis.</i>	372
<i>Concupiscentia mala que, &amp; quae bona.</i>	157
<i>Inter conferre, docere, &amp; discere discrimen quod.</i>	305
<i>Congregatio dicitur multiendo electerū.</i>	267
<i>Coniugium est magnum sacramentum.</i>	349
<i>Connubium apud omne honorabile.</i>	486
<i>unde dicitur.</i>	488
<i>Consobrini qui dicuntur.</i>	392
<i>Consumptio mortis est gloria resurrectionis.</i>	
<i>192. Mors ubi stimulus tuus.</i>	192
<i>Contentio qua est.</i>	11
<i>Continentia qua.</i>	322
<i>Contribules qui dicuntur.</i>	254
<i>Conuersatio veteris hominis qua.</i>	346
<i>Cor durum quodnam dicitur.</i>	14
<i>Corde creditur ad iustitiam.</i>	66. 69
<i>Cordium consilia Deus manifestat.</i>	129
<i>Corona corrupta qua.</i>	153
<i>Corporacæstia qua.</i>	190.
<i>que terrestria.</i>	190
<i>Corporapiorum sunt Christi membra.</i>	137
<i>Corpus Christi est tota fidelium Ecclesia.</i>	15.
<i>ac quotidie in ea consecratur.</i>	45
<i>Corporis custodias qua.</i>	220
<i>Corpus Christi quo indigne percipitur.</i>	491
<i>Corruptibile hoc induit incorruptionem.</i>	185
<i>Creator sit benedictus in secula.</i>	2
<i>Creatura omnis, quæ mutari in melius potest, aut in deterius, corruptibilis est.</i>	10
<i>Creatura Dei omnis est bona.</i>	280
<i>Virtus Dei creaturas omnes gubernat.</i>	9
<i>Creatura qualibet in tria dividitur.</i>	55
<i>Creatura nulla est in Dei conspectu inuisibilis.</i>	425
<i>Credens in Christum non confundetur.</i>	66
<i>Credo videre bona Domini in terra viventium.</i>	102
<i>Cretenses semper mendaces, male bestie, &amp; pigri venires.</i>	399
<i>Crux quid est.</i>	118
<i>Cubilia qua dicuntur.</i>	93
<i>Cui plus dimittitur plus diligere debet.</i>	104
<i>Cuncta qua fecit Deus, erant valde bona, videns.</i>	489
<i>Cupiditas est radix omnium malorum.</i>	284
<i>Cupio dissolvi &amp; esse cum Christo.</i>	359
<i>Propter culpam mulier viro subdita est in domino.</i>	938
<b>D.</b>	
<i>Aemones quando loqui dicuntur.</i>	280
<i>Damascus est civitas Metropolis Syriae.</i>	
<i>adificata à Damasco Eliezer filio Abrahe.</i>	243.
<i>interpretans sanguinem</i>	

# I N D E X.

<i>nem bibens.</i>	243	<i>Deus misericordiam prestabit, cuius misericordia debitur.</i>	60
<i>S. Damasus fuit Episcopus urbis Romae col.</i>		<i>Deus circumcisionem ex fide iustificat.</i>	18
<i>s. A. versus eius in opus Remigii quinam ibid.</i>		<i>Deus Christum constituit heredem universorum, per quem &amp; secula fecit.</i>	402
<i>Datorem hilarem Deus diligit.</i>	85. 230	<i>Deus quando sine vocis strepitu loquitur.</i>	57.
<i>Debita omnibus reddite.</i>	39	<i>quando dicatur cooperari.</i>	57
<i>Debitor est, qui alicui aliquid debet.</i>	52	<i>Deus semper est inuisibilis.</i>	473
<i>Definitio charitatis qua.</i>	321	<i>Deus est remator malorum.</i>	476
<i>Definitio fidei qua.</i>	6	<i>Deus omnia subiecit sub pedibus filij Christi.</i>	184
<i>Delibatio est degustatio quedam seu primaria alicuius rei.</i>	77.	<i>Deus per legis preuariationem in honora-</i>	
<i>qua sanctos Apostolos significat.</i>	77	<i>tur.</i>	16
<i>Delibile dicitur degustare, fundere vel immolare.</i>	297	<i>Deus nihil contra naturam facit.</i>	78
<i>Delictum dicitur quasi derelictum.</i>	76. in quibus sit.	<i>Deus omnia creavit.</i>	416
<i>Delictum &amp; peccatum quid differunt.</i>	334	<i>Deus iurauit &amp; non panitebis eum, tu es sa-</i>	
<i>Delictum quomodo dupliciter p legem abundat.</i>	35	<i>cerdos in eternum.</i>	437
<i>Desiderabilem bona qua.</i>	107	<i>Deus ad Dei dexteram pro nobis interpellat.</i>	50
<i>Desiderio desiderans ego Christus hoc pascha vobiscum manducare.</i>	479	<i>Deus dignatur nos vocatione sua.</i>	265
<i>Deus homo factus est.</i>	365	<i>Deus iudicabit eos qui forsunt.</i>	135
<i>Deus cur dicitur fidelis.</i>	116	<i>Deus operatur velle &amp; perficere pro bona volantate.</i>	363
<i>Deus personam hominis non accipit.</i>	304	<i>Deus quomodo die septima requieuit ab ope tribus suis.</i>	422
<i>Deus est dimes in misericordia.</i>	333	<i>Deus unus &amp; mediator Dei unus, &amp; hominem homo Christus Iesus.</i>	275
<i>Deus Iudeis &amp; Gentibus manifestauit.</i>	5	<i>Deus est creator unus rerum tutarum per naturam.</i>	7
<i>Deus cur dicitur dimes &amp; abundantans.</i>	335	<i>Deus quem diligat, hunc castigat.</i>	478.
<i>Deus Pater lux dicitur.</i>	404.	<i>&amp; filium quem recipere vult, prius flagellat.</i>	
<i>&amp; Filius splendor Patri.</i>	ibid	<i>478, Adhuc semel monebo calum &amp; terram.</i>	ibid.
<i>Deus cuius vult, misereatur, &amp; quem vult, inducat.</i>	60	<i>Deus quomodo iudicat &amp; vindicat peccatum in homine, si ipse peccatum non nouit.</i>	217
<i>Deus meus misericordia mea.</i>	235	<i>Dei iudicis iudicium est iustum.</i>	88
<i>Deus est veritas, mendacium idolum.</i>	10	<i>Dei Tribunal quid.</i>	275
<i>Deus requieuit die septima ab omnibus operibus suis.</i>	421	<i>Dei voluntati quis resistit.</i>	64
<i>Deus cuncta quae fecerat, vidit, &amp; erat valde bona.</i>	98	<i>Dei minister quis dicitur.</i>	91
<i>Deus neminem tentat ultra posse.</i>	154	<i>Dei virtus est in salutem omni credenti.</i>	8
<i>Deus spiritum timoris nobis non dedit, sed virtutis, dilectionis, &amp; sobrietatis.</i>	287	<i>Dei sensum quis unquam cognovit.</i>	121
<i>Deus si pro nobis, quis contra nos.</i>	50	<i>Dei dona non debent fieri priuata.</i>	86
<i>Deus quos prasciuit, &amp; praedestinavit, hos facit conformes imaginis filij Dei.</i>	50	<i>Dei voluntas est, ut a fornicatione abstineamus.</i>	256
<i>Deus non est dissensionis sed pacis Deus.</i>	178	<i>Dei virtus est in salutem omni credenti.</i>	1
<i>Deus fuit ante secula, in secula, &amp; post secula semper manebit.</i>	489	<i>Dei dona &amp; vocatio sunt sine penitentia.</i>	
<i>Deus neminem iudicat.</i>	15	<i>73</i>	
<i>Deus unicuique secundum opera eius reddit.</i>	12	<i>Deus omnia in incredulitate conclusit, ut omnium misereatur.</i>	73
<i>Deus dicitur creator animarum &amp; Pater spiritum.</i>	481	<i>Dextra pro gloria &amp; dignitatis honore accepitur.</i>	405
<i>Deus unus &amp; Pater omnium, qui est super omnes &amp; per omnia &amp; in omnibus Christianis.</i>	342	<i>Diabolus dicitur princeps mundi.</i>	334
		<i>Diabolus dicitur dominum principis.</i>	59

# I N D E X.

<i>Diabolus est auctor peccati.</i> 39.	<i>caput reproborum, vitiorum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Dupliciter intelligitur, ut spiritus integer, anima &amp; corpus seruitur.</i>	<i>263</i>
<i>Diabolus vocatur mors.</i>	40		<i>Spiritus S. varie accipitur.</i>	264
<i>Diabolo locum dare nos non debemus.</i>	343		<i>Dyneum quid dicitur.</i>	150
<i>Diabolus est mendax.</i> 388.	<i>pater mendacij.</i>		<i>E.</i>	
388. 347			<i>Celestia dicitur columna &amp; firmamentum veritatis.</i>	279
<i>Diaconi quales esse debent.</i>	278		<i>Ecclesia est sponsa Christi.</i>	237
<i>Dialectica qua.</i>	400		<i>Ecclesia quid.</i>	252
<i>Dies Domini sicus fur in nocte veniet.</i>	260		<i>Ecclesia est Christi corpus, &amp; ipse est eius caput.</i>	139
<i>Diffamatio pro vituperatione ponitur.</i>	252		<i>Ecclesia Christo subiecta est.</i>	348
<i>Differentia inter dolorem &amp; dolum.</i>	11		<i>Ecclesia est Christi corpus.</i> 353. <i>Oculus in ea quis.</i> 353. <i>auris qua manus qua pes quis,</i> fontes in ea que.	353
<i>Differentia inter factorem &amp; facturam qua.</i>	418		<i>Ecclesia altare ubi habetur.</i>	490
<i>Differentia inter creaturam &amp; creatorem qua.</i>	408		<i>Ecclesia hic pati debet, si peruenire ad gaudia caelestia velit.</i>	419
<i>Differentia inter Moysen &amp; Christum.</i>			<i>Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.</i>	
205. & qua inter legem & Euangelium.	205		184	
<i>Differentia inter speculam &amp; speculum.</i>	209		<i>Effusionis vocabulum quid hoc in loco significat.</i>	31
<i>Differentia inter ministros &amp; audatores legis qua.</i>	403		<i>Ego Deus miserebor, cuius misereor.</i>	60
<i>Differentia inter diem &amp; diem qua, &amp; quibus modis.</i>	96		<i>Ego Christus &amp; pater unum sumus.</i>	362
<i>Differentia inter Doctores legis &amp; Evangelij qua.</i>	446		<i>Ego ero illi in patrem, &amp; ipse erit mihi in filium.</i>	402
<i>Difflentiae filij qui.</i>	334		<i>Electi omnes cur ad vitam aeternam sunt praedestinati.</i> 370	370
<i>Dilectio qua dicitur.</i>	389		<i>Electi &amp; virtutes sunt corpus Christi.</i>	39
<i>Dilectio sine simulatione esse deber.</i>	86		<i>Electi cur in corde gloriantur, &amp; non in anima.</i>	316
<i>Dilectio cur vinculum dicitur.</i>	344		<i>Elementa dicuntur quasi elementa &amp; car.</i>	430
<i>Dilige proximum tuum sicut te ipsum.</i>	319		<i>Elementa unde dicuntur.</i>	312
<i>Diligens uxorem suam, se ipsum diligit.</i>	349		<i>Epaphra est fidelis minister Christi.</i>	376
<i>Discite quia humilis &amp; corde mitis.</i>	87		<i>Epaphroditus dicitur Epafias quoq.</i>	367
<i>Dissolui cupio &amp; cu Christo esse inquit Paulus.</i>	362		<i>Epanetus cur dicitur primitus Asiae.</i>	110
<i>Distantia inter lumen &amp; tenebras.</i>	351		<i>Epanetus Paulo dilectus est primitus Asiae in Christo.</i>	108
<i>Dimittere uxorem vir non debet, excepta causa fornicationis.</i>	143		<i>Epaphras est Christi seruus.</i>	391
<i>Divinitas Deique virtus est sempiterna.</i>	2		<i>Ephefum est metropolis Asiae.</i>	272
<i>Divinitas uniuersa replet.</i>	9		<i>Ephefii fidem Apostolicam seruauerunt. col.</i>	
<i>Divinitia cur incerta.</i>	285		2. A.	
<i>Divinitia, quas non vidi oculum, quemam.</i>	375		<i>Episcopus debet esse vir unius uxoris, habens filios fideles.</i> 399. <i>debet esse sine criminio.</i>	399
<i>Divinitia bonitatis Dei qua.</i>	14		<i>Epistola gracie latine dicitur supermissa, vel addita. fol. 3. haec cur dicuntur supermissa vel addita.</i>	3
<i>Doctrine varia &amp; peregrina qua dicuntur</i>			<i>Epistola est signum salutis.</i>	205
489			<i>Epistola ad Hebraeos D. Pauli esse dubium adhuc est col. 1. lit. A. &amp; cur. ibid. Item Barnabe, vel Luce, vel Clemensis discipuli Apostolorum.</i>	ibid.
<i>Domestici unde dicuntur.</i>	337		<i>Episcopus qualis esse debet.</i>	278
<i>Dominus vocat Apostolos amicos suos, non nunquam seruos, &amp; cur.</i>	4		<i>Errare</i>	
<i>Dominus est spiritus.</i>	204			
<i>Domino adherens unus est spiritus.</i>	137			
<i>Domini est terra &amp; plenitudo eius.</i>	155			
<i>Dona Dei gratis dantur, non humanis meritis tribuuntur.</i>	170			
<i>Donatus fuit hereticus, unde Donatista.</i>	116			
<i>Duo erunt in carne una.</i>	137			
<i>Dormientium primisie qua.</i>	187			

<i>Errare nolite, Deus non irridetur.</i>	323	<i>Filius perditionis renatus extollitur supra omne quod Deus dicitur.</i>	266
<i>Eraſtus Arcadius erat ciuitatis Corinthiorum princeps seu dispensator.</i>	111	<i>Filius Dei verus unde cognitus recte fuit.</i>	5
<i>Eſaias ubi in Apostolorum persona loquitur.</i>	70	<i>Filius dicitur gloria patris.</i>	333
<i>Eſau &amp; Iſmahel cur non reputantur in filios. col. 4. A.</i>		<i>Filius meus es tu, ego hodie te genui.</i>	402
<i>Eſau cur dicatur fornicator.</i>	483	<i>Filius Dei sine peccato conceptus, sine peccato natuſ est, &amp; sine peccato ab hoc mundo transiuit.</i>	442
<i>Eſau facit, ut mulieres viris subiecta eſſe debant, &amp; cur.</i>	179	<i>Fili quog dicuntur viscera parentum.</i>	226
<i>Euangelista opus quale.</i>	297	<i>Fili parentibus per omnia in domino obedi re debet.</i>	387.354. quod & iustum est. 354
<i>Euangelia ſunt legis ſupplementum. col. 1. lit. A. in hiſce exempla &amp; praecepta viue di pleniffime nobis digeruntur.</i>	ibid.	<i>Finis peccatorum mors eſt.</i>	37.42
<i>Euangelium quid eſt.</i>	4	<i>Finis praecepti eſt charitas. 273. finis qd. 273</i>	
<i>Euangelium concedit vitam ſine fine man ſuram.</i>	412	<i>Flagitia enormia que. 91. &amp; per quem iudicem iudicari debent.</i>	91
<i>Euangelium aliud qui predicas prater ac ceptum ſit anathema.</i>	299	<i>Fornicatio eſt idolorum ſervitus.</i>	348
<i>Euangelium annunciantes, de eo viuere debent.</i>	149	<i>Fornicari cum quibus committitur.</i>	388
<i>Euangely dispensator fidelis quis.</i>	131	<i>Fornicatio tripliciter intelligitur.</i>	257
<i>Inter Euangely gratiam &amp; legem per ſeruum administrata quenam differentia.</i>	403	<i>Fornicatio unde dicitur.</i>	349
<i>Euangely care plus eſt quam baptezare, ſed non contra.</i>	117	<i>Fornicari quid.</i>	349. 488
<i>Exercitatio corporalis ad modicum uſilis eſt.</i>	280	<i>Fornicator non habet hereditatem in Chriſti regno.</i>	348
<i>Exercitatio corporalis qua.</i>	281	<i>Fornicario quomodo quis commifetur.</i>	136
F.		<i>Fornicatores &amp; adulteros iudicat Deus.</i>	486
<i>F</i> actus eſt Deus hominib. in refugio. 120		<i>Fratres orate pro nobis.</i>	261
<i>In Faciem cadere eſt improperare alicui ignobilitatem generis.</i>	238	<i>Fratribus meis nomen tuum nunciabo: te in Eccleſia medio laudabo.</i>	411
<i>Fascinari quinam dicuntur.</i>	309	<i>Fructus lucis quinam ſunt.</i>	348
<i>Fermentum modicum totam corrumpit massam.</i>	135.319	<i>Fructus ſpiritus qui dicuntur.</i>	319
<i>Fermentum dupliciter intelligitur.</i>	136	<i>Frui quomodo accipitur.</i>	207
<i>Fidelis cur Deus eſſe dicitur.</i>	159	<i>Fundamentū aliud nemo ponere potest præter id, quod poſitū eſt, &amp; eſt Iesu Christus.</i>	
<i>Inter Fidelem &amp; infidelem diſtantia que.</i>	351	<i>126. quid pro fundamento vocat.</i>	126
<i>Fides eſt magna &amp; ſalutaris res.</i>	924	G.	
<i>Fides ſine operibus bonis mortua. 9. otiosa. 22. corde concepta, ore proſertur, &amp; operibus exornatur.</i>	9	<i>G</i> alata nullius criminis accuſantur, niſi quod callidissimis Apoſtoliſis crederint. col. 2. A.	
<i>Fides dicitur eo quod ſiat, ut promittitur. 6</i>		<i>Galata unde dicti.</i>	298
<i>Fides Abrahæ ad iuſtitiam reputatuſ eſt. 26</i>		<i>Gallograci, Gallogracia.</i>	298
<i>Fides fundamento eſt omniuſ virtutuſ.</i>	467	<i>Galatton gracie, lac. 298. unde latteus circulus gracie galaxis.</i>	ibid.
<i>Fides ex audiitu, audiſtu per Christi verbum.</i>	67	<i>Galea quid. 357. quomodo intelligitur.</i>	ibid.
<i>Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.</i>	464	<i>Gedeon allegorice qui denotatur.</i>	474
<i>Fidei fundamento ad Deum quodnam dicitur.</i>	432	<i>Gentes omnes in Christo benedicentur.</i>	25
<i>Figura &amp; ſubſtantia quid diſferunt.</i>	404	<i>Gentes ſunt coheredes &amp; concorporales in Christo.</i>	338
<i>Filiationis ſeruitus que.</i>	4	<i>Gentes omnes in ſemine Abrahæ benedicētur.</i>	446
<i>Fili⁹ hominis ſalmare &amp; perierat, uenit.</i>	274	<i>Gentium diuinitate que.</i>	76

I N D E X.

<i>Genus humanum teneatur captiuum à dia-</i>		
<i>bolo, &amp; seruus ei erat.</i>	140	
<i>Per Genua quid intelligitur.</i>	341	
<i>Germanicus unde dictus.</i>	3	
<i>Gladius spiritus est verbum Dei.</i>	355	
<i>Gloria, honor &amp; pax cuilibet operanti bo-</i>		
<i>num.</i>	13	
<i>Gloria in Christo ad Deum preparata que</i>		
<i>dicitur.</i>	106	
<i>Gloria Pater Filium coronauit, &amp; quo.</i>	413	
<i>Glorians se in Deo gloriatur.</i>	233	
<i>Glorifico, honorifico, &amp; clarifico eiusdem si-</i>		
<i>gnificationis sunt.</i>	428	
<i>Gomer quid.</i>	229	
<i>Graci nomine omnes gētiles comprehendit.</i>	8	
<i>Gracal lingua differentia quinque sunt.</i>	180	
<i>Gratia abundans quā dicitur.</i>	212	
<i>Gratia saluamur per fidem.</i>	334	
<i>Gratia pro sapientia quomodo sumitur.</i>	105	
<i>Gratia dicitur gratis data, &amp; hic intelligi-</i>		
<i>tur fides, remissio peccatorum, patientia</i>		
<i>omnium laborum.</i>	6	
<i>Gratia dicitur quasi gratis data. 443. 84. ē-</i>		
<i>ius nomine pro quo hic accipitur.</i>	493	
<i>Gratia donū venit in mundum per Chri-</i>		
<i>stum.</i>	34	
<i>Gratiarum diuisiones quā.</i>	168	
<i>Gratulari quid dicitur.</i>	362	
<i>B. Gregorius quomodo legē hic intelligit. 48</i>		

II.

<b>H</b> eretici quomodo pradicant.	117	
<i>Haretici sibi non Deo seruiunt, &amp; in-</i>		
<i>nocentiū corda seducunt per dulcia ver-</i>		
<i>ba &amp; benedictiones.</i>	109	
<i>Hebrei dicuntur ab Heber.</i>	403	
<i>Hercules qualis fuerit.</i>	152	
<i>Heres cur dicitur ab hero.</i>	403	
<i>Heres regni calorum qui dicuntur.</i>	468	
<i>Heres parvulus similis seruo.</i> 313. & est ta-		
<i>men dominus omnium.</i>	ibid.	
<i>Heri tempus prateritum significat.</i>	489	
<i>Hilaris dator à Deo diligitur.</i>	231	
<i>Hircus figuram Christi denotat.</i>	490	
<i>Hodie se vocem filij audieritis, nolite corda</i>		
<i>vestra obdurare.</i>	417	
<i>Hodie mecum in paradiſo eris.</i>	85	
<i>Hodie tempus praesens significat.</i>	489	
<i>Holocaustum quid.</i>	458	
<i>Homicidium unde dictum.</i> 11. <i>Homicida di-</i>		
<i>citur cadens hominem.</i>	ibi.	
<i>Homo est Dei imago</i> 163. 388. <i>Homo interior</i>		
<i>quis.</i> 388. <i>qua eius conuersatio.</i> 388. <i>exte-</i>		
<i>rior qualis; eiusq; conuersatio qua.</i>	ibid.	
<i>Homo sine viuit sine moritur, Domino est.</i>		
94		
<i>Homo ex duabus substantijs constat, &amp; ex</i>		
<i>quibusnam.</i>	52	
<i>Homo quod non vult, si id facit, iam opera-</i>		
<i>tur peccatum.</i>	44	
<i>Homo primus de terra terrenus est.</i> 185. <i>Se-</i>		
<i>tundus de celo, caelensis.</i>	185	
<i>Homo mala facere non debet, ut bona ene-</i>		
<i>niant.</i>	19	
<i>Homo fecit mala, &amp; venerunt bona per glo-</i>		
<i>riam Dei.</i>	19	
<i>Homo qua seminaris, hac &amp; metet.</i>	323	
<i>Homo animalis non percipit, qua sp̄ritus</i>		
<i>Dei sunt.</i>	121	
<i>Homo constat ex carne &amp; anima.</i>	82	
<i>Homo quid est, quod eius es memor, aut fili-</i>		
<i>lius hominis, quia eum visitas.</i>	410	
<i>Homo animalis quisnam dicitur.</i>	123	
<i>Homo hoc in mundo non habet manentem</i>		
<i>civitatem, sed futuram inquirere debet.</i>		
487. <i>eius nomine quis intelligitur.</i>	488	
<i>Homo videt hic per speculum in anigmate,</i>		
<i>istic à facie ad faciem.</i>	173	
<i>Homo nutrit &amp; fouet carnem suam.</i> 349. <i>sic</i>		
<i>vix uxorem suam.</i> 349. <i>sic Christus Ec-</i>		
<i>clesiam.</i>	ibid.	
<i>Homo relinquit patrem &amp; matrem &amp; ad-</i>		
<i>heret uxoris sua.</i>	349	
<i>Homo perditionis reuelatus, extollitur su-</i>		
<i>pra omne, quod dicitur Deus.</i>	206	
<i>Homo exterior dicitur corpus; interior a-</i>		
<i>nima.</i>	212	
<i>Homo redimendus erat morte filij Dei &amp;</i>		
<i>sicut totum genu humanum, non angelus.</i>		
415		
<i>Hominis caput regit totum corpus, eiusque</i>		
<i>membra.</i> 163. <i>sic sapientia mentem regit.</i>		
163		
<i>Hominis qua sunt, nōmō nouit, nisi sp̄ritus</i>		
<i>eius, qui in ipso est.</i>	123	
<i>Hominis corpus fornicationi seruire non de-</i>		
<i>bet.</i>	139	
<i>Homines traditi sunt in reprobum sensum,</i>		
<i>repleti omnibus vitijs.</i> 2. <i>traditi in pa-</i>		
<i>fiones ignominiae.</i>	ibid.	
<i>Hominum sufficientia ex Deo est.</i>	204	
<i>Homines dicuntur iumenta &amp; cur.</i>	42	
<i>Homines omnes apparere debent ante tri-</i>		
<i>bal Christi.</i>	213	
<i>Homines magno pretio empti sunt.</i>	137	
<i>Homini bonum mulierem non tangere.</i> 140		
<i>Honor a patrem &amp; matrem, ut super terrā</i>		
<i>longanus sis.</i>	394	

Horren-

I N D E X.

<i>Horrendum est incidere in manus Dei vi-</i>	<i>bitalentum sedet.</i>	9
<i>uentis.</i> 456		
<i>Hospes quis dicitur.</i> 336	<i>Imprudens quis.</i> 352	
<i>Hospitalitas est magna virtus.</i> 86	<i>Impudicitia quid.</i> 93	
<i>Hospitalitatem exercere debemus.</i> 486	<i>Incompositus quis dicitur.</i> 12	
<i>Hostia quid significat.</i> 82	<i>Indigne manducans &amp; bibens, iudicium st-</i>	
<i>Hostia dicitur pro peccato in V.T.</i> 51.217	<i>bi manducat &amp; bibit.</i> 162	
<i>Hymni qui dicuntur.</i> 352	<i>Induere debemus nonum hominem in iusti-</i>	
<i>Hyssopus est herba humilis, in petris nasces.</i>	<i>tia &amp; sanctitate veritatis secundum Deum</i>	
453. per hanc humilitas & fortitudo de- signatur, qua interiora nostra purgan- tur. 453. huius herba genere vitia pul- monum purgari solent. 453. Per hyssopā pœnitentia accipitur. ibid.	<i>creatūm.</i> 343	
I.	<i>Inebriari vino, in quo est luxuria, nolite.</i>	
<i>Iacob filius Maria Cleopha Domini ma-</i>	348	
<i>tertare.</i> 303		
<i>Iacob &amp; Ioannes Zebedaei filii mater tera Do-</i>	<i>Infamia mala que. 221 &amp; quæ bona.</i> ibid.	
<i>mini.</i> 150	<i>Infernus qui est.</i> 345	
<i>Ictus oculi.</i> 191	<i>Ex Inferno nulla salus.</i> 220	
<i>Idololatria est omnis anarus, qui numum</i>	<i>Infidelium mens &amp; conscientia sunt inqui-</i>	
<i>quasi Deum colit, simus illū amittere.</i> 257	<i>nata.</i> 399	
<i>Idololatria anaritia comparatur.</i> 388	<i>Infirmus quis dicitur.</i> 32	
<i>Idion grece, latine proprium, unde idiota.</i>	<i>Infirmū Dei quod est, fortius hominibus.</i> 113	
180	<i>Infirmitatis nomine qua comprehendun-</i>	
<i>Idos grece, latine species seu forma.</i> 157. Ido- lum quid. ibid.	<i>tur.</i> 242	
<i>Idolum est mendacium, veritas Deus.</i> 10	<i>Inhonorari quando quis dicitur.</i> 16	
<i>Idolum unde dictum,</i> 147	<i>Inimici Dei qui dicuntur.</i> 79	
<i>Iesus venit peccatores facere salvos.</i> 274	<i>Inimicorū crucis Christi finis est interitus.</i>	
<i>Iesus precursor pro hominibus introiit.</i> 431	369. <i>Venter ipsorum est Deus.</i> ibid.	
<i>Iesus est caput omnium Sanctorum.</i> 385	<i>Iniquum regnum Dei non possidebunt.</i> 137	
<i>Iesus ex duabus substantiis diuina &amp; huma-</i>	<i>Iniquitas dicitur esse anomia.</i> 407. <i>Quomo-</i>	
<i>nain unitate persona subsistit.</i> 5	<i>do intelligitur.</i> ibid.	
<i>Iesus nomen ab Angelo humanitati imposi-</i>	<i>Iniquitate intelligentur omnia peccata &amp;</i>	
<i>tū.</i> 4. <i>Lætine dicitur Saluator vel Salu-</i>	<i>cur.</i> 42	
<i>tarius.</i> 4. <i>Huius nominis expositio que.</i> 4	<i>Initium Epistola B. Pauli Apest. ad Roman.</i>	
<i>Iesse est Isai pater David regis.</i> 105	<i>col. 2. fol. 1.</i>	
<i>Iesse est radix : David filius eius est arbor:</i>	<i>Injustitia qua est</i>	9
<i>Maria virgo ramus arboris: flos ramī i-</i>	<i>Iniuriā faciens, recipit id &amp; inique gessit.</i> 387	
<i>stius Christus est</i>	<i>In ore duorum vel trium testium stat omne</i>	
105.	<i>verbum.</i> 179	
<i>Ignis consumens est Deus noster.</i> 479	<i>Inspicientes qui.</i> 12	
<i>Ignis devorans qualis.</i> 158.	<i>Inquinamentum quid.</i> 225	
<i>Ignobilis quis dicitur.</i> 190	<i>Instante seu præsens necessitas que.</i> 144	
<i>Ignominia dicitur quasi sine nomine digni-</i>	<i>Institutio dicitur quasi inetus status.</i> 295	
<i>tatis. fol. 10</i>	<i>Invidus unde dictus.</i> 11	
<i>Illyricum prouincia est: in fine Asia &amp; Euro-</i>	<i>Ioannes Baptista dicitur angelus ante Do-</i>	
<i>pa principio sita.</i> 106	<i>mini faciem missus.</i> 4	
<i>Imitatio quid est.</i> 371	<i>Ira Dei quomodo de cælo renelatur.</i> 1	
<i>Immunditia est idolorum seruitus.</i> 348	<i>Ira vasa que sunt.</i> 65	
<i>Immunditia nomine qua intelliguntur.</i> 258	<i>Iram operatur lex.</i> 27	
<i>Immundus hereditatem in Christi regno</i>	<i>Irascimini &amp; nolite peccare.</i> 343	
<i>non habet.</i> 348	<i>Indai in infidelitate permanentes, ansint fu-</i>	
<i>Impietas denotat Idololatriam. 9 super plu-</i>	<i>ly Abraha.</i> 62	
	<i>Iudas Romanis subditis. 2. hisdem Roma-</i>	
	<i>nis euangelizarunt.</i> 2	
	<i>Iudai dicuntur canes &amp; mali operarij &amp; cur.</i>	
	369. <i>vocantur quoq; circumcisio. &amp;c. ibi.</i>	
	<i>In Iudeis cætitas, surditas &amp; mens inuiden-</i>	
	<i>tia in hodiernum usq; diem manet.</i> 75	
	<i>Iudean-</i>	

# I N D E X.

<i>Iudeorū os semp plenū fuit maledictione.</i>	22	<i>In Lege Moysis cuncta Dei mandata leguntur.</i>	col. 1. lit. A.
<i>Iudei cur vocati sunt circumcisio.</i>	336	<i>Legislatio ad quos pertinet.</i>	62
<i>Gentiles cur dicti præputium.</i>	336	<i>Libanus dicitur dealbatio.</i>	16
<i>Iudei an Gracis preferantur.</i>	8	<i>Lingua sunt in signum infidelibus &amp; non fidibus.</i>	178
<i>Hoc nō mine omnes Iudeos credentes intelligit.</i>	8	<i>Linguarū genera in mundo sunt multa.</i>	178
<i>Index quādō probus seu probat⁹ apparet.</i>	251	<i>Littera occidit, spiritus vivificat.</i>	206
<i>Indices iniqui qui dicuntur.</i>	137	<i>Longanimitas que.</i>	14.221
<i>Iudicare quādō p̄o dñm nō accipitur.</i>	492	<i>Lucas Euangelista dicitur &amp; Lucius.</i>	367
<i>Iudicium Dei est secundum veritatem.</i>	14	<i>Lucas autor Euangeli &amp; Actuum Apostolorum, fuit genere Syrus.</i>	392
<i>Iudicij extremi tempus est incertum.</i>	261.	<i>Lucis fructus sunt in omni bonitate, iustitia &amp; veritate.</i>	348
<i>Inspērare &amp; subito superueniet.</i>	261	<i>Lucrū facere melius est q̄damnum pati.</i>	145
<i>Iudicium omne Christo datum.</i>	15	<i>Ludibria unde dituntur.</i>	467
<i>Iudicium Dei cur dicitur iustum.</i>	266	<i>Luxuria in vino inest.</i>	348
<i>Iugum quomodo hic accipitur.</i>	223	<i>M.</i>	
<i>Iugum ducere noli cum infidelibus.</i>	218	<i>Acedonia est Gracorum prouincia, à rege Macedone dicta.</i>	374
<i>Iuramentum quid.</i>	435	<i>Macedonia &amp; Achaia seu Achæa prouincie sunt nobilissima Gracorū sibi adiacētes.</i>	
<i>Iurans nunquam perjurium nunquam penetrat.</i>	7	<i>707. unde eius populi dicitur Achæi.</i>	107
<i>Iurare nō sit omnino.</i>	7	<i>Madianita qui dicuntur.</i>	474
<i>Iustificatur homo per fidem Christi.</i>	23	<i>Machus qui dicitur.</i>	15
<i>Iustificatio legis per Christum in hominibus impletur.</i>	49	<i>Magistratus à Deo dicuntur Dī.</i>	20
<i>Iustitia Dei quomodo reuelatur.</i>	1	<i>Magistratus non est nisi à Deo.</i>	89
<i>Iustitia nō nomine virtutes intelliguntur.</i>	41	<i>Magistratus gladiū sine causa non gerit.</i>	91
<i>Iustitia ex fide est Christi.</i>	368	<i>Magistrorum honor est auditorum numeritas.</i>	77
<i>Iustitia quomodo hic sumitur.</i>	232. dupl. ter ponitur.	<i>Male agens, lucem odit.</i>	93
<i>Iustus meus ex fide viuit.</i>	456.1.9.463	<i>Maledictus omenis, qui nō permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut ea faciat.</i>	308
<i>Iustus &amp; saluus erit, qui Christo credit &amp; baptizatur.</i>	8	<i>Maledictus omnis, qui in ligno pendet.</i>	308
<i>Iustifilebunt in regno cælorū, sicut sol.</i>	14	<i>Maligni spiriti. dicuntur amatores seculi.</i>	138
<i>Iuuenilia desideria qua dicuntur.</i>	273	<i>Malum pro malo reddere Christiani non debent.</i>	133.261.82
<i>L.</i>		<i>Malum quod homo odit, id facit.</i>	44
<i>Lactus particeps est sermonis iustitia ex pers.</i>	427	<i>Malum nō faciendum, ut bonū enierat.</i>	17
<i>Laodicia est ciuitas Gracia Hierapolis.</i>	392	<i>Malorum omnium radix est avaritia.</i>	388
<i>Latria græca, latine seruitus.</i>	157	<i>Malorum inuentores qui.</i>	12
<i>Lex in mysterijs cur cessauit.</i>	325	<i>Mancipia dicuntur quasi manu capta.</i>	390
<i>Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes.</i>	437	<i>Mandatorum Dei obseruatio multum proficit.</i>	141
<i>Lex est peccatorum index.</i>	46	<i>Manduca &amp; bibe, cras morieris.</i>	184
<i>Lex membrorū corporis est concupiscere.</i>	48	<i>Manifestatio spiritus S. intelligitur ipsum eius donum.</i>	170
<i>Lex padagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.</i>	309	<i>Manna de cælo &amp; aqua de petra in deserto quid denotant.</i>	150
<i>Lex non est ex fide.</i>	308	<i>Maria beatissima Virgo fuit de tribu Iudea, ex semine Davidis.</i>	5
<i>Lex carnalis mandati quæ.</i>	440	<i>Maria B. Virgo concepit, Virgo peperit, &amp; tamen ante &amp; post partum Virgo fuit &amp; mansit.</i>	
<i>Lex per Moysen data gratia &amp; veritas per Christum.</i>	445		
<i>Lex per Moysen populo à Deo data est.</i>	491		
<i>Lex iram &amp; contentionem prohibet.</i>	164		
<i>Lex iram operatur.</i>	24		
<i>Lex &amp; Prophetæ usq; ad Christum.</i>	20		
<i>Legis auditores coram Deo iusti non sunt.</i>	13		
<i>Legis factores iustificabuntur.</i>	13		

# I N D E X.

<i>&amp; mansit.</i>	384	<i>omniū defunctōrum electorū resurrexit.</i> 5
<i>Massa significat S. Patres in V. T.</i>	77	<i>Mors Christi dupliciter intelligi potest.</i> 39
<i>Matrimonium unde dictum.</i>	143	<i>Mors dupliciter intelligi potest.</i> 40
<i>Matthaeus in Aethiopia predicauit.</i>	4	<i>Mors p̄ peccatum in mundū intravit.</i> 30. 184
<i>Mediator nō potest esse nisi inter duas partes.</i> 277. <i>bonus mediator qui, &amp; qui malus.</i>	277	<i>Mortua est fides sine operibus.</i> 463
<i>Medicus est index morborum.</i>	46	<i>Mortuus à peccato est iustificatus.</i> 36
<i>Medius paries quid hoc loco dicitur.</i>	336	<i>Mortuicūm Christo viuent cum eo.</i> 36
<i>Melchisedech fuit rex &amp; sacerdos.</i>	428	<i>Mortuorum resurrectio per Christum.</i> 184
<i>Melchisedech dicitur rex Salem, sacerdos Dei summi, rex iustitiae &amp; pacis.</i>	434	<i>Mortuorum laus est à sepulchro surgere.</i> 38
<i>Membra piorum sunt templū S. Spiriti.</i>	137	<i>Moyses fide grandis factus negauit se filium esse filia Pharaonis.</i> 465
<i>Membra corporis humani qua propria officia habent.</i>	84	<i>Mulier potestatem sui corporis non habet, ita nec vir quoque.</i> 142
<i>Membra meretrici adhaerentia &amp; copulatio, desinunt esse membra Christi.</i>	139	<i>Mulier in silentio discat cum omnibus intermissione.</i> 275. <i>Hac nec docere neque dominari in virum debet.</i> 276
<i>Mēbra hōnis debent esse templū S. Spir.</i>	189	<i>Mulier in Ecclesia taceat.</i> 182
<i>Mendacium omne à diabolo est.</i>	388	<i>Mulier quādo per filiorum generationem salvabitur.</i> 277
<i>Mentiri in uicem nolite.</i>	386	<i>Mulier corporis sui potestatem non habet, sed vir.</i> 140
<i>Mentis castitas que.</i>	220	<i>Mulier infidelis sanctificatur per virum suum delem.</i> 141
<i>Mentis prudentia que.</i>	52	<i>Mulier comam nutriendis, ipsi est gloria.</i> 162
<i>Mentis lex est non concupiscere.</i>	48	<i>Mulier legi alligata, quādiu vir eius vivit, si moritur vir, libera est, cui vult.</i> 142
<i>Meretrici adhaerēs, unū efficitur corp⁹.</i>	137	<i>Mulier habeat suum virum propter fornicationem.</i> 140
<i>Mihi Deo vindictam, ego reddam.</i>	491	<i>Mulier est gloria viri.</i> 161. <i>hac ex viro est, nece contra.</i> 161. <i>hac propter virū creatuā est, non contra.</i> ibi. <i>hac dicitur habere potestatē supra caput propter angelos.</i> ibid.
<i>Minister Christi quis dicitur.</i>	130. 239	<i>Mulieris caput est vir.</i> ibid.
<i>Minister idoneus quis dicitur.</i>	206	<i>Mulierem qui non odit, nō ipso potest esse Dei discipulus.</i> 389
<i>Minister Dei quis.</i>	220	<i>Per Mulierem quis intelligitur.</i> 163
<i>Ministrare &amp; offerre est signum ministrations.</i>	498	<i>Mulieres viris suis subditas sint.</i> 348
<i>Ministrorum divisiones que.</i>	160	<i>Muli terrenis gaudet, nec utūtur ijs.</i> 145
<i>Misericordia uasa quā sunt.</i>	65	<i>Muli unum corpus sumus in Christo.</i> 81
<i>Misericordiā quid hic Apostolus vocat.</i>	80	<i>Mundus Deo debet esse subditus &amp; cur.</i> 21
<i>Modis quibus quis saluus fit &amp; quot.</i>	361	<i>Mundus hic est ager.</i> 126
<i>Momentum est brevissimum spatium temporis, dictū à celerrimo motu syderū.</i>	212	<i>Mundi heres quis dicitur.</i> 468
<i>Monetarius quis.</i>	351	<i>Mundi infirma Deus elegit, ut fortia confundat.</i> 113
<i>Momentum quid est.</i>	191	<i>Murmurare quid.</i> 158
<i>Monialis est Dei uxoris.</i>	388	<i>Mystela dicitur mus longus.</i> 357
<i>Mores bonos corrupti colloquia prava.</i>	360	<i>Mysterium quid est.</i> 78
<i>Mores quis.</i>	488	<i>Mysterium huius seculi sapientibus absconditum quale.</i> 381
<i>Mores sine auaritia esse debent.</i>	486	<i>Mysteriū grace, latine secretū, occultū.</i> 191
<i>Mortale hoc immortalitatem induit.</i>	185	<i>N.</i>
<i>Mortales sunt servi inutilis.</i>	4	<i>Natus filius Iesu fuit doctor populi Israe.</i> 423
<i>Mortalium quorūnam nomina sunt in libro vita.</i>	372	<i>Naufragium quid.</i> 240
<i>Mors absorpta in victoria.</i>	185	<i>Nemo</i>
<i>Mors quomodo potest loqui &amp; responsum dare.</i>	198	
<i>Mors Domini dupliciter ab hominibus annunciatur.</i>	167	
<i>Mors quid in nobis operatur.</i>	212	
<i>Mors imperio destructo, Christus primus</i>		

# I N D E X.

<i>Nemo</i> Deum vides sine pace & sanctimo-	
nia. 478	
<i>Nemo</i> nostrum sibi vinit, & nemo sibi mo-	
ritur. 97	
<i>Nemo</i> unquam carnem suam odio habuit	
349	
<i>Nemo</i> ascendit in cælum, nisi qui descen-	
dit filius hominis, qui est in cælo. 152	
<i>Nemo</i> nouit quæ Dei sunt, nisi eius spiritus,	
& cui idem S. Spiritus revelare digna-	
tur. 123	
<i>Nemo</i> alterū in anib[us] verbis seducat. 350	
<i>Nemo</i> potest duobus dominis simul seruire	
291	
<i>Nemo</i> carnem odit dupliciter intelligitur.	
353	
<i>Nemo</i> de venia desperare debet. 420	
<i>Nemo</i> ponit fundamentum aliud, prater	
id quod est possum, vid. Christus Iesus.	
125	
<i>Nequicia</i> est superbia vel audacia peccati. 21	
<i>Nero</i> fuit Petri & Pauli sacerdos. 366	
<i>Nihil</i> possumus aduersus veritatem, sed be-	
ne pro veritate. 250	
<i>Nihil</i> reyciendum quod cum gratiarum	
actione percipitur 280	
<i>Nilus</i> fluvius Aegypti est, varia & multa	
genera animalia in littoribus habeb[us], quam	
alibi. 157	
<i>Noli</i> malum pro malo reddere. 87	
<i>Non</i> iudicandum ante tempus. 129	
<i>Non</i> omne quod ex nobis nascitur, utique	
filius noster est. 5	
<i>Non</i> omnis caro est eadem caro. 284	
<i>Nouatus</i> fuit hereticus, unde <i>Nouatiani</i> .	
116	
<i>Non</i> veni vocare iustos, sed peccatores ad	
pænitentiam. 274	
<i>Nous</i> homo quis dicitur. 346	
<i>Nubere</i> melius est quam viri. 141.143	
<i>Per</i> <i>Nubem</i> testium, quid intelligitur. 479	
<i>Nympha</i> que. 392	
O.	
<b>O</b> blivio in Deum omnipotentem non	
cadir. 434	
<i>Observatores</i> diærum, mensium, temporum,	
& annorum qui. 313	
<i>Odibiles</i> quinam dicuntur. 12	
<i>Odor</i> dicitur cognitio sancta Trinitatis.	
203. Bonus odor Christi sunt Apostoli,	
Deo placentes. 203	
<i>Offensio</i> que. 220	
<i>Offensionis</i> lapis quis dicitur. 66	
Omne quod in eos intrat, hominem non	
inquinat. 139	
<i>Omne</i> testamentum in testatoris morte co-	
firmatur. 166	
<i>Omne</i> quod manifestatur, est lumen. 348	
<i>Omne</i> quod non est ex fide, peccatum est.	
95	
<i>Omnia</i> Deus sub Christi pedibus subiec[t]is.	
328.410	
<i>Omnia</i> licent sed non expediunt. 137	
<i>Omnia</i> in sanguine mandantur. 448	
<i>Omnia</i> potestati filij Dei subiecta sunt. 333	
<i>Omnia</i> probata, quod bonum est, tenet. 263	
<i>Omnia</i> in gloriam Dei facite. 161	
<i>Omnia</i> que arguuntur, à lumine manife-	
stantur, 348	
<i>Omnia</i> licent, sed non edificant. 155	
<i>Omnia</i> per Christum & in eo creatas sunt.	
377	
<i>Omnia</i> bona que generi humano dantur,	
dicitur gratia Dei. 229	
<i>Omnis</i> homo mendax, solus Deus verax.	
400. 17	
<i>Omnis</i> qui mittitur, dicitur <i>Apostolus</i> . 367	
<i>Omnis</i> caro videbit salutare in Deo. 115	
<i>Omnis</i> qui nomine Dei inuocat, saluus fit. 67	
<i>Omnis</i> Episcopus est presbyter, sed non vice	
versa. 279	
<i>Omnibus</i> omnia factus est <i>Paulus</i> , ut om-	
nes saluos faceret. 149	
<i>Onerare</i> est pondus seu onus aliquod alicui	
imponere. 201	
<i>Onus</i> suum quilibet portabit. 323	
<i>Operat</i> tenebrarum abscondita que. 132	
<i>Operationum</i> divisiones que. 168	
<i>Operat</i> tenebrarum que. 93	
<i>Operacarnis</i> que dicuntur. 319	
<i>Opera</i> carnis quomodo mortificantur per	
gratiam S. Spiritus. 53	
<i>Operarius</i> mercede sua dignus. 282.291	
<i>Opus</i> Dei quid intelligitur. 99	
<i>Opus</i> suum quilibet probet. 323	
<i>Orate</i> sine intermissione. 261	
<i>Oratio</i> quid. 373	
<i>Oreb</i> petra, quam <i>Moyses</i> percussit, est mos	
lapideus significans Christum. 156	
<i>Ore</i> confessio ad salutem fit. 66.69	
<i>Osculatio</i> fuit Iudaorum mos, & adhuc	
quibusdam in locis in usu. 110	
<i>Oves</i> boni pastoris sunt Eleæti. 482	
P.	
<b>P</b> acis nomine intelligitur dilectio & co-	
cordia. 482	
Peda-	

# I N D E X.

- Pedagogi qui dicuntur.** 134  
**Pons electorum & reproborum diversa &**  
 quia. 48  
**Penitendi spatum in hac vita est.** 420  
**Penitentia interdum pro mutatione acci-**  
 pitur. 79  
**Penitentia genera sunt duo.** 432  
**Palma dicitur victoria & cur.** 152  
**Panis frangens est participatio corporis Do-**  
 mini. 454  
**Panis unus, corpus unum sumus omnes in**  
 Christo. 154  
**Rancore varie sumuntur.** 231  
**Parentes filii thesauri care debent.** 244  
**Participes qui sunt.** 408  
**Participes Christi effecti sumus quod est.** 420  
 Iesus substantia dicitur fides. 420  
**Pantheicus unde dictus.** 3  
**Rescha nostrum immolatus est Christus.** 135  
**Passio desiderij que.** 257  
**Pastor quis dicitur.** 345  
**Pater ac natus par terque flamen, almus.**  
 col. 1. lit. A.  
**Pater insipiens dicitur filios delinquentes**  
 non corrigens. 481  
**Pater ignoscit illis, nescientibus quid faciat.**  
 445  
**S. Patres dicuntur uncti Dei & cur.** 77  
**Patres carnales qui dicuntur.** 481  
**Pater spiritum qui.** ibid.  
**Patres filios suos ad iram prouocare non de-**  
 bunt. 354. Sed eos educare in disciplina  
 & correptione Domini. 354  
**Patientia que.** 220. 14  
**Patientia probationem operatur.** 30  
**Paulus cur diem malum vocat presens te-**  
 pus. 356  
**Paulus seruus Christi vocatus Apostolus ex**  
 resurrectione mortuorum Iesu: ceteri  
 vero ante passionem Domini dicti sunt  
 Apostoli & cur. 6  
**Paulus quomodo Euangelium defendebat**  
 & quibus modis confirmabat. 360  
**Paulus dicitur magister Gentium.** 361  
**Paulus Apostolus decem saltē epistolatas scri-**  
 psit, & cur. col. 1. lit. A. Reliquas qua-  
 tuor ad discipulos in specie dedit, ob non  
 discrepantiam noni ac veteris testamen-  
 ti. ibid.  
**Paulus Christi minister.** 338  
**Paulus omnibus gentibus predicanit.** 4  
**Paulus fit infirmus, ut infirmos lucrifice-**  
 ret. 149  
**Paulus omnia facit propter Euangelium,**
- ut particeps eius efficiatur. 149  
**Paulus senex & vincit Christi.** 393  
**Paulus cur vocat Indeos & Gracos sapien-**  
 tes. 8. Insipientes & barbaros, alios po-  
 pulos & gentes, ibid.  
**Paulus Deo fuit vas electionis.** 8  
**Paulus sapientibus debitor erat, & qualis.**  
 Insipientibus debitor qualis. 8  
**Paulus inter Indeos & gentes fuit quasi me-**  
 diator & bonus concionator. 3  
**Paulus Christi Iesu vincitus pro gentibus.**  
 398  
**Paulus dicitur apotropa Paula, a cessatione p-**  
 secutionis. 3  
**Paulus unde dictus. 3. minimus Apostolo-**  
 rum. ibid.  
**Paulus positus est prudicior & Apostolus,**  
 doctor gentium in fide & veritate. 275  
**Paulus primo vocatus est Saulus persecu-**  
 tor: postea prudicior & humilis Chri-  
 sti discipulus. 3  
**Paulus vocat se Apostolum gentium.** 73  
**Paulus dictus Apostolus Iesu Christi.** 112  
**Paulus epistolatas suas secundum numerum**  
 decalogi mandatorum ordinavit. col. 1.  
 lit. A.  
**Paulus seruus Iesu Christi, dictus Apostolus**  
 fol. 1. in Dei Euangeliū segregatus. ibid.  
**Paulus quid passus est.** 289  
**Paulus Euangeliū prudicare non erube-**  
 scit. 8  
**Paulus Apostolus seruus Iesu Christi.** 4  
**Paulus Apostolus quando & ubi Romanis**  
 epistolam hanc conscripsit. 2  
**Paulus quosnam Corinth. baptizauit.** 113  
**Paulus plantat, Apollo rigat, Deus increme-**  
 tum dat. 124  
**Paulus dicitur minimus Apostolorum.** 183  
**Non est dignus vocari Apostolus & cur.**  
 183  
**Pauli gaudiū est omnium vestiarum.** 200  
**Pauli auditores debent esse eiusimilatores.**  
 129. Paulus Christi imitator. 129  
**Pauli salutatio ad Romanos qualis. 1.** Nec  
 euangeliū erubescit. ibid.  
**Pauli epistola ad Romanos cur primo loco**  
 posita. col. 2. A. quando hanc scripsit.  
 ibid. Romani velde rudes erant in reli-  
 gione. ibid.  
**Pauperum sanctorum curam habere debe-**  
 mas. 229  
**Peccantes sine lege absque ea peribunt.** 13  
**Peccantes in lege, per eam iudicabuntur.** 13  
**Peccata sanguine tauorum & hircorum**

I N D E X

<i>ausferrinequend.</i>	455	<i>Pietas ad omnia utilia, habens promissione visa a praesentis &amp; futura.</i>	280
<i>Peccatum faciens nec consenties, morte est dignus.</i>	12	<i>Pignus quid. 199.332. Ab arrha quid dis- fert.</i>	332
<i>Peccatum est stimulus.</i>	192	<i>Pietas equa.</i>	376
<i>Peccatum originale ex ab infantibus tra- hatur quando nesciuntur.</i>	35	<i>Pij estimantur sicut ones occisionis.</i>	50
<i>Peccatum in mundo erat usque ad legem.</i>	33	<i>Pij sunt templum Dei.</i>	125
<i>Peccatum in mortali corpore quando re- gnat.</i>	40	<i>Piorum conuersatio in caro eſt.</i>	29
<i>Peccatum sine legem mortuum.</i>	43	<i>Pij dicuntur filii Dei hacten vita in spe, in al- tera in resunt.</i>	31
<i>Peccatum per unum hominem in mundū intravit.</i>	30	<i>Placere Deo sine fide impossibile eſt. 464.25</i>	
<i>Peccati corpus secundum Originem quid appellatur.</i>	40	<i>Plantans &amp; rigans unum sunt.</i>	126
<i>Peccati nomine vitia intelliguntur.</i>	41	<i>Plebs dicitur meretrix &amp; cur.</i>	49
<i>Peccati stipendum mors eſt.</i>	21	<i>Plenitudo gemitum quomodo hic accipitur.</i>	
<i>Peccati cognitio per legem.</i>	17	<i>Plenitudo legis eſt dilectio.</i>	19
<i>Pedum significatio varia &amp; qua.</i>	70	<i>Plenitudo corporis Christi que.</i>	343
<i>Pelagiani quinam. 35. Error coruus qualis. 35</i>		<i>Pontifex eſt sanctorum minister.</i>	443
<i>Penula eſt uestis consularis.</i>	297	<i>Pontifex magnus quis dicitur. 425. Eius of- ficiū quale.</i>	427
<i>Peragare dicitur perambulare.</i>	470	<i>Pontifex futurorum bonorum duobus mo- dis dicitur.</i>	452
<i>Perditionis homo in templo Dei sedet often- dens et tanquam sit Deus.</i>	366	<i>Pontificum officium quid.</i>	106
<i>Peregrinus unde dicitur.</i>	470	<i>Populus sedis edere &amp; bibere &amp; surrexer- iudere.</i>	154
<i>Perfidies omnia, verbum tribus modis in- telligitur.</i>	65	<i>Populus Israhel dicitur. populus credens.</i>	
<i>Perfectionis vinculum quod.</i>	389	<i>350</i>	
<i>Perfectus si vis eſt, vade, uide omnia qua- babes, da pauperibus.</i>	174	<i>Populi voluntas pterug, voluntas Dei eſt. 3</i>	
<i>Peripagma quid.</i>	134	<i>Postulationes qua dicitur.</i>	276
<i>Persecutor Ecclesie fuit Paulus.</i>	183	<i>Parentes huius seculi quomodo destruc- tur.</i>	122
<i>Perseverans in certamine usque in finem, saluus erit.</i>	463	<i>Potestas non sine causa gladium portas.</i>	92
<i>Personarum acceptio non eſt apud Deum.</i>	387.13.354	<i>Potestates que dicitur hoc loco.</i>	384
<i>Pharao cum exercitu ob quas causas per- cusus &amp; submersus eſt.</i>	64	<i>Præcepti finis eſt charitas in corde puro.</i>	271
<i>Phœbe eſt matrona nobilissima.</i>	109	<i>Prædicare Christi conceptionem &amp; nativi- tatem eiusq; mysteria eſt evangelizare.</i>	
<i>Philosophi quomodo &amp; quid predican. 117</i>		<i>7</i>	
<i>Philosophi quomodo destruuntur.</i>	122	<i>Prædicatione merces qua.</i>	152
<i>Philippenses falsos Apostolos audiire nolu- runt.</i>	col.2.1.	<i>Prælati, Præpositi, Prædicatoribus obed- endum eſt.</i>	492
<i>Philippensem gaudium &amp; tristitia eſt A- postoli gaudium &amp; tristitia.</i>	367	<i>Prælati &amp; Doctores quatenus audiendi vel non.</i>	489
<i>Philippi eſt Grecia civitas.</i>	360	<i>Præputius quis vocatur.</i>	114
<i>Philippus Alexandri pater adoptivus. ibid.</i>		<i>Præscientia predestinationem præcedit. 7.4</i>	
<i>Phrygia eſt provincia Gallorum 202. Troia regio in phrygia. ibid. Ciuitas Ilium di- cta.</i>	ibid.	<i>Quomodo pro predestinatione accipi- tur.</i>	ibid.
<i>Picē qui tetigerit, inquinabitur ab ea.</i>	452	<i>Prator unde dicitur. 361. Prætorium quid.</i>	
<i>Pietas quid eſt.</i>	32	<i>361</i>	
<i>Pietas cum sufficiens eſt quesitus magnus.</i>	284	<i>Præmaricatio omnis &amp; inobedientia infi- mercedis retribucionem accipit.</i>	410
		<i>Præmaricato legis quis dicitur.</i>	16
		<i>Presbyteri qui bene presunt, duplice hono- re digniſunt.</i>	282
		<i>Primi-</i>	

# I N D E X.

<i>Primitia</i> qua dicuntur.	56	<i>Qui Christum nō amat, sit anathema.</i>	193
<i>Primogenitus</i> quis dicitur.	57	<i>Qui diem sapit, Domino sapit.</i>	94
<i>Principalitas anima</i> qua.	320	<i>Qui non laborat non manducat.</i>	370
<i>Princeps</i> huius mundi foras ejicitur.	344	<i>Qui se stare putat, videat ne cedat.</i>	154
<i>Princeps</i> orbis Roma residet.	2	<i>Qui mulsum, non abundavit; &amp; qui mode-</i>	
<i>Principes</i> huius seculi dupliciter intelligun-		<i>cum, non minorauit.</i>	227
tur.	122	<i>Qui se gloriari vult in Domino glorietur.</i>	
<i>Prisca</i> seu <i>Priscilla</i> est <i>Indea</i> genere <i>uxor</i>		113	
<i>Aquila Iudai.</i>	109	<i>Qui peccatum non nouit, illud pro nobis fe-</i>	
<i>Probatio</i> spem operatur.	30	<i>cit, ut nos in eo iustitia Dei efficeremur.</i>	214
<i>Procella</i> quid.	484	<i>Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt veri filii</i>	
<i>Prodigia</i> qua dicuntur.	306	<i>Dæ.</i>	49
<i>Profundum</i> quomodo pro necromantia po-		<i>Qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae.</i>	308
nitur.	39	<i>Qui credit &amp; baptizatur, saluus est.</i>	22
<i>Prologus</i> Remigij qualis.	col. 3. A.	<i>Qui magistratus resistit, Dei ordinati-</i>	
<i>Promissiones</i> dictæ sunt <i>Abrahae</i> eiusq; semi-		<i>nisi.</i>	89
ni.	308	<i>Qui redimitur, captiuus tenebatur, &amp; ser-</i>	
<i>Propheta</i> est nomen commune. 4. accepitur		<i>uum est eius à quo redimitur.</i>	140
etiam pro malo. 4. <i>Propheta boni</i> qui. 4.		<i>Quilibet mercedem secundum laborem</i>	
<i>Prophetans</i> maior est quam qui linguis lo-		<i>accipit.</i>	125
quuntur.	174	<i>Quilibet in sua vocatione permanere dici-</i>	
<i>Prophetia</i> que.	175	<i>tur.</i>	141
<i>Prophetia</i> sunt fidelibus in signum, nō in-		<i>Quilibet uxorem habeat propter fornicati-</i>	
fidelibus.	178	<i>onem.</i>	140
<i>Proximum</i> diligens, legem implevit.	89	<i>Quilibet in qua vocatione vocatus, in ea</i>	
<i>Prudens</i> quis dicitur.	352	<i>permaneat.</i>	144
<i>Prudentia</i> qua est. 331. quid differt à sapien-		<i>Quilibet vas sum in sanctificatione pos-</i>	
tia.	331	<i>siderat &amp; honore: non in desiderii passio-</i>	
<i>Prudentia</i> carnis qua.	52	<i>ne.</i>	256
<i>Psalmi</i> quis dicuntur.	352	<i>Quis nos à Christi charitate separabit.</i>	50
<i>Pseudoapostoli</i> cur duplaci corde conuer- santur.	198	<i>Quis est qui sanctificat.</i>	414
<i>Pseudoapostoli</i> qui sunt.	254	<i>Quod Dei stultum est, sapientius est homi-</i>	
<i>Pseudoapostoli</i> sunt operarii subdoli, trās- figurantes se in Christi Apostolos.	236	<i>nibus.</i>	113
<i>Pueri</i> quinam dicuntur. 415. Hisce est re-			
gnum caelorum.	415	<i>Quos Deus predestinavit, hos &amp; vocavit.</i>	
<i>Pusillanimes</i> quomodo consolari debent.	262	50	

## Q.

<i>Quenam</i> dicuntur servitus simulacra-	
rūm.	386
<i>Quenam</i> peccata per concupiscentiam in-	
telliguntur.	46
<i>Quæscripta</i> sunt, nobis ad doctrinam scri- ptæ sunt: 100. & cur.	ibid.
<i>Quenam</i> sunt & dicuntur umbra futu- rorum.	383
<i>Quæ</i> videntur temporalia sunt. 210. <i>Quæ</i>	
non videntur, eterna sunt.	ibid.
<i>Quæ</i> sunt illa quæ retro dicuntur.	370
<i>Quando</i> quis corpus suum & uxoris sua honorat.	457

<i>Rahab</i> dilatata quomodo interpreta-	
tur.	474
<i>Per Radicem</i> amaritudinis quid intelli- guntur.	482
<i>Rapiens</i> librum D. Remigij ab Ecclesia S.	
Cecilie, maneat in annū dāpens. col. 5. A.	
<i>Repina</i> que est.	362
<i>Redemptus</i> sanguine Christi, seruus eius.	
est.	140
<i>Regnum</i> Dei quid. 95. non confitit in tibi	
& potu.	95
<i>Regnum</i> Dei est in virtute, non in ferme-	
nre.	130
<i>Regnum</i> immobile quale.	485
<i>Regnum</i> Dei nam est esca & potua, sed in sta-	
tia & pax.	99

# I N D E X.

<i>Remigius fuit Episcopus Remis. col. 6. A.</i>	
<i>quando exposuit epistolas S. Pauli Apo-</i>	
<i>stoli. ibi eius Liber quando scriptus fuit.</i>	
<i>ibid.</i>	
<i>Remissio nō est sine sanguinis effusione.</i>	448
<i>Repleti vino qui dicuntur.</i>	352
<i>Reprobi qui dicuntur.</i>	222
<i>Reprobi &amp; virtus sunt diaboli corpus.</i>	39
<i>Requies Dei quid denotet.</i>	423
<i>Res inuestigabilis qua est.</i>	340
<i>Res quomodo dicitur tecta &amp; cooperta.</i>	26
<i>Resistentes Magistratus, sibi ipsi damnatio-</i>	
<i>nem acquirunt.</i>	89
<i>Resurrectionis virtus qua est.</i>	370
<i>Resurrections duas à Deo prolatas sunt.</i>	29.2
<i>Reuelatio cur dicitur manifestatio.</i>	115
<i>Renuiscere quid.</i>	46
<i>Rex seculorum dicitur S. Trinitas.</i>	274
<i>Romani dicti sublimes furorantes.</i>	4
<i>Roma Iudai &amp; Gētiles initio habitarunt.</i>	6
 S.	
<i>Sacerdos tu es in aeternum secundum or-</i>	
<i>dinem Melchisedech.</i>	426
<i>Sacerdotes Ecclesia sunt spiritus &amp; flam-</i>	
<i>maignis.</i>	407
<i>Sacerdotum est inuocare Deum pro populi</i>	
<i>salute. 114. dupliciter intelligi potest. 114</i>	
<i>Sacramentum quod.</i>	279
<i>Sacrificia dupliciter concremuntur.</i>	490
<i>quale hodie Deo pro omnibus beneficis</i>	
<i>offerre debemus.</i>	491
<i>Sacrilegium quid.</i>	16
<i>Saducæi resurrectionem mortuorum non</i>	
<i>esse volebant.</i>	184
<i>Salutatio in osculo sancto fieri debet.</i>	109
<i>Salus in Euangelio contenta qua.</i>	412
<i>Salutis lapis quis.</i>	66
<i>Sanguis Christi quomodo indigne percipi-</i>	
<i>tur.</i>	491
<i>Sancti hoc loco qui dicuntur.</i>	107
<i>Sanctorum labor ad quid tendit.</i>	189
<i>Sanctorum corpora dormientia, cum Chri-</i>	
<i>sto multa surrexerant, &amp; cur.</i>	6
<i>Santos quidnam deceat.</i>	350
<i>Santimonia dicitur castitas &amp; mundissia</i>	
<i>mentis ac corporis.</i>	482
<i>Sacerdotus est vir infidelis per mulierem</i>	
<i>fidelem. 143. &amp; sic vice versa.</i>	ibid.
<i>Sapientia qua est.</i>	331
<i>Sapientia Dei cur multiformis dicitur.</i>	340
<i>Sapientia mundi statua est apud Deum.</i>	
<i>ibid.</i>	225
<i>Sapientia in mysteria abscondita dupli-</i>	
<i>ter intelligitur.</i>	122
<i>Inter Sapientem &amp; insipientem distantia</i>	
<i>qua.</i>	352
<i>Sapientum cogitationes sunt vane.</i>	125
<i>Sapientum sapientiam perdam, ait Deus.</i>	
<i>118. Vbi sapiens &amp; Scriba. Vbi inquisitor</i>	
<i>huius seculi: ubi Philosophi gentium &amp;</i>	
<i>Astrologi, &amp;c.</i>	118
<i>Sapite qua sursum sunt, non qua super ser-</i>	
<i>ram.</i>	386
<i>Satanas dicitur aduersarius, &amp; cur.</i>	111
<i>Satanas transfigurat se in lucis Angelū.</i>	236
<i>Scandalizari quomodo quis dicitur.</i>	241
<i>Schismata in pysisse non debent.</i>	113
<i>Scientia inflat, charitas adiscas.</i>	146
<i>Scriptura omnia sub peccato conclusit.</i>	309
<i>Scriptura sancta dicuntur lex, Prophetæ</i>	
<i>&amp; Psalmi.</i>	5
<i>Scytha quis dicitur.</i>	389
<i>Scythia prouincia qualis.</i>	ibid.
<i>Secta unde dicuntur.</i>	322
<i>Secula à sequendo dicuntur &amp; cur.</i>	404
<i>Secula futurum tempus sine termino signe</i>	
<i>ficat.</i>	489
<i>Secula unde dicta.</i>	467
<i>Sede à dextris meis, quoadusq; ponam ini-</i>	
<i>micos tuos scabellum pedum tuorū.</i>	403
<i>Seditio qua. 220. propriæ ad ciues pertinet.</i>	
<i>220</i>	
<i>Semen Abrahe quomodo intelligitur.</i>	28
<i>In Semine Abrahe benedicentur omnes gē-</i>	
<i>tes.</i>	475
<i>Seminans in spiritu, de eo vitam metet e-</i>	
<i>ternam.</i>	323
<i>Seminans parce, parce metet.</i>	230
<i>Seminationis proprietates qua.</i>	185
<i>Semper gaudete.</i>	261
<i>Sermo semper in gratia sit sale cōditus.</i>	390
<i>Sermo Dei est viuus, efficax, &amp; penetrabi-</i>	
<i>lior omni gladio anticipiti.</i>	424
<i>Serpentes igniti qui.</i>	158
<i>Serpens eneus qui.</i>	158
<i>Seueritas qua dicitur.</i>	78
<i>Serui proprie non sunt, sed per naturā, cul-</i>	
<i>pam &amp; propter peccatum. 390. ita dicti</i>	
<i>à seruiendo.</i>	ibid.
<i>Serui obedire debent dominis carnalibus</i>	
<i>cum timore &amp; tremore, in cordis sim-</i>	
<i>plicitate.</i>	354
<i>Seruiens peccato, est seruus peccati &amp; dia-</i>	
<i>boli.</i>	42
<i>Seruiens iusticie, fit seruus Dei &amp; iusticie.</i>	
<i>ibid.</i>	
<i>Serniens</i>	

# I N D E X.

<i>Seruiens furto &amp; adulterio fit seruus furti &amp; adultery.</i>	42	<i>Stipendia peccati mors est.</i>	37
<i>Seruitus est propter captiuitatem.</i>	390	<i>Stipendum dicitur à stipe pendenda, scilicet substantia ponderanda.</i>	42
<i>Seruitus genera duo sunt.</i>	4	<i>Solas habent anima Sanctorum</i>	477
<i>Signa varie sumuntur.</i>	106	<i>Stule a mundi Deus elegit, ut sapiente confundat.</i>	113
<i>Simulacrorum seruitus quomodo est avaritia.</i>	388	<i>Stultiloquium quod.</i>	350
<i>Sina est mons Arabiae, coniunctus ei qui est modo Ierusalem.</i>	314	<i>Suauitatis odor quis.</i>	349
<i>Sol non occidat super iracundiam vestram.</i>	343	<i>Subditi esse debemus non solum propter iram, sed &amp; propter conscientiam.</i>	89
<i>Solicitudo quid.</i>	373	<i>Sublimitas charitatis que.</i>	341
<i>Specula que.</i>	209	<i>Superbus quis dicitur.</i>	12
<i>Speculum quod.</i>	209	<i>Sustinentia que.</i>	252
<i>Speculum unde dictum.</i>	133	<i>Synagoga quid.</i>	352
<i>Spes que.</i>	175. 176		
<i>Spes est futurorum bonorum expectatio.</i>	31	<b>T. 49</b>	7.
<i>Spes non confundit.</i>	30	<b>T</b> <i>Abernaculum dicitur Sancta sanctorum.</i>	449
<i>Spes p̄s in caelo reposita est, &amp; in verbo veritatis Euangeli.</i>	376	<i>Tabernaculi veri minister qui.</i>	444
<i>Spes salvi homines sint per expectationem.</i>	50	<i>Tabernaculum quid continet.</i>	447
<i>Spiritualiter qui viuit &amp; militat.</i>	234	<i>Tabula duæ lapideæ habent figuram duorum testamentorum. col. 1. lit. A.</i>	
<i>Spiritus omnia scrutatur, etiam Dei profunda.</i>	121	<i>Tabulae lapideæ dicuntur dura corda hominum.</i>	205
<i>Spiritus Domini ubi est, ibi est libertas.</i>	204	<i>Tabulae duæ testamenti in arca sunt duæ testamenta in Christo consenserunt.</i>	450
<i>Spiritu ambulate, &amp; carnis desideria non perficietis.</i>	319	<i>Tedium quid.</i>	198
<i>Spiritus aduersus carnem concupiscit.</i>	319	<i>Templum Dei sanctum est.</i>	125
<i>Spiritus manifestatio cuilibet datur ad utilitatem.</i>	168	<i>Tenebrarum abscondita Deus illuminat.</i>	129
<i>Spiritus fructus qui sunt.</i>	319	<i>Tentatio humana quæ.</i>	159
<i>Spiritus prudentia est vita &amp; pax.</i>	49	<i>Terra vocata sunt corpora terrena.</i>	488
<i>Spiritus gratiae qui vocatur. 491. Per eum datur nobis sermo sapientia.</i>	ibid.	<i>Terra in aeternum stat teste Salomone.</i>	145
<i>Spiritus Sanctorum quis.</i>	484	<i>Testamentum in mortuis confirmatur.</i>	448
<i>Spiritus S. dicitur Spiritus sanctificationis &amp; cur.</i>	5	<i>Testamentum dicitur à testibus. 310. quando confirmatus. 311. dicitur à testatoribus.</i>	316
<i>Spiritus varie accipitur.</i>	75	<i>In Testium duorum vel trium stat omne verbum.</i>	114. 250
<i>Spiritus prudentia que.</i>	52	<i>Theffalonie est urbs à Rege Theffalo dicta.</i>	374
<i>Spiritu replete qui dicuntur.</i>	352	<i>Thomas in India prudenter.</i>	4
<i>Spiritus angelicus qui.</i>	410	<i>Thorus in coniugio sit immaculatus.</i>	486
<i>Spiritus sanctus tempore baptismatis in parvulis habitare incipit, &amp; templum illius sunt omnes sancti &amp; sancti.</i>	127	<i>Thronus Dei quis.</i>	407
<i>Sponsus &amp; viro suo Ecclesia subiecta est.</i>	389	<i>Timor duplex, &amp; quinam.</i>	288
<i>Sporta que.</i>	243	<i>Timoris seruitus que.</i>	4
<i>Stadium quid.</i>	152	<i>Timotheus fuit Pauli adiutor in predicatione.</i>	492
<i>Stephana fuit nobilis quadam matrona.</i>	194	<i>Timotheus fuit Pauli discipulus.</i>	366
<i>Sterilis latare qua non paris.</i>	314	<i>Transgredi quid.</i>	312
<i>Stimulus mortis peccatum.</i>	185	<i>Tranfire quid dicitur.</i>	444
		<i>Triahomini post mortem profunt teste Augustino, &amp; que.</i>	215

# I N D E X.

<i>Tria sunt, quæ Dei voluntatem persiciunt;</i>		<i>Vera fides quæ, &amp; qua facta.</i>	273
<i>&amp; quæ illæ.</i>	83	<i>Veritatis amor est falsitatis odium.</i>	407
<i>Tribulatio patientiam operatur.</i>	30	<i>Veritatem iurare necessitate compellente,</i>	
<i>Tribunal quid.</i>	98	<i>non est peccare, teste August.</i>	7
<i>Tribunus quis.</i>	92	<i>Vestimentum dupliciter intelligitur.</i>	353
<i>Trinitas tota una vita aeterna est.</i>	401	<i>Vestimentum pro corpore humano sumitur:</i>	
<i>Trinitas Sancta dicitur Deus pacis.</i>	108	<i>408</i>	
<i>Trinitas S. est una substantia, indivisa ma-</i>		<i>Vetus homo quis dicitur.</i>	346
<i>  iestus, &amp; inseparabilis voluntas.</i>	196	<i>Vidua vera quenam.</i>	281
<i>Troia est civitas Graecorum, olim Troia di-</i>		<i>Vidua si in delitiis est, viues est mortua.</i>	281
<i>  cta.</i>	202	<i>Viduæ, quæ vere viduæ sunt, honora.</i>	281
<i>Per Tubarum sonum quid intelligitur.</i>		<i>Vindictam Dei Paulus vocat Romanorum</i>	
	192. 269. 473	<i>aduentum.</i>	254
<i>Turbo quid.</i>	484	<i>Vindictam mihi, ego retribuam.</i>	38. 486
<i>Turpe est mulieri in Ecclesia loqui.</i>	182	<i>Vinctus in Domino dupliciter intelligitur.</i>	
<i>Turpe omne Deo displicet.</i>	12	<i>343</i>	
<i>Turpitudo quid.</i>	350	<i>Vir perfectus quis dicitur.</i>	346
<i>Traores quis.</i>	314	<i>Vir cur caput mulieris. 163. 348. Cur caput</i>	
<i>Tychicus fuit predicator Colossemum.</i>	392	<i>sicut mulier velare non debet.</i>	163
		<i>Vir est gloria &amp; imago Dei.</i>	163
		<i>Vir uxorem dimittere non debet.</i>	141
		<i>Vir infidelis per uxorem fidem est sancti-</i>	
		<i>ficatus.</i>	141
		<i>Vir corporis sui potestatem non habet, sed</i>	
		<i>uxor.</i>	140
		<i>Viri uxores suas diligere debent. 349. ut</i>	
		<i>corporas sua.</i>	349
		<i>Vir &amp; uxor erunt duo in carne una.</i>	349
		<i>Vir comam nutriendi ipsi est ignominia.</i>	162
		<i>Vir uxori debitum reddere debet.</i>	142
		<i>Vir uxorem habeat propriam propter for-</i>	
		<i>nicationem.</i>	140
		<i>Vir uxi debitum reddat, &amp; vice versa.</i>	
		<i>140</i>	
		<i>Viri omnis caput est Christus.</i>	162

## F I N I S.

<i>Quædo apostolorum</i>	
<i>Ad romanos</i>	
1 ad corintios 122	350
2 ad corintios 196	376
1 ad galatios 251	393
2 ad galatios 263	391
1 ad ephesios 275	
2 ad ephesios 203	
<i>Ad ephesios</i>	402
<i>Ad galatas</i>	299
<i>Ad corintios</i>	327















